

pellationis
áciũ ad se.
bebet appel
post citatio
/satis potes

on bettulit ap
cad p. pã m
dinarũ ad

ione nor appellat
t.J.eo.cum speciali
q.reci.per obiec.d
essu.⁊ sic ptz ꝙ qui
lericus fuit deponi
ulctetur, C.de ep
Dia nos. ¶Casus
a insomnia sunt resp

CONCIONES SIVE ORATIONES EX GRAECIS Latinísque historicis excerptæ.

Quæ ex Græcis excerptæ sunt, interpretationem Latinam adiunctam habent, nonnullæ nouam, aliæ iam antea vulgatam, sed nũc demum plerisque in locis recognitam.

Argumenta singulis præfixa sunt, lectori adiumento magno futura.

ADDITVS EST INDEX ARTIFICIOSISSIMUS & vtilissimus, quo in rhetorica causarum genera, velut in communes locos, singulæ conciones rediguntur.

[redacted] 1752



ANNO M. D. LXX,
Excudebat Henricus Stephanus.

autor damnatus opus permissum.

autor damnatus opus permissum.



POMPONIO BELLEVRAEO, V. C.

Regis Galliarum apud Heluetios legato,

HENR. STEPHANVS S. D.


VVM ego Titi Liuii conciones, ex omnibus, qui quidem ad tempora nostra peruenerunt, eius libris excerptas, & seorsum editas, nonnullis etiam viris quorum iudiciũ maximi (vt par erat) faciebã, summopere placere comperissem: magnam me ab iis aliísque quamplurimis gratiam initurum speraui, si, quod in vno vnius linguæ historico alii præstitissent, ipse in multis & penè vniuersis qui extãt vtriusque linguæ historicis præstarẽ. Ea spe ductus huic operi manũ primam ante aliquot menses, nuperrimè extremam imposui. Quum autẽ tot tantósque viros, & in iis quosdã etiam reges, & quorundã legatos, quos hîc eloquentissimè cõcionantes audimus, primo saltem aduentu ab eo excipi cuperẽ, qui ipsos quo merentur studio ac fauore prosequeretur: statim de iis ad te mittendis, vir clarissime, cogitare cœpi. Quem enim viros dicendi virtute præstantes passis vlnis potius amplexaturũ credibile est, quàm illũ quem eiusdem nõ admiratorem solùm, sed summũ etiam cultorem esse, compertum habemus? Omitto interim, fore, vt præterquam quòd eloquentes homines eloquens ipse, etiam legatos regum potentissimorum plerosque, ipse potentissimi regis legatus excipias. Non deerãt alioqui quamplurimi ad quos mittere illos possem: sed ad eos venissent profectò quos nec illius studii nec illius dignitatis socios itidem habituri erant. Quid? ex his concionibus disci posse eloquentiã existimas? dixerit forsitan aliquis. Ego verò non solùm posse, sed etiam debere hinc disci contẽdo: eam quidẽ certè potissimum quæ non circa subsellia, sed circa castra potius & prætoria, atque adeo circa regias ipsas versatura est: miniméque vmbratilis futura, sed in mediũ agmen, in puluerẽ, in clamorẽ, in castra, & in aciem, nõ forẽsem illam, sed Martiam, proditura: quæ denique equestris potius (liceat enim mihi ita loqui) quàm pedestris futura est. Neque tamen hæc à me ita dicũntur quasi hinc & rhetoricas illas præceptorũ minutias colligendas censeã ab iis qui ad res magnas gerẽdas accedunt: sed ex frequenti & attẽta harũ concionũ siue orationũ lectione, cui exercitatio cõiuncta sit, fieri posse existimo vt quendã velut habitũ eloquentiæ hauriant, multáque, tanquã aliud agẽdo, in memoriã recõdãt, quæ ex ea suo loco & tẽpore, tãquã extẽporanea depromãt. Eodẽ sanè modo eos qui prõpto ac felici ad poeticã sunt ingenio, hoc cõsequi, poetas veteres terẽdo, videmus, vt eo ipso momẽto quo in scribẽdo carmine aliquo laborãt, multa ex illorũ poematis profecta subsidia memoria suppeditet, quæ alioqui illis excidisse videri possẽt. Sed ne in me, de his apud te disserentẽ, iactari meritò possit priscũ illud prouerbiũ, Sus Mineruã, aliò sermonẽ

conuertam, & quæſtionem te iudice dignam, vel potius nodum te vindice dignum (vt Horatiano verbo vtar) in mediũ afferam. Quum enim inter omnes hiſtoricos qui conciones libris ſuis inſeruerunt, primas Thucydidi cum ab aliis multis tum vel maximè à M. Tullio tribui videamus, Dionyſium Halicarnaſſeum longè ſecus de concionibus illis ſentire, comperi olim Venetiis, quum in meas manus quidam eius de hiſtoria Thucydidis iudicium ferens libellus veniſſet. Quis autem hîc non hæreat? quùm nec ſua illa eloquentiæ Thucydides, & cum eo Tullius ſua acerrimi iudicii laude, nec ſua viciſſim Dionyſius, (quã in ferendo de ſcriptoribus iudicio ſummã omnium conſenſu adeptus eſt) ſine piaculo ſpoliari poſſe videatur? Verùm ne te diutius morer quàm tot tantæque tuæ occupationes ferre poſſunt, vnam Thucydidis concionem proferam, quam præ cæteris exagitat Dionyſius, & quam cõtrà ipſi Ciceroni, ſiquã aliam, placuiſſe credibile eſt. Plutarcho certè, autori grauiſſimo, ſummopere probatã fuiſſe, ex eius verbis certò nobis conſtat: quem ideo cum Dionyſio Halicarnaſſeo, tanquam par nobile gladiatorum, committam. Eſt igitur concio de qua nunc agitur, ea quam Thucydides libro ſuæ hiſtoriæ ſecundo Pericli tribuit, cuius initium eſt, Καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν ἐς με γεγένηται, &c. Habita autem à Pericle fuit vt inuidiã à ſe amoliretur, qua apud populum laborabat, tanquam qui belli calamitoſum ac miſerabilem exitum habentis autor extitiſſet. Ita igitur orditur ille, Quòd mihi indignamini, id nequaquam (quum ſatis querelas veſtras intelligam) præter expectationem mihi accidit. Ac certè concionem ideo aduocaui vt vos commonefaciam, ſimúlq; vobiſcum expoſtulem, ſiquid abs re vel ſuccenſetis, vel calamitatibus ſuccumbitis. &c. Huiuſmodi verbis (ſi Dionyſio credimus) Periclem apud populum ſibi infenſum, & cui purgare ſe conabatur, minimè vti decebat: præſertim in ipſo ſuæ orationis exordio, antequam eorum animos aliis ſermonibus mitigaſſet. Cogitare enim illum oportuerat, iuſtam habere Athenienſes mœroris cauſam, quum bonam ſui agri partem à Lacedæmoniis vaſtatam, maximúmque ſuorum numerum peſtilentia conſumptum eſſe viderent: quæ mala illi, vtpote belli ſuſcipiendi autori, imputabant. Ideóque vti ea oratione debebat qua odium deprecaretur, iracundiámque leniret, non autem quæ, illos reprehẽdendo, eam exacerbaret atque augeret. Non enim concitare iram multitudinis, ſed concitatam reprimere ac ſedare, oratoris eſſe munus. Illis ſubiungit Pericles, Exiſtimo enim cum vnoquoque ciuiũ priuatim melius agi in proſpero totius reip. ſtatu, quàm quum hæc ſuos quidem habet ſecunda fortuna vtentes, ſed ſumma rerum labefactatur atque euertitur. Cui enim res proſperè cedunt, is, pereunte patria, nihilominus vnà cum ea interit: at cui aduerſa fortuna eſt, quum patriæ in qua verſatur, ſit ſecunda, is

multo magis saluus atque incolumis permanet. &c. Hæc Pericles: ne hîc quidem (si Dionysio fidem habemus) cõsentanea loco & tempori loquens. Si enim (inquit) nonnulli priuatim ciues malis conflictati fuissent, ipsa interim Rep. feliciter & ex sententia res gerente, meritò ita loquutus fuisset: at quũ calamitates illæ, publicæ etiam essent, quorsum hæc ab eo dicebantur? Quibus pauca subiungens, ad illam ipsam orationis partem transit, quam quum Plutarchus laudibus efferat, ipse contrà summa reprehensione dignam existimat. Est autem hæc, Ego tamen, cui succensetis, is sum qui neque in perspiciendo quid opus sit facto, & in eo exponendo, neque item in amanda patria & aspernanda pecunia cedere cuiquàm velim. Audiuimus Periclem: audiamus & de his eius verbis Dionysii iudicium. Mirum certè fuerit (inquit ille) Periclem, omnium illius seculi oratorum præstantissimum, ignorasse quod vel mediocri ingenio præditis perspectum est, orationẽ eorum qui in se laudandis modum non tenent, auditoribus esse molestissimã. idque, in iis præsertim cõcionibus quæ vel in iudiciis vel ad populum habentur, in quibus nõ de præmiis sed de pœnis agitur. Tunc enim non aures offendunt duntaxat, sed multitudinis inuidiam in se cõcitando, maius etiam periculum sibi accersunt. Omitto quæ his ille subiungit, & ad Plutarchum venio, qui de hoc loco sententiam Dionysianæ illi fert planè contrariã: atque adeò tantùm laudibus ipsum extollit, quantùm hic vituperatione sua & reprehensione deprimit. Siquidem in libro quo docet quomodo quis citra inuidiam seipsum laudare possit, hæc inter alia circa initiũ scribit, Seipsum autem laudare sine reprehensione licet, primùm quidem si ad calumniam aut accusationẽ respondens id facias: vt Pericles, Ego tamen cui succensetis, is sum qui neque in perspiciendo quid opus sit facto, & in eo exponendo, neque item in amanda patria & aspernanda pecunia, cedere cuiquã velim. Nec enim solùm periculum illi non fuit ne iactator & inanis gloriæ cupidus aut etiam ambitiosus existimaretur, dum tam magnificè de se loquebatur, sed etiam celsi animi ac magnæ virtutis documentũ dedit, quæ eo ipso quòd non demittitur ac deiicitur, inuidiã deiicit & in potestatem redigit. Nam de huiusmodi viris haud iam sibi ferendã esse sententiam putant, sed animis eriguntur, & exultabundi, pariter cũ iis qui ita gloriãtur, quodam velut afflatu corripi solent: si quidem vera & ab omni dubitatione remota sit illa gloriatio. Atque ita se rem habere, euentus ipsi testantur. Thebani enim, quum accusarentur imperatores quòd elapso imperii sui tempore, nõ statim rediissent, sed Laconicum agrum inuasissent, & rebus apud Messenam gestis præfuissent, Pelopidam quidem, qui animũ demittebat & ad preces descendebat, vix absoluerunt: at quum Epaminondas sermonem de rebus ibi gestis habuisset, in quo magnificis vtebatur verbis, tandémque eò deuenisset vt diceret para-

tum se mortem subire si Laconicam se vastasse, & rebus apud Messenam gestis præfuisse, necnon Arcadiæ vires inter se consociasse, ipsis inuitis, faterētur: ne sumere quidē calculos ad ferendam de eo sententiam sustinuerunt, sed admiratione illum prosequentes, gaudentésque ac ridentes discesserūt. Hactenus Plutarchus.

Ecce tibi, vir clarissime, duorum iudicum, & eorum quidem summo iudicio præditorum, contrarias inter se sententias: superest vt te, (cuius vt incredibilem ingenii sagacitatem, ita iudicii subtilitatē non ego solus sed alii quamplurimi mecum cognitam perspectámque habent) iudicē illorum iudicum, vel certè vnius quidem, κριτοῦ, alterius autem, κριτικοῦ etiã, te, inquã, κριτὴν siue δικαστὴν cõstituas. Hæc certè tantorum virorum tam contraria inter se iudicia in memoriam mihi reuocant quæ nuper scripsi in præfatione quam præfixi volumini epigrammatum partim meorum, partim è Græco sermone in Latinum cõmutatorum. In ea enim differēs de acutis epigrammatibus, & nonnulla laudem hanc apud aliquos mereri dicens, quæ contrà frigida potius ab aliis censeantur, in exemplum attuli dictum quoddam, quod quum Cicero summopere laudet & admiretur, tãquam ingeniose excogitatum, Plutarchus contrà vt frigidissimum explodit atque exibilat. Quod verò illud sit, indicarem, nisi illum ipsum librum vnà cum hoc ad te mittere statuissem. Vale, & me amare perge.

HENR. STEPH. LECTORI S. D.

HABES à me lector opus, optatissimum (vt spero) iis omnibus futurum qui flexanimæ illius deæ Suadæ sacra vel iam colunt, vel colere statuerunt. Optatissimum certè multis de causis esse iis debere, ostendet quæ huic subiungetur epistola. Meum autem esse arbitror, quæ in eo & quorum opera præstiterim, sigillatim exponere. Quod igitur ad Græcas conciones attinet, (nam de iis priore loco dicendum est) omnibus suam Latinam interpretationem, sed nonnullis nouam, aliis iam vulgatam adiunxi: non tam quòd hæc in earum plerisque mihi satisfaceret, quàm quod ad scribendam nouam non satis otii suppeteret. In quibusdam concionibus, ac præsertim in iis quæ ex Polybio & Arriano excerptæ sunt, contextum Græcum plerisque in locis emendatum dedi, vt ipse ex huius editionis cum præcedentibus collatione statim deprehendes: sic tamen emendatum, vt menda alius veteris codicis auxilium implorantia, quædã etiam quibus vel sola cõiectura auxilari potest, superesse non inficier. Ad Latinas verò conciones quod attinet, præsertimque Liuianas, vbi diuersæ lectiones se obtulerunt, melior, vel optima (quantum quidem extemporali iudicio valere potuimus) in contextum recepta fuit. Argumenta vtræque (id est vtriusque linguæ) conciones habent à doctissimo viro, & cum aliarum bonarũ artium, tum verò rhetorices peritissimo, Iobo Veratio, cõscripta. Salustianas & Liuianas excipio. his enim ea quæ iam antea fuerant edita, præfixa fuerunt: illis autē ea quæ præfixi, ex ipsiusmet scriptoris verbis paulo altius repetitis, velut contexta fuerunt. Cæterùm quum consilium nostrum esset directas tantùm (vt vulgò appellant) conciones, non item obliquas (quales sunt Cæsarianæ) in hoc opus admittere, nonnullæ tamen directæ conciones ab obliqua sermonis forma seu structura initium haberent, hoc diuerso typorum genere excusum fuit. Habes autem præterea in fronte operis indicem, in quo hæ vtriusque linguæ conciones, velut in communes locos distributæ, in promptu cuilibet &

velut ad manum esse poterunt: dummodo cuius generis concionem in hunc vel illum vsum legere debeat, iudicare possit. Vnum est quod tibi mirum videbitur fortasse, conciones non ex omnibus Græcis, sicut & Latinis, historicis (qui quidem directas scripserunt) excerptas à me fuisse. Verùm vt de cæteris taceam quorum conciones omisi, si multas longissimas orationes quæ apud Dionem extant, his adiunxissem, hæc omnia ἀπὸ μιᾶς Μυκόνου *me posuisse, multo iustius, meo quidem iudicio, miratus fuisses. Vale.*

IOBVS VERATIVS STVDIOSO LECTORI S.

MIrificè me, studiose lector, Homericus ille versiculus delectat, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων: credo item omnes, qui quæ vis subsit iis verbis, perpendunt. Dicendi enim facultatem cum agendi solertia coniungit, & vtroque viros amplissimos instruit: quòd nec industria sola, ea maximè quæ in publicis rebus gerendis versatur, dicendi vsu spoliata, satis munus suum tueri possit: facundia verò quæ sese à rerum administratione remouerit, importuna loquacitas iudicetur. Licet enim præstet stultitiæ loquaci elinguis prudentia, tamen prudentia dicendi imperita, magno ornamento vel subsidio potius est destituta. Has dotes grauissimi autores, & qui historias scripserunt, in hominibus clarissimis expresserunt, & qui fictarum narrationum inuolucris viros ab omni laude perfectos informarunt, illis ipsis affinxerunt. Hoc enim volunt illæ Periclis & Niciæ in re vera conciones, hoc Cyri Xenophontici in ficta. Iidem illi qui præter cæteros breuiloquentes sunt habiti, & qui eloquentiam satis fastidiosè contēpserunt Lacedæmonii, tamen ne hac quidem laude carere voluerunt, quòd quanto esset ad res magnas gerendas adiumento intelligebant. Ergo Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· ἐπεὶ οὐ πολύμυθος Menelaus. Paulo vberior Thucydideus Archidamus, aliique eiusdem ciuitatis: vt qua in vrbe humaniores literæ propè iacebant, in ea tamen suum eloquentiæ esse habitum honorem constet. Itaque poeta quum summum virum & regendæ multitudinis peritissimum describeret, vtriusque rei laudem ei attribuit, rerum gestarum gloriam, & dicendi peritiam; Tum pietate grauem & meritis, &c. Ille regit dictis animos, & temperat iras. Hæc eadem sibi assumit apud Thucydidem Pericles, ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. Etenim vt impudentis est de iis quæ nesciat verba temere fundere, ita turpe est, quæ scias, ea planè & aptè explicare non posse. Nam illud quidem explosum pridem est, quod contrà afferri solet, in eo quenque quod norit, satis esse eloquentem. Quid enim ad commodè dicendum exercitatio dicendi conducat, vsus ipse iampridem cōprobauit. Sine præceptionibus autem aut nihil aut parum posse exercitationem, omnes intelligunt. Ac cognoscendi quidem ars est multiplex, dicendi verò vna. Res enim ipsæ quæ disertæ orationi sunt substratæ, vel militares ferè sunt, vel ciuiles. Ac ciuiles quidem vel è disciplina constituendarum & regendarum ciuitatū petendæ sunt, vel ex iuris dicundi scientia, quæ & ipsa pars est regendæ ciuitatis: dicendi verò præcepta à rhetoribus traduntur. Verùm si à nudis præceptis ad rerum ipsarum vsum nos referamus, hæc, quæ dixi, omnia in historia esse reposita videbimus. Sed eam historiam accipio quæ est orationibus aspersa, directis potissimùm. Nam & consilia, causæ, euentus, res gestæ (quæ omnia historicus studiosè persequitur) ad rerum administrationem pertinent: orationes verò ad dicendi facultatem referuntur. Sed si præclara quædam res est posse mente & consilio prouidere, non minoris profectò est ingenii & industriæ rectè prouisa & consulta rectè explicare: vt in vtrunque summopere eos incumbere oporteat qui ad res magnas gerendas accedunt. Eæ enim ferè in hominum societate versantur, vbi quum accessit ad prudentiam authoritas, & dicendi vis, non est dubium quin is qui illis est præditus, plurimum faciendo dicendóque consequatur. Id consilii habuerunt historici, quum quorum sapientiam in rebus prouidendis & gerendis descripserant, eorundem facundiam in illis communicandis expresserunt. Non quò omnes de quibus aliquid commemorant, vtranque virtutem

adæquarint,sed quia quantum diserta prudentia posset, vel homines ab omni humanitatis cultu alieni intellexerunt. Nam & domi & militiæ principes in suis ciuitatibus viri sæpe suis dicendo maximas vtilitates attulerunt. Etenim Deus, qui hominum genus,ad ecclesiam suam colligendam,incolume esse vellet,eos homines excitauit, qui grauissimis temporibus suis ciuitatibus sæpe saluté pepererũt. Per hos esse sedatos maximos motus,concitatos ad salutem recuperandam homines desperatione perculsos, defensam æquitatem in senatu,in concione populi,in iudiciis conatus improborũ repressos,leges pestiferas abrogatas,vtiles verò confirmatas & constitutas videmus. Nã quòd eadem hæc sapientiæ instrumenta nefarii homines ad perniciem vel ciuitatum vel singulorum hominum sæpe conuerterunt,vitium hominum fuisse intelligimus, non rerum: & nos quæ dicimus,de sapientia diserta,nõ de inani garrulitate dicimus. Itaque quis dubitet quin hoc tempore nostris rebuspub.eædem illæ animi dotes decus & præsidium afferre possint,maximè verò liberis? Neque enim hoc loco de causidicis & litigiosis dicimus,quorum ars,siqua est,aliis præceptis est munienda:sed de ciuitatũ moderatoribus. His rerum cognoscendarum atque dicendarum copiã historia,coniunctis orationibus,potest suppeditare.Quo magis miror,adeo negligenter eas artes à nostris hominibus coli.Nam licet aliud sit sæpe reip. genus,alii mores & disciplina ciuitatis:tamen multa sunt quæ in senatu aut in concione populi consimiliter agitãda sint:seu leges ferendæ sint,seu referẽdum sit de pace,de societate,de vectigalibus,de cõtrouersiis, seu legationes mittendæ vel obeundæ sint. Quæ siquis aliquando suscepit, qui dicendi esset imperitus,is quãtùm sit in infantia ad publicas res bene administrãdas impedimenti,grauissimus testis esse potest.Neque verò intelligo quamobrem minus hæc iis quoque quibus sacræ cõciones habendæ sunt,subsidio non sint.Illarũ auté rerum omnium varietatem & copiam suppeditant historicorum orationes,seu cõciones sint(id est δημηγορίαι)seu aliæ.Siquidẽ & res habẽt,quæ in ciuilem administrationẽ cadunt,omne genus, & ipsam dicendi vim summa varietate conditam continent.De rerum varietate nihil me attinet dicere. Dicendi verò vis est generibus quidem comprehensa,sed tamen gradibus & dissimilitudine infinita.in aliis breuitatem videas, in aliis copiam:in aliis vim,in aliis suauitatem:in aliis denique acumé. dicunt alii pressè, alii de re eadem vberius:alii ornatè,rursus alii tenuius.dicunt alii leniter,rursus alii sæpe de eadem re asperius: vt res penè nulla sit,studiose lector,quin si dicendo tibi explicanda sit,eius formulã ex his orationibus possis depromere.Quòd si nos magnæ artes delectãt,quum in rebus paruis explicatæ,tamẽ in iis notari possunt,(vt quũ in minutis horologiis ars illa tota compãret) nõ est dubium quin nos conciunculæ ipsæ capere debeant,quæ artem copiosam in breuissimis orationibus exprimunt.Ac si est oratoris periti,& qui hoc oratoris nomine dignus est,posse facultatem dicendi ad rerũ naturam accommodare,variéque temperare,tum dilatare res angustas,tũ ampliores contrahere:non parum habere artis & vtilitatis has orationes intelligimus, in quibus hæc omnis varietas animaduertitur.Itaque vt orationum copiosè dictarum habemus exempla vel apud Demosthenem,vel apud Ciceronem,ita huius artificii breuiter cõprehensi nobis exempla ex his orationibus peteda sunt,quas Stephanus noster è laudatissimis historicis decerptas in corpus vnum redegit. Et nequid te legentem moraretur,& vt vnde res ipsa,de qua dicitur,profecta esset intelligeres,argumenta præfigẽda curauit.Eæ igitur quantopere & ad antiquitatis cognitionem & ad dicendi facultatem conducant,postquam accuratè legeris,melius,vt spero,æstimabis. Vale.

INDEX CAPITVM AD QVAE CAVſarum genera reuocantur.

- Genus cauſæ,
  - Deliberatiuum, quò referuntur,
    - Suaſio, Diſſuaſio.
    - Exhortatio, Dehortatio.
    - Monitio.
    - Petitio.
    - Precatio.
    - Conciliatio.
    - Denuntiatio.
    - Conſolatio.
    - Commendatio.
  - Iudiciale, cui ſubiiciuntur,
    - Accuſatio, Defenſio.
    - Excuſatio.
    - Concitatio, Mitigatio.
    - Expoſtulatio, ſiue Querimonia.
    - Inuectiua.
    - Exprobratio.
    - Obiurgatio.
    - Purgatio.
    - Comminatio.
    - Deprecatio.
  - Demõſtratiuũ, ſeu exornatiuũ, ad quod pertinent,
    - Laudatio, Vituperatio.
    - Gratiarum actio.
    - Expoſitio hiſtorica.
    - Gratulatio.
    - Lamentatio.
    - Commemoratio beneficiorum.
    - Commendatio.

In ſua autem genera digeſtas orationes quæ hoc volumine comprehenduntur, habes in ſequenti indice.

ORATIONES HOC VOLVMI-
ne comprehensæ in sua genera digestæ.

Ad deliberatiuum genus pertinentes orationes.

A

Ad iudiciale genus pertinentes orationes.

A

C

D

Ad demonstratiuum genus pertinentes orationes.

INDEX SCRIPTORVM EX QVIbus orationes seu conciones Græcæ excerptæ sunt.

INDEX SCRIPTORVM EX QVIbus orationes seu conciones Latinæ excerptæ sunt.

ORATIO CATILINAE, QVA SVI DE CONIVRAtione conſilii participes cohortatur.

SALVST. CONIVR. CATIL.

Catilina, vbi eos quos paulo antè memoraui *ab eo factos ſui de coniuratione conſilii participes*, conueniſſe videt, tametſi cum ſingulis multa ſæpe egerat, tamen in rem fore credens vniuerſos appellare & cohortari, in abditam partem ædium ſecedit: atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuſcemodi habuit,

NIſi virtus atque fides veſtra ſatis ſpectata mihi foret, nequicquam opportuna res cecidiſſet, ſpes magna dominationis in manibus fruſtra fuiſſet: neque ego per ignauiam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed quia multis & magnis tempeſtatibus vos cognoui fortes, fidóſque mihi, eò animus auſus eſt maximum atque pulcherrimum facinus incipere: ſimul quia vobis eadem quæ mihi bona maláq; eſſe intellexi. Nam IDEM velle atque idem nolle, ea demũ firma amicitia eſt. Sed ego, quæ mente agitaui, omnes iam antea diuerſi audiſtis. Cæterùm mihi in dies magis animus accenditur, quum conſidero quæ conditio vitæ futura ſit, niſi noſmetipſos vindicemus in libertatem. Nam poſtquam Reſp. in paucorum potentum ius atque ditionem conceſſit, ſemper illis reges, tetrarchæ vectigales eſſe: populi, nationes ſtipẽdia pendere: cæteri omnes ſtrenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, ſine gratia, ſine authoritate: iis obnoxii quibus, ſi Reſp. valeret, formidini eſſemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ apud illos ſunt, aut vbi illi volũt: nobis reliquere pericula, repulſas, iudicia, egeſtatem. Quæ quouſque tandem patiemini, ô fortiſſimi viri? Nõnne emori per virtutem præſtat, quàm vitam miſeram atque inhoneſtam, vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Verumenimuero, pro deûm atque hominum fidem, victoria in manu nobis eſt: viget ætas, animus valet: contrà illis, annis atque diuitiis omnia conſenuere. Tantummodo incepto opus eſt, cætera res ipſa expediet. Etenim quis mortaliũ cui virile ingenium eſt, tolerare poteſt, illis diuitias ſuperare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquãdis: nobis rem familiarem etiam ad neceſſaria deeſſe? illos binas aut amplius domos cõtinuare, nobis larem familiarem nuſquam vllum eſſe? quum tabulas, ſigna, toreumata emunt, vetera negligunt, noua diruunt: alia ædificant: poſtremò omnibus modis pecuniam trahunt, vexant: tamen ſumma libidine diuitias ſuas vincere nequeunt. At nobis eſt domi inopia, foris æs alienum, mala res, ſpes multo aſperior. denique quid reliqui habemus præter miſeram animam? Quin igitur expergiſcimini? En illa, quam ſæpe optaſtis, libertas: præterea diuitiæ, decus, gloria, in oculis ſita ſunt. Fortuna omnia ea victoribus præmia poſuit. Res, tempus, pericula, egeſtas, belli ſpolia magnifica, magis quàm oratio mea, vos hortentur. vel imperatore vel milite me vtimini: neque animus neque corpus aberit à vobis. Hæc ipſa, vt ſpero, vobiſcum, vnà Conſul agam, niſi fortè animus me fallit, & vos ſeruire magis quàm imperare parati eſtis.

ORATIO ALIA EIVSDEM CATILINAE QVA ſuos milites adhortatur.

SALVST. CONIVR. CATIL.

Sed Catilina, poſtquam videt montibus atque copiis hoſtium ſeſe clauſum, in vrbe res aduerſas, neque fugæ neque præſidii vllam ſpem, optimum factu ratus in tali re fortunã belli tentare, ſtatuit cũ Antonio quãprimũ cõfligere. Itaq; cõcione aduocata, huiuſcemodi orationẽ habuit,

COmpertum habeo milites, verba virtutem non addere, neque ex ignauo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitum imperatoris oratione fieri. QVANTA cuiuſque animo audacia natura aut moribus ineſt, tanta in bello patẽre ſolet. Quem neque gloria neque pericula excitant, nequicquam hortere: timor animi auribus officit. Sed ego vos, quò pauca monerem, aduocaui: ſimul vti cauſam mei conſilii aperirem. Scitis equidem milites, ſocordia atque ignauia Lentuli quantam ipſi nobíſque cladem attulerit: quóque modo dum ex vrbe præſidia opperior, in Galliam proficiſci nequiuerim. Nunc verò quo loco res noſtræ ſint, iuxtà mecum omnes intelligitis. Exercitus hoſtium duo, vnus ab vrbe, alter à Gallia obſtant. Diutius in his locis eſſe, ſi animus maximè ferat, frumenti atque aliarum rerum egeſtas prohibet. Quocunque ire placet, ferro iter aperiendum eſt. Quapropter vos

moneo vti forti atque parato animo sitis: & quum prælið inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abúdè, municipia atque coloniæ patebunt: sin metu cesserimus, eadem illa aduersa fient: neque locus neque amicus quisquam teget quem arma non texerint. Præterea milites non eadem nobis & illis necessitudo impendet: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis superuacaneum est pugnare pro potentia paucorum. Quò audacius aggredimini, memores pristinæ virtutis. Licuit vobis cum summa turpitudine in exilio ætatem agere: potuistis nonnulli Romæ amissis bonis alienas opes spectare. Quia illa fœda atque intoleranda viris videbantur, hæc sequi decreuistis. Si hæc relinquere vultis, audacia opus est. NEMO, nisi victor, pace bellum mutauit. nam in fuga salutem sperare, quum arma, quibus corpus tegitur, ab hoste auerteris, ea verò demētia est. SEMPER in prælio iis est maximū periculum qui maximè timent, audacia pro muro habetur. Quum vos considero milites, & quum facta vestra æstimo, magna me spes victoriæ tenet: animus, ætas, virtus vestra me hortantur: præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortes facit. nam multitudo hostium ne nos circumuenire queat, prohibent angustiæ loci. Quòd si virtuti vestræ fortuna inuiderit, cauete ne inulti animam amittatis: neu capti potius sicuti pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

ORATIO LEGATORVM C. MANLII AD Q. Martium regem.

SALVST. CONIVR. CAT.

Neque tamen Catilinæ furor minuebatur, sed in dies plura agitare: arma per Italiam locis opportunis parare: pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuam Fesulas ad Manlium quendam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. *Aliquanto pòst,* Interea Manlius in Hetruria plebem solicitare egestate simul ac dolore iniuriæ nouarum rerum cupidam: quòd Syllæ dominatione agros bonáque omnia amiserat: præterea latr. &c. *Paulo pòst,* In quibus *literis* scriptum erat C. Manlium arma cepisse cum magna multitudine, ante diem VI Cal. Nouembr. *Aliquanto pòst,* Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Martium regem mittit, cum mandatis huiuscemodi,

DEos hominésque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quò periculum aliis faceremus: sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum, plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus. Neque cuiquam nostrûm licuit, more maiorum, lege vti: neque amisso patrimonio, liberum corpus habere: tanta sæuitia fœneratorum atque Prætoris fuit. Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt. Ac nouissimè memoria nostra, propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argentū communi ære solutum est. Sæpe ipsa plebs aut dominandi studio permota, aut superbia magistratuum armata à patribus secessit. At nos non imperium neque diuitias petimus, (quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt) sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. Te atque Senatum obtestamur vt consulatis miseris ciuibus: legis præsidium quod iniquitas Prætoris eripuit, restituatis, néve nobis eam necessitudinem imponatis, vt quæramus quónam modo maximè vlti sanguinem nostrum, pereamus.

ORATIO C. CAESARIS SVAM SENTENTIAM SEnatui exponentis de coniurationis Catilinæ sociis qui in custodiis tenebantur.

SALVST. CONIVR. CAT.

Tunc D. Iunius Syllanus, primus sententiam rogatus (quòd eo tempore Consul designatus erat) de iis qui in custodiis tenebantur, & præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Vmbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreuerat. Isque postea permotus oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam Tiberii Neronis iturum se dixerat: quòd de ea re, præsidiis additis, referendum esse censuerat. Sed Cæsar, vbi ad eum ventum est, rogatus à Consule sententiam, huiuscemodi verba loquutus est,

OMnes homines, P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. HAVD facilè animus verum prouidet vbi illa offi-

ciunt:neque quisquam omnium libidini simul & vsui paruit. VBI intenderis ingenium, valet: si libido possidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, P.C. qui reges aut qui populi ira aut misericordia impulsi, male consuluerint. Sed ea malo dicere quæ maiores nostri contra libidinem animi sui rectè atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas magna atque magnifica, quæ populi Rom. opibus creuerat, infida atque aduersa nobis fuit: sed postquam bello confecto de Rhodiis consultum est, maiores nostri, nequis diuitiarum magis quàm iniuriæ causa bellum incœptum diceret, impunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, quum sæpe Carthaginienses & in pace & per inducias multa nefaria facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere: magis, quid se dignum foret, quàm quid in illos iure fieri posset, quærebant. Hoc item vobis prouidendum est, P.C. ne plus apud vos valeat P. Lentuli & cæterorum scelus quàm vestra dignitas: néve magis iræ vestræ, quàm famæ consulatis. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, nouum consilium approbo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exuperat, iis vtendum censeo quæ legibus comparata sunt. Plerique eorum qui ante me sententias dixerunt, compositè ac magnificè casum Reipub. miserati sunt: quæ belli sæuitia esset, quæ victis acciderent, enumerauere: rapi virgines, pueros: diuelli liberos à complexu parentum: matres familiarum pati quæ victoribus collibuissent: fana atque domos spoliari, cædem, incendia fieri: postremò armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri. Sed per deos immortales, quò illa oratio pertinuit? an vt vos infestos coniurationi faceret? scilicet quem tanta res atque tam atrox non permouit, eum oratio accenderet. non ita est: neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ paruæ videntur: multi etiam eas grauius æquo habuere. Sed aliis alia licentia est, P. C. Qui demissi in obscuro vitam agunt, siquid iracundia deliquere, pauci sciunt: fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in maxima fortuna minima licentia est: neque studere neque odisse, sed minimè irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appellatur. Equidem ego sic existimo, P. C. omnes cruciatus minores quàm facinora illorum esse. Sed plerique mortales postrema meminere, & in hominibus impiis, sceleris eorum obliti, de pœna disserunt, si ea paulo sæuior fuerit. D. Syllanum virum fortem atque strenuum certò scio, quæ dixerit, studio Reipub. dixisse: neque illũ in tanta re gratiam aut inimicitias exercere: eos mores eámque modestiam viri cognoui. Verùm sententia eius mihi crudelis nõ est: (quid enim in tales homines crudele fieri potest?) sed aliena à Repub. nostra videtur. Nam profectò aut metus aut iniuria te subegit Syllane, Cõsulem designatum, genus pœnæ nouum decernere. De timore superuacaneum est disserere: quum præsertim diligentia clarissimi viri Consulis tanta sint præsidia in armis. De pœna possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissoluere, vltrà neque curæ neque gaudio locum esse. Sed per deos immortales quamobrem in sententiam non addidisti, vti prius verberibus in eos animaduerteretur? An quia lex Porcia vetat, ac aliæ item leges condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent? an quia grauius est verberari quàm necari? Quid aut acerbum aut nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos? Sin, quia leuius est, quî conuenit in minore negotio legem timere, quum eam in maiore neglexeris? At enim dices quis reprehendet quod in parricidas Reip. decretũ erit? tempus, dies, fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Illis meritò accidet quicquid euenerit. Cæterùm vos, P. C. quid in alios statuatis considerate. *Omnia* mala exempla ex bonis initiis orta sunt. Sed vbi imperium ad ignauos ciues aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & non idoneos transfertur. Lacedæmonii, deuictis Atheniensibus, triginta viros imposuere qui Rempub. eorum tractarent. Hi primò cepere pessimum quenque & omnibus inuisum indemnatum necare. Ea populus lætari, & meritò dicere fieri. Pòst, vbi licentia paulatim creuit, iuxtà bonos & malos libidinosè interficere, cæteros metu terrere. Ita ciuitas seruitute oppressa, stultæ lætitiæ graues pœnas dedit. Nostra memoria victor Sylla, quum Damasippum, & alios huiuscemodi, qui malo Reipub. creuerant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? homines scelestos & factiosos, qui seditionibus Rempub. exagitauerant, meritò necatos

aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. nam vti quisque aut domum aut villam, postremò vas aut vestimentum alicuius concupiuerat, dabat operam vt is in proscriptorum numero esset. Ita illi quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paulo pòst ipsi trahebantur. neque prius iugulandi finis fuit quàm Sylla omnes suos diuitiis expleuit. Atq; ego hoc non in M.Tullio, neque his temporibus vereor: sed in magna ciuitate multa & varia ingenia sunt. Potest alio tempore, alio Consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi: vbi hoc exemplo per Senatus decretum Consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet? aut quis moderabitur? Maiores nostri, Patres C. neque cõsilii neque audaciæ vnquam eguere: neque illis superbia obstabat quominus aliena instituta, si modò proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria à Samnitibus, insignia magistratuum à Tuscis pleraque sumpserunt. Postremò, quod vbique apud socios aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio domi exequebantur. Imitari, quàm inuidere bonis, malebãt. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imitati, verberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquam Respublica adoleuit, & multitudine ciuium factiones valuere, circumueniri innocentes, aliáque huiuscemodi fieri cœpere. Tunc lex Porcia aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Hanc ego causam, P. C. quominus nouum consilium capiamus, in primis magnã puto. Profectò virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? Minimé. sed ita censeo, publicandas eorum pecunias: ipsos in vinculis per municipia habendos, quæ maximè opibus valent: neu quis de his postea ad Senatum referat, néve cum populo agat: qui aliter fecerit, Senatum existimare, eum contra Rempub. & salutem omnium facturum.

ORATIO M. PORCII CATONIS PROXIME PRAEcedenti orationi C. Cæsaris respondens.

SALVST. CONIVR. CAT.

Post quam Cæsar dicendi finẽ fecit, cæteri verbo, alius alii variè assentiebantur. At M. Porcius Cato rogatus sententiam, huiuscemodi orationem habuit,

LOngè mihi alia mens est, P. C. quum res atque pericula nostra considero, & quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum parauere: res autem monet, cauere ab illis magis quàm, quid in illos statuamus, consultare. Nam cætera maleficia tum persequare, vbi facta sunt: hoc nisi prouideris ne accidat, vbi euenerit, iudicia frustra implores. Capta vrbe, nihil fit reliqui victis. Sed per deos immortales vos ego appello qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris quàm Rẽpublicam fecistis: si ista, cuiuscunque modi sint, quæ amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere vultis: expergiscimini aliquando, & capessite Rempublicam. Non nunc agitur de vectigalibus, neque de sociorum iniuriis: libertas & anima nostra in dubio est. Sæpenumero, P. C. multa verba in hoc ordine feci: sæpe de luxuria atque auaritia nostrorum ciuium questus sum, multósque mortales ob eam causam aduersos habeo. Qui mihi atq; animo meo nullius vnquam delicti gratiam fecissem, haud facilè alterius libidini malefacta cõdonabam. Sed ea tametsi vos parui pendebatis, tamen Respub. firma erat, opulentia negligentiam tolerabat. Nunc verò non id agitur, bonísne an malis moribus viuamus, neque quantũ aut quàm magnificũ imperiũ populi Romani sit: sed hæc, (cuiuscũque modi videtur) nostra, an nobiscum vnà hostium futura sint. Hîc mihi quisquam mansuetudinem & misericordiam nominat? Iampridem equidem nos vera rerũ vocabula amisimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur: eo Respublica in extremo sita est. Sint sanè (quoniam ita se mores habent) liberales, ex sociorũ fortunis, sint misericordes in furibus ærarii: ne illi sanguinem nostrum largiantur: & dum paucis sceleſtis parcũt, bonos omnes perditum eant. Bene & compositè C. Cæsar paulo antè in hoc ordine de vita & morte disseruit: credo, falsa existimans ea quæ de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis, loca tetra, inculta, fœda atque formidolosa habere. Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos: videlicet timens ne, si Ro-

mæ sint,aut à popularibus coniurationis, aut à multitudine conducta, per vim eripiantur. Quasi verò mali atque scelesti tantummodo in vrbe,& non per totam Italiam sint,aut nõ ibi plus possit audacia vbi ad defendendum opes minores sunt. Quare vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit: si in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert me mihi atque vobis timere. Quare quum de P.Lentulo cæterisque statuetis,pro certo habetote vos simul de exercitu Catilinæ & de omnibus coniuratis decernere. Quanto vos attentius ea agetis,tanto illis animus infirmior erit: si paululum modò vos lãguere viderint,iam omnes feroces aderũt. Nolite existimare maiores nostros armis Rempub.ex parua magnam fecisse. Si ita res esset, multò pulcherrimam eam nos haberemus. quippe sociorũ atque ciuium, præterea armorum atque equorũ maior nobis copia quàm illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperiũ,animus in consulendo liber, neque delicto neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam: publicè egestatem, priuatim opulentiam: laudamus diuitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos nullum discrimen est: omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum, vbi vos separatim sibi quisque consiliũ capitis, vbi domi voluptatibus, hîc pecuniæ aut gratiæ seruitis: eo fit vt impetus fiat in vacuam Remp. Sed ego hæc omitto. Coniurauere nobilissimi ciues patriam incendere: Gallorum gentem infestissimam Romano nomini ad bellũ accersunt: dux hostium cũ exercitu supra caput est: vos cunctamini etiam nunc? & dubitatis quid intra mœnia deprehensis hostibus faciatis? Misereamini, censeo, (deliquere homines adolescentuli per ambitionẽ) atque etiã armatos illos dimittatis. Næ ista vobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur. Scilicet res ipsa aspera est: sed vos non timetis eam. Imò verò maximè timetis, sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini: videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc Rép. in maximis sæpe periculis seruauere. NON votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedũt: vbi socordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequicquã deos implores: irati infestique sunt. Apud maiores nostros Aulus Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quòd is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit, atq; ille egregius adolescẽs immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit: vos de crudelissimis parricidis quid statuatis cunctamini? Videlicet cætera vita eorũ huic sceleri obstat. Verùm parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si diis aut hominibus vnquam vllis pepercit. Ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi iterum iam patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cæpario loquar? quibus si quicquam pensi vnquam fuisset, non ea consilia de Rep. habuissent. Postremò, P. C. si mehercle peccato locus esset, facilè paterer vos ipsa re corrigi, quoniam verba contemnitis. Sed vndique circumuenti sumus: Catilina cum exercitu in faucibus vrget, alii intra mœnia atque in sinu vrbis sunt hostes: neque parari neque consuli quicquam potest occultè. quo magis properandum est. Quare ego ita censeo: quũ nefario consilio sceleratorum ciuium Respub. in maxima pericula venerit, iique indicio T. Vulturtii & legatorum Allobrogum conuicti, confessique sint cædẽ, incendia, aliáque se fœda atque crudelia facinora in ciues patriámq; parauisse: de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum, supplicium sumendum.

ORATIO MICIPSAE REGIS AD IVGVRTHAM, qua eum officii sui admonet, finem vitæ sibi adesse intelligens.

SALVST. IN BELLO IVGVRTH.

Igitur rex Micipsa, vbi ea quæ fama acceperat, *Iugurtham bello Numantino in tantam claritudinem peruenisse ut Romanis uehemẽter charus esset*, ex literis imperatoris ita esse cognouit, tum virtute tum gratia viri permotus, flexit animum suum, & Iugurtham beneficiis vincere aggressus est, statimque eum adoptauit, & testamento pariter cum filiis hæredem instituit: *quum antea sibi ab eo timens, ideo illum Numidu quos in Hispaniam mittebat præfecisset, quòd in eo bello facilè occasurum speraret.* Sed ipse paucos post annos morbo atq; ætate confectus, quum sibi finẽ vitæ adesse intelligeret, corã amicis & cognatis, itémq; Adherbale & Hiẽpsale filiis, huiuscemodi verba cũ Iugurtha fertur habuisse,

PAruum ego te, Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi: existimans non minus me tibi, quàm liberis, si genuissem, ob beneficia charum fore

Neque ea res falsum me habuit. nam vt alia magna & egregia tua facta omittam, nouissimè rediens Numantia, me regnúmque meum gloria decorasti, tuáque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familiæ nostræ renouasti: postremò (quod difficillimum inter mortales est) gloria inuidiam vicisti. Nunc quoniam mihi natura finem vitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestórque te, vt hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, charos habeas: neu malis alienos adiungere, quàm sanguine coniunctos retinere. NON exercitus neque thesauri præsidia regni sunt, verùm amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide parantur. Quis autem amicior quàm frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis: sin mali, imbecillum. NAM concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Cæterùm ante hos te, Iugurtha, qui ætate & sapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. NAM in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur. Vos autem Adherbal & Hiempsal colite & obseruate talem hunc virum: imitamini virtutem, & enitimini ne ego meliores liberos sumpsisse videar quàm genuisse.

ORATIO ADHERBALIS AD SENATVM ROM.
qua se à Iugurtha regno fortunísque omnibus expulsum queritur.

SALVST. IN BELLO IVGVRTH.

Igitur vbi legati *à Iugurtha cum argento & auro multo Romam missi* satis confidunt, die constituto Senatus vtrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo loquutum accepimus,

PAtres conscripti, Micipsa pater meus moriens mihi præcepit vti regni Numidiæ tantummodo procurationem existimarem meam, cæterùm ius & imperium eius penes vos esse: simul eniterer domi militiǽque quammaximo vsui esse populo Romano: vos mihi cognatorum, vos affinium loco ducerē. si ea fecissem, in vestra amicitia exercitum, diuitias, munimenta regni me habiturum. Quæ præcepta patris mei quum agitarem, Iugurtha, homo omnium quos terra sustinet, sceleratissimus, contempto imperio vestro, Masinissæ me nepotem, etiam à stirpe socium atque amicum populi Rom. regno fortunísque omnibus expulit. Atque ego, P. C. quoniam eò miseriarum venturus eram, vellem potius ob mea quàm ob maiorum meorum beneficia me posse à vobis auxilium petere, ac maximè deberi mihi beneficia à Pop. Rom. quibus non egerem, sed ea si desideranda erant, vti debitis vterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est, neq; mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret, ad vos confugi, P. C. quibus(quod mihi miserrimum est) cogor prius oneri quàm vsui esse. Cæteri reges, aut bello victi in amicitiam à vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatem vestram appetiuerunt: familia nostra cum pop. Rom. bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quo tempore magis fides eius quàm fortuna pendenda erat. Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati me nepotem Masinissæ frustra à vobis auxilium petere. Sed si ad impetrandum nihil causæ haberem, præter miserādam fortunam, quòd paulo ante rex genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes expecto: tamen erat maiestatis populi Romani prohibere iniuriā, neque pati cuiusquam regnum per scelus crescere. Verùm ego iis finibus eiectus sum quos maioribus meis pop. Rom. dedit: vnde pater & auus meus vnà vobiscum expulere Syphacem & Carthaginienses. Vestra beneficia mihi erepta sunt, P. C. vos in mea iniuria despecti estis. Heu me miserum. huccine Micipsa pater beneficia tua euasere, vt quem tu parem cum liberis tuis regníque participem fecisti, is potissimùm stirpis tuæ extinctor sit? Nunquámne ergo familia nostra quieta erit? sempérne in sanguine, ferro, fuga versabitur? Dū Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia sæua patiebamur: hostes à latere, vos amici procul, spes omnis in armis erat. Postquam illa pestis ex Africa eiecta est, læti pacem agitabamus, quippe queis nullus hostis erat, nisi fortè quem vos iussissetis. Ecce autem ex improuiso Iugurtha, intoleranda audacia, scelere atque superbia sese efferens, fratre meo atque eodem propinquo suo interfecto, primùm regnum eius sceleris sui prædam fecit: pòst, vbi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus quàm vim aut bellū expectantem in imperio vestro, (sicuti videtis) extorrem patria, domo, inopem & coopertum miseriis effecit, vt vbiuis tutius

quàm in meo regno essem. Ego sic existimabam, P. C. vti prædicantem audieram patrem meum, qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere, cæterùm ex omnibus maximè tutos esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit, vt in omnibus bellis adesset vobis: nos vti per otium tuti simus, in manu vestra est, P. C. Pater nos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est nobis coniunctum fore. Alter eorum necatus est, alter ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quò potissimũ infelix accedam? generis præsidia omnia extincta sunt. pater, vti necesse erat, naturæ concessit: fratri, quem minimè decuit, propinquus per scelus vitam eripuit: affines, amicos, propinquos, cæteros meos, alium alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt: pauci quibus relicta est anima, clausi in tenebris cum mœrore & luctu, morte grauiorem vitam exigunt. Si omnia quæ aut amisi, aut ex necessariis aduersa facta sunt, incolumia manerent: tamen siquid ex improuiso mali accidisset, vos implorarem, P. C. quibus pro magnitudine imperii, ius & iniurias omnes curæ esse decet. Nunc verò exul patria, domo, solus atque omnium honestarum rerum egẽs, quos accidam? aut quos appellem? nationésne, an reges, qui omnes familiæ nostræ ob vestram amicitiam infesti sunt? an quóquam mihi adire licet, vbi non maiorum meorum hostilia monimenta plurima sint? an quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit? Postremò Masinissa nos ita instituit, P. C. nequem coleremus nisi populum Rom. ne societates, ne fœdera noua acciperemus: abundè magna præsidia nobis in vestra amicitia fore: si huic imperio fortuna mutaretur, vnà occidendum nobis esse. Virtute ac diis volentibus, magni & opulẽti estis, omnia secũda & obediẽtia vobis sunt: quo facilius sociorũ iniurias curare licet. Tantùm illud vereor, nequos priuata amicitia Iugurthæ parum cognita transuersos agat, quos ego audio summa ope niti, ambire, fatigare vos singulos, nequid de absente incognita causa statuatis: fingere me verba, & fugam simulare, cui licuerit in regno manere. Quod vtinam illum, cuius impio facinore in has miserias proiectus sum, eadem hæc simulantem videam: & aliquando aut apud vos aut apud deos immortales rerum humanarum cura oriatur: vt ille, qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem nostrum, fratris mei necis, mearúmque miseriarum graues pœnas reddat. Iamiam, frater animo meo charissime, quanquam tibi immaturo, & vnde minimè decuit, vita erepta est, tamen lætandum magis quàm dolendum puto casum tuum. non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem, & omnes has quæ me premunt, ærumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus, pulsus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum præbeo: incertus quid agam, tuásne iniurias persequar, ipse auxilii egens: an regno consulam, cuius vitæ necísque potestas ex alienis opibus pendet. Vtinam emori, fortunis meis honestus exitus esset, ne viuere cõtemptus viderer, si defessus malis iniuriæ concessissem. Nunc quoniam neque viuere libet, neque mori licet sine dedecore, P. C. oro vos per liberos atque parentes vestros, per maiestatem populi Rom. subuenite mihi misero, ite obuiam iniuriæ, nolite pati regnum Numidiæ, quod vestrum est, per scelus & sanguinem familiæ nostræ tabescere.

ORATIO C. MEMMII AD QVIRITES, QVA EOS ad vindicandum in Iugurtham, qui Adherbalem necauerat, & in socios eius sceleris, hortatur.

SALVST. IN BELLO IVGVRTH.

At C. Memmius inter dubitationem & moras Senatus, concionibus populum ad vindicandũ hortari: monere ne Remp. ne libertatem suam desererent: multa superba & crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus, omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romæ Memmii facundia clara pollénsque fuit, decere existimaui vnam ex tam multis orationem eius perscribere. Ac potissimùm eam dicam quam in concione post reditum Bestiæ huiuscemodi verbis disseruit.

MVlta me dehortantur à vobis Quirites, ni studium Reip. omnia superet, opes factionis, vestra patientia, ius nullum, ac maximè quòd innocentiæ plus periculi quàm honoris est. Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim quàm ludibrio fueritis superbiæ paucorum, quàm fœdè quámq; multi perierint vestri defensores: vt vobis animus ab ignauia atque socordia corruptus sit, qui ne nunc quidem obnoxii inimicis exurgitis, atque etiam nunc timetis eos quibus vos decet terrori esse. Sed quanquam hæc talia sunt, ta-

men obuiam ire factionis potentiæ animus subegit. Certè ego libertatem, quæ mihi à parente meo tradita est, experiar: verùm id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm est, Quirites. Neque ego vos hortor (quod sæpe maiores vestri fecere) vti contra iniurias armati eatis. nihil vi, nihil secessione opus est. necesse est suomet ipsi more præcipites eant. Occiso Tib. Graccho, quem regnum sibi parare aiebant, in plebem Romanam quæstiones graues habitæ sunt. Post C. Gracchi & M. Fuluii cædem, vestri item ordinis multi mortales in carcere necati sunt. Vtriusque cladis non lex verùm libido eorum finem fecit. Sed sanè fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere, quicquid sine sanguine ciuium vlcisci nequit, iure factum sit. Superioribus annis taciti indignabamini ærarium expilari: reges & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere, penes eosdem & summam gloriam & maximas diuitias esse: tamen hæc talia facinora impunè suscepisse, parum habuere. Itaque postremò leges, maiestas vestra, diuina & humana omnia hostibus tradita sunt. Neque eos qui ea fecere pudet aut pœnitet: sed incedunt per ora vestra magnificè, sacerdotia & consulatus, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori non prædæ habeant. Serui ære parati, iniusta imperia dominorum non perferunt vos: Quirites in imperio nati, æquo animo seruitutem toleratis? At qui sunt hi qui Rempub. occupauere? homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani auaritia, nocentissimi, & iidem superbissimi: quibus fides, decus, pietas, postremò honesta atque inhonesta omnia quæstui sunt. Pars eorum occidisse Tribunos plebis, alii quæstiones iniustas, plerique cædem in vos fecisse, pro munimento habent. Itaque quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est: metum à scelere suo ad ignauiam vestram trãstulere: quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in vnum coegit. Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. Quòd si tantam vos libertatis curam haberetis, quàm illi ad dominationem accensi sunt: profectò neque Respub. sicuti nunc, vastaretur, & beneficia vestra penes optimos, non audacissimos forent. Maiores vestri, parandi iuris & maiestatis constituendæ gratia, bis per secessionem armati Auentinum montem occupauere: vos pro libertate quam ab illis accepistis, nónne summa ope nitemini? atq; eo vehemẽtius, quo maius dedecus est, parta amittere, quàm omnino non parauisse? Dicet aliquis, Quid igitur censes? Vindicãdum in eos qui hosti prodidere Rempub. nõ manu, neque vi, (quod magis vos fecisse, quàm illis accidisse indignũ est) verùm quæstionibus & indicio ipsius Iugurthæ: qui si dedititius est, profectò iussis vestris obediens erit: sin ea cõtemnit, scilicet æstimabitis qualis illa pax aut deditio sit, ex qua ad Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentes maximæ diuitiæ, ad Rempub. damna atque dedecora peruenerint. Nisi fortè dominationis eorum satietas nondum etiam vos tenet: & illa quàm hæc tempora, magis placent, quum regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremò diuina & humana omnia penes paucos erãt: vos autem, hoc est populus Rom. inuicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere. Nam seruitutem quidem quis vestrûm recusare audebat? Atq; ego tametsi virum flagitiosissimum existimo impunè iniuriam accepisse, tamen vos sceleratissimis hominibus ignoscere, quoniam ciues sunt, æquo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset. Nam & illis, quantum importunitatis habent, parum est impunè malè fecisse, nisi deinde faciũdi licentia eripiatur: & vobis æterna solicitudo remanebit, quum intelligetis aut seruiendum esse, aut per manus libertatem retinẽdam. Nam fidei quidem & concordiæ quæ spes est? Dominari illi volunt, vos liberi esse: facere illi iniurias, vos prohibere: postremò sociis vestris, veluti hostibus, hostibus pro sociis vtuntur. Potéstne in tam diuersis mentibus pax aut amicitia esse? Quare moneo hortórque vos ne tantũ scelus impunitũ omittatis. Non peculatus ærarii factus est, neq; per vim sociis ereptæ sunt pecuniæ: (quæ quanquàm grauia sunt, tamen consuetudine iam pro nihilo habentur) hosti acerrimo prodita Senatus authoritas, proditum imperium vestrum est: domi militiǽque Resp. vænalis fuit. Quæ nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum, nisi vt illis qui ea fecere, obedientes viuamus? NAM impunè quælibet facere, id est regem esse. Neque egó vos Quirites hortor vt iam malitis ciues vestros perperam quàm rectè fecisse: sed ne ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc, in Repub. multo præstat beneficii quàm maleficii immemorem esse. Bonus, tantúmodo segnior fit, vbi negligas: at malus, improbior. Ad hoc si iniuriæ non sint, haud sæpe auxilii egeas.

ORATIO MARII AD QVIRITES, DE SE ET DE ea quam parabat in Africam expeditione.

SALVST. IN BELLO IVGVRTH.

Nam Marius, postquam, omnibus quæ postulauerat decretis, milites scribere vult, hortandi causa, simul & nobilitatem, vt consueuerat, exagitandi, cōcionem populi aduocauit: deinde hoc modo disseruit,

SCio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium à vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere: primò industrios, supplices, modicos esse: deinde per ignauiam & superbiam ætatem agere. Sed mihi contrà videtur. nam quo vniuersa Respub. pluris est quàm Consulatus aut Prætura, eo maiore cura illam administrari quàm hæc peti debere. Neque me fallit quantum cum vestro maximo beneficio negotii sustineam. Bellum parare simul & ærario parcere: cogere ad militiā eos quos nolis offendere, domi forisque omnia curare, & ea agere inter inuidos, occursantes, factiosos, opinione Quirites asperius est. Ad hoc, aliis, si deliquere, vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & affinium, opes, multæ clientelæ, omnia hæc præsidio adsunt: mihi spes omnes in memet sitæ: quas necesse est virtute & innocentia tutari: nam alia infirma sunt. Et illud intelligo, Quirites, omnium ora in me conuersa esse, æquos bonósque fauere, (quippe beneficia mea in Remp. procedunt) nobilitatem locum inuadendi me quærere. Quo mihi acrius adnitendum est vt neque vos capiamini, & illi frustra sint. Ita ad hoc ætatis à pueritia fui, vt omnes labores & pericula consueta habeā. Quæ ante vestra beneficia gratuitò faciebam, ea vti accepta mercede deseram, non est consilium Quirites. Illis difficile est in potestatibus temperare qui per ambitionem sese probos simulauere: mihi, qui omnem ætatem in optimis artibus egi, bene facere iam ex consuetudine in naturam vertitur. Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas ægerrimè tulit. Quæso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit, ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis hominem veteris prosapiæ ac multarum imaginum, & nullius stipendii: scilicet vt in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo sui officii monitorē. Ita plerunque euenit, vt quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quærat. At ego scio, Quirites, qui postquam Consules facti sunt, acta maiorum & Græcorum militaria præcepta legere cœperint: præposteri homines. nam legere quàm fieri tempore posterius, re atque vsu prius est. Comparate nunc, Quirites, me hominem nouum cum illorum superbia. Quæ illi audire & legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi: quæ illi literis, ea ego militando didici. Nunc vos existimate, facta an dicta pluris sint. Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectātur. Quanquā ego naturam vnam & communem omnium existimo: sed fortissimum quenque, generosum esse. Ac si iam ex patribus Albini aut Bestiæ quæri posset, méne an illos ex se gigni maluerint: quid responsuros creditis? nisi sese liberos quam optimos voluisse? Quòd si iure me despiciunt, faciant idem maioribus suis, quibus, vti mihi, ex virtute nobilitas cœpit. Inuident honori meo: ergo inuideant labori, & innocentiæ, periculis etiam meis: quoniam per hæc illum cepi. Verùm homines corrupti superbia, ita ætatem agunt quasi vestros honores contemnant: ita hos petunt quasi honestè vixerint. NAE illi falsi sunt qui diuersissimas res pariter expectāt, ignauiæ voluptatem, & præmia virtutis. Atque etiam quum apud vos aut in Senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt, eorum fortia facta memorando clariores sese putant. quod contrà est. nam quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Et profectò ita se res habet: MAIORVM gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum neque mala in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior, Quirites. Verùm id quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte quàm iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt: scilicet quia imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas est: quā certè peperisse me, quàm acceptam corrupisse melius est. Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abundè illis facundam & compositam orationem fore. Sed in maximo vestro beneficio, quum omnibus locis me vósque maledictis lacerent, non placuit reticere: nequis modestiam in conscientiam duceret. Nam me quidem ex animi mei sententia, lædere nulla oratio potest: quippe vera, necesse est bene prædicet: falsam vita morésque mei superant. Sed quoniam vestra cōsilia accusantur, qui mihi summum honorem

& maximum negotium imposuistis: etiam atque etiam reputate num eorum pœnitendũ sit. Non possum, fidei causa, imagines neque triumphos aut Consulatus maiorum meorum ostentare: at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices aduerso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, non hæreditate relicta (vt illa illis) sed quã ego plurimis meis laboribus & periculis quæsiui. Non sunt composita verba mea: parui id facio: ipsa se virtus satis ostendit. illis artificio opus est, vt turpia facta oratione tegant. Neque literas Græcas didici. parum placebat eas discere: quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerant. At illa multo optima Reipub. doctus sum, hostem ferire, præsidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam: hyemem & æstatem iuxtà pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor: neque illos arctè colam, me opulenter: neque gloriam meam labore illorũ faciam. Hoc est vtile, hoc ciuile imperium. Nanque quum tu per mollitiem agas, exercitũ supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. Hæc atque alia maiores vestri faciendo, seque & Rempub. celebrauere. Queis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum æmulos contemnit, & omnes honores nõ ex merito sed quasi debitos à vobis repetit. Cæterùm homines superbissimi procul errant. Maiores eorum omnia quæ licebat, illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam sui præclaram: virtutem non reliquere, neque poterant. EA sola neque datur dono neque accipitur. Sordidũ me & incultis moribus aiunt: quia parum scitè conuiuium exorno, neque histrionem vllum, neque pluris pretii coquũ quàm villicum habeo. quæ mihi libet confiteri, Quirites. Nam & ex parente meo & ex aliis sanctis viris ita accepi, MVNDITIAS mulieribus, viris laborem conuenire: omnibúsque bonis oportere plus gloriæ quàm diuitiarum esse: arma, non supellectilẽ, decori esse. Quin ergo, quod iuuat, quod charum æstimant, id semper faciant: ament, potent: vbi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conuiuiis, dediti ventri & turpissimæ parti corporis: sudorem, puluerem & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt. Verùm non est ita. nam vbi se omnibus flagitiis dedecorauere turpissimi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniustissimè luxuria & ignauia, pessimæ artes, illis qui coluere eas, nihil officiunt: Reipublicæ innoxiæ cladi sunt. Nunc, quoniam illis, quantum mores mei, non illorum flagitia poscebant, respondi: pauca de Repub. loquar. Primùm omnium de Numidia bonum habetote animum, Quirites. nam quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia remouistis, auaritiam, imperitiam atque superbiam: deinde exercitus ibi est, locorum sciens, sed mehercule magis strenuus quàm felix. nam magna pars eius auaritia aut temeritate ducum attrita est. Quamobrem vos, quibus militaris est ætas, adnitimini mecum & capessite Rempub. neque quenquam ex calamitate aliorum aut imperatorum superbia metus ceperit. Egomet in agmine atque in prælio consultor idem, & socius periculi vobiscum adero: me vósque in omnibus rebus iuxtà geram. Et profectò, diis iuuãtibus, omnia matura sunt, victoria, præda, laus: quæ si dubia aut procul essent, tamen omnes bonos Reipub. subuenire decebat. Etenim nemo ignauia immortalis factus est, neque quisquam parens liberis, vti æterni forent optauit, magis vti boni honestíque vitam exigerẽt. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent. nam strenuis abundè dictum puto.

ORATIO SYLLAE AD BOCCHVM REGEM.

SALVST. IN BELLO IVGVRTH.

Legati à Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petiuere, duos quãfidissimos ad eum mitteret: velle de suo & de populi Rom. commodo cum iis disserere. Ille statim L. Syllam & A. Manlium ire iubet. Qui quanquam acciti ibant, tamen placuit verba apud regem facere: vti ingenium eius, aut aduersum flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sylla, cuius facundiæ non ætati à Manlio concessum est, pauca verba huiuscemodi loquutus,

REx Bocche, magna nobis est lætitia, quum te talem virum dii monuere vti aliquando pacem quàm bellum malles: neu te optimum cum pessimo omnium Iugurtha miscendo commaculares: simul nobis vt demeres acerbã necessitudinem, pariter te errantem & illum sceleratissimum persequi. Ad hoc pop. Rom. iam à principio inopi, melius visum est amicos quàm seruos, quærere: tutiúsque rati volentibus quàm coactis imperitare. Tibi verò nulla opportunior amicitia nostra: primùm quòd procul absumus, in

quo offensæ minimum est, gratia par ac si propè adessemus: dein, quòd parentes abundè habemus: AMICORVM neque nobis neque cuiquam hominum satis fuit. Atque hoc vtinam à principio tibi placuisset: profectò à pop. Rom. ad hoc tempus multo plura bona accepisses quàm mala perpessus es. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque regit, cui scilicet placuit & vim & gratiam nostram te experiri: nunc quoniam per illam licet, festina, atque vti cœpisti perge. Multa atque opportuna habes: quò facilius errata officiis superes. Postremò hoc in pectus tuum dimitte, nunquam populum Rom. beneficiis victum esse. nam bello quid valeat, tute scis.

ORATIO BOCCHI AD SYLLAM, QVA SVVM erga illum studium exponit, & se bellum populo Rom. facere voluisse negat.

SALVST. IN BELLO IVGVRTH.

NVnquam ego ratus sum fore vti rex maximus in hac terra, & omnium quos noui opulētissimus, priuato homini gratiam deberem. Et mehercule Sylla ante te cognitum, multis orantibus aliis vltrò egomet opem tuli, nullius indigus. Id esse immutatum mihi, quod cæteri dolere solent, ego lætor. Fuerit mihi eguisse aliquando, pretium tuæ amicitiæ, qua apud animum meum nihil charius habeo. Id adeo experiri licet: arma, viros, pecuniam, postremò quicquid animo libet, sume, vtere: & quoad viues, nunquam tibi redditam gratiam putaueris, semper apud me integra erit. Denique nihil, me sciente, frustra voles. nam, vt ego existimo, REGEM armis quàm munificentia vinci, minus flagitiosum. Cæterùm de Repub. vestra, cuius huc curator missus es, paucis accipe. Bellū ego pop. Rom. neque feci, neq; factum vnquam volui: fines meos aduersum armatos armis tutatus sum. Id omitto, quando vobis ita placet. gerite vti vultis cum Iugurtha bellum: ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipsam fuit, nō egrediar, neque id intrare Iugurthamsinam. Præterea si quid méque vobísque dignum petieris, haud repulsus abibis.

ORATIO LEPIDI CONS. AD POP. ROM.

EX LIBRIS HIST. SALVST.

CLementia & probitas vestra, Quirites, quibus per cæteras gentes maximi & clari estis, plurimum timoris mihi faciunt, aduersus tyrannidem L. Syllæ: ne aut ipsi, quæ non æstimatis, ea parum credendo de aliis, circumueniamini: præsertim quū illi spes omnis in scelere atque perfidia sit, neque se aliter tutum putet quàm si peior atque intestabilior metu vestro fuerit: quò captiuis libertatis curam miseria eximat, aut, si prouideritis, in tutandis periculis magis quàm vlciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis in vos seruitium suum mercede dant, & vtranque per iniuriam malunt, quàm optimo iure liberi agere. Præclara Brutorum atque AEmiliorum & Luctatiorum proles, geniti ad ea quæ maiores virtute peperere, subuertenda. Nam quid à Pyrrho, Annibale, Philippóque & Antiocho defensum est aliud quàm libertas & suæ cuique sedes: neu cui, nisi legibus, pareremus? quæ cuncta sæuus iste Romulus, quasi ab externis rapta tenet: nō tot exercituum clade neque COSS. & aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus: sed tum crudelior quum plerosque secundæ res in miserationem ex ira vertunt. Quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in postfuturos composuit, queis prius iniuria quàm vita certa esset: prauissiméque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuit, dum vos metu grauioris seruitii à repetenda libertate terremini. Agendum atque obuiam eundum est, Quir. ne spolia vestra penes illos sint. Non prolatandum, neque votis paranda auxilia: nisi forte speratis per tædium iam aut pudorem tyrannidis, esse eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eò processit vt nihil gloriosum, nisi tutum, & omnia retinendæ dominationis honesta æstimet. Itaque illa quies & otium cum libertate, quam multi probi potius quàm laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt. Hac tempestate seruiendum aut imperitandum: habendus metus est aut faciendus, Quirites. Nā quid vltra? quæve humana superant? aut diuina impolluta sunt? Populus Romanus paulo antè gentium moderator, exutus imperio, gloria, iure, cogitandi inops, despectúsque, ne seruilia

quidem alimenta reliqua habet. Sociorum & Latii magna vis ciuitate pro multis & egregiis factis à vobis data, per vnum prohibentur: & plebis innoxiæ patrias sedes occupauere pauci satellites mercedem scelerum: leges, iudicia, ærarium prouinciæ, reges, penes vnum. Denique necis ciuium & vitæ licentiam, simul humanas hostias vidistis, & sepulchra infecta sanguine ciuili. Estne iuris reliqui aliud quàm soluere iniuriam, aut mori per virtuté? Quoniam quidem vnum omnibus finem natura vel ferro septis statuit: neque quisquam extremam necessitatem, nihil ausus, nisi muliebri ingenio, expectat. Verùm ego seditiosus, vti Sylla ait, qui præmia turbarum quæro: & bellum cupiens, quia iura pacis repeto scilicet. Quia non aliter salui satísque tuti in imperio eritis, nisi Vectius Picens & scriba Cornelius aliena bene parta prodegerint: nisi approbaueritis omnes proscriptiones innoxiorum ob diuitias, cruciatus virorum illustrium, vastatam vrbem fuga & cædibus, bona ciuium miserorum, quasi Cimbricam prædam, vænum aut dono datam. At obiectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum: quod quidem scelerum illius vel maximum est, non me neque quenquam omnium satis tutum fuisse, si rectè faceremus. Atqui illa quanta formidine mercatus sum, pretio soluto, iure dominis tamen restituto: neque pati consilium est, vllam ex ciuibus prædam esse. Satis illa fuerint, quæ rabie contracta tolerauimus, manus conserentes inter se Romanos exercitus, & arma ab externis in nosmet versa. Scelerũ & contumeliarum omnium finis sit: quorum adeo Syllam non pœnitet, vt & facta in gloria numeret: &, si liceat, auidius faceret. Neque iam quid existimetis de illo, sed quantũ vos audeatis, vereor: ne alius alium principem expectantes ante capiamini, non opibus eius, quæ futiles & corruptæ sunt, sed vestra socordia, quam raptũ iri licet, & quàm audeat tam videri felicem. Nam præter satellites commaculatos quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, præter victoriam? scilicet milites, quorum sanguine Tarulæ Scyróque pessimis seruorum diuitiæ partæ sunt: an quibus prælatus in magistratibus capiendis Fusidius, ancilla turpis, & bonorum omnium dehonestamentum? Itaque maximam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera & labores nihil, præter tyrannum, quæsitum est. nisi fortè Tribunitiam potestatem euersum profecti sunt, per arma códitam à maioribus suis: vtique iura & iudicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mercede, quum relegati in paludes & syluas, in contumeliã atque inuidiam suam præmia penes paucos intelligerét. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? QVIA secundæ res mirè sunt vitiis obtentui; quibus labefactatis, quàm formidatus antea est, tam contemnetur: nisi fortè specie concordiæ & pacis, quæ sceleri & parricidio suo nomina indidit. Neque aliter R. P. esse belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebs, præda ciuilis acerbissima, ius iudiciúmque omniũ rerum penes se, quod pop. Rom. fuit. Quæ si vobis pax & concordia intelliguntur, maxima turbamenta Reipub. atque exitia probate: annuite legibus impositis, accipite otium cũ seruitio, & tradite exemplum posteris ad populum Rom. suimet sanguinis mercede circumueniendum. Mihi quanquam per hoc summum imperium satis quæsitum erat, nomini maiorum, dignitati atque etiam præsidio: tamen non fuit consilium priuatas opes facere: potiórq; visa est periculosa libertas quieto seruitio. Quæ si probatis, adeste Quirites: &, bene iuuantibus diis, M. AEmilium Consulem, ducem & authorem sequimini, ad recipiendam libertatem.

ORATIO PHILIPPI IN SENATV.

EX IISDEM LIBRIS SALVST.

MAximè vellem, P. C. Rempub. quietam esse, aut in periculis à promptissimo quoque defendi: denique praua incepta consultoribus noxæ esse: sed contrà, seditionibus omnia turbata sunt, & ab iis quos prohibere magis decebat. Postremò, quæ pessimi & stultissimi decreuere, ea à bonis & sapientibus facienda sunt. Nam bellum atque arma quanquam vobis inuisa, tamen quia Lepido placent, sumenda sunt: nisi fortè cui pacem præstare & bellum pati consilium est. Prò dii boni, qui hanc vrbem omissa cura adhuc regitis, M. AEmilius omnium flagitiosorum postremus, qui peior, an ignauior sit, deliberari non potest, exercitum opprimendæ libertatis habet, & se è contempto metuendum effecit. Vos mussantes & retractantes, verbis & vatum carminibus pacem optatis magis quàm defenditis? neque intelligitis, mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metũ detrahi? atque

id iure,

id iure, quoniam ex rapinis Consulatum, ob seditionem prouinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cuius sceleribus tanta præmia tribuistis? At scilicet eis qui ad postremum vsque legatos, pacem, concordiam, & alia huiuscemodi decreuerũt, gratiam habeo peperisse. Imò despecti, & indigni Rep. habiti, prædæ loco æstimantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. Equidem à principio quũ Hetruriam coniurare, proscriptos accersiri, largitionibus Rempub. lacerari videbam, maturandum putabam, & Catuli consilia cum paucis sequutus sum. Cæterùm illi qui gentis AEmiliæ benefacta extollebant, & ignoscẽdo pop. Rom. magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant, & quum priuata arma opprimendæ libertatis cepisset: sibi quisque opes, aut patrocinia quærendo, consilium publicum corruperunt. Attamen erat Lepidus latro cum calonibus & paucis sicariis, quorum nemo diurna mercede vitam mutauerit: nunc est Proconsul, cum imperio non empto sed dato à vobis, cum legatis adhuc iure parentibus. Et ad eum cõcurrere homines omnium ordinum corruptissimi, flagrantes inopia & cupiditatibus, scelerum conscientia exagitati: quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello seruũt: Saturnini olim, pòst Sulpitii, dein Marii, Damasippique, nunc Lepidi satellites. Præterea Hetruria atque omnes reliquiæ belli arrectæ, Hispaniæ armis solicitatæ; Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circunspicit: quin præter idoneum ducem, nihil abest ad subuertendum imperium. Quod vos oro atque obsecro P. C. vt animaduertatis ne patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros procedere. NAM vbi malos præmia sequuntur, haud facilè quisquam gratuitò bonus est. An expectatis dum exercitu rursus admoto, ferro atque flamma vbem inuadat? quod multo propius est ab eo quo agitat statu, quàm ex pace & concordia ad arma ciuilia, quæ ille aduersum diuina & humana omnia cepit, non pro sua aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subuertendæ. Angitur enim ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu, expers consilii, inquies. hæc atque illa tentans, metuit otium, odit bellum: luxu atque licentia carendum videt: atque interim abutitur vestra secordia. Neque mihi satis consilii est, metum, an ignauiam, an dementiam eam appellem: qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare se quisque ne attingat, sed prohibere, ne conari quidem. Et quæso considerate quàm conuersa rerum natura sit. Antea malum publicum occultè, auxilia palàm instruebantur, & eo boni malos facilè anteibant: nunc pax & concordia disturbantur palàm, defenduntur occultè: quibus illa placent, in armis sunt, vos in metu. Quid expectatis? nisi fortè pudet aut piget rectè facere. An Lepidi mandata animos mouent? qui placere ait, sua cuique reddi, & aliena tenet? belli iura rescindi, quum ipse armis cogat? ciuitatem confirmari, qui ademptam negat? concordiæ gratia tribunitiam potestatem restitui, ex qua omnes discordiæ accensæ? Pessime omnium atque impudentissime, tibíne egestas ciuium & luctus curæ sunt, cui nihil est domi nisi armis partum aut per iniuriam? Alterum Consulatum petis, quasi primum reddideris: bello concordiam quæris, quo parta disturbatur: nostri proditor, istis inuidus, hostis omnium bonorum: vt te neque hominum neque deorum pudeat, quos perfidia aut periurio violasti. Qui quando talis es, maneas in sententia, & retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in solicitudine retineas. Neque te prouinciæ, neque leges, neque dii penates ciuem patiuntur. Perge qua cœpisti, vt quammaturissimè merita inuenias. Vos autem P. C. quousque cunctando Rempub. intutam patiemini, & verbis arma tentabitis? Delectus aduersum vos habiti: pecuniæ publicè & priuatim extortæ: præsidia deducta, atque imposita: ex libidine leges imperantur: quum interim vos legatos & decreta paratis. & quãto mehercule auidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit: quum intelliget se metu magis quàm æquo & bono sustentatum. nam qui turbas & cædem ciuium odisse ait, & ob id armato Lepido vos inermes retinet, quæ victis toleranda sunt, ea quum facere possitis, patiamini potius censet: ita illi à vobis pacem, vobis ab illo bellum suadent. Hæc, si placent, si tanta torpedo animos oppressit, vt obliti scelerum Cinnæ, (cuius in vrbem reditu decus atque ordines omnes interierunt) nihilominus vos, atque coniuges, & liberos Lepido permissuri sitis: quid opus decretis? quid auxilio Catuli? Quin is & alii boni Remp. frustra curant. Agite vt libet, parate vobis Cethegos, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & incendia instaurare cupiũt, & rursum aduersum deos penates manus armare.

Sin libertas & bella magis placent, decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus. Adest nouus exercitus, & ad hoc coloniæ veterum militum, nobilitas omnis, duces optimi. FORTVNA meliores sequitur. Iam illa quæ secordia nostra collecta sunt, dilabentur. Quare ita censeo, quoniam Lepidus exercitum priuato consilio paratum cum pessimis & hostibus Reip. cõtra huius ordinis authoritatẽ, ad vrbem ducit: vti Ap. Claudius interrex cum Q. Catulo Proconsule & cæteris, quibus imperium est, vrbi præsidio sint; operámque dent nequid Resp. detrimenti capiat.

ORATIO C. COTTAE CONSVLIS ad populum.

EX IISDEM LIBRIS HIST. SALVSTII.

QVirites, multa mihi pericula domi, militiæ, multa aduersa fuere: quorum alia toleraui, partim repuli deorum auxiliis, & virtute mea: ínque his omnibus, neque animus negotio defuit, neque decretis labos. Malæ secũd'æque res opes non ingenium mihi mutabant: at contrà, in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Præterea senectus per se grauis curam duplicat, cui misero acta iam ætate, ne mortem quidem honestam sperare licet: nã si parricida vestri sum, & bis genitus hic, deos penates meos, patriámque, & summum imperium vilia habeo. quis mihi viuo cruciatus satis est, aut quæ pœna mortuo, quũ omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici? A prima adolescẽtia in ore vestro priuatus, & in magistratibus egi: qui lingua, qui cõsilio meo, qui pecunia voluere, vsi sunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malè faciendum exercui: auidissimus priuatæ gratiæ, maximas inimicitias pro Repub. suscepi: qui victus cum illa simul, quum egens alienæ opis plura mala expectarem, vos Quirites rursus mihi patriam, deos penates cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. NAM vita & mors iure naturæ sunt: vt sine dedecore cum ciuibus fama & fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissima Repub. Nanque imperatores Hispaniæ stipendium, milites arma, frumentum poscunt: & id res cogit: quoniam defectione sociorũ, & Sertorii per mõtes fuga, neq; manu certare possunt, neq; vtilia parare: exercitus in Asia Ciliciáque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostiũ est: nec minus Italiæ maritima & prouinciarum: quum interim vectigalia parua, & bellis incerta, vix partem sumptuum sustinẽt: ita classe, qua cõmeatus vehebatur, minore quàm antea nauigamus. Hæc si dolo aut secordia nostra contracta sunt, agite vti libet, & ita supplicium sumite: sin fortuna cõmunis asperior est, quare indigna vobis nobísque & Reip. incipitis? Atque ego, cuius ætati mors propior est, non deprecor, siquid ea vobis incommodi demitur: neque mox ingenuo corpori honestius, quàm pro vestra salute, finem vitæ fecerim. Adsum, en C. Cotta Cõsul, facio quod sæpe maiores asperis bellis fecere: voueo, dedóque me pro Repub. quam deinde cui mandetis, circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, quũ fortunæ, & pacis, & belli ab aliis acti ratio reddẽda, aut turpiter moriẽdum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus aut auaritiam cæsum, sed volentem pro maximis beneficiis animam dono dedisse. Per vos igitur Quir. & gloriam maiorum precor, tolerate aduersa & consulite Reipub. Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores, quos nequicquam abnuitis & pacis opulẽtiam quæritis: quum omnes prouinciæ, regna, maria, terræque aspera aut fessa bellis sint.

ORATIO MARCI TRIB. PL. ad plebem.

EX IISDEM LIB. HIST. SAL.

SI Quirites parum existimaretis quid inter ius à maioribus relictum vobis & hoc à Sylla paratum seruitium interesset, multis mihi disserendum fuisset, docendúmque quas ob iniurias & quoties à patribus armata plebs secessisset, vtique vindices parauisset omnis iuris sui tribunus plebis. Nunc hortari modò reliquum est, & ire primùm via qua capessendam arbitror libertatem. Neque me præterit quantas opes nobilitatis solus impotens inani specie magistratus pellere dominatione incipiam: quantóque tutius factio noxiorum agat quàm soli innocentes. Sed præter spem bonam ex vobis, quæ metũ vicit,

ſtatui certaminis aduerſa pro libertate potiora eſſe forti viro, quàm omnino nõ certauiſſe. Quanquam omnes alii creati pro iure veſtro vim cunctam & imperia ſua, gratia, aut ſpe aut præmiis in vos conuertere, meliúſque habent mercede delinquere quàm gratis rectè facere. Itaque omnes conceſſere iam in paucorũ dominationem, qui per militare nomen ærarium, exercitus, regna, prouincias occupauere, & arcem habent ex ſpoliis veſtris: quum interim more pecorũ vos multitudo ſingulis habẽdos fruendóſque præbetis, exuti omnib⁹ quæ maiores reliquere: niſi quia voſmetipſi per ſuffragia, vt præſides olim, nũc dominos deſtinatis. Itaque conceſſere illuc omnes: & mox, ſi veſtra receperitis, ad vos redibũt plerique. RARIS enim animus eſt ad ea quæ placẽt, defendenda: cætera validiorum ſunt. An dubium habetis, ne officere quid vobis vno animo pergentibus poſſit, quos languidos ſecordéſque pertimuere? niſi fortè C. Cotta ex factione media COS. aliter quàm metu iura quædam TR. PL. reſtituit. Et quanquam L. Cincius primus de poteſtate TR. loqui auſus, muſſantibus vobis circumuentus erat: tamen prius illi inuidiam metuere quàm vos iniuriæ pertæſum eſt. quod ego nequeo ſatis mirari Quirites. Nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis. Sylla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat ſeruitium, finem mali credebatis: ortus eſt lõgè ſæuior Catulus, tumultus interceſſit Bruto & AEmylio Mamerco COSS. Dein C. Curio ad exitium vſque inſontis tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, vidiſtis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitentur. Quæ profectò incaſſum agerentur, ſi prius quàm vos ſeruiẽdi finem, illi dominationis facturi erãt: præſertim quũ his ciuilibus armis dicta alia, ſed certatum vtrinque de dominatione in vobis ſit. Itaque cætera ex licentia, aut odio aut auaritia in tempus arſere: permanſit vna res modò, quæ vtrinque quæſita eſt, & erepta in poſterum, vis tribunitia, telum à maioribus libertati paratum. Quod ego vos moneo quæſóque vt animaduertatis: neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, otium pro ſeruitio appelletis: quo iam ipſo frui, ſi vera & honeſta flagitium ſuperauerint, nõ eſt conditio: fuiſſet, ſi omnino quieſſetis. Nunc animum aduertite, & niſi viceritis, quoniam omnis iniuria grauitate tutior eſt, arctius habebunt. Quid cenſes igitur? aliquis veſtrûm ſubiecerit. Primùm omnium omittendum morem hunc, quem agitis, impigræ linguæ, animi ignaui, non vltra concionis locum memores libertatis: deinde ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei modo patritiũ magiſtratum. Libera ab authoribus patritiis ſuffragia maiores veſtri parauere, quãuis Quir. in vobis ſit, vt quæ iuſſa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certè poſſitis. Iouem aut alium quem deum, conſultorem expectatis: magna illa conſulum imperia & patrum decreta vos exequendo rata efficitis, Quir. vltróque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos vltum iniurias hortor, magis vti requiem cupiatis, neque diſcordias, vt illi criminantur: ſed earum finem volens, iure gentium res repeto: &, ſi pertinaciter retinebũt, non arma neque ſeceſſionem tãtummodo, ſed nec amplius ſanguinem veſtrum præbeatis cenſeo. gerant habeántque ſuo modo imperia, quærant triumphos: Mithridatem, Sertorium & reliquias exulum perſequantur cum imaginibus ſuis: abſit periculum & labor quibus nulla pars fructus eſt, niſi fortè repentina iſta frumẽtaria lege munia veſtra penſantur: quum tamen qui his modis libertatem omnium æſtimauere, hi profectò non amplius poſſunt alimentis carere. nanque vtilis exiguitate mors prohibetur. Seneſcunt vires, ſic vt neque abſolui cura familiari tam parua res poſſit. At & ignauiſſimi quique tenuiſſima ſpe fruſtrantur, quæ tamen quanuis ampla, quoniam ſeruitii pretium oſtentarunt, cuius torpedinis erat decipi, & veſtrarum rerum vltrò iniuria gratiam debere? Nanque alio modo neque valent in vniuerſos, neque conabuntur. Cauendus tamen dolus eſt. Itaque ſimul comparant delinimenta, & differunt vos in aduentum Cn. Pomp. quem ipſum, vbi pertimuere ſublatum in ceruices ſuas, mox dempto metu lacerant: neque eos pudet vindices, vti ſe ferunt, libertatis, tot viros ſine vno, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompeium tantæ gloriæ adoleſcentem malle principem volentibus vobis eſſe quàm illis dominationis & ſocium: authorémque in primis fore tribunitiæ poteſtatis. Verùm, Quirit. antea ſinguli ciues in pluribus non in vno cuncti præſidia habebatis, neque mortalium quiſquam dare, aut eripere talia vnus poterat. Itaque verborum ſatis dictum eſt. neque enim ignorantia res claudit: Verùm occupauit neſcio quæ vos torpedo: quia neq; gloria mouemini neque flagitio: cũctáq; præſenti ignauia mutaſtis: abũdè libertatẽ rati, quia

tergis abstinetur: & huc ire licet atque illuc munere ditium dominorum. Atq; hæc eadem non sunt agrestibus, sed cæduntur inter potentium inimicitias, donóque dantur in prouincias magistratibus. Ita pugnatur & vincitur à paucis plebs, quodcunque accidit, pro victa est, & in dies magis erit: si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint, quàm vos repetiueritis libertatem.

ORATIO AD C. CAESAREM DE REpublica ordinanda.

EX IISDEM LIBRIS SALVST.

POpulus Rom. antea obtinebat regna atq; imperia, fortunā dono dare, item alia illa quæ per mortales auidè cupiuntur: quia & apud indignos sæpe erant, quasi per libidinem data, neque cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quenque fortunæ: atque in te maximè, qui tantum alios prætergressus es, vt prius defessi sint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciendo. Cæterùm vt fabricata, sic virtute parta, quàm magna industria haberi decet, ne incuria deformétur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: & quanuis nouus atque clemens sit qui plus potest, tamen quia malo esse licet, formidatur. Id euenit quia plerique rerum potentes peruersè consulunt: & eo se munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contrà id eniti decet, quum ipse bonus atque strenuus sis, vti quamoptimis imperites. Nam pessimus quisque asperrimè rectorem patitur. Sed tibi hoc grauius est quàm antè, omnibus te armis parta componere. Bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc victores prædam petunt, victi ciues sunt. Inter has difficultates euadendum est tibi, atque in posterum firmanda Respub. non armis modò, neque aduersum hostes: sed, quod multo maius multóque asperius est, bonis pacis artibus. Ergo omnes magna mediocrique sapientia res huc vocat, quæ quisque optima potest, vti dicat. Ac mihi sic videtur, qualicunque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura. Sed iam quò melius faciliúsque constituas, paucis, quæ me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit imperator cum homine claro, magnis opibus, auido potentiæ, maiore fortuna quàm sapientia: quē sequuti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici, item quos affinitas aut alia necessitudo traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quisquam, neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret. Cætera multitudo vulgi more magis quàm iudicio post alius alium quasi prudentiorem sequuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ Reipub. in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: & apertè quietis mortem, rapinas, postremò omnia quæ corruptus animus iubebat, minitari. Ex queis magna pars, vbi neque creditum condonare, neque te ciuibus, sicuti hostibus, vti vident, defluxere. Pauci restitere, quibus maius otium in castris quàm Romæ futurum erat: tanta vis creditorum impendebat. Sed ob easdem causas immane dictu est quanti & quàm multi mortales postea ad Pompeium discesserint: eóque per omne tempus belli, quasi sacro atque inspoliato fano, debitores vsi. Igitur quoniam tibi victori de bello atque pace agitandum est, hoc vti ciuiliter deponas, illa vt quamiustissima & diuturna sit: de teipso primùm, quia compositurus es, quod optimum factu est existima. Equidem ego *cuncta* imperia crudelia, magis acerba quàm diuturna arbitror: neque quenquam à multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat. eam vitam bellum æternum & anceps gerere: quoniam neque aduersus neque ab tergo, aut lateribus tutus sis, semper in periculo aut metu agites. Contrà, qui benignitate & clementia imperium temperauere, his læta & candida omnia visa, etiam hostes æquiores quàm alii ciues. An qui me his dictis corruptorem victoriæ tuæ, nimísque in victos bona voluntate prædicent? scilicet quòd ea quæ externis nationibus natura hostibus, nósque maiorésque nostri sæpe tribuere, ea ciuibus dāda arbitror: neque barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum. An illa quæ paulo ante hoc bellū in Cn. Pompeium victoriámque Syllanam increpabantur, obliuio abstulit? Interfecit Domitium, Carbonem, Brutū, alios item non armatos neque in prælio belli iure, sed postea supplices per summum scelus interfectos: plebem Romanam in villa publica pecoris modo conscissam. Heu quàm illa occulta ciuium funera & repentinæ cædes in parentum aut liberorum sinum, fuga mulierum & puerorum, vastatio domorum. Ante

partam à te victoriam omnia sæua atque crudelia erant. ad quæ te illi iidem hortantur: & scilicet id certatum esse, vtriusque vestrûm arbitrio iniuriæ vt fierent: neque receptam sed captam à te Rempub. & ea causa exercitus stipendiis confectis optimos & veterrimos omnium, aduersum fratres parentésque, alii liberos, armis contendere: vt ex alienis malis deterrimi mortales ventri atque profundæ libidini sumptus quærerent: atque essent opprobria victoriæ, quorum flagitiis commacularetur bonorum laus. Neque enim te præterire puto, quali quisque eorum more aut modestia, etiamtum dubia victoria sese gesserit: quóque modo in belli administratione scorta aut conuiuia exercuerint nonnulli, quorum ætas ne per otium quidẽ tales voluptates sine dedecore attigerit. De bello satis dictum. De pace firmanda, quoniam túque & omnes tui agitatis, primùm id quæso considera, quale id sit de quo consultas: ita bonis malísque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existimo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate vrbi Romanæ fatum excidii aduentarit, ciues cum ciuibus manus cõserturos, ita defessos & exãgues, regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum neque cunctæ gentes conglobatæ mouere aut contundere queunt hoc imperiũ. Firmanda igitur sunt & concordiæ bona, & discordiæ mala expellenda. Id ita eueniet, si sumptuum & rapinarum licentiam dempseris: non ad vetera instituta reuocans, quæ iampridem corruptis moribus ludibrio sunt: sed si suam cuique rem familiarem & finem sumptuum statueris. Quoniam is incessit mos, vt homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini atque aliis rogantibus denegare pulcherrimum putent: eam virtutem & magnitudinem animi, pudorem atque modestiam pro secordia æstiment: ergo animus ferox praua via ingressus, vbi consueta non suppetũt, fertur accensus in socios modò, modò in ciues: mouet composita, & res nouas veteribus acquirit. Quare tollendus fœnerator in posterum, vti suas quisque res curemus. Ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori gerere: & magnitudinem animi in addendo, non demendo Reipub. ostendere. Atque ego scio quàm aspera hæc res in principio futura sit, præsertim iis qui se in victoria licentius liberiúsque, quàm arctius futuros credebant: quorum si saluti potius quàm libidini consules, illósque nósque & socios in pace firma constitues. Si eadem studia artésque iuuentuti erunt, næ ista egregia tua fama simul cum vrbe Roma breui concidet. Postremò sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. Nisi illam firmam efficis, vinci, an vicisse quid retulit? Quare capesse per deos Rempub. & omnia aspera, vti soles peruade. Nanque aut tu mederi potes, aut omittenda est cura omnibus. Neque quisquam te ad crudeles pœnas aut acerba iudicia inuocat, quibus ciuitas vastatur magis quàm corrigitur: sed vt prauas artes malásque libidines ab iuuentute prohibeas. Ea vera clementia erit, consuluisse ne immeritò ciues patria expellerentur, retinuisse ab stultitia & falsis voluptatibus: pacem concordiámque stabiliuisse: non, si flagitiis obsequutus, delicta perpessus, præsens gaudium cum mox futuro malo concesseris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maximè erectus est, negotii magnitudine: & quia tibi terræ & maria simul omnia componenda sunt (quippe res paruas tantum ingenium attingere nequit) magnæ curæ magna merces est. Igitur prouideas oportet vt plebs largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur: iuuentus probitati & industriæ, non sumptibus, neque diuitiis studeat. Id ita eueniet si pecuniæ, quæ maxima omnium pernicies est, vsum atque decus dempseris. Nam sæpe ego cum animo meo reputans quibus quisque rebus clarissimi viri magnitudinẽ inuenissent, quæ res populos nationésve magnis authoribus auxissent, ac deinde quibus causis amplissima regna & imperia corruissent: eadem semper bona atque mala reperiebam, omnésque victores diuitias contempsisse & victos cupiuisse. Neque aliter quisquam extollere sese & diuina mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præbẽdo, peruersam gratiã gratificãs: sed in labore, patiẽtia, boniśq; præceptis, & factis fortibus exercitando. NAM domum aut villã extruere, eámque signis, aulæis aliísque operibus exornare, & omnia potius quàm semet visendum efficere, id est non diuitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. Porrò ii quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est, vbi animum, quem dominari decebat, seruitio oppressere, nequaquã eo postea hebeti atque claudo pro exercitio vti volunt. Nam imprudentia pleraque & se præcipitant. Verùm hæc & omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque

magistratus neque alia vulgò cupienda venalia erunt. Ad hoc prouidendum est quónam modo Italia atque prouinciæ tutiores sint: id quod factu haud obscurum est. Nam iidem omnia vastant, suas deserendo domos, & per iniuriam alienas occupando. Item ne, vti adhuc, militia iniusta aut inæqualis sit: quum alii triginta, pars nullum stipendium faciet: & frumentum id quod antea præmium ignauiæ fuit, per municipia & colonias illis dare cōueniet, quum stipendiis emeritis domos reuerterint. Quæ Reipub. necessaria, tibíque gloriosa ratus sum, quampaucissimis absolui. Non peius videtur pauca nunc de facto meo disserere. Plerique mortales ad iudicandum satis ingenii habent, aut simulant: veruntamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus. Vix satis apertum os aut lingua prompta videtur, quæ dicta pectore euoluat: quibus me subiectum haud pœnitet, magis reticuisse pigeret. Nam siue hac seu meliore alia via perges, à me quidem pro virili parte dictum & adiutum fuerit. Reliquum est optare, vti quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent benéque euenire sinant.

ORATIO ALIA AD C. CAESAREM DE REpublica ordinanda.

EX IISDEM LIBRIS HIST. SALVSTII.

SCio ego quàm difficile atque asperum factu sit, consilium dare regi aut imperatori, postremò cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt: quippe quum & illis consultorum copiæ adsint, neque de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quinetiam sæpe praua magis quàm bona consilia prosperè eueniunt: quia plerasque res fortuna ex libidine sua agitat. Sed mihi studium fuit adolescentulo Rempub. capessere: atque in ea cognoscēda multam magnámque curam habui, non ita vt magistratum modò caperem, quem multi malis artibus adepti erant: sed etiam vt Rempub. domi militiæque, quantúmque armis, viris, opulentia posset, cognitum habuerim. Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit, famam modestiámque meam post tuam dignitatem habere: & cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriæ accederet. Idque non temere aut ex fortuna tua decreui: sed quia in te præter cæteras, artem vnam egregiè mirabilem comperi, semper tibi maiorem in aduersis quàm in secundis rebus animum esse. Sed per cæteros mortales illa res clarior est, quòd & prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quàm tu faciendo quæ gloria digna essent. Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. Neque ego, quæ visa sunt, de Repub. tibi scripsi, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius æquo probaretur: sed inter labores militiæ intérque prælia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis vrbanis. nanque tibi, si id modò in pectore consilii est vt te ab inimicorum impetu vindices, quóque modo contra aduersum Consulem beneficia populi retineas, indigna virtute tua cogites: sin in te ille animus est qui iam à principio nobilitatis factionem disturbauit, plebem Romanam ex graui seruitute in libertatem restituit, in prætura inimicorum arma inermis disiecit, domi militiæque tanta & tam præclara facinora fecit vt ne inimici quidem queri quicquam audeant nisi de magnitudine tua: quin accipe tu ea quæ dicam de summa Reipublicæ: quæ profectò aut tu vera inuenies, aut certè haud procul à vero. Sed quoniam Cn. Pomp. aut animi prauitate, aut quia nihil maluit quàm quod tibi obesset, ita lapsus est vt hostibus tela in manus daret: quibus ille rebus Rempublicam conturbauit, eisdem tibi restituenda est. Primùm omnium summam potestatem moderandi, de vectigalibus, sumptibus, iudiciis, Senatoribus paucis tradidit plebs Romana, cuius antea summa potestas erat: neque his quidem legibus in seruitute reliquit iudicia, tametsi sicut antea tribus ordinibus tradita sunt: tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt quæ lubet: innocentes circumueniunt, suos ad honorem extollunt. Non facinus, non probrum aut flagitium obstat quominus magistratus capiant: quod commodum est trahunt, rapiunt: postremò tanquam vrbe capta, libidine ac licentia sua pro legibus vtuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam more suo per seruitium exercerent: sed homines inertissimi, quorum omnis vis virtúsque in lingua sita est, forte atque alterius secordia dominationem oblatam insolentes agitant. Nam quæ seditio aut dissensio ciuilis tot támque illustres familias ab stirpe euertit? aut quorum

vnquam victoria animus tam præceps támque immoderatus fuit? L. Sylla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametsi à Sulpitio hostium partes muniri intelligebat, tamen paucis interfectis, cæteros beneficio quàm metu retinere maluit. At Hercule nunc cum Catone, L. Domitio, cæterísque eiusdem factionis, quadraginta Senatores, multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiæ mactati sunt: quum interea importunissima genera hominum tot miserorum ciuium sanguine satiari nequiuerint: non orbi liberi, non parentes exacta ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin acerbius in dies male faciendo ac dicundo dignitate alios, alios ciuitate euersum irent. Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauissimi vita sua commutare volunt? Scilicet neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto mœrori tua dignitas: qui optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere quàm per te pop. Rom. imperium maximum ex magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est quonam modo rem stabilias communiásque: mihi quidem quæ mens suppetit, eloqui non dubitabo. Cæterùm tui erit ingenii probare quæ vera atque vtilia factu putes. In duas partes ego ciuitatem diuisam arbitror, sicut à maioribus accepi, in patres & plebem. Antea in patribus summa authoritas erat, vis multo maxima in plebe. Itaque sæpius in ciuitate secessio fuit: sémperque nobilitatis opes diminutæ sunt, & ius populi amplificatum. Sed plebs eò liberè agitabat quia nullius potentia super leges erat: neque diuitiis aut superbia, sed bona fama factísque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humillimus quisque in armis aut militia, nullius honestæ rei egés, satis sibi satísque patriæ erat. Sed vbi eos paulatim expulsos agris, inertia atq; inopia incertas domos habere subegit, cœpere alienas opes petere, libertatem suam cum Repub. venalem habere. Ita paulatim populus, qui dominus erat, & cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: & pro communi imperio, priuatim sibi quisque seruitutem peperit. Hæc igitur multitudo primùm malis moribus imbuta, deinde in artes vitásque varias dissipata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam Rempub. Cæterùm additis nouis ciuibus, magna me spes tenet fore vt omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendæ, tum his seruitutis amittendæ cura orietur. Hos ego censeo permistos cum veteribus nouos in coloniis constituas. Ita & res militaris opulentior erit, & plebs bonis negotiis impedita, malum publicum facere desinet. Sed non inscius neque imprudens sum, quum ea res agetur, quæ sæuitia, quæve tempestates hominum nobilium futuræ sint, quum indignabuntur omnia funditus misceri, antiquis ciuibus hanc seruitutem imponi: regnum denique ex libera ciuitate futurum, vbi vnius munere multitudo ingens in ciuitatem peruenerit. Equidem ego sic apud animum meum statuo, malum facinus in se admittere, qui incommodo Reipublicæ gratiam sibi conciliet. Vbi bonum publicum, etiam priuatim vsui est: id verò dubitare aggredi, secordiæ atque ignauiæ duco. M. Liuio Druso semper consilium fuit, in Tribunatu summa ope niti pro nobilitate: neque vllam rem in principio agere intendit nisi illi authores fierent homines factiosi, quibus dolus atque malitia fide chariora erant. Vbi intellexerunt, per vnum hominem maximum beneficium multis mortalibus dari, videlicet & sibi quisque conscius malo atque infido animo esse, de M. Liuio Druso iuxtà ac de se existimarunt: itaque metu ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eam nixi, sua ipsius consilia disturbauerunt. Quò tibi imperator maiore cura fidéque amici & multa præsidia paranda sunt. Hostem aduersum deprimere strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu est. Igitur vbi eos in ciuitatem adduxeris, quoniam quidem renouata plebs erit, in ea re maximè animum exercitato, vt colantur boni mores, concordia inter veteres & nouos coalescat. Sed multo maximum bonum patriæ, ciuibus, tibi, liberis, postremò humanæ genti pepereris, si studium pecuniæ aut sustuleris, aut quoad res feret minueris. Aliter neque priuata res, neque publica, neque domi, neque militiæ regi potest. NAM vbi cupido diuitiarum inuasit, neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium vllum satis pollet: quin animus magis aut minus naturæ postremò tamen succumbit. Sæpe iam audiui, qui reges, quæ ciuitates & nationes per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per virtutem inopes ceperant. Id adeo haud mirandum est. NAM vbi bonus deteriorem diuitiis magis clarum magísque acceptum videt, primò æstuat multáque in pectore voluit: sed vbi gloria honorem magis in dies, virtu-

tem opulentia vincit,animus ad voluptatem à vero deficit. QVIPPE gloria industria alitur: vbi eam dempseris,ipsa per se virtus amara atque aspera est.Postremò vbi diuitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt,fides, probitas, pudor, pudicitia. NAM ad virtutem vna & ardua via est,ad pecuniam quà cuique lubet nititur: & malis & bonis rebus ea creatur.Ergò in primis authoritatem pecuniæ demito:neque de capite neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus iudicauerit, si neque Prætor neque Consul ex opulentia, verùm ex dignitate creetur. Sed de magistratu facilè populi iudiciũ fit: iudices à paucis probari,regnum est:ex pecunia legi,inhonestum. Quare omnes primæ classis iudicare placet, sed numero plures quàm iudicant. Neque Rhodios neque alias ciuitates vnquam suorum iudiciorum pœnituit, vbi promiscuè diues & pauper, vt cuiq; sors tulit, de maximis rebus iuxtà ac de minimis disceptat. Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurdè placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgauerat, vt ex confusis quinque classibus sorte centuriæ vocarentur:ita coæquata dignitate pecunia, virtute anteire alius alium properabit.Nec ego magna remedia contra diuitias statuo. NAM perinde omnes res laudantur atque appetuntur vt earum rerum vsus est: malitia præmiis exercetur, vbi ea dempseris,nemo omnium gratuitò malus est.Cæterùm auaritia belua fera,immanis, intoleráda est:quò intendit,oppida,agros, fana atque domos vastat: diuina cum humanis permiscet,neque exercitus neque mœnia obstant quominus vi sua penetret:fama,pudicitia,liberis, patria atque parentibus cunctos mortales spoliat. Verùm si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis auaritiæ facilè bonis moribus vincetur. Atque hæc ita sese habere tametsi omnes æqui atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est: cuius si dolum caueris, alia omnia in procliui erunt. Nam hi,si virtute satis valerent,magis æmuli bonorum quàm inuidi essent. Quia desidia & inertia & stupor eos atque torpedo inuasit,strepunt,obtrectant, alienam famam suum dedecus existimant. Sed quid ego plura, quasi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo atque animi vis in Consulatum erupit: hebes lingua, magis malus quàm callidus ingenio. Quid ille audeat cui Consulatus maximum imperium maximo dedecori fuit? An L. Domitii magna vis est,cuius nullum membrum à flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruętæ, pedes fugaces, quæ honestè nominari nequeunt, inhonestissima. Vnius tamen M. Catonis ingenium versutum,loquax,callidum haud contemno,parantur hæc disciplina Græcorũ. Sed virtus, vigilãtia,labor apud Græcos nulla sunt. Quippe quũ domi libertatę suam per inertiam amiserint, censésne eorum præceptis imperium haberi posse? Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles: in quibus, sicut instituo, præter nomen nihil est additamenti. L. Posthumius & M. Fauonius mihi videntur quasi magnæ nauis superuacua onera esse: vbi salui peruenire visi sunt, siquid aduersi coortum est,de illis potissimum iactura fit: quia pretii minimi sunt. Quoniam nunc, vt mihi videor, de plebe renouanda corrigendáque disserui,de Senatu,quæ tibi agenda videntur dicam. Postquam mihi ætas ingeniúmque adoleuit,haud ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in literis,quòd natura firmus erat in laboribus,habui. Atque ego in ea vita multa legendo atque audiendo ita comperi,omnia regna,ciuitates, nationes vsqueeo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: vbicunque gratia, timor, voluptas, ea corrupere, pòst paulo imminutæ opes,deinde ademptum imperium,postremò seruitus imposita est. Equidem ego sic apud animum meum statuo,cuicunque in sua ciuitate amplior illustriórque locus quàm aliis est,ei magnam curam esse Reipub. Nam cæteris salua vrbe tantummodo libertas tuta est:qui per virtutem sibi diuitias,decus,honorem pepererunt, vbi paulùm inclinata Respub. agitari cœpit, multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur: aut gloriam aut libertatem aut rem familiarem defensat:omnibus locis adest, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit,tanto in aduersis asperius magísque anxiè agitat. Igitur vbi plebs Senatui,sicut corpus animo,obedit,eiúsque consilia exequitur, patres consilio valere decet,populo superuacanea est calliditas.Itaque maiores nostri,quum bellis asperrimis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt armati de imperio certare: non inopia ærarii, non vis hostium, non aduersa res ingentem eorum animum subegit, quin quæ virtute ceperant,simul cum anima retinerent.Atque ea magis fortibus consiliis quàm bonis præliis patrata sunt.Quippe apud illos vna Respub. erat,ei consulebant,factio contra hostes parabatur: corpus atque ingenium patriæ, non suæ quisque potentiæ exerci-

tabat. At hoc tempore contrà, homines nobiles, quorum animos secordia atque ignauia inuasit, ignari laboris, hostium, militiæ, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres, quorum consilio antea dubia Respublica stabiliebatur, oppressi, ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt: vti eorum qui dominantur, simultas ac arrogantia fert, ita bonum malúmque publicum existimant. Quòd si aut libertas æqua omnium, aut sententia obscurior esset, maioribus opibus respublica & minus potẽs nobilitas esset: sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile est: quippe quum illis maiorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cætera multitudo pleraque inscia sit, sententia eorum à metu libera: ita occulto sibi quisque alterius potẽtia charior erit. LIBERTAS iuxtà bonis & malis, strenuis & ignauis optabilis est: verùm eam plerique metu deserunt. Stultissimi mortales, quod in certamine dubium est quorsum accidat, id per inertiam in se, quasi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari posse Senatum puto: si numero auctus, per tabellam sententiam feret. Tabella obtentui erit quò magis animo libero facere audeat: in multitudine & præsidii plus & vsus amplior est. Nam ferè his tempestatibus, alii iudiciis publicis, alii priuatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sanè Reipublicæ consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio quàm superba imperia distinuere. Homines nobiles cum paucis Senatoriis, quos additamenta factionis habent, quæcunque libuit probare, reprehendere, decernere, eáque vti libido tulit, facere. Verùm vbi numero senatorum aucto per tabellam sententiæ dicentur, illi superbiam suam dimittent, vbi iis obediendum erit quibus antea crudelissimè imperitabant. Forsitan imperator perlectis literis, decernes quem numerum Senatorum fieri placeat: quóque modo in multa & varia officia distribuatur. Et quoniam iudicia primæ classis mittenda putem: quæ descriptio qui numerus in quoque genere futurus sit, ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii: ídque tibi probandum verum esse. Si hoc itinere vti decreueris, cætera in promptu erunt. Volo ego consilium meum prudens maximéque vsui esse. Nam vbicunque tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama eueniet. Sed me illa magis cupido exercet, vt quocunque modo & quamprimùm Respub. adiuuetur. Libertatem gloria clariorem habeo. Atque ego te oro hortórque ne clarissimus imperator Gallica gente subacta, populi Romani summum atque inuictum imperium tabescere vetustate, ac per summam secordiam dilabi patiaris. Profectò si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedauerit: quin insomniis excitus, furibundus atque amens alienata mẽte feraris. Nanque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam diuino numine inuisi, neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberi: sed ex natura diuersa præmia bonos malósque sequi. Interea fortè ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia spem præbet. Quòd si tecum patria atque parentes possent loqui, scilicet hæc tibi dicerent, O Cæsar, nos te genuimus fortissimi viri in optima vrbe, decus præsidiúmque nobis, hostibus terrorem: quæ multis laboribus & periculis ceperamus, ea tibi nascenti cũ anima simul tradidimus, patriam maximam in terris, domum familiámque in patria clarissimam, præterea bonas artes, honestas diuitias, postremò omnia honestamenta pacis & præmia belli. Pro his amplissimis beneficiis non flagitium à te neque malum facinus petimus, sed vti libertatem euersam restituas. Qua re patrata, profectò per gentes omnes fama virtutis tuæ volitabit. nanque hac tempestate tametsi domi militiæque præclara facinora egisti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis est: si verò vrbem amplissimo nomine, & maximo imperio propè iam ab occasu restitueris, quis te clarior, quis maior in terris fuerit? Quippe si morbo iam aut fato huic imperio secus accidat, cui dubiũ est quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes oriantur? quòd si tibi bona libido fuerit patriæ, parentibus gratificandi, postero tempore Repub. restituta, super omnes mortales gloria agnita, tuáque vnius mors vita clarior erit. NAM viuos interdum fortuna, sæpe inuidia fatigat: vbi anima naturæ cessit, demptis obtrectatoribus, ipsa se virtus magis magísq; extollit. Quæ mihi vtilissima factu visa sunt, quæque tibi vsui fore credidi, quampaucissimis potui, perscripsi. Cæterùm deos immortales obtestor vt quocunque modo ages, ea res tibi Reique publicæ prospere eueniat.

Orationes ex Liuio collectæ.

Ex primo libro ab vrbe condita.

ORATIO METII FVFETII AD TVLLVM HOSTIlium regem Romanorum, de pace componenda inter Romanos & Albanos.

ARGVMENTVM.

Caius Clœlius Albæ imperabat, Romæ Tullus Hostilius, quum Romani ex agro Albano, Albani ex Romano prædas agerent. Tum verò vtrinque legati ad res repetendas missi. Contigit fortè vt Romani priores functi legatione, quum non impetrassent quod repoposcerant, bellum neganti Albano, sicuti mandatum erat, in trigesimum diem indicerent. Quorum factus certior Tullus, repetentibus res suas Albanis iubet, regi suo nuntient, ita se velle, vter prior populus res repetentes legatos aspernatus dimisisset, vt in eum dii omnes huiusce belli clades expetant. His nuntiatis, bellum vtrinque summa vi & ope parabatur. Ac Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum incursiones faciunt: castra non amplius quinque millia passuum ab vrbe locant: in quibus Clœlius moritur. Albani comperta morte ad Metium Fufetium imperii summã deferunt: qui acciri ad colloquium Tullum iubet. Prior Metius in hanc sententiam de totius rei summa loquutus est,

INiurias & non redditas res ex fœdere, quæ repetitæ sint, & ego regem nostrum Clœliũ causam huiusce esse belli audisse videor: nec te dubito, Tulle, eadem præ te ferre. Sed si vera potius quàm dictu speciosa dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos vicinósque populos ad arma stimulat. Neque, rectè, an perperam, interpretor: fuerit ista eius deliberatio qui bellum suscepit: me Albani gerendo bello ducem creauere. Illud te, Tulle, monitum velim, Ethrusca res quanta circa nos téque maximè sit. quo propior Volscis, hoc magis scis. Multùm illi terra, plurimùm mari pollent. Memor esto iam quum signum pugnæ dabis, has duas acies spectaculo fore, vt fessos confectósque simul victorem victúmque aggrediantur. Itaque si nos dii amant, qui non contenti libertate certa, in dubiam imperii seruitiíque aleam imus: ineamus aliquam viam, qua, vtri vtris imperent sine magna clade, sine multo sanguine vtriusque populi decerni possit.

ORATIO P. HORATII AD POPVLVM PRO filio perduellionis reo.

ARGVMENTVM.

Horatius, is qui solus ex tergeminis fratribus superfuit, quum tergemina spolia victor gerens, obuiam sororem, cognita fortè veste Curiatii sponsi, passis crinibus flebiliter sponsum nomine appellare videret, motus comploratione intempestiua, eam ferro transfigit. Hoc nomine in ius ad regem Tullum quum raptus esset, à Tullo duumuiri capitales, sicuti lex iubebat, fiunt qui Horatio perduellionem iudicarent. Iam duumuir ei perduellionem iudicarat, iam lictor iussus laqueum iniiciebat, quum authore Tullo, Prouoco, inquit. Ita de prouocatione ad populũ certatũ est: quo iudicio absolutus est, magis admiratione virtutis quàm iure causæ. Ac in eo quidem iudicio maximè pater homines mouit, qui præter alia, hac oratione vsus est,

HVnccine, quem modò decoratum ouantémque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum, inter verbera & cruciatus videre potestis? quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I lictor, colliga manus, quæ paulo antè armatæ imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris huius vrbis: arbori infelici suspende: verbera vel intra pomœriũ, modò inter illa pila & spolia hostium: vel extra pomœrium, modò intra sepulchra Curatiorum. Quo enim ducere hunc iuuenem potestis, vbi non sua decora eum à tanta fœditate supplicii vindicent?

ORATIO TVLLI ROMANORVM REGIS DE proditione Metii Fufetii Albanorum ducis, ad milites,

ARGVMENTVM.

Metius Fufetius dux Albanorum in fide Romanorum per speciem simulationis manens, Fidenates concitabat ad bellum gerendũ aduersus Romanos. Ii, assumptis sociis cõsilii Veiẽtibus,

iam disponebant acies, quũ aduersus Veientes Tullus suos dirigit, Albanos duce Metio contra Fidenates collocat. Albanus eo bello, sicuti hostibus receperat, clam, non ausus apertè, ac sensim subiit ad montes. Ita nihilominus dimicatum est vt fusi hostes fugatique, victores Romani fuerint. Postero die vocat ad concionem Romanos Albanósque Tullus: ibi proditionem Fufetii aperit.

ROmani, si vnquã antè aliâs vllo in bello fuit quòd primũ diis immortalibus gratias ageretis, deinde vestræ ipsorũ virtuti, hesternũ id prælium fuit. Dimicatum est enim non magis cum hostibus quàm (quæ dimicatio maior ac periculosior est) cum proditione ac perfidia sociorum. Nam, ne vos falsa opinio teneat, iniussu meo Albani subierè ad montes: nec imperium illud meum, sed consilium & imperii simulatio fuit, vt nec, vobis ignorantibus deseri vos, auerteretur à certamine animus, & hostibus circumueniri se ab tergo ratis terror & fuga iniiceretur. Nec ea culpa quam arguo, omnium Albanorum est: ducem sequuti sunt: vt & vos, siquo inde agmen declinare voluissem, fecissetis. Metius ille est ductor itineris huius, Metius idem huius machinator belli, Metius fœderis Romani Albaníque ruptor. Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne iam documentũ mortalibus dedero. *Centuriones armati Metium circunsistunt: rex cætera ut orsus erat peragit.* Quod bonũ, faustum felixque sit populo Romano, ac mihi vobísque, Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est, ciuitatem dare plebi, primores in patres legere: vnã vrbem, vnam rempub. facere. vt ex vno quondam in duos populos diuisa Albana res est, sic nunc in vnum redeat. *Ad hæc Albana pubes inermis ab armatis septa, in uariis uoluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium tenet. Tum Tullus*, Meti Fufeti, *inquit*, si ipse discere posses fidem ac fœdera seruare, viuo tibi ea disciplina à me adhibita esset: nunc, quoniam tuum insanabile ingenium est, tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere quæ à te violata sunt. Vt igitur paulo antè animum inter Fidenatem rémque Romanam ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis.

Ex secundo libro ab vrbe condita.

ORATIO P. VALERII PVBLICOLAE AD populum de crimine sibi obiecto.

ARGVMENTVM.

Mortuo Bruto, regnum affectare P. Valerium Bruti collegam fama tenebat, quòd collegam in demortui locum non substitueret, in summáque Velia ædificaret. Is ea re cognita, submissis primùm populo fascibus in cõcionem ascendit. Ibi habita primò funebri oratione de Bruti laudibus, suspicionem in hanc sententiam sustulit,

NVnquámne ergo vlla adeo vobis spectata virtus erit vt suspicione violari nequeat? Ego me, illum acerrimum regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subiturũ timere? Ego, si in ipsa arce Capitolióq; habitarẽ, metui me credere possem à ciuibus meis? Tam leui momento mea apud vos fama pendet? Adeóne est fundata leuiter fides, vt vbi sim, quàm qui sim, magis referat: Non obstabunt P. Valerii ædes libertati vestræ, Quirites: tuta erit vobis Velia: deferam non in planum modò ædes, sed colli etiam subiiciam, vt vos supra suspectum me ciuem habitetis. In Velia ædificẽt quibus melius quàm P. Valerio creditur libertas.

ORATIO MVTII SCAEVOLAE AD Porsenam Clusinum regem.

ARGVMENTVM.

Mutius Scæuola indignum ratus ab Ethruscis obsideri populum Romanum liberum, qui seruus sub regibus à nullis hostibus obsessus fuisset, impetrata venia à Senatu, in hostium castra consilio regis Porsenæ interficiendi penetrat. Ibi ad regium tribunal cõsistens, quum inter duos, vter Porsena esset, distinguere non posset, scribam regis pro Porsena obtruncat. Comprehensus per satellites, regi consilium voluntatémque suam exponit.

ROmanus sum ciuis: C. Mutium vocant. hostis hostẽ occidere volui. Nec ad mortem minus animi est quàm ad cædem fuit. Et facere & pati fortia, Romanũ est. Nec vnus

ego in te hos animos gessi:longus post me ordo est idem petentium decus. Proinde in hoc discrimen,si iuuat,accingere,vt in singulas horas capite dimices tuo: ferrum hostémque in vestibulo habeas regiæ:hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum. Nullam aciem,nullum prælium timueris:vni tibi & cum singulis res erit.

ORATIO MARTII CORIOLANI AD patres contra plebem & tribunos.

ARGVMENTVM.

Secessione plebis in Sacrum mõtem, factum erat vt incultis agris,magna eo anno annonæ caritate laboraretur. Id quod patrum animos, copiáque frumenti recens aduecti, aduersus plebem, præterquam quòd iam ei infesta esset magistratuum nomine, qui Patriciis non patebant,etiam maximè concitauit,vt iam multis venisse tempus videretur recuperãdi iura secessione ac vi patribus extorta.In iis Cn.Martius Coriolanus, quum in senatu deliberaretur quantum plebi frumenti daretur,his verbis sententiam peregit,

SI annonam veterem volunt,ius pristinum reddant patribus. Cur ego plebeios magistratus,cur Sicinium potentem video sub iugum missus,tãquam à latronibus redemptus? Egóne has indignitates diutius patiar quàm necesse est? Tarquinium regem qui non tulerim,Sicinium feram? Secedat nunc,auocet plebem: patet via in Sacrum mõtem, aliósque colles: rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno rapuere: fruantur, vtantur annona quam furore suo fecere.Audeo dicere, hoc malo domitos,ipsos potius cultores agrorum fore,quàm vt armati per secessionem coli prohibeant.

ORATIO ACTII TVLLII VOLSCORVM PRINcipis ad Consules, vt ludis non adessent Volsci.

ARGVMENTVM.

Martius Coriolanus damnatus absens velut indicta causa,in Volscos exulatum abierat: ibi Actii Tullii Volscorũ longè principis vtebarur hospitio. Iam consuetudo ipsa socios eos amicósque fecerat,quum de bello Romano conferunt cõsilia. résque iam tum eò deducta erat vt Actius occasionem modò suos aduersus Romanos concitandi quæreret. Tum fortè ludi magni Romæ instaurabantur,ad quos Actius Volscique conueniunt.Is Actius antè nactus opportunitatem quàm ludi committerentur,Cõsules, remotis arbitris, de suorum ingenio & natura alloquitur in hanc sententiam. quæ omnia ad bellum iam animo conceptum pertinent.

INuitus,quos sequi iussi(de meis ciuibus loquor) non tamen admissum quicquam ab iis criminatum venio,sed cautum ne admittant. Nimio plus quàm velim nostrorum ingenia sunt mobilia:multis id cladibus sensimus:quippe qui non nostro merito,sed vestra patiẽtia incolumes sumus.Magna hîc nũc Volscorũ multitudo est:ludi sunt:spectaculo intenta ciuitas erit.Memini quid per eandem occasionem ab Sabinorum iuuentute in hac vrbe commissum sit. Horret animus nequid inconsultò ac temere fiat. Hæc nostra vestráque causa primùm dicenda vobis Consules ratus sum. Quod ad me attinet,extemplo hinc domum abire in animo est, necuius facti dictíue contagione præsens violer.

ORATIO ACTII TVLLII AD SVOS, qua eos in Romanos concitat.

ARGVMENTVM.

Coniunctum est insequentis cum superioris argumento. Consules quæ sine arbitris ab Actio acceperant,quum detulissent, senatusconsulto facto Volsci omnes ante noctem ex vrbe per præconem excedere iubẽtur.Quum aliquantum itineris extra vrbem progressi essent, Actius indignitate rei per se satis concitatos,hac quoque oratione inflammauit,

VEteres populi Romani iniurias, cladésque gentis Volscorum, vt omnia obliuiscamini alia,hodiernam hanc quo tandem animo fertis, qua per nostram ignominiã ludos commisere? Annon sensistis triumphatum hodie de vobis esse? vos omnibus ciuibus,peregrinis,tot finitimis populis spectaculo abeũtes fuisse? vestras coniuges, vestros

liberos

liberos traductos per ora hominum? Quid eos qui audiuere vocem præconis? quid, qui vos videre abeuntes? quid eos qui huic ignominioso agmini fuere obuii, existimasse putatis? nisi aliquod profectò nefas esse, quo, si interfimus spectaculo, violaturi simus ludos, piaculúmque merituri: ideo nos ab sede piorum, cœtu, conciliόque abigi. Quid deinde? illud nō succurrit, viuere nos, qui maturauimus proficisci? si hæc profectio, & non fuga est. & hanc vrbem vos non hostium ducitis, vbi si vnum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit? Bellum vobis indictum est magno illorum malo qui indixere, si viri estis.

Ex tertio libro ab vrbe condita.

ORATIO Q. FABII AD TRIBVNOS PLEB. alios omnes præter Terentillum.

ARGVMENTVM.

C. Terentillus Arsa tribunus pleb. absentibus consulibus longa oratione plebi consulare imperium inuidiosum adeo effecerat, vt ipsi legem se promulgaturum profitenti, qua crearentur Quinqueuiri legibus de imperio consulari scribendis, vehementer assentiretur. Senatus inde à præfecto vrbis Q. Fabio vocatus, vbi atrociter in rogationē latorémque inuectus est primùm, deinde his verbis cæteros tribunos de re ipsa conuenit,

VOs, cæteri tribuni, oramus, vt primùm omniū cogitetis, potestatē istā ad singulorū auxilium, non ad perniciem vniuersorum comparatam esse: tribunos plebis vos creatos, non hostes patribus. Nobis miserum, inuidiosum vobis est, desertam remp. inuadi. non ius vestrum, sed inuidiam minueritis. Agite cum collega vt rem integram in aduentum consulū differat. Ne AEqui quidem, ac Volsci, morbo absumptis priore anno consulibus, superbo crudelique nobis bello institere.

ORATIO AVLI VIRGINII TRIBVNI pleb. ad plebem de Cæsonis arrogantia.

ARGVMENTVM.

Legem tulerat Terentillus tribunus pleb. vt quod populus in se ius dedisset, eo consul vteretur: quam patres impediebant. Quæ causa fuit vt tribuni delectum ad bellum haberi prohiberent. Coorta demum seditio est, ac rixa: quúmque alia patribus, alia à tribunis ad eam rem pertinentia iactata forent, Cæso iuuenis ferox in medio patrum agmine tribunitios vnus furores sustinebat. Aulus Virginius tribunus pleb. iuuenis insolentia permotus, ei legi obstanti capitis die dicta, hac sententia superbiam plebi reddebat inuidiosam,

ECquid sentitis iam vos, Quirites, Cæsonem simul ciuem, & legem quam cupitis, habere non posse? Quanquam quid ego legem loquor? libertati obstat: omnes Tarquinios superbia exuperat. Expectate dum consul aut dictator fiat, quē priuatum viribus & audacia regnantem videtis.

ORATIO P. VALERII PVBLICOLAE consulis ad tribunos omnémque plebem.

ARGVMENTVM.

Exules seruique arcem Romanam nocte ad magnum numerum duce App. Herdonio occupauerant. Quod vbi compertum fuit, reliquum noctis in armis Romani egerunt, ignari qui homines, quantúsque numerus hostium esset. Postero die quum Herdonius consiliū voluntatémque suam declarasset, tum quoque tribuni pleb. non bellum illud, sed imaginem modò contendebant ad auertendos à legis cura plebis animos. Populum itaque ab armis discedere iubent. Quod quum patribus nuntiatum esset, P. Valerius ex curia in templum ad tribunos veniens, de periculo cum iis primùm, deinde cum plebe sic egisse fertur.

QVid hoc rei est, tribuni? Appii Herdonii ductu & auspicio Rempub: euersuri estis? tam felix vobis corrũpendis fuit qui seruitia vestra non commouit author? Quum hostes supra caput sint, discedi ab armis legésque ferri placet? *Inde ad multitudinem oratione conuersa*, Si vos vrbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit: at vos veremini deos vestros ab hostibus captos. Iupiter optimus maximus, Iuno regina, & Minerua, alii dii deæque obsidentur: castra seruorum publicos vestros penates tenent. Hæc vobis forma sanæ ciuitatis videtur? Tãtum hostiũ non solùm intra muros est, sed in arce, supra forum, curiámque: comitia interim in foro sunt, senatus in curia est, velut quum otium superat: senator sententiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt. Non quicquid patrum plebísque est, consules, tribunos, deos hominésque omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Iouis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti, da stirpi tuæ: iube hanc ingredi viam, quam tu dux, quã tuus ingressus exercitus est. Primus en ego consul, quantum mortalis deum possum, te ac tua vestigia sequar.

ORATIO L. QVINTII CINCINATI AD populum aduersus A. Virginium.

ARGVMENTVM.

Cæso, cui dictus capitis dies fuerat, in Tuscos exulatum, nequicquam amicis intercedentibus, abierat. Eius pater L. Quintius Cincinatus, insequenti anno consul creatus, non immemor filium, Auli Virginii maximè inuidia in exilium relegatum esse, Quiritibus eum hac concione inuidiosum faciebat.

AVlus ille Virginius, quia in Capitolio non fuit, minus supplicii quàm Ap. Herdonius meruit? Plus hercule aliquanto, qui verè rem æstimare velit. Herdonius, si nihil aliud, hostem se fatendo, propè denuntiauit vt arma caperetis: hic, negando bella esse, arma vobis ademit, nudósq; seruis vestris & exulibus obiecit: & vos (cũ C. Claudii pace & P. Valerii mortui loquar) prius in cliuũ Capitolinũ signa intulistis quã hos hostes de foro tolleretis? Pudet deorũ hominúmq;. quũ hostes in arce, in Capitolio essent, exulum & seruorum dux, profanatis omnibus, in cella Iouis optimi maximi habitaret, Tusculi antè quàm Romæ sumpta sunt arma, in dubio fuit vtrum L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius & C. Claudius consules Romanam arcem liberarent: & qui antè Latinos ne pro se quidem ipsis, quum in finibus bellum haberent, attingere arma passi sumus, nunc nisi Latini sua sponte arma sumpsissent, capti & deleti eramus. Hoc est, tribuni, auxiliũ plebi ferre? inermem eam hosti trucidandam obiicere? Scilicet, siquis vobis humillimus homo de vestra plebe, quam partem veluti abruptam à cætero populo, vestram patriam peculiarémque rempublicam fecistis: siquis ex his domum suam obsessam à familia armata nuntiaret, ferendum auxilium putaretis. Iupiter optimus maximus exulum atque seruorum septus armis, nulla humana ope dignus erat: & hi postulant vt sacrosancti habeantur quibus ipsi dii neque sacri neque sancti sunt? Etenim diuinis humanísque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis. Tum hercule illo die quo ego consul sum creatus, malè gesta respub. est, peius multo quàm quum P. Valerius consul periit, si tuleritis. Iam primùm omnium, Quirites, in Volscos & AEquos mihi atque collegæ legationes ducere in animo est. nescio quo fato magis bellãtes quàm pacati propitios habemus deos. Quantum periculum ab illis fuerit, si Capitolium ab exulibus obsessum scissent, suspicari, quàm re ipsa experiri est melius.

ORATIO L. Q. CINCINATI EIVSDEM aduersus patrum licentiam.

ARGVMENTVM.

Contentiones inter patres ac populum ortæ erant de magistratibus, an exacto tempore iis destinato continuari, an comitia iisdem creandis haberi deberent. Ac quum tribuni de lege Terentilla antè referre vellent, conabantur impedire quominus comitia haberentur

à consulibus.Senatus ea de re in Capitolio habitus: quò tribuni cum plebe perterrita conueniunt.De plebis & tribunorum postulatis relatione consulum senatuscõsulta facta, vt eo anno tribuni legem non ferrent,consules ab vrbe copias non educerent.Magistratus continuari,& tribunos refici,iudicant contra remp.esse.Contra sententiam eam senatus,tribuni primùm refecti:deinde patres,ne plebi cedere viderentur,L.Q.Cincinnatum consulem reficiebant,quum in patres hac oratione inuectus est.

MIrer,si vana vestra, P. C. ad plebem authoritas est? Vos eleuatis eam: quippe quia plebs senatusconsultum in continuãdis magistratibus soluit, ipsi quoque solutum vultis,ne temeritati multitudinis cedatis:tanquam id sit plus posse in ciuitate, plus leuitatis ac licentiæ habere. Leuius enim vaniúsque est profectò,sua decreta & cõsulta tollere,quàm aliorum.Imitemini, P. C. turbã incõsultam:& qui aliis exẽplo esse debetis, aliorũ exemplo peccetis potius, quàm alii vestro rectè faciant: dum ego ne imiter tribunos,nec me contra senatuscõsultum consulẽ renuntiari patiar. Te verò, C. Claudi, adhortor vt & ipse populũ Rom. hac licẽtia arceas: & de me hoc tibi persuadeas,me ita accepturum,vt non honorem meum à te impeditum,sed gloriam spreti honoris auctam,inuidiámque, quæ ex cõtinuato eo impenderet,leuatam putem.

ORATIO ICILII ADVERSVS APPII decretum, vt sponsa extra domum paternam maneret.

ARGVMENTVM.

Virginius exempli recti vir,in Algido vitam ducens,Icilio cuidam filiam insigni forma desponderat.Eius stuprandæ libidine captus Appius Claudius decemuir, vbi nec precibus,nec muneribus pudorem virginis vinci posse intellexit, M. Claudio clienti dat negotium,vt Virginiam in seruitutem assereret,nec cederet secundum libertatem vindicias dari postulantibus.serua enim sua eam natam diceret. Comprehensa ea, quum tandem ad tribunal Appii adducta, in patris aduentum (nam ab vrbe aberat) extra patris domum abduci iuberetur: fortè Icilius sponsus interueniens, decreto Appii in hanc sententiam resistebat.

FErro hinc tibi submouendus sum,Appi,vt tacitum feras quod celari vis. Virginem ego hanc sum ducturus,nuptam,pudicam habiturus.Proinde omnes collegarum quoque lictores conuoca,expediri virgas & secures iube: non manebit extra domum patris sponsa Icilii.Non,si tribunitium auxilium, & prouocationem plebi Romanæ, duas arces tuendæ libertatis,ademistis:ideo in liberos quoque nostros coniugésque regnum vestræ libidini datum est.Sæuite in tergum,& in ceruices nostras: pudicitia saltem in tuto sit. Huic si vis adferetur, ego præsentium Quiritium pro sponsa,Virginius militum pro vnica filia,omnes deûm hominúmque implorabimus fidem:neque tu istud vnquam decretum sine cæde nostra referes.Postulo,Appi,etiam atque etiam consideres,quò progrediare. Virginius viderit de filia,vbi venerit,quid agat.Hoc tãtùm sciat, sibi, si huius vindiciis cesserit, conditionem filiæ quærendam esse. Me vindicantem sponsam in libertatem, vita citius deseret quàm fides.

ORATIO VIRGINII PATRIS aduersus Appium.

ARGVMENTVM.

Huius principium ad finem superioris pertinet. Vindicatiò Virginiæ in posterum diẽ dilata.Virginium patrem interim parentes properè acciri iubent ex castris: qui quum decretis vindiciis secundùm seruitutem,ab assertore M.Claudio filiam comprehendi videret, ira concitatus manus in Appium intentans,his verbis eum incessit.

ICilio,Appi,non tibi filiam despondi:& ad nuptias, non ad stuprum educaui. Placet pecudum ferarúmque ritu promiscuè in concubitus ruere? Passurine hoc isti sint,nescio: non spero esse passuros illos qui arma habent.

ORATIO VIRGINII AD MILITES, qua honorem sibi delatum recusauit.

ARGVMENTVM.

Quum Romæ libidinis Appii fœdo exitu omnia perturbata essent, Virginius in castra, quæ tum in monte Veroillo erant, rerum euentu permotus venit. Ibi militibus ordine, vt quidque gestum erat, re exposita, ostētans ferrum quo Virginiam filiam transfixisset, omnia motu compleuit. Rei atrocitate milites commoti, in Auentinum proficiscuntur: vbi Virginius, quum decem creari debere censeret qui summæ rerum præessent, consilio sententiáque approbata, omnes ad eum primum potestatem deferebant: quam ita recusasse fertur.

MElioribus meis vestrísque rebus reseruate ista de me iudicia. Nec mihi filia in vita honorem vllum iucundum esse patitur, nec in perturbata repub. eos vtile est præesse vobis qui proximi inuidiæ sint. Siquis vsus mei est, nihilo minor ex priuato capietur.

ORATIO SENIORVM PATRVM AD PATRES & decemuiros de decemuiratus abdicatione, & tribunatus pleb. instauratione.

ARGVMENTVM.

Hoc ad finem prioris pertinet. Ex Auentino in Sacrum montem non ita multo pòst transiit plebs tota, authore M. Duillio, qui tribunus pleb. fuerat: ob idque maximè quòd diutius passuri non essent tribunatum abrogatum. Quod vbi Romam nuntiatum fuit, extemplo in senatum patres conueniunt, vbi de re ipsa consultarent. Eorum multi (in quibus Horatius & Valerius) in hunc modum vociferabantur,

QVid expectabitis P. C? Si decemuiri finem pertinaciæ non faciunt, ruere & deflagrare omnia passuri estis? Quod autem istud imperium est, decemuiri, quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus iura dicturi estis? Non pudet, lictorum vestrorum maiorem propè numerum in foro conspici, quàm togatorum aliorúmque? Quid, si hostes ad vrbem veniant, facturi estis? Quid, si plebs mox, vbi parum secessione moueamur, armata veniat? Occasúne vrbis vultis finire imperium? Atqui aut plebs non est habenda, aut habēdi sunt tribuni pleb. Nos citius caruerimus patriciis magistratibus, quàm illi plebeiis. Nouam inexpertámq; eam potestatē eripuere patribus nostris: ne nunc dulcedine semel capti, ferant desiderium, quum præsertim nec nos temperemus imperiis, quo minus illi auxilii egeant.

ORATIO LEGATORVM VALERII ET HORATII ad postulata plebis in Sacro monte.

ARGVMENTVM.

Decemuirorum maximè culpa plebs in Auentinum primùm, deinde in Sacrum montem secesserat, quòd finito imperii tempore abire magistratu nollent. Ii seditionibus tumultibúsque coacti, quum se in patrum potestate futuros prædicarent, missi Horatius & Valerius in Sacrum montem ad plebem conditionibus quibus videretur reuocandam. Multitudo ipsa, quum tribunitiam potestatem & prouocationem se repetere velle diceret, tum demum in hanc sententiam de postulatis legati loquuti sunt,

ADeo æqua postulastis, vt vltrò vobis deferēda fuerint. Libertati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandū alios. Iræ vestræ magis ignoscendū quàm indulgendum est: quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis: & prius penè quàm liberi sitis, dominari iam in aduersarios vultis. Nunquámne quiescet ciuitas nostra à suppliciis aut patrum in plebem Romanam, aut plebis in patres? Scuto magis vobis quàm gladio opus est. Satis supérque humilis est qui iure æquo in ciuitate viuit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo etiam. Siquando metuendos vos præbituri estis, quum recuperatis magistratibus legibúsque vestris, iudicia penes vos erūt, de capite nostro fortunísque tunc, vt quæque causa erit, statuetis: nunc libertatem repeti satis est.

ORATIO APPII DVM MAGISTRATV se abdicare vellet.

ARGVMENTVM.

Legati mandata plebis quum patribus exposuissent, decemuiri omnes præter Appium non abnuebant quin magistratum deponerent. Vnus itaque Appius perstabat, qui tandem pudore coactus, in hæc verba, se velle abire decemuiratu, professus est,

HAud ignaro imminet fortuna. Video, donec arma aduersariis tradantur, differri aduersus nos certamen. Dandus est inuidiæ sanguis. Nihil ne ego quidem moror quominus decemuiratu abeam.

ORATIO LEGATORVM AD PLEBEM vt in vrbem rediret.

ARGVMENTVM.

Quum ingenti omnium lætitia magistratu abiissent decemuiri, missi sunt legati qui plebi omnia quæ gesta erant exponerent, interque alia monerent vt ad patriam rediret. Ii ad hanc sententiam egerunt,

QVod bonum, felix, faustúmque sit vobis reíque publicæ, redite in patriam ad penates, coniuges, liberósque vestros. Sed qua hîc modestia fuistis, vbi nullius ager in tot vsu rerum necessario tātæ multitudini est violatus, eam modestiam ferte in vrbem. In Auentinum ite, vnde profecti estis: ibi felici loco, vbi prima initia inchoastis libertatis vestræ, tribunos plebis creabitis. Præsto erit pontifex maximus, qui comitia habeat.

ORATIO A. VIRGINII ADVERSVS Appium reum.

ARGVMENTVM.

Creati tribuni pleb. confirmata lege de prouocatione, singulos aggrediuntur, qui facinus aliquod adhuc impune ausi fuerant. Deligunt primùm A. Virginium tribunum pleb. accusatorem: Appium, qui decemuir fuerat, reum. Accusator sic aduersus reum egit,

ORatio rebus dubiis inuenta est. itaque neque ego accusando apud vos eum, tempus teram, à cuius crudelitate vosmet ipsos armis vindicastis: nec istum ad cætera scelera impudentiam in defendendo se adiicere patiar. Omnium igitur tibi, Appi Claudi, quæ impiè nefariéque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio. Vnius tantùm criminis nisi iudicem vindices te, ab libertate in seruitutem contra leges vindicias non dedisse: in vincula te duci iubeo.

ORATIO M. DVILLII TRIBVNI PLEB. QVVM potestati tribunitiæ modum fecisset.

ARGVMENTVM.

Ingenti iam metu patres perculsi erant, quòd tribuni pleb. in iudiciis, quibus iam Ap. Claudium & Sp. Oppium in vincula coniecerant, C. Claudium in exilium miserant: longè seueriores, quàm decemuiri viderentur. M. Duillius tribunus pleb. quum id comperisset, patres in hanc sententiam ad spem libertatis reuocare conabatur.

ET libertatis nostræ, & pœnarum ex inimicis, satis est. Itaque hoc anno nec diem dici cuiquam, nec in vincula duci quenquam sum passurus. Nam neque vetera peccata repeti iam obliterata placet, quum etiam noua expiata sint decemuirorum suppliciis: & nihil admissum iri, quod vim tribunitiam desideret, spondet perpetua consulum amborum in libertate vestra tuenda, cura.

ORATIO VALERII CONSVLIS QVA equites ad fortiter pugnandum hortatur.

ARGVMENTVM.

Valerius consul aduersus coniũctos iam in Algido exercitus Æquorum & Volscorum bellum sustinebat. Castris iam tantisper copias cõtinuerat dum pars hostium in Hernicos, pars in Latinos iam propè de victoria certi ad prædam agendam contẽdissent: quum signa inferri iubet. Quo bello pedites multo sermone adhortatus ad egregiè pugnandum, equites his verbis incitauit,

AGite iuuenes, præstate virtute peditem, vt honore atque ordine præstatis. Primo cõcursu pedes mouit hostem, pulsum vos immissis equis exigite è campo. Non sustinebunt impetum: & nunc cunctantur magis quàm resistunt.

ORATIO HORATII CONSVLIS qua suos cohortatur.

ARGVMENTVM.

De victoria Valerii cõtra Volscos atque Æquos factus certior Horatius collega Valerii, in hanc sententiam milites ad strenuè pugnandum aduersus Sabinos adhortabatur,

QVemadmodum in Algido res gesta sit, arbitror vos milites audisse. Qualem liberi populi exercitum decuit esse, talis fuit. Consilio collegæ, virtute militũ victoria parta est. Quod ad me attinet, id consilii animíque habiturus sum, quod vos milites mihi effeceritis. Et trahi bellum salubriter, & maturè perfici potest. Si trahendum est: ego, vt in dies spes virtúsque vestra crescat, eadem qua instituí disciplina efficiam. Si iam satis animi est decerníque placet, agitedum, clamorem, qualẽ in acie sublaturi estis, tollite hîc, indicem voluntatis virtutísque vestræ.

ORATIO T. Q. CAPITOLINI QVARTVM consulis ad populum Romanum.

ARGVMENTVM.

Discordiis ciuium, quæ iam non vltrà reprimi poterant, fiebat vt conciones etiam de qualibet re fieri impedirẽtur. Quod posteaquam Æquis Volscísque compertum fuit, cõiunctis exercitibus, primùm agros circà omnes vastabant: deinde quum Romanos id etiam negligere vidissent, ad mœnia Vrbis populabundi accessere. Tum Q. Capitolinus concione populi vocata, hac oratione periculi magnitudinem reíque indignitatem exposuit.

ETsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in concionem vestram processi, hoc vos scire, hoc posteris memoriæ traditũ iri, AEquos & Volscos vix Hernicis modò pares, T. Quintio quartùm consule ad mœnia vrbis Romæ impunè armatos venisse. Hanc ego ignominiam (quanquam iamdiu ita viuitur, is status rerum est, vt nihil boni diuinet animus) si huic potissimùm imminere anno scissem, vel exilio, vel morte (si alia fuga honoris non esset) vitassem. Ergo si viri arma illa habuissent quæ in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? Satis honorum, satis supérque vitæ fuit: mori tertiùm consulem oportuit. Quem tandem ignauissimi hostium contempsere? nos consules, an vos Quirites? Si culpa in nobis est, auferte imperium indignis: &, si id parũ est, insuper pœnas expetite: si in vobis, nemo deorum nec hominum sit qui vestra puniat peccata, Quirites: vosmet tantùm eorũ pœniteat. Non illi vestrâ ignauiâ contempsere, nec suæ virtuti confisi sunt: quippe toties fusi, fugatíque, castris exuti, agro mulctati, sub iugũ missi, & se & vos nouere. Discordia ordinũ, est venenũ vrbis huius. Patrum & plebis certamina, dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum tædet vos patriciorum, nos plebeiorum, sustulere animos. Proh deûm fidem, quid vobis vultis? Tribunos pleb. concupistis: concordiæ causa concessimus. decemuiros desiderastis: creari passi sumus. decemuirorum vos pertæsum est: abiere magistratu. Manente in eosdem priuatos ira vestra, mori atque exulare nobilissimos viros atque honestissimos passi sumus. Tribunos plebis iterum creare voluistis: creastis. Consules facere vestrarum partium, etsi patribus videbamus iniquum, patricium quoque magistratum, plebi donum fieri vidimus. Auxilium tribunitium, prouocationem ad populum, scita plebis iniuncta patribus, sub

titulo æquandarum legum nostra iura oppressa tulimus, & ferimus. Qui finis erit discordiarum? ecquando vnam vrbem habere, ecquãdo communem hanc patriam esse licebit? Victi nos æquiore animo quiescimus quàm vos victores. Satisne est, nobis vos metuendos esse? Aduersus nos Auentinum capitur, aduersus nos Sacer occupatur mons. Esquilias quidem ab hoste propè captas, & scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit: in nos viri, in nos armati estis. Agitedum, vbi hîc curiam circunsederitis, & forum infestum feceritis, & carcerem principibus impleueritis: iisdem istis ferocibus animis egredimini extra portã Esquilinam: aut, si ne hoc quidem audetis, ex muris visite agros vestros ferro igníque vastatos, prædam abigi, fumare incensa passim tecta. Atenim communis res per hæc loco est peiore: ager vritur, vrbs obsidetur, belli gloria penes hostes est. Quid tãdem priuatæ res vestræ, quo in statu sunt? Iam vnicuique ex agris sua damna nuntiabuntur. Quid est tãdẽ domi vnde ea expleatis? Tribuni vobis amissa reddẽt ac restituẽt? Vocis, verborúmque quantum voletis, ingerent, & criminũ in principes, & legum aliarum super alias, & concionum. Sed ex illis concionibus nunquam vestrûm quisquã re, fortunáq;, domum auctior rediit. Ecquis retulit aliquid ad coniugem & liberos præter odia, offensiones, simultates publicas priuatásque? à quibus semper non vestra virtute innocentiáque, sed auxilio alieno tuti sitis. At Hercules, quum stipendia nobis consulibus, non tribunis ducibus: & in castris, non in foro faciebatis: & in acie vestrum clamorem hostes, non in concione patres Romani horrebant: præda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum, gloriæque simul publicæ, simul priuatæ, triumphantes domum ad penates redibatis: nunc oneratum vestris fortunis hostem abire sinitis. Hærete affixi concionibus, & in foro viuite: sequitur vos necessitas militandi, quam fugitis. Graue erat in AEquos & Volscos proficisci: ante portas est bellum. Si inde non pellitur, iam intra mœnia erit, & arcem & Capitolium scandet, & in domos vestras vos persequetur. Biennio antè senatus delectum haberi, & educi exercitum in Algidum iussit: sedemus domi desides, mulierum ritu altercantes inter nos, præsenti pace læti, nec cernentes ex otio illo breui multiplex bellum rediturum. His ego gratiora dictu alia esse scio: sed me vera pro gratis loqui, etsi meũ ingeniũ non moneret, necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites: sed multo malo vos saluos esse, qualicunque erga me animo futuri estis. Natura hoc ita comparatum est, vt qui apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit cuius mẽs nihil præter publicum commodum videt. Nisi fortè assentatores publicos, plebicolas istos, qui vos nec in armis, nec in otio esse sinunt, vestra vos causa incitare & stimulare putatis. Concitati, aut honori aut quæstui illis estis: & quia in concordia ordinum nullos se vsquam esse vident: malæ rei se, quàm nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt. Quarum rerum si vos tædium tandem capere potest, & patrum vestrósque antiquos mores vultis pro his nouis sumere: nulla supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatósque castris exuero, & à portis nostris mœnibúsque ad illorum vrbes hunc belli terrorẽ, quo vos nunc attoniti estis, transtulero.

Ex quarto libro ab vrbe condita.

ORATIO C. CANVLEII TRIBVNI PLEB. AD plebem pro rogationibus promulgatis.

ARGVMENTVM.

C. Canuleius Tribunus pleb. cæterique octo, anni principio rogationes promulgauerunt de connubio patrum & plebis, vt alter consulum ex plebe fieret. Ac tantum aberat vt vtrumlibet patres approbarent, vt etiam, si hoc fieret, transferri à primoribus ad plebem summam imperii, illo contaminari sanguinem suum, confundíque iura gentium rerentur. Quum ita sententiis variaretur, fortè Veientes aliíque populi arma sumpserant aduersus Romanos: contra quos quum delectum haberi patribus placeret, Canuleius vnus aduersus omnes delectũ haberi se nũquam prius passurum pronuntiabat, quàm rata confirmatáque essent quæ à se collegísque fuissent promulgata. Qua de re consules ad patres in senatu aduersus tribunos pleb. maximè Canuleium, concionem habuerunt: quo tempore & Canuleius hac concione plebem aduersus patres concitabat.

QVantopere vos, Quirites, contemnerent patres, quàm indignos ducerent qui vna secum vrbe intra eadem mœnia viueretis, sæpe equidem & antè videor animaduertisse, nunc tamen maximè, quòd adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt. Quibus quid aliud quàm admonemus ciues nos eorum esse? &, si non easdem opes habere, eandem tamen patriam incolere? Altera connubium petimus, quod finitimis externísque dari solet: nos quidem ciuitatem, quæ plus quàm connubium est, hostibus etiam victis dedimus. Altera nihil noui ferimus, sed id quod populi est, repetimus atque vsurpamus: vt quibus velit, populus Romanus honores mandet. Quid tandem est cur cælum ac terras misceant? cur in me impetus modò penè in senatu sit factus? Negét se manibus temperaturos? violaturósque denuntient sacrosanctam potestatem? si populo Rom. liberum suffragium datur, vt quibus velit, consulatum mandet, & non præciditur spes plebeio cuique, si dignus summo honore erit, adipiscendi summi honoris, stare vrbs hæc non poterit? de imperio actum est? Et perinde hoc valet, plebeius ne consul fiat, tanquam seruum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? Ecquid sentitis in quanto contemptu viuatis? Lucis huius vobis partem, si liceat, adimant: quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formam hominum habetis, indignantur. Quinetiam, si diis placet, nefas aiunt esse consulem plebeium fieri. Obsecro vos, si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur: ne ea quidem scimus, quæ omnes peregrini etiam sciunt, consules in locum regum successisse, nec aut iuris aut maiestatis quicquam habere quod non regibus antè fuerit? En vnquam creditis fando auditum esse, Numam Pompilium no* modò non patriciũ, sed ne ciuem quidem Romanum, ex Sabino agro fuisse accitum populi iussu, patribus autoribus Romæ regnasse? L. deinde Tarquinium non modò nõ Romanæ, sed ne Italicæ quidem gẽtis, Demarati Corinthii filium, incolam, à Tarquiniis, viuis liberis Anci, regem factum? Seruium Tullium post hunc captiua Corniculana natum, patre nullo, matre serua, ingenio & virtute regnum tenuisse? Quid enim de T. Tatio Sabino dicam? quem ipse Romulus parẽs vrbis in societatem regni accepit? Ergo dum nullum fastiditur genus in quo eniteret virtus, creuit imperium Romanum. pœniteat vos nũc plebeii consulis, quum maiores nostri aduenas reges non fastidierint, & ne regibus quidem exactis clausa vrbs fuerit peregrinæ virtuti. Claudiam certè gentem, post exactos reges, ex Sabinis non in ciuitatem modò accepimus, sed etiam in patriciorum numerum. Ex peregrino patricius, deinde consul fiat: ciuis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit? Vtrum tandem non credimus fieri posse vt vir fortis ac strenuus, pace bellóque bonus, ex plebe, Numæ sit, Lucio Tarquinio, Seruio Tullio similis? An, ne si sit quidem, ad gubernacula reipublicæ accedere eum patiemur, potiúsque decemuiris teterrimis mortalium qui tum omnes ex patribus erant, quàm optimis regum nouis hominibus similes consules sumus habituri? Atenim nemo post reges exactos de plebe cõsul fuit. Quid postea? nullàne res noua institui debet, & quod nondum est factum, (multa enim nondum sunt facta in nouo populo) ea ne si vtilia quidem sint, fieri oportet? Pontifices, augures Romulo regnante nulli erant: ab Numa Pompilio creati sunt. Census in ciuitate, & descriptio centuriarum classiúmque nõ erat: ab Seruio Tullio est facta. Consules nunquam fuerant: regibus exactis creati sunt. Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat: apud patres esse cœpit. Tribuni plebis, ædiles, quæstores nulli erant: institutum est vt fierent. Decemuiros legibus scribendis intra decem hos annos & creauimus & è republica sustulimus. Quis enim dubitat quin in æternum vrbe condita & in immensum crescente, noua imperia, sacerdotia, iura gẽtium hominúmque instituantur? Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemuiri tulerunt paucis his annis, pessimo exemplo, cum summa iniuria plebis? An esse vlla maior aut insignior contumelia potest, quàm partem ciuitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi? Quid est aliud quàm exilium intra eadem mœnia, quàm relegationem pati? Ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur, cauent, ne societur sanguis. Quid? hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique ex Albanis oriundi & Sabinis, non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos iussu populi: synceram seruare priuatis consiliis non poteratis, nec ducendo ex plebe, neque vestras filias sororésque etiam enubere sinendo è patribus? Nemo plebeius vim patriciæ virgini adferret: patriciorũ ista libido est: nemo inuitum pactionem nuptialẽ quenquam facere coegisset. verumenimuero lege id prohiberi, & connubium tolli patrum ac

plebis,id demum contumeliosum plebi est.Cur enim non confertis ne sit connubiũ cum diuitibus ac pauperibus? Quod priuatorum consiliorum vbique semper fuit,vt in quamcunque fœmina conuenisset domum,nuberet:ex qua pactus esset vir domo,in matrimonium duceret: id vos sub legis superbissimæ vincula coniicitis, qua dirimatis societatem ciuilem, duásque ex vna ciuitate faciatis. Cur non sancitis ne vicinus patricio sit plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem conuiuium ineat? ne in foro eodem consistat? Quid enim in re est aliud? si plebeiam patricius duxerit, si patriciam plebeius, quid iuris tandem mutatur? Nempe patrem sequuntur liberi:nec quod nos ex connubio vestro petamus,quicquam est,præterquam vt hominum, vt ciuium numero simus:nec vos,nisi in contumeliam ignominiámque nostram certare iuuat,quod contendatis quicquam est. Denique vtrum tandem populi Rom.an vestrum summum imperium est? Regibus exactis,vtrum vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta est? Oportet licere populo Rom.si velit,iubere legem:an,vt quæque rogatio promulgata erit, vos delectum pro pœna decernetis:& simul ego tribunus vocare tribus in suffragium cœpero, tu statim consul sacramento iuniores adiges, & in castra educes? & minaberis militi, minaberis tribuno? Quid si non quantum istæ minæ aduersus plebis consensum valerent, bis iam experti essetis? Scilicet quia nobis consultum volebatis,certamine abstinuistis? an ideo non est dimicatum,quòd quæ pars firmior,eadem modestior fuit? Nec nunc erit certamen, Quirites: animos vestros illi tentabunt semper, vires non experientur. Itaque ad bella ista, seu vera, seu falsa sunt,consules, parata vobis plebs est,si connubiis redditis, vnam hanc ciuitatem tandem facitis,si coalescere, si iũgi miscerique vobis priuatis necessitudinibus possunt: si spes, si aditus ad honores viris strenuis & fortibus datur:si in consortio, si in societate reipub. esse,si (quod æquæ libertatis est) inuicẽ annuis magistratibus parere, atque imperitare licet. Sin hæc impediet aliquis,ferte sermonibus & multiplicate fama bella: nemo nomẽ est daturus,nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro superbis dominis, cum quibus nec in re publica,honorum,nec in priuata, connubii societas est.

ORATIO VECTII MESSII VOLSCORVM regis qua suos adhortatur.

ARGVMENTVM.

In Algidum conuenerant Æqui Volscique,vbi partitis copiis, Romanos, si venirent, obseruabant. Romani venientes hostium exemplo binis castris loca diuersa breui spatio inter se distantia capiunt. Nocte tandem post multa variáque leuia certamina, hostes Romanorum adoriuntur castra: quibus à Romanis magna celeritate atque prudentia obstatum est.Ac quum iam apertè ad Romanos res ipsa inclinare videretur, tum demũ Vectius Messius rex Volscorum ad suos transit,ad resistendum in hæc verba adhortaturus.

HIC præbituri vos telis hostium estis,indefensi,inulti? Quid igitur arma habetis? aut quid vltrò bellum intulistis, in otio tumultuosi, in bello segnes? Quid hîc stantibus spei est? an deum aliquem protecturum vos rapturúmque hinc putatis? Ferro via facienda est:hac qua me prægressum videritis, agite, qui visuri domos, parentes,coniuges,liberos estis:ite mecum. Non murus, nec vallum,sed armati armatis obstant. Virtute pares, necessitate(quæ vltimum ac maximum telum est)superiores estis.

ORATIO MAMERCI ÆMILII DICTAtoris,qua suos inusitato certamine exterritos exhortatur.

ARGVMENTVM.

Fidenatibus Romanis rebellare,accitis Veientibus belli sociis,placebat:itaque Veientes exercitum suum Fidenas communi consilio belli sedem captas ducunt. Eò contendunt & Romani:qui iam primo statim cõgressu hostes contuderunt, quum repentè patefactis Fidenatum portis noua erumpens acies,quæ facibus ardentibus tota collucebat, noua specie ipsis terrorem intulit.Quod Mamercus Æmilius dictator animaduertens,suos his verbis accendebat ad prælium redintegrandum.

FVmó ne victi, velut examen apum, loco vestro exacti, inermi cedetis hosti? non ferro extinguetis ignes? non faces has ipsas pro se quisque, si igni, non telis pugnandum est, ereptas vltrò inferetis? Agite, nominis Romani & virtutis patrum vestræque memores, vertite incendium hoc in hostium vrbem, & suis flammis delete Fidenas, quas vestris beneficiis placare non potuistis. Legatorum hoc vos vestrorum, colonorúmque sanguis, vastatique fines monent.

ORATIO SEXTI TEMPANII DECVRIONIS qua milites in re complorata adhortatur.

ARGVMENTVM.

Sextus Tempanius decurio erat militum: is quũ res Romana, bello Volscorum, temeritate Sempronii consulis eò recidisset, vt iam cæsis magna ex parte militibus, qui supererant, iam pararent sese fugæ mandare, voce magna exclamans vt equites ex equis desilirẽt qui saluam remp. vellent: omnium turmarũ equites non secus quàm si consul edixisset, motos hac voce monebat,

NIsi hæc armata cohors sistat impetum hostium, actum de imperio est. Sequimini pro vexillo cuspidem meam: ostendite Romanis Volscisque, neque equitibus vobis vllos equites, neque peditibus esse pedites pares.

ORATIO L. DECII TRIBVNI PLEB. ad populum aduersus M. Posthumium tribunum militum.

ARGVMENTVM.

M. Posthumio Regillensi tribuno militum bellum aduersus Æquos permissum erat. Is fractis hostium animis, quum in hostium oppidum irrupisset, bellum in ciues conuertens, prædam militis fore edicit. Capto oppido, fidem mutat. Postea in vrbem à collegis accersitus, quum M. Festius tribunus pleb. laturum se legem diceret vt Volas coloni mitterentur, Malum militibus meis (inquit) nisi quieuerint. Qua voce quum populũ patrésque offendisset: L. Decius tribunus pleb. in maius eum odium & inuidiam populi, arrepta occasione ex voce illa, vocat.

AVditis, Quirites, sicut seruis malum minantem militibus: tamen hæc bellua dignior vobis tanto honore videbitur, quàm qui vos vrbe agrísque donatos in colonias mittunt: qui sedem senectuti vestræ prospiciunt: qui pro vestris commodis aduersus tam crudeles superbósque aduersarios depugnãt. Incipite deinde mirari cur pauci iam vestram suscipiant causam. Quid à vobis sperent? An honores? quos aduersariis vestris potius quàm propugnatoribus datis. Ingemuistis modò voce huius audita. quid id refert? iam si suffragium detur, hunc, qui malum vobis minatur, iis qui agros sedésque ac fortunas stabilire volunt, præferetis.

Ex quinto libro ab vrbe condita.

ORATIO APPII CLAVDII TRIBVNI militum ad populum contra tribunos pleb. pro bello continuando.

ARGVMENTVM.

Hybernacula militibus tum primò ad continuandum etiam hyeme bellum fieri cœpta erant, quum imperatores Romani se obsidendo quàm oppugnando sperarẽt Reip. melius consulturos. Perlata ea res Romam, tribunos pleb. permouerat, qui primo quoque tempore plebi quid ea re efficeretur exponunt: ita plebis libertatem vendi iactando, illúdque eò institutum, vt quum ii in quibus vires omnes plebis erant, abfuissent, agi de commodis ipsius non posset. His aliísque iam plebis animos tribuni solicitarant, quum Appius Claudius tribunus militum plebe conuocata pro bello continuando, continendísque militibus in hybernaculis, contra tribunos pleb. hanc concionem habuit.

SI vnquam dubitatum est, Quirites, vtrum tribuni pleb. vestra an sua causa seditionum semper authores fuerint, id hoc anno desiisse dubitari certum habeo. Et cum lætor tandem longi erroris vobis finem factum esse, tum quòd secundis potissimùm vestris

rebus hic error est sublatus, & vobis, & propter vos Reipublicæ gratulor. An est quisquam qui dubitet nullis iniuriis vestris (siquæ fortè aliquando fuerunt) vnquam æquè, quàm munere patrum in plebem, quum æra militibus constituta sunt, trib. pleb. offensos & concitatos esse? Quid illos aliud aut tũ timuisse creditis, aut hodie turbare velle, nisi cõcordiam ordinum, quam dissoluendæ maximè tribunitiæ potestatis rentur esse? Sic hercule, tanquam artifices improbi, opus quærunt, qui & semper ægri aliquid esse in repub. volunt, vt sit ad cuius curationem à vobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis, an impugnatis plebem? vtrum militantium aduersarii estis, an causam agitis? Nisi fortè hoc dicitis, quicquid patres faciunt, displicet: siue illud pro plebe, siue cõtra plebem est. Et quemadmodum seruis suis vetant domini quicquam rei cum alienis hominibus esse, paritérque in iis beneficio ac maleficio abstineri æquum censent: sic vos interdicitis patribus commercio plebis, ne nos comitate ac munificentia nostra prouocemus plebem, nec nobis plebs dicto audiens atque obediens sit. Quanto tandem, si quicquam in vobis, non dico ciuilis, sed humani esset, fauere vos magis, &, quantum in vobis esset, indulgere potius comitati patrum atque obsequio plebis oportuit? Quòd si perpetua concordia sit, quis non spondere ausit maximum hoc imperium inter finitimos breui futurum? Atqui ego quàm hoc consilium collegarum meorum, quo abducere infecta re à Veiis exercitum noluerunt, non vtile solùm, sed etiam necessarium fuerit, postea edisseram. Nunc de ipsa conditione militantium dicere libet. Quam orationem non apud vos solùm, sed etiam in castris, si habeatur ipso exercitu disceptante, æquam arbitror videri posse: in qua si mihi ipsi nihil quod dicerem, in mẽtem venire posset, aduersariorum certè orationibus contentus essem. Negabant nuper æra danda militibus, quia nunquã data essent: quonã modo igitur nũc indignari possunt, quibus aliquid noui adiectum commodi sit, eis laborẽ etiam nouum pro portione iniungi? Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Labor voluptásque, dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta. Molestè antea ferebat miles se suo sumptu operam reip. præbere: gaudebat idem partem anni se agrum suum colere, quærere vnde domi militiǽque se ac suos tueri posset: gaudet nunc fructui sibi remp. esse, & lætus stipendium accipit. AEquo igitur animo patiatur se ab domo, ab re familiari, cui grauis impẽsa non est, paulo diutius abesse. An si ad calculos eum Respub. vocet, non meritò dicat, Annua æra habes, annuam operam ede? an tu æquum cẽses, militia semestri solidum te stipẽdium annuum accipere? Inuitus in hac parte orationis, Quirites, moror. Sic enim agere debent qui mercenario milite vtũtur: at nos tãquam cum ciuibus agere volumus: agique tanquam cum patria nobiscum, æquum censemus. Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quamprimùm oportet. Perficietur autem, si vrgemus obsessos, si non antè abscedimus, quàm spei nostræ finem, captis Veiis, imposuerimus. Si hercule, nulla alia causa, ipsa indignitas perseuerantiam imponere debuit. Decem quondam annos vrbs oppugnata est ob vnam mulierem ab vniuersa Græcia: quàm procul ab domo? quot terras, quot maria distans? nos intra vicesimum lapidem in conspectu propè vrbis nostræ oppugnationem annuam perferre piget. scilicet quia leuis belli causa est, nec satis quicquam iusti doloris est quod nos ad perseuerãdum stimulet. Septies rebellarunt, & in pace nunquã fidi fuerunt: agros nostros millies depopulati sũt: Fidenates à nobis deficere coegerũt: colonos nostros ibi interfecerũt: authores fuerunt cõtra ius cædis impiæ legatorum nostrorum: ac Etruriam omnem aduersus nos concitare voluerunt, hodiéque id moliuntur: res repetẽtes legatos nostros haud procul abfuit quin violarent. Cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet? Si vos tam iustum odium nihil mouet, ne illa quidem, oro, vos mouent? Operibus ingentibus septa vrbs est, quibus intra muros coercetur hostis: agrum non coluit, & culta euastata sunt bello. Si reducimus exercitum, quis est qui dubitet illos non cupiditate solùm vlciscendi, sed etiam necessitate imposita ex alieno prædandi, quũ sua amiserint, agrum nostrum inuasuros? Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus. Quid? illud, quod propriè ad milites pertinet, quibus boni trib. pleb. quum stipendium extorquere voluerint, nunc consultum repentè volunt, quale est? Vallum fossámque, ingentis vtranque rem operis, per tantum spatium duxerunt: castella primò pauca, postea exercitu aucto creberrima fecerunt: munitiones non in vrbem modò, sed in Etruriam etiam spectantes, siqua inde auxilia veniant, opposuere. Quid turres? quid vineas, testudinésque, &

alium oppugnandarum vrbium apparatum loquar? quum tantum laboris exhaustũ sit, & ad finem iam operis tandem peruentum:relinquẽdáne hæc censetis, vt ad æstatẽ rursus nouus deintegro his instituendis exudetur labor? quanto est minus opera tueri facta, & instare atque perseuerare, defungíque cura? Breuis enim profectò res est, si vno tenore peragitur: nec ipsi per intermissiones has interuallàque lentiorem spem nostrã facimus. Loquor de opere, & temporis iactura. Quid? periculi quod differendo bello adimus, num obliuisci nos hæc tam crebra Etruriæ consilia de mittendis Veios auxiliis patiũtur? Vt nũc res se habet, irati sunt, oderunt, negant missuros: quantum in illis est, capere Veios licet. Quis est qui spondeat, eundem, si differatur bellum, animum postea fore? quum si laxamẽtum dederis, maior frequentiórque legatio itura sit: quũ id quod nunc offendit Etruscos, rex creatus Veiis, spatio mutari interposito possit, vel consensu ciuitatis, vt eo reconcilient Etruriæ animos: vel ipsius voluntate regis, qui obstare regnum suum saluti ciuium nolit. Videte quot res quàm inutiles sequantur illam viam consilii. Iactura operũ tãto labore factorum, vastatio imminens finium nostrorum, Etruscum bellum pro Veiente concitatum. Hæc sunt, tribuni, consilia vestra: non hercule dissimilia ac siquis ægro, qui curari se fortiter passus, extemplo conualescere possit, cibi gratia præsentis aut potionis longinquũ & forsitan insanabilem morbum efficiat. Si mediusfidius ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certè militiæ plurimùm intererat, insuescere militem nostrum non solùm parta victoria frui, sed, si res etiam lentior sit, pati tædium, & quanuis seræ spei exitum expectare: & si nõ sit æstate perfectũ bellum, hyemẽ opperiri: nec, sicut æstiuas aues, statim autumno tecta ac recessum circunspicere. Obsecro vos, venandi studium ac voluptas homines per niues ac pruinas in montes syluásque rapit: belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel lusus ac voluptas elicere solet? Adeóne effœminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos, vt hyemem vnam durare in castris, abesse ab domo non possint? vt tanquam nauale bellum, tempestatibus captandis, & obseruando tempore anni, gerant: non æstus, non frigora pati possint? Erubescant profectò, siquis eis hoc obiiciat: cõtendántque & animis & corporibus suis virilem patientiam inesse, & se iuxtà hyeme atque æstate bella gerere posse: nec se patrocinium mollitiæ inertiǽque mandasse tribunis: & meminisse hanc ipsam potestatem non in vmbra, nec in tectis maiores suos creasse. Hæc virtute militum vestrorum, hæc Romano nomine sunt digna, non Veios tantùm, nec hoc bellũ intueri quod instat, sed famam & ad alia bella, & ad cæteros populos in posterum, quærere. An mediocre discrimen opinionis sequuturum ex hac re putatis? vtrum tandem finitimi populum Romanum eum esse putent, cuius siqua vrbs primum illum breuissimi temporis sustinuerit impetum, nihil deinde timeat: an hic sit terror nominis nostri, vt exercitu nõ tædiũ Romanũ lõginquæ oppugnationis, non vis hyemis ab vrbe circumsessa semel amouere possit: nec finem vllum aliũ belli quàm victoriam nouerit: nec impetu potius bella quàm perseuerantia gerat? quæ in omni quidem genere militiæ, maximè tamen in obsidendis vrbibus necessaria est: quarum plerasque munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles, fame sitíque tẽpus ipsum vincit atque expugnat: sicut Veios expugnabit, nisi auxilio hostibus tribuni pleb. fuerint, & Romæ inuenerint præsidia Veientes, quæ nequicquam in Etruria quærunt. An est quicquam quod Veientibus optatum æquè contingere possit, quàm vt seditionibus primùm vrbs Romana, deinde velut ex contagione, castra impleantur? At hercule apud hostes tanta modestia est, vt nõ obsidionis tædio, non denique regni, quicquam apud eos nouatum sit, non negata auxilia ab Etruscis irritauerint animos. Morietur enim extemplo quicunque erit seditionis author, nec cuiquam dicere ea licebit quæ apud vos impunè dicuntur. Fustuarium meretur qui signa relinquit, aut præsidio decedit: authores signa relinquendi, & deserendi castra, non vni aut alteri militi, sed vniuersis exercitibus, palàm in concione audiuntur. adeo quicquid tribunus pleb. loquitur, etsi prodendæ patriæ, dissoluẽdǽque Reip. est, assuestis audire: quippe dulcedine potestatis eius capti, quælibet sub ea scelera latere sinitis. Reliquũ est vt quæ hîc vociferantur, eadem in castris & apud milites agant, & exercitus corrumpant, ducibúsque parere non patiantur: quoniam ea demum Romæ libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores maiorum, non instituta patrum, non disciplinam vereri militiæ.

ORATIO

ORATIO P. LICINII CALVI AD POPVLUM, VT FILIO, SIBI DELATUM HONOREM, MANDARET.

ARGVMENTVM.

Tribunos militum consulari potestate (in quibus P. Licinius Caluus erat primus ex plebe) vitio creatos, oraculo Delphico constabat. Itaque omnes se magistratu abdicant, re ad interregnum, sicuti responsum erat, redacta. Creatur omnium centuriarum consensu ac voluntate iterum idem P. Licinius. Is quum iam exactæ ætatis tribunitiæ potestati se imparem videret, ita Quirites rogabat vt honorem sibi delatum filio mandarent.

OMen concordiæ, Quirites, rei maximè in hoc tempus vtilis, memoria nostri magistratus, vos his comitiis petere in insequentem annum video, si & collegas eosdem reficitis, etiam vsu meliores factos. Me iam non eundem, sed vmbram noménque P. Licinii relictum videtis: vires corporis effœtæ, sensus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtusus. En vobis (*inquit iuuenem filium tenens*) effigiem atque imaginem eius quem vos antea tribunum militum ex plebe primum fecistis. Hunc ego institutum disciplina mea, vicarium pro me Reipub. do dicóque: vósque quæso, Quirites, delatum mihi vltrò honorem, huic petenti, meísque pro eo adiectis precibus mandetis.

ORATIO CAMILLI AD PAEDAGOGVM FALISCORUM IN CASTRIS DEPREHENSUM CUM PUERIS.

ARGVMENTVM.

M. Furio Camillo mandatum erat bellum aduersus Faliscos: quo bello fusi fugatique Falisci, amissis castris in oppidum se receperunt. In obsidione oppidi ludimagister Faliscorum pueros lusus exercendíque causa ingenii ante vrbem producens, longius fortè variatis sermonibus progressus, in prætorium ad Camillum perduxit. Ibi quum Faliscos diceret à se iam in manus Romanorum traditos, quòd pueros eos dederet quorum parentes primores essent Faliscorum: in hanc sententiam respondit Camillus,

NOn ad similem tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto munere venisti. Nobis cum Faliscis quæ pacto fit humano societas non est: quam ingenerauit natura, vtrisque est eritque. Sunt & belli sicut pacis iura: iustéque ea non minus quàm fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersus eam ætatem cui etiam captis vrbibus parcitur: sed aduersus armatos, & ipsos qui nec læsi nec lacessiti à nobis, castra Romana ad Veios oppugnauerunt. Eos tu, quantum in te fuit, nouo scelere vicisti: ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, sicut Veios, vincam.

ORATIO LEGATORVM FALISCOS ROMANIS DEDENTIUM IN SENATU.

ARGVMENTVM.

Huius principium coniunctum est cum fine superioris. Ludimagister à Camillo proditionis crimine vehementer accusatus, iussus nudato corpore à pueris virgis cædentibus in oppidum reduci, omnium in se oculos tanquam ad nouum spectaculum conuerterat: ea re diligenter à senatu Faliscorum perpensa, mutatis animis & consiliis, legati ad Camillum primùm, deinde Romam missi, qui Faliscos hac oratione dederent,

PAtres Conscripti, victoria cui nec deus nec homo quisquam inuideat, victi à vobis & imperatore vestro, dedimus nos vobis: rati (quo nihil victori pulchrius est) melius nos sub imperio vestro quàm legibus nostris victuros. Euentu huius belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt: vos fidem in bello quàm præsentem victoriam, maluistis: nos fide prouocati, victoriam vltrò detulimus: sub ditione vestra sumus. Mittite qui arma, qui obsides, qui vrbem patentibus portis accipiant: nec vos fidei nostræ, nec nos imperii vestri pœnitebit.

ORATIO CAMILLI EXVLIS QVA ARDEATES, vt arma capiant aduersus Gallos, adhortatur.

ARGVMENTVM.

Camillus Ardeam fortè exulatum abierat, quum Galli vrbem Romam, præter Capitolium, ceperunt: is, quum Galli Ardeam frumentādi gratia vagarentur, publica fortuna quàm sua mœstior, in concionem procedens, hac oratione Ardeates ad sumenda arma aduersus Gallos, adhortabatur.

ARdeates, veteres amici, noui etiam ciues mei, (quando & vestrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc egit mea) nemo vestrûm conditionis meæ oblitum me huc processisse putet: sed res ac periculum commune cogit quod quisque possit in re trepida præsidii in medium conferre. Et quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam referam, si nunc cessauero? aut vbi vsus erit mei vobis, si in bello non fuerit? Hac arte in patria steti: & inuictus bello, in pace ab ingratis ciuibus pulsus sum. Vobis autem, Ardeates, fortuna oblata est, & pro tantis pristinis populi Romani beneficiis quanta ipsi meministis, (nec enim exprobranda apud memores sunt) gratiæ referendæ, & huic vrbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi. Quæ effuso agmine aduentat, gens est cui natura corpora animósque magna magis quàm firma dederit: eò in certamen omne plus terroris quàm virium ferunt. Argumento sit clades Romana: patentem cepere vrbem: ex arce Capitolióque, quòd iis exigua resistitur manu, iam obsidionis tædio victi abscedunt, vagíque per agros palantur: cibo vinóque raptim hausto repleti, vbi nox appetit, prope riuos aquarū sine munimēto, sine stationib⁹ ac custodiis passim ferarū ritu sternūtur, nūc ab secūdis rebus magis etiam solito incauti. Si vobis in animo est tueri mœnia vestra, nec pati hæc omnia Galliam fieri, prima vigilia capite arma: frequentes me sequimini ad cædem, non ad pugnam. Nisi victos somno, velut pecudes, trucidādos tradidero, non recuso eundem Ardeæ rerum mearum exitum quem Romæ habui.

ORATIO M. FVRII CAMILLI AD POPVLVM Rom. de non transmigrando Veios.

Galli capta Roma, domos omnes templáque deorum, præter pauca & Capitolium, diruerant solóque æquauerant. Quæ fuit causa vt tribuni pleb. fugatis cæsisque Gallis, Camillo duce, quum Romam patres plébsque rediissent, ad plebem de transmigratione Veios referrent. Quod vbi Camillus intellexit, conuocato populo, hac concione non esse transmigrandum Veios, suadebat.

ADeo mihi acerbæ sunt, Quirites, contentiones cum tribunis pleb. vt nec tristissimi exilii solatium aliud habuerim, quoad Ardeæ vixi, quàm quòd procul ab his certaminibus erā: & ob eadem hæc, non, nisi me senatusconsulto plebísque iussu reuocaretis, rediturus vnquam fuerim: nec nunc me, vt redirem, mea voluntas mutata, sed vestra fortuna perpulit. quippe vt in sua sede maneret patria, id agebatur, non vt ego vtique in patria essem. Et nunc tacerem & quiescerem libenter, nisi hęc quoque pro patria dimicatio esset: cui deesse, quoad vita suppeditat, aliis turpe, Camillo etiā nefas est. Quid enim repetiimus? quid obsessam ex hostium manibus eripuimus, si recuperatam ipsi deserimus? Et quum victoribus Gallis, capta tota vrbe, Capitolium tamen atque arcem dííque & homines Romani tenuerint, habitauerint: victoribus Romanis, recuperata vrbe, arx quoquę & Capitolium deseretur? & plus vastitatis huic vrbi secunda nostra fortuna faciet quàm aduersa fecerit? Equidem si nobis cum vrbe simul positæ traditæque per manus religiones nullæ essent, tamen tam euidēs numen hac tempestate rebus adfuit Romanis, vt omnem negligentiam diuini cultus exemptam hominibus putem. Intuemini enim horum deinceps annorum vel secundas res vel aduersas: inuenietis omnia prosperè euenisse sequentibus deos, aduersa, spernentibus. Iam omnium primùm Veiens bellum, per quot annos, quanto labore gestum? non antè cepit finem quàm monitu deorum aqua ex lacu Albano emissa est. Quid hæc tandem vrbis nostrę clades noua? non antè exorta est quàm spreta

vox cælo emissa de aduentu Gallorũ, quàm gentium ius à legatis nostris violatũ: quàm à nobis, quum vindicari deberet, eadem negligentia deorum prętermissum? Igitur victi captique ac redempti; tantum pœnarum diis hominibúsque dedimus, vt terrarum orbi documento essemus. Aduersæ deinde res admonuerunt religionum: confugimus in Capitoliũ ad deos, ad sedẽ Iouis optimi maximi: sacra in ruina rerũ nostrarum alia terræ celauimus, alia auecta in finitimas vrbes amouimus ab hostiũ oculis: deorum cultum, deserti ab diis hominibúsque, tamen non intermisimus. Reddidere igitur patriam & victoriam, & antiquum belli decus amissum: & in hostes, qui cæci auaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugámque & cędem. Hæc culti neglectíque numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes, ecquid sentitis, Quirites, quantum vixdum ex naufragiis prioris culpæ cladísque emergentes, paremus nefas? Vrbem auspicatò inauguratóque habemus conditam: nullus locus in ea non religionum deorúmque est plenus: sacrificiis solennibus non dies magis stati quàm loca sunt, in quibus fiant. Hos omnes deos publicos priuatósque, Quirites, deserturi estis? Quàm par vestrum factum est, quod in obsidione nuper in egregio adolescente Fabio non minore hostium admiratione quàm vestra conspectum est, quum inter Gallica tela digressus ex arce solenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit? An gentilitia sacra ne in bello quidem intermitti, publica sacra & Romanos deos etiam in pace deseri placet? & pontifices flaminésque negligentiores publicarum religionum esse quàm priuatus in solenni gentis fuerit? Forsitan aliquis dicat, aut Veiis ea nos facturos, aut huc inde missuros sacerdotes nostros, qui faciant. quorum neutrum fieri saluis ceremoniis potest. Et ne omnia generatim sacra omnésque percenseam deos, in Iouis epulo non alibi quàm in Capitolio, puluinar suscipi potest? Quid de æternis Vestæ ignibus, signóque quod imperii pignus custodia eius templi tenetur, loquar? quid de ancilibus vestris? Mars Gradiue túque Quirine pater, hæc omnia in profano deseri placet sacra, æqualia vrbi, quædam vetustiora origine vrbis? Et videte quid inter nos & maiores nostros intersit. illi sacra quędã in mõte Albano, Lanuuinóq; nobis facienda tradiderunt. An ex hostium vrbibus Romam ad nos transferri sacra, religiosum fuit: hinc sine piaculo in hostium vrbem Veios transferemus? Recordamini agitedum quoties sacra instaurentur quia aliquid ex patrio ritu negligentia casúve prætermissum est. Modò quæ res post prodigium Albani lacus, nisi instauratio sacrorum auspiciorúmque renouatio, affectæ Veienti bello Reipub. remedio fuit? At etiam tanquam veterum religionum memores, & peregrinos deos trãnstulimus Romam, & instituimus nouos. Iuno regina transuecta à Veiis, nuper in Auentino quàm insigni ob excellens matronarum studium, celebríque dedicata est die? Aio Locuto templum propter cælestem vocem exauditam in noua via iussimus fieri: Capitolinos ludos solennibus aliis addidimus, collegiúmque ad id nouum authore senatu condidimus. Quid horum opus fuit suscipi, si vnà cum Gallis vrbem Romanam relicturi fuimus? si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis? si ab hostibus metu retenti sumus? De sacris loquimur, & de templis, quid tandem de sacerdotibus? nónne in mentem venit, quantum piaculi committatur? Vestalibus nempe vna illa sedes est ex qua eas nihil vnquam, præterquam vrbs capta, mouit. Flamini diali noctem vnam manere extra vrbem nefas est: hos Veientes pro Romanis facturi estis sacerdotes? & Vestales tuæ te deserent Vesta? & flamen peregrè habitando, in singulas noctes tantum sibi reíque publicæ piaculi contrahet? Quid alia, quæ auspicatò agimus omnia ferè intra pomœrium, cui obliuioni aut cui negligentiæ damus? Comitia curiata, quæ rem militarem continent: comitia centuriata, quibus consules tribunósque militares creatis: vbi auspicatò, nisi vbi assolent, fieri possunt? Veiósne hæc trãsferemus? an comitiorum causa populus tanto incommodo in desertam hãc ab diis hominibúsque vrbẽ conueniet? Sed res ipsa cogit vastatã incendiis ruinísq; relinquere vrbẽ, & ad integra omnia Veios migrare, nec hîc ædificando inopẽ plebem vexare. Hanc autẽ iactari magis causam, quàm verã esse, vt ego nõ dicã, apparere vobis Quirites puto, qui meministis ante Gallorũ aduentum saluis tectis publicis priuatísq;, stãte incolumi vrbe, hanc eandẽ rem actam esse vt Veios transmigraremus. Et videte quantum inter meam sententiam vestrámque intersit, tribuni. vos, etiãsi tunc faciendũ non fuerit, nunc vtiq; faciendum putatis: ego contrà, (nec id mirati sitis, priusquam quale sit audiueritis) etiãsi tũc migrãdum fuisset incolumi

tota vrbe, nunc has ruinas relinquendas non censerem. Quippe tum causa nobis in vrbem captam migrandi victoria esset, gloriosa nobis, ac posteris nostris: nunc hæc migratio nobis misera ac turpis, Gallis gloriosa est. non enim reliquisse victores, sed amisisse victi patriam videbimini. Hoc ad Alliam fuga, hoc capta vrbs, hoc circumsessum Capitolium necessitatis imposuisse, vt desereremus penates nostros, exiliúmque ac fugam nobis ex eo loco conscisceremus quem tueri non possemus? & Galli euertere potuerunt Romam, quam Romani restituere non videbuntur potuisse? Quid restat, nisi vt si iam nouis copiis veniant, (constat enim vix credibilem multitudinem esse) & habitare in capta ab se, deserta à nobis hac vrbe velint, sinatis? Quid si non Galli hoc, sed veteres hostes nostri AEqui Volsciq; faciant, vt commigrent Romam? Velitísne illos Romanos, vos Veientes esse? non malitis hanc solitudinem vestram, quàm vrbem hostium esse? Non equidem video quid magis nefas sit. Hæc scelera, quia piget ædificare, hæc dedecora pati parati estis? Si tota vrbe nullum melius ampliúsve tectum fieri possit quàm casa illa conditoris est nostri, non in casis ritu pastorum agrestiúmque habitare est satius inter sacra penatésque vestros, quàm exulatum publicè ire? Maiores nostri conuenæ pastorésque, quum in his locis nihil præter syluas paludésque esset, nouam vrbem tam breui ædificauerunt: nos Capitolio, arce incolumi, stantibus templis deorum, ædificare incensam piget? & quod singuli facturi fuimus si ædes nostræ deflagrassent, hoc in publico incendio vniuersi recusamus facere? Quid tandem si fraude, si casu Veiis incendium ortum sit, ventóque, vt fieri potest, diffusa flamma magnam partem vrbis absumat? Fidenas inde, aut Gabios, aliámve quam vrbē quæsituri sumus, quò transmigremus? Adeò nihil tenet solum patriæ, nec hæc terra, quam matrem appellamus: sed in superficie tignísque charitas nobis patriæ pendet? Equidem fatebor vobis, (etsi minus iniuriæ vestræ quàm meæ calamitatis meminisse iuuat) quum abessem, quotiescunque patria in mentem veniret, hæc omnia occurrebant: colles campíque, & Tiberis, & assueta oculis regio, & hoc cælum sub quo natus educatúsque essem. Quæ vos, Quirites, nunc moueant potius charitate sua, vt maneatis in sede vestra, quàm postea, quum reliqueritis ea, macerent desiderio. Non sine causa dii hominésque hunc vrbi condendæ locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen opportunum, quò ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quò maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum, regionum Italiæ medium. Ad incrementum vrbis natum vnicè locum, argumento est ipsa magnitudo tam nouæ vrbis. Trecentesimus sexagesimusquintus annus vrbis, Quirites, agitur. inter tot veterrimos populos tam diu bella geritis, quum interea (ne singulas loquar vrbes) non coniuncti cum AEquis Volsci, tot, tam valida oppida, non vniuersa Etruria tantum terra maríque pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, bello vobis est par. Quod quum ita sit, quæ (malum) ratio est expertis alia experiri? quū iam vt virtus vestra transire aliò possit, fortuna certè loci huius transferri hinc non possit? Hîc Capitolium est, vbi quondam capite humano inuento, responsum est, eo loco caput rerum summámque imperii fore. hîc, quum auguratò liberaretur Capitolium, Iuuentas Terminúsque maximo gaudio patrum nostrorum moueri se non passi: hîc Vestæ ignes, hîc ancilia cælo demissa, hîc omnes propitii manentibus vobis dii.

Ex sexto libro ab vrbe condita.

ORATIO M. FVRII CAMILLI DICTATORIS, qua suos perterritos hostium numero adhortatur.

ARGVMENTVM.

Ad Satricum Antiates cum Volscorum, Latinorum Hernicorúmque ingenti multitudine sumpserant arma contra Romanos. quod bellum Camillo dictatori mandatum fuit. Ibi quum

visso inspectóque hostium ingenti numero, milites commoti perturbatíque, singulis cum centenis congrediendum esse conclamarent: Camillus in equo inter aciem obequitans, eos ad strenuè atque fortiter pugnandum ita adhortabatur,

QVæ tristitia, milites, hæc? quæ insolita cunctatio est? Hostem, an me, an vos ignoratis? Hostis quid aliud est quàm perpetua materia virtutis gloriæque vestræ? Vos contrà, me duce (vt Falerios Veiósque captos, & in capta patria Gallorum legiones cæsas taceam) modò tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis & AEquis & ex Etruria egistis. An me, quòd non dictator vobis sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem? Neque ego maxima imperia in vos desidero, & vos in me nihil præter meipsum intueri decet. Neque enim dictatura mihi vnquam animos fecit, vt ne exilium quidem ademit. Iidem igitur omnes sumus: & quum eadem omnia in hoc bellum adferamus quæ in priora attulimus, euentum eundem belli expectemus. Simul concurreritis, quod quisque didicit ac consueuit, faciet: vos vincetis, illi fugient.

ORATIO A. CORNELII COSSI DICTAtoris ad suos.

ARGVMENTVM.

A. Cornelius Cossus dictator T. Quintium Capitolinum magistrum equitum dixerat. Ii aduersus Volscorum ingentem multitudinem, etiamsi bella intestina remorari poterant, delectu habito in agrum Promptinum milites ducunt. Ibi quum postridie quàm venissent, cæsa hostia pacem à diis petiisset dictator, lætus tanquam à diis auditus esset, in hæc verba milites adhortabatur,

NOstra victoria est, milites, siquid dii vatésque eorum in futurum vident. Itaque, vt decet certæ spei plenos, & cum imparibus manus conserturos, pilis ante pedes positis, gladiis tantùm dexteras armemus. Ne procurri quidem ab acie velim, sed obnixos vos stabili gradu impetum hostium excipere. Vbi illi vana iniecerint missilia, & effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii, & veniat in mentem vnicuique, deos esse qui Romanum adiuuent, deos qui secundis auibus in prælium miserint. Tu, Quinti, equitem intentum ad primum initium moti certaminis teneas: vbi hærere iam aciem collato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pauore infer: inuectúsque ordines pugnantium dissipa.

ORATIO CORNELII COSSI DICTATORIS in M.Manlium.

ARGVMENTVM.

M.Manlius Capitolinus erat qui Capitolium ab Gallis clangore anserum excitus seruarat. is largitionibus populari aura captata, populum domum suam vocat, vbi in patres inuectus, inter alia ab iis thesauros eos qui ad redimendam à Gallis vrbem ex ærario exprompti, siue à matronis collati fuerant, occultatos iactabat. Rogatus vbinam tantæ rei furtum occultaretur, tempore ipso se indicaturum respondit. Dictator Cossus ob eam rem ab exercitu & castris in vrbem accitus, postero die senatu habito, quum voluntates hominum satis explorasset, retinet senatum, Manliúmque per præconem vocari iubet. Manlius multitudine plebis stipatus in senatum venit, in quem dictator hæc verba coniecit,

VTinam mihi patribúsque Romanis ita de cæteris rebus cum plebe conueniat, quẽadmodum, quod ad te attinet, eámque rem quam de te sum quæsiturus, conuenturum satis confido. Spem factam à te ciuitati video, fide incolumi ex Gallicis thesauris, quos primores patrum occultent, creditum solui posse: cui ego rei tantum abest vt impedimento sim, vt contrà te, M.Manli, adhorter, liberes fœnore plebem Romanam, & istos incubantes thesauris publicis ex præda clandestina euoluas. Quod nisi facis, siue vt & ipse in parte prædæ sis, siue quia vanum indicium est: in vincula te duci iubebo, nec diutius patiar à te multitudinem fallaci spe concitari.

ORATIO M. MANLII CAPITOLINI, QVA dictatori & patribus respondet.

ARGVMENTVM.

Coniunctum est hoc cum superiore. Cum plebe, quam donis largitionibúsque pellexerat, in senatum Manlius venerat. Ibi dictatori concionato, in hanc sententiam respondit,

OFfendit te, A. Corneli, vósque P. C. circumfusa turba lateri meo. Quin eam deducitis à me singuli vestris beneficiis? intercedendo, eximendo de neruo ciues vestros, prohibendo iudicatos addictósque duci? ex eo quod affluit opibus vestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego vos de vestro impendatis hortor? Sortem aliquam ferte, de capite deducite quod vsuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba quàm vllius, conspectior erit. At enim quid ita solus ego ciuium curam ago? Nihilo magis quod respondeã habeo, quàm si quæras quid ita solus Capitolium arcémque seruauerim. Et tum vniuersis quam potui opem tuli, & nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros Gallicos attinet, rem suapte natura facilem, difficilem interrogatio facit. Cur enim quæritis quod scitis? cur quod in sinu vestro est, excuti iubetis potius quàm ponatis? nisi aliqua fraus subest. quo magis argui præstigias iubetis vestras, eo plus vereor ne abstuleritis obseruantibus etiam oculis. Itaque non ego vobis, vt indicem prædas vestras, sed vos id cogendi estis vt in medium proferatis.

ORATIO M. MANLII CAPITOLINI POST vincula ad plebem aduersus patres concitandam.

ARGVMENTVM.

Concitata plebs erat Manlii fortuna miseráque conditione, adeo vt magna pars vestem mutaret, mœsta turba vestibulo carceris obuersaretur. Ei multitudini, simul ac Cossus dictatura abiit, plerique exprobrabant inter alia etiam illud, quòd defensores suos fauore in præceps ruere sinebat: vt Sp. Melium & Cassium: ita M. Manlium proditum inimicis, quòd ad nutum dictatoris respondere noluisset, coniectum fuisse in carcerem. His aliisque ad eandem rem pertinentibus plebs stimulata atque irritata, iam se carcerem effracturam minabatur, quum ex senatusconsulto Manlius liberatur. Eductus ex carcere animum ad seditionem intendens, plebem domum cõuocat, vbi in hanc sententiam de tollendis magistratibus disseruit,

QVousque tandem ignorabitis vires vestras, quas natura ne belluas quidem voluit ignorare? Numerate saltem quot ipsi sitis, quot aduersarios habeatis. Si singuli singulos aggressuri essetis, tamen acrius crederem vos pro libertate quàm illos pro dominatione certaturos. Quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc aduersus vnum hostes eritis. Ostendite modò bellum, pacem habebitis: videant vos paratos ad vim, ius ipsi remittent. Audendum est aliquid vniuersis, aut omnia singulis patienda. Quousque me circumspectabitis? Ego quidem nulli vestrûm deero: ne fortuna mea desit, videte. Ipse vindex vester, vbi visum inimicis est, nullus repentè fui: & vidistis in vincula duci vniuersi eum qui à singulis vobis vincula depuleram. Quid sperem si plus in me audeant inimici? An exitum Cassii Meliíque expectem? Bene facitis quòd abominamini. Dii prohibebunt hæc, sed nunquam propter me de cælo descendent. Vobis dent mentem oportet vt prohibeatis, sicut mihi dederunt armato togatóque vt vos à barbaris hostibus, à superbis defenderem ciuibus. Tam paruus animus tanti populi est, vt semper vobis auxilium aduersus inimicos satis sit: nec vllum, nisi quatenus vobis imperari sinatis, certamen aduersus patres noritis? Nec hoc natura vobis insitum est, sed vsu possidemini. Cur enim aduersus externos tantum animorum geritis, vt imperare illis æquum censeatis? quia consueuistis cum eis pro imperio certare, aduersus hos tentare magis quàm tueri libertatem. Tamen qualescunque duces habuistis, qualescunque ipsi fuistis, omnia adhuc quantacunque petistis, obtinuistis, seu vi, seu fortuna vestra: tempus est etiam maiora conari. Experimini modò & vestram felicitatem, & me (vt spero) feliciter expertum, minore negotio qui imperet patribus imponetis quàm qui resisterent imperantibus imposuistis. Solo æquandæ sunt dictaturæ consulatúsque, vt caput attollere Romana plebs possit. Proinde adeste, prohibete ius de pecuniis dici: ego me patronum profiteor plebis. Quod mihi cura mea &

fides nomen induit, vos siquo insigni magis imperii honorísve nomine vestrûm appellabitis ducem, eo vtemini potentiore ad obtinenda ea quæ vultis.

ORATIO CAMILLI AD SENATORES TVSCVLANORUM de mittendis Romam de pace legatis.

ARGVMENTVM.

Camillus in recensendis captiuis Volscorũ fortè Tusculanos duos agnoscit, qui rogati quo consilio cum Volscis se coniunxissent, quum publico faterentur, ducti sunt Romam ad senatum. Ibi Camillus perfidiam Tusculanorum accusat. Placet patribus vt bellum aduersus Tusculanos geratur, cui Camillum præficiunt. Tusculani ciues patentibus vrbis portis obuiam Camillo in vrbẽ promouenti frequentes procedunt: commeatus exercitui ex vrbe & agris deuehitur. Ingressus verò vrbem, quum non secus quàm in certa pace opifices suo quenque operi intentos cerneret, rei rationem admiratus, senatu eorum vocato, ita verba fecit,

SOli adhuc Tusculani vera arma veráſque vires, quibus ab ira Romanorum vestra tueremini, inuenistis. Ite Romam ad senatum: æstimabunt patres vtrum plus antè pœnæ, an nunc veniæ meriti sitis. Non præripiam gratiam publici beneficii. Deprecandi potestatem à me habueritis, precibus euentum vestris senatus quem videbitur dabit.

ORATIO LEGATORVM TVSCVLANORVM IN senatu, qua se purgant.

ARGVMENTVM.

Tusculani oratores, sicuti suaserat Camillus, Romam ad petendam pacem missi, hospitaliter vocati, causam suam ita egerunt,

QVibus bellũ indixistis intulistísq;, P.C. sicut nũc videtis nos stantes in vestibulo curiæ vestræ, ita armati paratique obuiam imperatoribus legionibúsque vestris processimus. Hic noster, hic plebis nostræ habitus fuit eritque semper, nisi siquando à vobis próque vobis arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus vestris & exercitibus quòd oculis magis quàm auribus crediderunt: & vbi nihil hostile erat, ne ipsi quidem fecerunt. Pacem quam nos præstitimus, eam à vobis petimus: bellum, eò sicubi est, auertatis precamur. In nos quid arma polleant vestra, si patiendo experiundum est, inermes experiemur. Hæc mens nostra est: dii immortales faciant, tam sit felix quàm pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixistis, etsi reuicta rebus, verbis confutare nihil attinet, tamen etiam, si vera sint, vel fateri nobis ea, quum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus. Peccetur in vos, dum digni sitis quibus ita satisfiat.

ORATIO Q. CINCINNATI DICTATORIS ad A. Sempronium magistrum equitum de belli ratione.

ARGVMENTVM.

Iam Prænestini, quum omnia Romæ seditionibus plena, perlatum esset, vastatis agris ad portam Collinam peruenerant spe vrbis capiendæ: quum Romani dictatorem, vt assolebant in re trepida, T. Quintium Cincinnatum creant, à quo A. Sempronius magister equitum dictus. Hostes, quum dictatorem creatum audirent, à mœnibus ad Alliam flumen, vbi castra locarent, se receperant. Dictator Quintius ducto exercitu, quum hostes in conspectu instructos paratósque videret, ita de belli ratione cum magistro equitum agebat.

VIdésne tu Aule Semproni loci fortuna illos fretos ad Alliam constitisse? nec illis dii immortales certioris quicquam fiduciæ, maiorísve quod sit auxilii dederint? At tu fretus armis animísque, concitatis equis inuade mediam aciem. Ego cum legionibus in turbatos trepidantésque inferam signa. Adeste dii testes fœderis, & expetite pœnas debitas, simul vobis violatis, nobísque per numen vestrum deceptis.

ORATIO CAMILLI DICTATORIS AD QVIrites, de intercessione.

ARGVMENTVM IN HANC ET IN SEQ.

Plebs, arrepta fortè occasione rerum nouandarum ex magna vi æris alieni, à quo leuari nõ posset, nisi suis in summo imperio collocatis: tribunos pl. duos, C. Licinium & L. Sextium creat, qui sibi viam præstruerent ad cæteros honores. Ii creati promulgant leges tres aduersus opes patriciorum, & pro commodis plebis. vnam de ære alieno, vt deducto eo de capite quod vsuris pernumeratum esset, id quod reliquum esset, triennio tribus æquis portionibus persolueretur: alteram de modo agrorũ, ne quis amplius quàm quingẽta iugera agri possideret: tertiã, ne tribunorum militum comitia fierent, consúlque alter ex plebe crearetur. Conterriti patres tam seueris contra se legibus, collegas tribunis duobus adiungunt, qui leges per intercessionem promulgari non sinerent. Ii, à duobus collegis legumlatoribus concilio ad promulgandas leges sæpe vocato, ne recitari quidem eas passi sunt. Conditione deinde rerum coacti iidem legumlatores, tribunos militum creari permittunt. Ita promulgatio in reditum exercitus dilata. Interim sæpe refecti iidem tribuni, miseriam plebeiorum primoribus patrum exponunt, in licẽtiámque maximam patriciorum inuehebantur, quod attineret ad id quod leges promulgandæ continebant. Iam decies refecti, quum legionibus in vrbem reductis, non impedirentur collegarum intercessione, patres dictatorem creant Camillum, qui stipatus magno patriciorum numero, quum collegarum intercessione etiam renouata nihil profici videret, proxima oratione de intercessione ad populum verba fecit. Ea concione habita, quum indictis tribunorum pl. comitiis legumlatores iam decies (vt ante dixi) refecti se abire velle magistratu per simulationem faterentur: magis accendebant plebis animos ad id quod petebant. Nam etsi in leges suas pugnatum esse commemorabant intercessione collegarum, bello Veliterno & dictatoris creatione: iam tamen illa obstare posse negabant quominus leges promulgarentur, quum magister equitum ex plebe dictus gradum fecisse ad cæteros quoque magistratus videretur. His aliísque plebis animos inflammarant, quũ stupẽtibus cæteris vnus App. Claudius aduersus trib. pl. legumlatores legésque ipsas, posteriorem orationem habuit.

QVandoquidem, Quirites, iam vos tribunitia libido, non potestas regit: & intercessionem secessione quondam plebis partam nobis, eadem vi facitis irritam, qua peperistis, non Reipub. magis vniuersæ quàm vestra causa dictator intercessioni vestrę adero, euersúmque vestrum auxilium imperio tutabor. Itaque si C. Licinius & L. Sextius intercessioni collegarum cedunt, nihil patricium magistratum inseram concilio plebis: si aduersus intercessionem tanquam captæ ciuitati leges imponere tendent, vim tribunitiam à seipsa dissolui non patiar.

ORATIO APPII CLAVDII CONTRA TRIBVnos pl. legumlatores, & leges ipsas.

NEque nouũ neque inopinatũ mihi sit, Quirites, si, quod vnũ familiæ nostræ semper obiectũ est ab seditiosis tribunis, id nũc ego quoq; audiam, Claudiæ gẽti iam inde ab initio nihil antiquius in Republica, patrum maiestate fuisse, semper plebis commodis aduersatos esse. Quorum alterum neque nego, neque inficias eo, nos, ex quo asciti sumus simul in ciuitatem & patres, enixè operam dedisse vt per nos aucta potius quàm imminuta maiestas earum gentium inter quas nos esse voluistis, dici verè posset. Illud alterum pro me maioribúsque meis contendere ausim, Quirites, (nisi quæ pro vniuersa Repub. fiant, ea plebi tanquam aliam incolenti vrbem aduersa quis putet) nihil nos neque priuatos neque in magistratibus, quod incommodum plebi esset, scientes fecisse, nec vllum factum dictúmve nostrum, contra vtilitatem vestram (etsi quædam contra voluntatem fuerint) verè referri posse. An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed vnus Quiritiũ quilibet, qui modò me duobus ingenuis ortũ, & viuere in libera ciuitate sciam, reticere possim? L. illum Sextium, & C. Licinium, perpetuos (si diis placet) tribunos, tantum licentiæ nouem annis, quibus regnant, sumpsisse, vt vobis negent potestatem liberam suffragii, non in comitiis, non in legibus iubendis se permissuros esse? Sub conditione (inquit) nos reficietis decimùm tribunos. Quid est aliud dicere? Quod petunt alii, nos adeo fastidimus, vt sine mercede magna non accipiamus? Sed quæ tandem ista merces est qua vos semper tribunos pleb. habeamus? Vt rogationes (inquit) nostras, seu placent, seu displicent, seu vtiles, seu inutiles sunt, omnes coniunctim accipiatis. Obsecro vos, Tarquinii tribuni pleb. putate me ex media cõcione vnum ciuem succlamare: bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias. Non,

inquit, licebit. Tu de fœnore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, iubeas, & hoc portenti non fiat in vrbe Romana, vt illum L. Sextium atque hunc C. Licinium consules, quod indignaris, quod abominaris, videas: aut omnia accipe, aut nihil fero: vt siquis ei quē vrgeat fames, venenum ponat cum cibo, & aut abstinere eo quod vitale sit iubeat, aut mortiferum vitali admisceat. Ergo si esset libera hæc ciuitas, non tibi frequētes succlamassent, abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis? Quid? si tu non tuleris quod commodum est populo accipere, nemo erit qui ferat illud? Siquis patricius, siquis (quod illi volunt inuidiosius esse) Claudius diceret, aut omnia accipite, aut nihil fero: quis vestrûm, Quirites, ferret? Nunquámne vos, res potius quàm authores spectabitis? sed omnia semper quæ magistratus ille dicet, secundis auribus, quæ ab nostrûm aliquo dicentur, aduersis accipietis? At hercule sermo est minimè ciuilis. Quid? rogatio qualis est quam à vobis antiquatam indignantur? Sermoni Quirites simillima. Consules (inquit) rogo, ne vobis, quos velitis, facere liceat. An aliter rogat qui vtique alterum ex plebe fieri consulem iubet, nec duos patricios creandi potestatem vobis permittit? Si hodie bella sint, quale Etruscum fuit, quum Porsena Ianiculum insedit, quale Gallicum modò, quum præter Capitolium atque arcem omnia hæc hostium erant, & consulatum cum hoc M. Furio, aut quolibet alio ex patribus L. ille Sextius peteret: possetisne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa dimicare? Hóccine est in commune honores vocare, vt duos plebeios fieri consules liceat, duos patricios non liceat? & alterum ex plebe creari necesse sit, vtrunque ex patribus præterire liceat? Quænam ista societas, quænam consortio est? parum est, si cuius pars tua adhuc nulla fuit, in partem eius venis, nisi partem petendo totum traxeris? Timeo (inquit) ne, si duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium. Quid est aliud dicere, nisi, Quia indignos vestra volūtate creaturi nō estis, necessitatē vobis creandi quos non vultis, imponam? Quid sequitur, nisi vt ne beneficium quidem debeat populo, si cum duobus patriciis vnus petierit plebeius, & lege se, non suffragio creatum dicat? Quo modo extorqueant, non quo petant honores quærunt: & ita maxima sunt adepturi, vt nihil ne pro minimis quidem debeant: & occasionibus potius quàm virtute petere honores malunt. Est aliquis qui se inspici, qui æstimari fastidiat: qui certos sibi vni honores inter dimicantes competitores æquum censeat esse: qui se arbitrio vestro eximat: qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis, & serua pro liberis faciat. Omitto Licinium Sextiúmque, quorum annos in perpetua potestate tanquam regum in Capitolio numeratis. Quis est hodie in ciuitate tam humilis, cui non via ad consulatum facilior per istius legis occasionem, quàm nobis ac liberis nostris fiat, siquidem nos, ne quum volueritis quidem, creare interdum poteritis, istos, etiamsi nolueritis, necesse sit? De indignitate satis dictum est: etenim dignitas ad homines pertinet. Quid de religionibus atq; auspiciis, quæ propria deorum immortalium contemptio atque iniuria est, loquar? Auspiciis hanc vrbem conditam esse, auspiciis bello & pace, domi militiæque omnia geri, quis est qui ignoret? Penes quos igitur sunt auspicia more maiorum? Nempe penes patres. nam plebeius quidē magistratus nullus auspicatò creatur: nobis adeo propria sunt auspicia vt non solùm quos populus creat patricios magistratus, non aliter quàm auspicatò creet: sed nos quoque ipsi sine suffragio populi auspicatò interregem prodamus, & priuatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent. Quid igitur aliud quàm tollit ex ciuitate auspicia, qui plebeios consules creando, à patribus, qui soli ea habere possunt, aufert? Eludant nunc licet religiones. Quid enim est si pulli non pascentur? si ex cauea tardius exierint? si occinuerit auis? Parua sunt hæc: sed parua ista non contemnendo maiores nostri maximam hanc rem fecerunt: nunc nos, tanquam iam nihil pace deorum opus sit, omnes ceremonias polluimus. Vulgò ergo pontifices, augures, sacrificuli, reges creentur: cuilibet apicem dialem, dummodo homo sit, imponamus: tradamus ancilia, penetralia, deos deorúmq; curam, quibus nefas est: non leges auspicatò ferantur, non magistratus creentur, nec centuriatis nec curiatis comitiis patres authores fiant: Sextius & Licinius tanquam Romulus ac Tatius in vrbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant. tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi. Nec in mentem venit, altera lege solitudines vastas in agris fieri, pellēdo finibus dominos: altera fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur. Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. quod faxitis, deos velim fortunare.

Ex septimo libro ab vrbe condita.

ORATIO SERVII TVLLII AD DICTATOREM, VT MILITIBUS PUGNANDI FACERET POTESTATEM.

ARGVMENTVM.

C. Sulpitius dictator, & M. Valerius magister equitum, aduersus Gallos, qui iam ad Pedum consederant, exercitus duos duxerant. Dictator non ausus primo aduentu se belli fortunæ committere, trahebat bellum, vetando nequis iniussu suo extra ordinem in hostem pugnaret. Milites ægrè illud passi, multa iactabant in dictatorem, criminabanturque patres quòd per dictatorem, non per consules rem geri placuisset. Tandem Seruio Tullio septimo primipilo dant negotium vt ab imperatore pugnandi copiam impetraret. Is apud dictatorem hac oratione rem peragit,

SCilicet, dictator, condemnatum se vniuersus exercitus à te ignauiæ ratus, & propè ignominiæ causa destitutum sine armis, orauit me vt suam causam apud te agerem. Equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa fœdè amissa obiici nobis possent: tamen hoc à te impetrari æquum censerem, vt nos virtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitii memoriam noua gloria patereris. Etiam ad Alliam fusæ legiones, eandem quam per pauorem amiserant patriam, profectæ postea ab Veiis virtute recuperauere. Nobis deûm benignitate, felicitate tua populíque Rom. & res & gloria est integra: quãquam de gloria vix dicere ausim, si nos, & hostes haud secus quàm fœminas abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt: & tu imperator noster (quod ægrius patimur) exercitum tuum sine armis, sine animis, sine manibus iudicas esse: & prius quàm expertus nos esses, de nobis ita desperasti vt te mancorum ac debilium ducem iudicares esse. Quid enim aliud esse causæ credamus cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis (quod aiunt) manibus sedeas? Vtcunque enim res se habeat, te de nostra virtute dubitasse videri, quàm nos de tua, verius est. Sin autem non tuum istud sed publicum est consilium, & consensus aliquis patrum, non Gallicum bellum, nos ab vrbe, à penatibus nostris ablegatos tenet: quæso vt quę dicam, non à militibus imperatori dicta censeas, sed à plebe patribus: quæ, sicut vos vestra habetis consilia, sic se sua habituram dicat. Quis tandem succenseat milites nos esse, non seruos vestros? ad bellum, non ad exilium missos? siquis det signum, in aciem educat, vt viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos: si nihil armis opus sit, otium Romæ potius quàm in castris acturos. Hęc dicta sint patribus. Te, imperator, milites tui oramus vt nobis pugnandi copiam facias. tum vincere cupimus, tum duce te vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes vrbem inire, tuum sequentes currum, Iouis optimi maximi templum gratantes ouantésque adire.

ORATIO M. POPILII CONSVLIS, QVA SUOS MILITES ADHORTATUR.

ARGVMENTVM.

Scipione consule morbo implicito, M. Popilio collegæ ex plebe bellum permissum erat aduersus Gallos, qui iam in agro Latino castra fixerant. Victoria belli eius iam ad Romanos inclinata erat, quum consulis læuus humerus machæra propè traiicitur. Eo vulnere permoti languidique milites facti, iam propemodum certam victoriam amiserant, quum consul alligato vulnere ad prima signa progressus, in hæc verba militem adhortabatur,

QVid stas miles? non cum Latino Sabinóque hoste res est, quem victum armis, socium ex hoste facias: in belluas strinximus ferrum: hauriendus aut dandus est sanguis. Propulistis à castris: supina valle præcipites egistis: stratis corporibus hostium superstatis. Complete eadem strage campos qua montes replestis. Nolite expectare dũ stãtes vos fugiant: inferenda sunt signa, & vadendum in hostem.

ORATIO LEGATORVM CAMPANORVM in senatu, qua auxilium aduersus Samnites petunt.

ARGVMENTVM.

Samnites societate atque amicitia cum Romanis iuncti, Sidicinis iniustum bellum inferebant: quibus quum Sidicini se impares viderent, Campanos socios belli asciuerant. Campani fluentes luxu, quum viribus non dimicarent, in agrum Sidicinum pelluntur. Quam rem quũ Samnites animaduerterent, omissis Sidicinis, in Campanorum oppida, vnde plus prædæ atque gloriæ esset, bellum conuertunt. Iámque cæsa erat multitudo magna iuuenum: qui superfuerant, intra mœnia vrbis Capuæ pulsi: quum Romam oratores questum iniurias mittere coguntur, qui hunc in modum causam Campanorum egerunt,

POpulus nos Campanus legatos ad vos, P. C. misit, amicitiam in perpetuum, auxilium præsens à vobis petitum. quam si secundis nostris rebus petissemus: sicut cœpta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset. Tunc enim, vt qui ex æquo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atque obnoxii vobis minus essemus. Nunc misericordia vestra conciliati auxilióque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati atque omni ope diuina humanáque indigni videamur. Neque hercule, quòd Samnites priores amici sociíque vobis facti sunt, ad id valere arbitror ne nos in amicitiam suscipiamur, sed vt vetustate & gradu honoris nos præstent. Neque enim fœdere Samnitium, nequa noua iungeretis fœdera, cautum est. Fuit quidem apud vos semper satis iusta causa amicitiæ, velle eum vobis amicum esse qui vos appeteret. Campani, etsi fortuna præsens magnificè loqui prohibet, non vrbis amplitudine, non agri vbertate vlli populo, præterquam vobis, cedentes, haud parua (vt arbitror) accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram. AEquis Volscísque, æternis hostibus huius vrbis, quandocunque se mouerint, ab tergo erimus: & quod vos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro ĩperio vestro & gloria semper faciemus. Subactis iis gentibus quæ inter nos vósque sunt, (quod propediem futurum spondet & virtus & fortuna vestra) continens imperium vsque ad nos habebitis. Acerbum & miserum est quod fateri nos fortuna nostra cogit. Eò ventum est, P. C. vt aut amicorũ aut inimicorum Campani simus. si defenditis, vestri: si deseritis, Samnitium erimus. Capuam ergo & Campaniam omnem vestris an Samnitiũ viribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, vestram misericordiam vestrúmque auxilium æquum est patere, iis tamen maximè, qui eam implorantibus aliis, auxilium dum supra vires suas præstant, omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. Quanquam pugnauimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, & vbi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse. Nec enim nunc, quia dolent iniuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent sibi oblatam esse causam, oppugnatum nos veniunt. An si vltio iræ hæc & non occasio cupiditatis explẽdæ esset, parum fuit quòd semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? Quæ est ista tam infesta ira quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vastata. Hiscine ira expleri non potuit? sed cupiditas explenda est: ea ad oppugnandam Capuam rapit. Aut delere vrbem pulcherrimam, aut ipsi possidere volunt. Sed vos potius Romani beneficio vestro occupate eam, quàm illos habere per maleficium sinatis. Non loquor apud recusantem iusta bella populum: sed tamen si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Vsque ad nos contemptus Samnitium peruenit, suprà non ascendit. Itaque vmbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus: quicquid deinde habuerimus, quicquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi. vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua vrbs frequentabitur: conditorum, parẽtum, deorum immortalium nnmero nobis eritis: nulla colonia vestra erit quæ nos obsequio erga vos, fidéque superet. Annuite, P. C. nutum numénque vestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumẽ Capuam futuram. Qua frequentia omnium generum multitudinis prosequente creditis nos illinc profectos? quàm omnia votorum & lacrymarum plena reliquisse? in qua nunc expectatione senatum populúmque Campanum, coniuges,

liberósque nostros esse? Stare omnem multitudinem ad portas viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo, quid illis nos, P. C. solicitis ac pendentibus animis renunciare iubeatis. Alterum responsum, salutem, victoriam, lucem ac libertatem: alterum ominari horreo quæ ferat. Proinde vt aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam vllis futuris, nobis consulite.

ORATIO ROMANORVM, QVA PRAECEDENTI Campanorum legatorum orationi respondent.

AVxilio vos, Campani, dignos censet senatus: sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum fœdere iũcti sunt: itaque arma, deos priusquam homines violatura, aduersus Samnites vobis negamus. Legatos, sicut fas iúsque est, ad socios atque amicos precatum mittemus ne qua vobis vis fiat.

ORATIO LEGATORVM CAMPANORVM, QVA præcedenti Romanorum orationi respondent.

QVandoquidem nostra tueri aduersus vim atque iniuriam iusta vi nõ vultis, vestra certè defendetis. Itaque populum Campanum vrbémque Capuam, agros, delubra deûm humanáque omnia in vestram, P. C. populíque Romani ditionem dedimus: quicquid deinde patiemur, deditii vestri passuri.

ORATIO M. VALERII CORVINI, QVA suos adhortatur.

ARGVMENTVM.

Ad Samnites Campanorum nomine Romani legati missi, quum re infecta redirent, retulerunt à Samnitibus responsum, id se bellum perfecturos: atque quum adhuc illic essent, multis imperatum esse vt prædas ex agro Campano agerent. Senatus his concitatus, feciali ad res repetendas, simul indicendum bellum, misso, decreuit vt Valerius & Cornelius consules eo exercitus ducerent. Valerius contra Samnites profectus, in hunc modum milites ad pugnandum adhortabatur,

FActa mea, non dicta, vos, milites, sequi volo, nec disciplinam modò sed exemplum etiam à me petere. Non factionibus modò, nec per coitiones vsitatas nobilibus, sed hac dextera mihi tres consulatus summámque laudem peperi. Fuit quum hoc dici poterat. Patricius enim eras, & à liberatoribus patriæ ortus: & eodem anno familia ista consulatum, quo vrbs hæc consulem habuit. nunc iam nobis patribus vobísque plebeiis promiscuus consulatus patet: nec generis, vt antè, sed virtutis est præmium. Proinde summũ quodque spectate, milites, decus. Non si mihi nouum hoc Coruini cognomen diis authoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit: semper ego plebem Romanam militiæ domíque, priuatus, in magistratibus paruis magnísque, æquè tribunus ac consul eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo atque colui. Nunc quod instat, diis bene iuuantibus, nouum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.

ORATIO EXHORTATORIA P. DECII TRIBVNI militum ad A. Cornelium consulem, quum spes elabendi non videretur.

ARGVMENTVM.

A. Cornelius consul exercitum in Samnium duxerat: ibi eo ipso tempore quo Valerius Coruinus collega Samnites vicit, milites incautè in saltum quendam caua valle peruium circáque ab hoste insessum induxerat, vnde non prius hostem imminentem vidit, quàm iam tutò recipi signa non possent. Eum necessitate illa territum, P. Decius trib. militum, qua esset erumpendum, ita docuit,

Vidésne

Videsne tu A. Corneli, cacumen illud supra hostem? Arx illa est spei salutisque nostræ: si eam, quoniam cæci reliquere Samnites, impigrè capimus, nec tu mihi plus quàm vnius legionis principes hastatos dederis: cum quibus vbi euasero in summum, perge hinc omni liber metu, téque & exercitum serua. neque enim moueri hostis, subiectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit. Nos deinde aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet.

ORATIO EIVSDEM P. DECII QVA SVOS ad erumpendum ex colle occupato adhortatur.

ARGVMENTVM.

P. Decius tribunus militum, indicato loco cõsuli quò euaderet, cum præsidio ad collis verticem peruenerat. eò Samnites diu multúmque progredi conati, huc atque illuc signa vertebant: modò collem circundabant, modò viam patefaciebant. Decius spe pugnandi destitutus, primùm centuriones ad se vocat, quibus hostium inertiam exponit, deinde milites ad erumpendum adhortatur.

Quænam illa inscitia belli ac pigritia est? aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? Huc atque illuc signa moueri, ac modò in vnum conferri, modò educi videtis. Opus quidem incipit nemo, quum iam circundati vallo potuerimus esse. Tum verò nos similes istorum simus si diutius hîc moremur quàm commodum sit. Agitedum, ite mecum: vt dum lucis aliquid superest, quibus locis præsidia ponant, quà pateat hinc exitus, exploremus. *Hæc omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perlustrauit. Vigiliis deinde dispositis, cæteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundæ uigiliæ buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se conuenirent. Quò ubi, sicut edictum erat, taciti conuenerunt,* Hoc silentium, milites (*inquit*) omisso militari assensu, in me audiendo seruandum est. Vbi sententiam meam vobis peregero, tum, quibus eadem placebunt, in dexteram partem taciti transibitis: quæ pars maior erit, eius stabitur consilio. Nunc quæ mẽte agitem audite. Non fuga delatos nec inertia relictos hîc vos circunuenit hostis: virtute cepistis locum, virtute hinc oportet euadatis. Veniendo huc, exercitum egregium populi Romani seruastis: erumpẽdo hinc, vosmetipsos seruate. Digni estis qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. cum eo hoste res est qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam vsus nõ sit: hunc tam opportunum collem imminentem capiti suo non antè viderit, quàm captum à nobis: nos tam paucos tot ipse millibus hominum nec ascensu arcuerit: nec tenentes locum, quum diei tantum superesset, vallo circundederit. Quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum oportet fallatis, imò necesse est. In eo enim loco res sunt nostræ, vt ego vobis magis necessitatis vestræ index, quàm consilii author sim. neque enim, maneatis an abeatis hinc, deliberari potest, quum præter arma & animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit: fame & siti moriendum sit, si plus quàm viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo vna est salus, erumpere hinc, atque abire. Id aut interdiu aut nocte faciamus oportet. Ecce autem aliud minus dubium: quippe, si lux expectetur, quæ spes est, non vallo perpetuo fossáque nos septurum hostem, qui nunc corporibus suis subiectis vndique cinxerit (vt videtis) collem? Atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est: hæc profectò noctis aptissima hora est. Signo secundæ vigiliæ conuenistis, quod tempus mortales somno altissimo premit. Per corpora sopita vadetis, vel silentio incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pauorem iniecturi. Me modò sequimini, quem sequuti estis: ego eandem, quę duxit huc, sequar fortunam. Quibus hæc salutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus transite.

ORATIO M. VALERII CORVINI DICTATORIS ad coniuratores & seditiosos milites, qua dehortatur à pugna contra patriam.

ARGVMENTVM.

Deliniti milites Romani deliciis voluptatibúsque quas abunde Campania subministrabat, inibãt consilia adimendæ Campanis Capuæ. Claudius Martius Rutilius consul ea re

cognita, rumorem ſpargit per oppida ea Campaniæ per quæ milites ad præſidia diſperſi erant. Idem ſuos in æſtiua milites quum eduxiſſet, aliis aliiſque cauſis dimittẽdi milites con fictis, Romam mittebat: quos ibi collega remorabatur. Iam cæteri quum neminem ex iis qui dimittebantur, redire ad caſtra viderent, emanaſſe ſua conſilia rebantur: quum cohors vna militum in ſaltu conſedit, qui eos omnes quos conſul mittebat, ſibi adiungebant. Cui multitudini iam validæ quum nihil ad formam exercitus deeſſet præter ducem, T. Quintiũ quendam Romanum, quem colere agrum audiuerant, ſibi imperatorem deligunt, reniten témque imperare cogunt. Hoc duce iam ad octauum lapidem viæ progreſſi erant, ad inferenda Romanis arma, quum M. Valerium Coruinum dictatorem contra ſe veniẽtẽ conſpicientes, expectandum eſſe cenſent. Ad colloquium deinde ventum eſt: ac prior Valerius in hæc verba, eos à pugna dehortatus eſt: T. Quintius deinde dux eorum.

DEos immortales, milites, veſtros publicos meóſque ab vrbe proficiſcens ita adoraui, veniámque ſupplex popoſci, vt mihi de vobis concordiæ partæ gloriam, non victoriam darent. Satis fuit eritque vnde belli decus pariatur: hinc pax petenda eſt. Quod deos immortales inter nuncupanda vota expopoſci, eius me compotem voti vos facere poteſtis, ſi meminiſſe vultis, non vos in Samnio, nec in Volſcis, ſed in Romano ſolo caſtra habere: ſi illos colles, quos cernitis, patriæ veſtræ eſſe: ſi hunc exercitum, ciuium veſtrorum: ſi me conſulem veſtrum, cuius ductu auſpicióque priore anno bis legiones Samnitium fudiſtis, bis caſtra vi cepiſtis. Ego ſum M. Valerius Coruinus, milites: cuius vos nobilitatem beneficiis erga vos, non iniuriis ſenſiſtis: nullius ſuperbæ in vos legis, nullius crudelis ſenatuſcõſulti author: in omnibus meis imperiis in me ſeuerior quã in vos. Ac ſicui genus, ſicui ſua virtus, ſicui etiam maieſtas, ſicui honores ſubdere ſpiritus potuerunt: iis eram natus: id ſpecimen mei dederam, ea ætate conſulatum adeptus eram, vt potuerim tres & viginti annos natus conſul patribus quoque ferox eſſe, non ſolùm plebi. Quod meum factum dictúmve conſulis grauius quàm tribuni audiſtis? Eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi: eodem hæc imperioſa dictatura geretur, vt neque in hos meos & patriæ meæ milites mitior quàm in vos (horreo dicere) hoſtes. Ergo vos prius in me ſtrinxeritis ferrum, quàm in vos ego: iſtinc ſigna canent, iſtinc clamor prius incipiet atque impetus, ſi dimicandum eſt. Inducite in animum quod non induxerunt patres auíque veſtri, non illi qui in Sacrum montem ſeceſſerunt, non hi qui poſtea Auentinum inſederunt. Expectate dum vobis ſingulis, vt olim Coriolano, matres coniugéſque crinibus paſſis obuiæ ab vrbe veniant. Tum Volſcorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieuerunt: vos Romanus exercitus non deſtiteritis impio bello? T. Quinti, quocunque iſtic loco ſeu volens ſeu inuitus conſtitiſti, ſi dimicandum erit, tum tu in nouiſſimos te recipito: fugeris etiam honeſtius, tergúmque ciui dederis, quàm pugnaueris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene atque honeſtè inter primos ſtabis, & colloqui huius ſalutaris interpres fueris. Poſtulate æqua, & ferte: quanquam vel iniquis ſtandum eſt potius, quàm impias inter nos conſeramus manus.

ORATIO T. QVINTII DVCIS SEDITIOſorum qua eos ad concordiam exhortatur.

ME quoque milites, ſiquis vſus mei eſt, meliorem pacis quàm belli habetis ducem. Non enim illa modò Volſcus aut Samnis, ſed Romanus verba fecit, veſter cõſul, veſter imperator, milites: cuius auſpicia pro vobis experti, nolite aduerſus vos velle experiri. Qui pugnarent vobiſcum infeſtius, & alios duces ſenatus habuit: qui maximè vobis ſuis militibus parceret, cui plurimùm vos imperatori veſtro crederetis, eum elegit. Pacem, etiam qui vincere poſſunt, volũt. quid nos velle oportet? quin omiſſis ira & ſpe fallacibus authoribus, nos ipſos noſtráque omnia cognitæ permittimus fidei?

Ex octauo



Ex octauo libro ab vrbe condita.

ORATIO ANNII SETINI PRAETORIS Latinorum, ad suos.

ARGVMENTVM.

Latini coniuncti cum Campanis aliisque populis, Samnitibus bellum inferebant: Samnites, quum Latini etiam superiores ex Samnio forte excessissent, tempus idoneum illud esse legationibus faciendis ad petendum auxilium rati, oratores Romam mittunt, qui sociorum iniurias exponerent. Latinos tum Romani timebant ne arguendo abalienarent. Itaque primò arguere non ausi, deinde vbi de defectione certius cognouerunt, decem principes mandant, quibus imperarent quæ vellent. Prætor tum Latinorum erat L. Annius Setinus, qui delectus ad legationem, priusquam cum reliquis nouem proficisceretur, ad senatũ refert, quid Romanis responderi placeret, quod attineret ad ea quæ velle eos diceret. Aliud aliis sentientibus, sententia sua peracta, ita rursus loquutus est,

QVanquam ipse ego retuli quid responderi placeret, tamẽ magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quàm quid loquendum sit. Facile erit explicatis consiliis accommodare rebus verba. Nam si etiam nunc sub vmbra fœderis æqui seruitutem pati possumus, quid abest quin proditis Sidicinis, nõ Romanorum solùm sed Samnitium quoque dicto pareamus, respondeamúsque Romanis, nos, vbi innuerint, posituros arma? Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos, si fœdus est, si societas, æquatio iuris est: si cõsanguineos nos Romanorum esse, quod olim pudebat, nunc gloriari licet: si socialis vllus exercitus illis est, quo adiuncto duplicent vires suas, quem secernere consules ab se bellis propriis sumendis ponendísque nolint: cur non omnia æquantur? cur non alter ab Latinis consul datur? Vbi pars viriũ, ibi & imperii pars est. Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum, quippe concedentibus Romam caput Latio esse: sed vt amplum videri posset, diuturna patientia fecimus. Atqui, si quando vnquam consociandi imperii, vsurpandæ libertatis tempus optastis: en hoc tempus adest, & virtute vestra & deûm benignitate vobis datum. Tentastis patientiam, negando militem. quis dubitat exarsisse eos, quum plus ducentorum annorum morem solueremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum nostro nomine cum Pelignis gessimus, qui ne nostrorum quidem finium per nos tuendorum ius antea dabant: nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ad nos ab se descisse, exercitus nos parare aduersus Samnites fœderatos suos audierunt, nec mouerunt se ab vrbe. Vnde hæc illis tanta modestia, nisi à cõscientia virium & nostrarum & suarum? Idoneos authores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse, vt facilè appareret ne ipsos quidem iam postulare vt Latiũ sub Romano imperio sit. Vsurpate modò postulando eo quod illi vobis taciti concedunt. Siquem hoc dicere metus prohibet: en ego ipse, audiẽte nõ populo Rom. modò, senatúque, sed Ioue ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, vt si nos in fœdere ac societate esse velint, consulem alterum à nobis, senatúsque partem accipiant.

ORATIO ANNII EIVSDEM AD P. C. Romanorum, vt alter consul ex Latinis fieret.

ARGVMENTVM.

Latini Annio permiserant vt ageret ac diceret quæ è Rep. Latinorum, fidéque sua viderentur. Is in senatum cum cæteris legatis admissus, quum T. Manlium consulem audiret ita de ea re agentem, vt ne Samnitibus fœderatis Romanorum bellum à Latinis inferretur, confestim rem ipsam narrare in hanc formam ingressus est,

TEmpus erat, Tite Manli, vósque P. C. tandem iam vos nobiscum nihil pro imperio agere, quum florentissimum deûm benignitate nunc Latium armis virísque, Samnitibus bello victis, Sidicinis Campanísque sociis, nunc etiam Volscis adiunctis, videretis: colonias quoq; vestras Latinũ Romano prætulisse imperio. Sed quoniam vos regno impotẽti finẽ vt imponatis, nõ inducitis in animũ: nos quanquã armis possumus asserere Latiũ in libertatẽ, consanguinitati tamen hoc dabimus, vt cõditiones pacis feramus æquas

vtrisque: quoniam vires quoque æquari diis immortalibus placuit. Cōsulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportet: senatus partem æquam ex vtraque gente esse: vnum populum, vnam rempub. fieri. Et, vt imperii eadem sedes sit, idémque omnibus nomen, quoniam ab alterutra parte concedi necesse est: quod vtrisque bene vertat, sit hæc sanè patria potior, & Romani omnes vocemur.

ORATIO T. MANLII CONSVLIS AD legatos Latinorum.

ARGVMENTVM.

Hoc proximæ orationi cohæret. Ea Annii oratione T. Manlius adeo permotus iratúmque plenus fuit, vt diceret, si id ipsum illud quod petierat, approbarent patres, se palàm in senatu quencunque Latinum vidisset, interfecturum. Conuersus deinde ad simulacrum Iouis, ita rei atrocitatem & indignitatem referebat,

AVdi Iupiter hæc scelera, audi te ius fásque. Peregrinos consules & peregrinum senatum in tuo Iupiter augurato templo captus atque ipse oppressus, visurus es? Hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis patribus vestris, Latini: hæc L. Tarquinius vobiscum postea fœdera fecit? Non venit in mentem pugna apud Regillum lacū? adeo & cladium vestrarum veterum, & beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis?

ORATIO T. MANLII CONSVLIS AD T. Manlium filium, qua eum accusat quòd in hostem ipsius iniussu pugnauisset.

ARGVMENTVM.

Bello Latino, quod factum fuit quum Latini non auditi de altero cōsule ex Latio creando, in Campaniam exercitum duxerunt: consules docti hostes lingua eadē, institutis, moribus vti, quibus Romani: milites item militibus, centuriones centurionibus congruere: edixerant nequis in hostem extra ordinem pugnaret. T. Manlius erat T. Manlii consulis filius, qui lacessitus à Geminio quodam Tusculano per cōtumeliam, congressus equitem à iugulo ita vt per costas ferrum emineret, terræ affixit. Manlius consul ea re cognita, filium pater his verbis obiurgatum, securi percussit.

QVandoquidem tu, Tite Manli, neque imperium consulare, neque maiestatem patriam veritus, aduersus edictum nostrum extra ordinē in hostem pugnasti, & quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, soluisti, méque in eam necessitatem adduxisti, vt aut Reip. mihi, aut mei meorúmque obliuiscendum sit, nos potius nostro debito plectemur, quàm resp. tanto suo damno nostra peccata luat. Triste exemplum, sed in posterum salubre iuuentuti erimus. Me quidem cum ingenita charitas liberûm, tum specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris, in te mouet. Sed quum aut morte tua sancienda sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda: nec te quidem, siquid in te sanguinis nostri est, recusare censeam quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam pœna restituas. I lictor, deliga ad palum.

ORATIO FVRII CAMILLI CONsulis ad patres de Latinis referentis.

ARGVMENTVM.

L. Furius Camillus & C. Menius consules, ad Pedum Latinorum oppidum expugnandum profecti, ita rem peregerant vt Menius ad flumen Asturam Aricinos, aliósque qui auxilio Pedanis venerant, præter spem aggressus fuderit, Camillus oppidanis intra mœnia cōpulsis, oppidum scalis ceperit. Iis etiam insignibus victoriis non contenti, longius progressi non prius quieuerunt, quàm aut expugnando aut in deditionem accipiendo ciuitates, totū Latium subegere. Camillus deinde Romam regressus, in senatu de Latinis ita retulit,

PAtres C. quod bello armísque in Latio agēdum fuit, id iam deûm benignitate, ac virtute militum ad finem venit. Cæsi ad Pedum Asturámque sunt exercitus hostium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volscis, aut vi capta, aut recepta in deditionem præsidiis tenentur vestris. Reliqua consultatio est, quoniam rebellando sæpius nos solici-

tant, quónam modo perpetua pace quietos obtineamus. Dii immortales ita vos potentes huius consilii fecerunt, vt, sit Latium, deinde an non sit, in manu vestra posuerint. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum, vel sæuiendo vel ignoscendo potestis. Vultis crudeliter consulere in deditos, victósque? licet delere omne Latium, vastásque inde solitudines facere, vnde sociali egregio exercitu per multa bella magnáque sæpe vsi estis. Vultis exemplo maiorum augere rem Romanã, victos in ciuitatem accipiendo? Materia crescendi per summam gloriam suppeditat. Certè id firmissimum longè imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet. Tot populos inter spem metúmque suspensos animi habetis. Et vestram itaque de eis curã quamprimùm absolui, & illorum animos, dum expectatione stupent, seu pœna, seu beneficio præoccupari oportet. Nostrum enim fuit efficere vt omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset: vestrum est decernere quid optimum vobis réique publicæ sit.

ORATIO L. PAPYRII DICTATORIS QVA Fab. Maximum accusat quòd aduersus edictum pugnasset.

ARGVMENTVM.

Bellum geri aduersus Samnites Romanis placebat, cui Camillus consul præficitur. Is graui morbo redire Romam coactus, dictatorem dicit L. Papyriũ Cursorem, hic Q. Fabiũ Maximum magistrũ equitum. At quum in Samnium incertis auspiciis dictator profectus, à pullario moneretur vt Romã ad repetẽda auspicia regrederetur: edixerat ne interim magister equitum pugnam occiperet. Is tamen, nactus fortè occasionem bene gerẽdæ rei, acie cum hostibus confligit. Dictator non ita multo post victoriam rediens, his interrogationibus magistrum equitum increpabat, atque accusabat,

QVæro de te Q. Fabi, quum summum imperium dictatoris sit, pareant ei consules, regia potestas, prætorésque, iisdem auspiciis quibus consules, creati: æquum censeas nécne, magistrum equitum dicto audientem esse. Itémque illud interrogo, quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, vtrum mihi turbatis religionibus Resp. in discrimen committenda fuerit, an auspicia repetenda, nequid diis dubiis agerem. Simul illud, quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse. Sed quid hæc ego interrogo? quum si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit? Quin tu respondes, vetuerímne quicquam rei me absente gerere, vetuerímne signa cum hostibus cõferre. Quomodo tu imperio meo spreto, incertis auspiciis, turbatis religionibus, aduersus morem militarem, disciplinam maiorum, & numen deorum, ausus es cum hoste confligere? Ad hæc quæ interrogatus es responde: extra ea caue vocem mittas. Accede lictor, accede.

ORATIO M. FABII MAXIMI PRO FILIO ad populum prouocantis à dictatore.

ARGVMENTVM.

Hoc ad superius pertinet. Iam Papyrius dictator spoliari Q. Fabium magistrum equitum se purgantem, virgásque & secures expediri iusserat, quum implorata militum fide ad triarios recipitur, qui in omnem concionem tumultum miscebant. Alii dictatorem orabãt vt parceret, alii inclementem increpabant. Postero die Fabius adesse iussus, quũ ab aliis didicisset infestius dictatorem sæuiturum: clàm ex castris Romam profugit. Quod vbi Papyrius cognouit, Romam cum lictoribus & ipse veniens, quum Fabium comprehendi iuberet, primores patrũ, quibus iam Fabii pater atrocitatem rei exposuerat, pro eo deprecabantur. At quũ nihilo secius dictator in incepto perstaret, M. Fabius pater ita pro filio ad populum se prouocare dixit,

QVandoquidem apud te nec authoritas senatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitásque magistri equitum à teipso nominati valet, nec preces, quæ sæpe hostem mitigauere, quæ deorum iras placant: tribunos pleb. appello, & prouoco ad populum, eúmque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus iudicium, iudicem fero: qui certè vnus plus quàm dictatura tua potest pollétque. Videro, cessurúsne prouocationi sis cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit.

ORATIO PAPYRII DICTATORIS AD populum de absolutione Q. Fabii magistri equitum.

ARGVMENTVM.

Papyrius dictator post longam orationem, qua pater rei atrocitatem exaggerarat, etiã tum perstaturum se in cœpto dicebat: quum populus Rom. orare cœpit vt sibi pœna magistri equitum remitteretur: tribuni item plebis, vt veniam Q. Fabii adolescentiæ darent: pater prouolutus ad genua iram deprecatus est. His atque aliis tandem motus, damnatum iam Q. Fabium his verbis populo Romano & tribunitiæ potestati se donare profitetur.

BEne habet, Quirites, vicit disciplina militaris, vicit imperii maiestas: quæ in discrimine fuerunt, an vlla post hanc diem essent. Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit: sed noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur tribunitiæ potestati, precarium, non iustum auxilium ferenti. Viue Q. Fabi, felicior hoc consensu ciuitatis ad tuendum te, quàm qua paulo antè exultabas victoria. Viue id facinus ausus, cuius tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset quo fuit L. Papyrius, veniam dedisset. Mecum vt voles reuerteris in gratiam: populo Romano, cui vitã debes, nihil maius præstiteris, quàm si hic tibi dies satis documenti dederit vt bello ac pace pati legitima imperia possis.

Ex nono libro ab vrbe condita.

ORATIO CLAVDII PONTII SAMNITVM imperatoris, postquam legatione nihil factum esse vidit.

ARGVMENTVM.

Victi Samnites quum de pace Romæ per legatos agerent, annuas modò inducias impetrarant, quas authore Brutulo Papyrio ante anni finem rumpunt. Eo prælio capti multi Romani, captæ sunt res multæ, quas non ita multo pòst rursus victi cum captiuis remittunt, Papyriúmque mortuum, induciarum videlicet ruptorem, cum bonis, spe pacis faciẽdæ, dedunt. Legati re infecta redeunt: quod vbi Claudius Pontius Samnitum imperator cognouisset, superbiam inhumanitatémque Romanorum ita insectatus est,

NE nihil actum hac legatione cẽseatis, expiatum est quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cælestium fuit. Satis scio, quibuscunque diis cordi fuit subigi nos ad necessitatem dedendi res quæ à nobis ex fœdere repetitæ fuerant, iis non fuisse cordi tam superbè ab Romanis fœderis expiationem spretam. Quid enim vltrà fieri ad placandos deos mitigandósq; homines potuit, quã quod nos fecimus? Res hostiũ in præda captas, quæ belli iure nostræ videbantur, remisimus: authores belli, quia viuos non potuimus, perfunctos iam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxæ remaneret penes nos, Romam portauimus. Quid vltrà tibi Romane, quid fœderi, quid diis arbitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum iudicem feram? neminem neque priuatum, neque publicum fugio. Quòd si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi, at ego ad deos vindices intolerandæ superbiæ confugiam, & precabor vt iras suas vertant in eos quibus non suæ redditæ res, non alienæ accumulatæ satis sint: quorum sæuitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona sequentia domini deditionem exsatient: placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem, laniandáq; viscera nostra præbuerimus. Iustũ est bellum, Samnites, quibus necessarium: & pia arma quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde quum rerum humanarum maximum momentum sit, quàm propitiis rem, quàm aduersis agant diis, pro certo habete, priora bella aduersus deos magis quàm homines gessisse: hoc quod instat, ducibus ipsis diis gesturos.

ORATIO L. LENTVLI PRINCIPIS LEgatorum Romanorum ad exercitum & consules, qua suam de deditione sententiam exponit.

ARGVMENTVM.

Inter duos saltus clausus erat Romanus exercitus, vnde fraude hostium liberè erumpere ac euadere non potuisset. Timor torpórque insolitus omnes sæpe inde elabi frustra cō natos tenebat: iámque omnium rerum inopia laborabatur, quum victi necessitate legatos ad Samnites de pace mittunt. Legati conditiones tristes à Samnitibus latas referunt, pro quibus, vel contra quas, velut indignas nomine Romano, quum consules loqui non auderent, tum L. Lentulus princeps legatorū, quid censeat faciundū, in hanc sentētiam exposuit,

PAtrem meum, consules, sæpe audiui memorātem se in Capitolio vnū nō fuisse authorem senatui redimendæ auro à Gallis ciuitatis, quando nec fossa vallóque ab ignauissimo ad opera ac muniēdum hoste clausi essent, & erumpere si non sine periculo magno, tamē sine certa pernicie possent. Quòd si, vt illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit (quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt) ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset: non mihi paterni animi indoles in consilio dando deesset. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor, & me vel deuouere pro populo Rom. legionibúsq;, vel in medios me immittere hostes paratus sum. Sed hîc patriam video, hîc quicquid Romanarum legionū est: quæ nisi pro seipsis ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte sua seruent? Tecta vrbis, (dicat aliquis) & mœnia, & eam turbam à qua vrbs incolitur. Imò hercule produntur magis ea omnia deleto hoc exercitu, non seruantur. Quis enim ea tuebitur? imbellis videlicet atque inermis multitudo? tam hercule, quàm à Gallorum impetu defendit. An à Veiis exercitum Camillúmque ducem implorabunt? Hîc omnes spes opésque sunt, quas seruando, patriam seruamus: dedēdo ad necem, patriā deserimus ac prodimus. At fœda atq; ignominiosa deditio est. Sed ea charitas patriæ est, vt tam ignominia eam, quàm morte nostra, si opus sit, seruemus. Subeatur ergo ista, quantacunque est, indignitas, & pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. Ite consules, redimite armis ciuitatem, quam auro maiores nostri redemerunt.

ORATIO SP. POSTHVMII CONSVLIS, qui sub iugum missus erat, in senatu, de pace ad Caudium facta.

ARGVMENTVM.

Pace ad Caudium cum Samnitibus facta per sponsionem consulum, præfectorum, quæstorum, tribunorum militum, quum tempus constitutum adueniret, traditi obsides in custodiam abducti sunt. Cōsules deinde, lictoribus per hostes cum fascibus abire iussis, detractísque paludamentis, propè seminudi sub iugum missi: quos sequebantur, vt quisque gradu proximus erat, singulæ simul legiones. Circunstabant armati hostes, exprobrantes eludentésque per contumeliam. Ipsum illud tam fœdum spectaculum in eo ipso saltu exhibitum fuit, vnde erumpere non potuerant: ex quo abire iussi, quum ante noctem Capuā peruenire possent, incerti tamen de fide sociorum, pudoréque prohibiti, humi haud procul Capua prosternuntur. Quod vbi Capuam allatum est, tum demum miseratione victi Campani, magistratibus insignia, singulis arma, equos, vestimenta, commeatus ex publico comiter impendunt: venientibus tota ciuitas obuiam egressa. Postero die Romam contendere placuit. Nocte ingressi habitu vultúque captorū, in sua se quisque tecta taciti abdunt: vnde, pudore suffusi, nec postero nec insequentibus aliquot diebus in publicum prodierunt. Omnia interim luctuosa mœstáque in vrbe erant. Ita interiectis aliquot diebus, tādem cum de pace ad Caudium facta referri placuit, tum à P. Philone cōsule Sp. Posthumius alter consulum eorum qui sub iugum missi fuerant, dicere iussus, ita rem exposuit,

HAud sum ignarus, consules, ignominiæ, non honoris causa me primum excitatum, iussúmque dicere, non tanquam senatorem, sed tanquam reum tam infelicis belli, quàm ignominiosæ pacis. Ego tamen, quando neque de noxa nostra, neque de pœna retulistis, omissa defensione, (quæ nō difficillima esset apud haud ignaros fortunarum humanarum, necessitatúmque) sententiam de eo de quo retulistis, paucis peragam: quæ

sentẽtia testis erit, mihine an legionibus vestris pepercerim, quum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi: quã tamen, quando iniussu populi facta est, non tenetur populus Romanus: nec quicquam ex ea prӕterquam corpora nostra, debetur Sãnitibus. Dedamur per fœciales nudi vinctique, exoluamus religione populum, siqua obligauimus, nequid diuini aut humani obstet quominus pium iustúmque deintegro ineatur bellum. Interea, consules, exercitum scribere, armare, educere placet: nec prius ingredi hostium fines, quàm omnia iusta in deditionem nostram perfecta erũt. Vos, dii immortales, precor quӕsóque, si vobis nõ fuit cordi Sp. Posthumium, Titum Veturium consules cum Samnitibus prosperè bellum gerere: at vos satis habeatis vidisse nos sub iugum missos, vidisse sponsione infami obligatos, videre nudos vinctósque hostibus deditos, omnem iram hostium nostris capitibus excipientes: nouos consules legionésque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, vt omnia ante nos consules bella gesta sunt.

ORATIO EIVSDEM SP. POSTHVMII CONtra tribunos pleb. qui deditionem impediebant.

ARGVMENTVM.

Hoc coniunctũ cum priore oratione. Sp. Posthumius placere dixerat vt authores sponsionis pacísque Caudinӕ nudi vinctique dederentur. L. Liuius & Q. Metellus tribuni pleb. erant, ad quos pars eius deditionis pertinebat. Ii itaque intercedendo contendebant, sua deditione populum Rom. religione exolui non posse, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, redderentur: se item, quum sacrosancti sint, dedi hostibus, violaríque nec posse nec debere. Quӕ quũ ab illis iactari Sp. Posthumius audiret, ita rationes eorum confutabat,

INterea dedite profanos nos, quos salua religione potestis: dedetis deinde & istos sacrosanctos, quum primùm magistratu abierint. sed si me audiatis, prius quàm dedantur, hîc in comitio virgis cӕsos, hanc iam vt intercalatӕ pœnӕ vsuram habeant. Nam quòd deditione nostra negant exolui religione populum: id istos magis ne dedantur, quàm quia ita se res habeat, dicere, ecquis adeo iuris fœcialium expers est qui ignoret? Neque ego inficias eo, P. C. tam spõsiones, quàm fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur: sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse quod populum teneat. An si eadem superbia qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites, coegissent nos legitima verba dedentium vrbes nuncupare, deditum populum Romanũ vos tribuni diceretis? & hanc vrbem, templa, delubra, fines, aquas Samnitium esse? Omitto deditionem, quoniam de sponsione agitur. Quid tandem si spopondissemus, vrbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? si magistratus, si senatum, si leges nõ habiturum? si sub regibus futurum? Dii meliora, inquis. Atqui non indignitas rerum spõsionis vinculum leuat. Siquid est in quod obligari populus possit, in omnia potest: & ne illud quidem, quod quosdam forsitan moueat, refert, consul, an dictator, an prӕtor spopõderit: & hoc ipsi etiam Samnites iudicauerunt: quibus non fuit satis consules spõdere, sed legatos, quӕstores, tribunos militum spõdere coegerunt. Nec à me nũc quisquam quӕsiuerit quid ita spoponderim, quum id nec consulis ius esset, nec illis spondere pacem, quӕ mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaueratis, possem. Nihil ad Caudium. P. C. humanis consiliis gestum est: dii immortales, & vestris & hostium imperatoribus mentem ademerunt: nec nos in bello satis cauimus, & illi malè partam victoriam malè perdiderunt, dũ vix locis quibus vicerant, credunt, dum quacunque conditione arma viris in arma natis auferre festinant. An si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad consultandum accersunt, mittere Romam legatos? cum senatu, cum populo de pace ac fœdere agere? Tridui iter expeditis erat. Interea in induciis res fuisset, donec ab Roma legati aut victoriam illis certam, aut pacem adferrent. Ea demum sponsio esset quam populi iussu spopondissemus. Sed neque vos tulissetis, nec nos spopondissemus: nec fas fuit alium rerum exitum esse, quàm vt & illi velut somnio lӕtiore quàm quod mentes eorũ capere possent, nequicquam eluderentur: & nostrum exercitum eadem quӕ impedierat fortuna, expediret. vanã victoriam vanior irritam faceret pax: spõsio interponeretur quӕ neminem prӕter spõsorem obligaret. Quid enim vobiscum, P. C. quid cum populo Rom. actum est? quis vos appellare potest? quis se à vobis dicere deceptũ? Hostis? an ciuis? Hosti nihil spopõdistis,

ciuem neminem spondere pro vobis iussistis. Nihil ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes in id quod nostrum est, in id quod præstare possumus, corpora nostra, & animos. In hæc sæuiant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant. Quod ad tribunos pl. attinet, consulite vtrum præsens eorum deditio fieri possit, an in diem differatur. Nos interim, T. Veturi, vósque cæteri, vilia hæc capita luendæ sponsionis feramus, & nostro supplicio liberemus Romana arma.

ORATIO A. CORNELII ARVINAE FECIALIS ad Samnites in deditione sponsorum pacis.

ARGVMENTVM.

Consilio ac sententia Sp. Posthumii patres adducti, per feciales dedi hostibus sponsores iubent. Iam ventum erat in cœtum Samnitium, & ad tribunal C. Pontii, quum veste detracta manibúsque post tergum vinctis, A. Cornelius Aruina fecialis, sponsores pacis hostibus hac verborum forma dedere cœpit,

QVandoquidem hice homines iniussu populi Rom. Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxa nocuerunt: ob eam rem, quò populus Rom. scelere impio sit solutus, hosce homines vobis dedo.

ORATIO CL. PONTII SAMNITIVM regis qua feciali respondet.

ARGVMENTVM.

Hoc ad proximam orationem pertinet. Sp. Posthumius inter verba deditionis, genu fecialis femur quanta maxima vi potuit perculit, dicens se Samnitē esse ciuē: à se quū præter ius legatus Romanus violatus sit, eo iustius bellum gesturos. Pontius verò quum hoc factum animaduertisset, deditionem se accepturum, ita negauit,

NEc ego istam deditionem accipiam, nec Samnites ratam habebunt. Quin tu, Sp. Posthumi, si deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas? Samniti populo omnes quos in potestate habuit, aut pro iis pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te nūc captū victori cum qua potes fide restituis? Populum Romanum appello, quem si sponsionis ad Furcas Caudinas factæ pœnitet, restituat legiones intra saltum quo septæ fuerunt: nemo quenquam deceperit: omnia pro infecto sint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in castra sua. Quicquid pridie habuerunt quàm in colloquium est ventum, habeant: tum bellum & fortia consilia placeant: tunc spōsio & pax repudietur. Ea verò fortuna, iis locis quæ ante pacis mentionē habuimus, geramus bellum: nec populus Romanus consulum sponsionem, nec nos fidem populi Romani accusemus. Nunquámne causa deficiet cur victi pacto nō stetis? Obsides Porsenæ dedistis: furto eos subduxistis. Auro ciuitatem à Gallis redemistis: inter accipiendum aurum cæsi sunt. Pacem nobiscum pepigistis, vt legiones vobis captas restitueremus: eam pacem irritam facitis: & semper aliquam fraudi speciem iuris imponitis. Non probat populus Romanus ignominiosa pace legiones seruatas? Pacem sibi habeat, legiones captas victori restituat. Hoc fide, hoc fœderibus, hoc fecialibus ceremoniis dignū erat, vt tu quidē quod petisti, per pactionem habeas, tot ciues incolumes: ego pacem, quam hosti tibi remittendo pactus sum, non habeam? Hoc tu, A. Corneli, hoc vos feciales iuris gentibus dicitis? Ego verò istos, quos dedi simulatis, nec accipio, nec dedi arbitror: nec moror quominus in ciuitatem obligatam sponsione commissa, iratis omnibus diis, quorum eluditur numen, redeant: geratur bellum, quando Sp. Posthumius modò legatum fecialem genu perculit. Ita dii credent Samnitem ciuem Posthumium, non ciuem Romanum esse, & à Samnite Romanū legatum violatum: eò vobis iustum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre? & vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere? I lictor, deme vincula Romanis: moratus sit nemo quominus vbi visum fuerit abeant.

ORATIO Q. FABII DICTATORIS, QVA suos ad eruptionem hortatur.

ARGVMENTVM.

Gerebatur bellum Q. Fabio dictatore duce aduersus Sãnites, ad quos post aliquot bella in Appulia gesta, Sora oppidum defecerat. Potiti oppido, colonos Romanorum interficiũt, Quod vbi est perlatum in castra, tum demum Romani ad vlciscendam ciuium necem, recuperandámque coloniam contendunt. Ad Lautulas diu ancipiti prælio pugnatum est, donec incertos vtri victi an victores essent, nox diremit. Dictator post pugnam quum suos intra vallum iam aliquot dies obsessi magis quàm obsidentis modo continuisset, ad eruptionem sic adhortabatur,

LOcis angustis, milites, deprehensi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus. Statiua nostra munimento satis tuta sunt, sed inopia eadem infesta. nam & circà omnia defecerunt vnde subuehi commeatus poterant: &, si omnes iuuare velint, iniqua loca sunt. Itaque non frustrabor ego vos, castra hîc relinquendo, in quæ infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis. Armis munimẽta, non munimentis arma tuta esse debent. Castra habeant, repetántque, quibus operæ est trahere bellum: nos omnium rerum respectum præterquam victoriæ nobis abscindamus. Ferte signa in hostem: vbi extra vallum excesserit agmen, castra quibus imperatum est, incendant. Damna nostra, milites, omnium circà qui defecerunt populorum præda sarcientur.

ORATIO C. MENENII DICTATORIS, quando in eum ambitus crimen iactum est à nobilibus.

ARGVMENTVM.

Coniurationes principum Capuæ factæ, authoribus & capitibus mortuis, Romã tandem versæ sunt. Quæstionibus exercendis C. Menenius dictator dictus erat: à quo quum postularentur ad dicendam causam nobiles viri, primùm tribunos pleb. appellabant: deinde quum ea via nihil proficerent quin nomina darent, tum demum id crimen vociferantur non nobilium, sed nouorum esse, nominibus indicatis, dictatore atque magistro equitum: quod compertum iri affirmabant, vbi magistratu abiissent. Tum Menenius dictator hac oratione nihil se morari dixit quominus eo ipso die abdicato magistratu causam inter eos diceret.

ET omnes anteactæ vitæ vos conscios habeo, Quirites, & hic ipse honos delatus ad me, testis est innocentiæ meæ. Neque enim (quod sæpe aliàs, quia ita tempora postulabant Reipub,) qui bello clarissimus esset, sed qui maximè procul ab his coitionibus vitam egisset, dictator deligendus exercendis quæstionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (qua de causa, vos existimare, quàm me pro magistratu quicquam incompertum dicere melius est) primùm ipsas expugnare quæstiones omni ope annisi sunt: deinde postquam ad id parum potentes erant, ne causam dicerent, in præsidia aduersariorum appellationẽ & tribunitiũ auxilium patricii confugerunt: postremò repulsi inde (adeo omnia tutiora, quàm vt innocentiam suam purgarent, visa) in nos irruerũt, & priuatis dictatorem poscere reum, verecundiæ non fuit: vt omnes dii hominésque sciant, ab illis, etiam quæ non possint, tentari, ne rationem vitæ reddant: me obuiam ire crimini, & offerre me inimicis reum: dictatura me abdico. Vos quæso, cõsules, si vobis datum ab senatu negotium fuerit, in me primum & hunc M. Foslium quæstiones exerceatis, vt appareat, innocentia nostra nos, non maiestate honoris, tutos à criminationibus istis esse.

ORATIO P. SEMPRONII TRIBVNI PLEB. aduersus Ap. Claudium, qui se intra legitimum tempus censura abdicare nolebat.

ARGVMENTVM.

Appius Claudius censor erat, qui quum lege Æmilia circumactis decem & octo mensibus, abire magistratu deberet, nec lege, nec exemplo collegæ, nec vi vlla cogi poterat vt se abdicaret. Cauillabatur autem, neminẽm ea lege teneri, qui post eam latã creatus fuisset.

Eius magistratus finiēdi P. Sempronius tribunus pleb. actionem susceperat, qui superbiam insolentiámque Appii apud populum ita criminatus est,

EN, Quirites, illius Appii progenies, qui decemuir in annum creatus, altero anno se ipse creauit: tertio, nec ab se, nec ab vllo creatus, priuatus fasces & imperium obtinuit, nec antè continuando abstitit magistratu, quàm obruerent eum malè parta, malè gesta, malè retenta imperia. Hæc est eadem familia, Quirites, cuius vi atque iniuriis compulsi extorres patria Sacrum mōtem cepistis: hæc aduersus quam tribunitium auxilium vobis comparastis: hæc propter quam duo exercitus Auentinum insedistis: hæc quæ fœnebres leges, hæc quæ agrarias semper impugnauit: hæc connubia patrum & plebis interrupit: hæc plebi ad curules magistratus iter obsepsit: hoc est nomen multo quàm Tarquiniorum infestius vestræ libertati. Itáne tandem, Appi Claudi, quum centesimus iam annus sit ab Mamerco AEmilio dictatore, tot cēsores fuerint nobilissimi fortissimíque viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? nemo id ius esse, quod postremò populus iussisset, sciuit? Imò verò omnes sciuerunt: ideo AEmiliæ potius legi paruerunt quàm illi antiquæ, qua primùm censores creati erant quia hanc postremùm iusserat populus, & quia vbi contrariæ duæ leges sunt, semper antiquā abrogat noua. An hoc dicis Appi, nō teneri AEmilia lege populū, an populū teneri, te vnū extra legem esse? Tenuit AEmilia lex violentos illos censores C. Furium & M. Geganium: quicquid iste magistratus in Rep. mali facere posset, indicarunt, quū ira finitæ potestatis Mamercum AEmilium principem ætatis suæ, belli domíque ærarium fecerunt. Tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium: tenet C. Plautium collegam tuum iisdem auspiciis, eodem iure creatum. An hunc non, vt qui optimo iure censor creatus esset, populus creauit: tu vnus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat? Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regium nomen, vt qui optimo iure rex Romæ creatus sit, creatum se dicat? quem semestri dictatura, quem interregno quinque dierum cōtentum fore putes? quem claui figendi, aut ludorum causa dictatorem audacter crees? Quàm isti stolidos ac secordes videri creditis eos qui intra vicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicarunt? aut qui vitio creati magistratu abierunt? Quid ego antiqua repetam? Nuper intra decem annos C. Menenius dictator, quia quum quæstiones seuerius quàm quibusdā potentibus tutum erat, exerceret: contagio eius quod quærebat, ipsi criminis obiectata ab inimicis est: vt priuatus obuiam iret crimini, dictatura se abdicauit. Nolo ego istam in te modestiam: ne degeneraueris à familia imperiosissima & superbissima: non die, non hora citius quàm necesse est, magistratu abieris, modò ne excedas finitum tempus. Satis est aut diem aut mensem censuræ adiicere. Triennium, inquit, & sex menses vltra quàm licet AEmilia lege, censuram geram, & solus geram. Hoc quidem iam regno simile est. An collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est? Pœnitet enim quòd antiquissimum solēne, & solum ab ipso cui fit, institutum deo, ab nobilissimis antistitibus eius sacri ad seruorum ministerium religiosus censor deduxisti: quòd gens antiquior originibus vrbis huius, auspicio deorum immortalium sancta, propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est: nisi vniuersam Remp. eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Vrbs eo lustro capta est, quo demortuo collega C. Iulio censore L. Papyrius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegā subrogauit. Et quanto modestior illius cupiditas fuit, quàm tua, Appi? nec solus, nec vltra finitum lege tempus L. Papyrius censuram gessit, tamen neminem inuenit qui se postea authorem sequeretur: omnes deinceps cēsores post mortem collegæ se magistratu abdicarunt. te nec quòd dies exiit censuræ, nec quòd collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor coercet. Virtutem in superbia, audaciam in contemptu deorum hominúmque ponis. Ego te, Ap. Claudi, pro istius magistratus maiestate ac verecundia, quem gessisti, non modò manu violatum, sed ne verbo quidem inclementiori à me appellatum vellem. Sed & hæc quæ adhuc egi, peruicacia tua & superbia coegit me loqui: & nisi AEmiliæ legi parueris, te in vincula duci iubebo: neque (quum ita comparatū à maioribus sit, vt comitiis censoriis, nisi duo confecerint legitima suffragia, non renuntiato altero, comitia differantur) ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar.

Ex decimo libro ab vrbe condita.

ORATIO P. DECII MVRIS CONSVLIS ad populum, qua ſuadet vt ex plebe augures & pontifices fiant.

ARGVMENTVM.

Iam ad omnes magiſtratus & honores plebeiis quoque, exceptis ſacerdotiis, aditus patebat, quum tribuni pleb. rogationem promulgant, vt quum ad id tempus quatuor tantùm augures, quatuor item pontifices fuiſſent, quinque deinceps augures, & quatuor pontifices, & ex plebe omnes allegerentur. Rogationem eam ægrè paſſi patres, quatenus ex plebe allegerentur, iactabant ea ſacra violari & pollui. De ſuadenda diſſuadendáque rogatione diu inter Ap. Claudium & P. Decium Murem certatum eſt: Decius, multis antè de parẽte ſuo Decio conſule, qui ſe pro legionibus deuouerat, commemoratis, quæ ad rem pertinebant: hoc pacto rogationem ſuaſit,

QVod quum ita ſe habeat, cui deorum hominúmve indignum videri poteſt, eis viris, quos vos ſellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triũphali, laureáque honoraritis, quorum domos ſpoliis hoſtium affixis inſignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia inſignia adiicere? Qui Iouis optimi maximi ornatu decoratus, curru aurato per vrbem vectus in Capitolium aſcenderit, ſi conſpiciatur cum capide ac lituo, capite velato victimã cædet, auguriúmve ex arce capiet? Cuius imaginis titulo conſulatus, cenſuráque & triumphus æquo animo legetur, ſi auguratum aut põtificatum adieceritis, non ſuſtinebunt legentium oculi? Equidem (pace dixerim deûm) eos nos iam populi Romani beneficio eſſe ſpero, qui ſacerdotiis non minus reddamus dignatione noſtra honoris, quàm acceperimus: & deorum magis quàm noſtra cauſa expetamus vt quos priuatim colimus, publicè colamus. Quid autem ego ſic adhuc egi, tanquam integra ſit cauſa patriciorum de ſacerdotiis, & non iam in poſſeſſione vnius ampliſſimi ſimus ſacerdotii? Decemuiros ſacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi huius interpretes, antiſtites eoſdem Apollinaris ſacri ceremoniarúmque aliarum, plebeios videmus: nec tum patriciis vlla iniuria facta eſt, quum duumuiris ſacris faciundis adiectus eſt propter plebeios numerus: & nunc tribunus vir fortis ac ſtrenuus quinque augurũ loca, quatuor põtificum adiecit, in quæ plebeii nominentur: non vt vos, Appi, veſtro loco pellant, ſed vt adiuuent vos homines plebeii diuinis quoque rebus procurandis, ſicut in cæteris humanis pro parte virili adiuuant. Noli erubeſcere, Appi, collegam in ſacerdotio habere, quem in cenſura, quem in conſulatu collegam habere potuiſti: cuius tam dictatoris magiſter equitum, quàm magiſtri equitum dictator eſſe potes. Sabinum aduenã principem nobilitatis veſtræ, ſeu Actiũ Clauſum, ſeu App. Claudiũ mauultis, illi antiqui patricii in ſuũ numerũ acceperunt: ne faſtidieris nos in ſacerdotũ numerũ accipere. Multa nobiſcum decora adferimus, imò omnia eadem quæ vos ſuperbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe conſul eſt factus, Caius Licinius Stolo primus magiſter equitum, C. Martius Rutilius primus & dictator & cenſor, Q. Publius Philo primus prætor. Semper iſta audita ſunt eadem, penes vos auſpicia eſſe, vos ſolos gẽtem habere, vos ſolos iuſtum imperium & auſpicium domi militiæque: æquè adhuc proſperum plebeium, ac patriciũ fuit, porróque erit. En Romæ vnquã fando audiſtis, patricios primò eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciere auúmque poſſent, id eſt, nihil vltra quàm ingenuos? Conſulẽ iam patrem ciere poſſum, auúmque iam poterit filius meus. Nihil eſt aliud in re, Quirites, niſi vt omnia negata adipiſcamur. Certamen tantum patricii petunt, neque curant quem euentum certaminum habeant. Ego hanc legem (quod bonum, fauſtum felixque ſit vobis ac Reipub.) vti rogaſtis, iubendam cenſeo.

Ex viceſimo

Ex vicesimoprimo libro ab vrbe condita.

ORATIO HANNONIS AD CARTHAGINIENses contra Annibalem de fœdere rupto.

ARGVMENTVM.

Factiones erant duæ inter Carthaginienses ortæ: altera Barchinorum, qui ad Annibalem imperium deferendum censebant: altera aliorum, cuius princeps Hanno erat. Is Annibali rerum summam tradendam non putabat: sed potius continendũ eum domi sub legibus, docẽdúmque viuere cũ cæteris æquo iure sub magistratib⁹: ne is, velut paruus ignis, incendium ingens quandoque exuscitaret. Ac iam cum Asdrubale populus Romanus fœdus renouauerat, vt amnis Iberus imperii Romani & Carthaginiansium terminus esset, Saguntinísque mediis libertas seruaretur. Maior iam tum pars vicerat vt Annibal præficeretur bello, iámque ipse Saguntum summa ope oppugnabat, quum à Saguntinis legati de auxilio Romam mittũtur. Romani oratores eo ipso nomine missi, nec admissi ab Annibale, nec auditi sunt. Ac quum Carthaginem conquestum de fœdere rupto ituros acciperet, literas nuntiósque ad principes Barchinæ factionis præmisit, quibus eos monebat vt suorum animos præpararent, ne quid factio altera pro Romanis gratificaretur. Porro iam Carthaginem legati Romanorum peruenerant, quum Hanno ipse alterius factionis princeps in senatu de re quæ contigerat, ita sententiam peregit,

IVuenem flagrantem cupidine regni, viámque vnam ad id cernentem, si ex bellis bella serendo, succinctus armis legionibúsque viuat, velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis. Aluistis ergo hoc incendium quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus, vnde arcentur fœdere: mox Carthaginem circumsidebunt legiones Romanæ, ducibus diis iisdem per quos priore bello rupta fœdera sunt vlti. Vtrum hostem, an vos, an fortunam vtriusque populi ignoratis? Legatos à sociis & pro sociis venientes, bonus imperator vester in castra non admisit, ius gentium sustulit. Hi tamen, vnde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt, res ex fœdere repetunt: publica fraus absit: authorem culpæ & reum criminis deposcunt. Quo lenius agunt, segnius incipiunt: eo, quum cœperint, vereor ne perseuerantius sæuiant. Ægades insulam Erycémque ante oculos proponite: quæ terra marique per quatuor & viginti annos passi sitis. nec puer hic dux erat, sed pater ipse Amilcar, Mars alter, vt isti volunt. Sed tunc Tarento & Italia non abstinueramus ex fœdere, sicut nunc Saguntо non abstinemus. Vicerunt ergo dii hominésque: & id de quo verbis ambigebatur, vter populus fœdus rupisset: euentus belli, velut æquus iudex, vnde ius stabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Annibal vineas turrésque admouit, Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (falsus vtinam vates sim) nostris capitibus incident, susceptúmque cum Saguntinis bellum, habendũ cum Romanis est. Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam leuem esse in eo authoritatem, propter paternas inimicitias: sed & Amilcarẽ eò periisse lætatus sum, quòd si ille viueret, bellum iam cum Romanis haberemus: & hunc iuuenem tanquam furiam facémque huius belli, odi ac detestor: nec dedendum solùm ad piaculum rupti fœderis, sed (si nemo deposcat) deuehendum in vltimas maris terrarúmq; oras: ablegandúmque eò vnde nec ad nos nomen famáque eius accedere, neque solicitare quietæ ciuitatis statum possit. Ego autem ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant: alios, qui Annibali nuntient vt exercitum ab Sagunto abducat, ipsúmque Annibalem ex fœdere Romanis dedant. tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno.

ORATIO ALORCI HISPANI AD SAGVNtinos, qua pacis conditiones quas Annibal ferebat, exponit.

ARGVMENTVM.

In summa Saguntinorũ desperatione, Alcon Saguntinus inconsciis cæteris ad Annibalem transiit, spe atque consilio agendi de pace. Quæ res in causa fuit vt quum tristes conditiones deferret Annibal, quas certò sciebat ille cæteros non accepturos, non ausus redire,

apud hostem maneret. Tum fortè Alorcus Hispanus sub Annibale quidem militabat, cæterùm Saguntinis veteri amicitia atque hospitio iunctus: is pro Alcone interpres Sagũtum ingressus, veteribus amicis in hanc sententiam conditiones exposuit,

SI ciuis vester Alco, sicuti ad pacem petendam ad Annibalem venit, ita pacis conditiones ab Annibale ad vos retulisset, superuacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Annibalis, nec transfuga ad vos venissem. Quum verò ille aut vestra aut sua culpa mãserit apud hostem, (si metum simulauit, sua: vestra, si periculum est apud vos vera referentibus) ego, ne ignoraretis esse aliquas & salutis & pacis vobis conditiones, pro vetusto hospitio quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra autem causa me, nec vllius alterius, loqui quæ loquor apud vos, vel ea fides sit, quòd neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia à Romanis sperastis, pacis vnquam apud vos mentionem feci. Posteaquam nec à Romanis vobis vlla spes est, nec vestra iam aut arma vos aut mœnia satis defendunt, pacem affero ad vos magis necessariam quàm æquam: cuius ita aliqua spes est, si eam, quemadmodũ vt victor, fert Annibal, sic vos vt victi audiatis, si non, id quod amittitur, in damno, (quum omnia victoris sint) sed quicquid relinquitur, pro munere habituri estis. Vrbem vobis, quam magna iam ex parte dirutam, captam ferè totã habet, adimit: agros relinquit, locum assignaturus in quo nouum oppidum ædificetis. Aurum argentúmque omne publicum & priuatum ad se iubet deferri: coniugum, vestráque corpora, ac liberorum vestrorum, seruat inuiolata, si inermes cum binis vestimentis à Sagunto velitis exire. Hæc victor hostis imperat: hæc, quanquam sint grauia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, quum omniũ potestas ei à vobis facta sit, aliquid ex his vobis remissurum. Sed hæc patienda censeo potius quàm trucidari corpora vestra, rapi trahíque ante ora vestra coniuges ac liberos belli iure sinatis.

ORATIO CVIVSDAM CARTHAGINIENSIS qua legatis Rom. de consilio oppugnationis Sagunti respondet.

ARGVMENTVM.

Legati Romani Romam Carthagine redeuntes, quum quæ responsa à Carthaginiensibus, quæque Sagunti agerentur, referrent: vno omnes consensu copias in Africam & Hispaniam ducendas esse censebant. Vt tamen omnia iusta ante bellum fierent, legatos rursus Carthaginem mitti placuit, qui percontarentur, publicóne an priuato consilio Saguntum Annibal oppugnasset: si faterentur, ac defenderent, publico, tum demum iustum indicerẽt bellum. Iam dato senatu Q. Fabius princeps legatorum percontatus erat, quum ex Carthaginiensibus vnus ita respondit,

VAna, Romani, & prior legatio fuit, quum Annibalem tanquam suo consilio Sagũtum oppugnantem deposcebatis. Cæterùm hæc legatio verbis adhuc lenior est, re asperior. tunc enim Annibal & insimulabatur, & deposcebatur: nunc à nobis & cõfessio culpæ exprimitur, & vt à confessis res extemplo repetuntur. Ego autem non publico priuatóne consilio Saguntum oppugnatum sit, quærendum censeam: sed vtrum iure, an iniuria. Nostra enim hæc quæstio atque animaduersio in ciuem nostrum est, nostro an suo fecerit arbitrio: vobiscum vna disceptatio est, licueritne per fœdus fieri. Itaque quoniam discerni placet, quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant: nobis vobiscum fœdus est à Luctatio consule ictum, in quo cauetur de vtrorumque sociis: nihil de Saguntinis (necdum enim erãt socii vestri) cautũ est. At enim eo fœdere quod cum Asdrubale ictum est, Saguntini excipiuntur, aduersus quod nihil ego dicturus sum, nisi quod à vobis didici. Vos enim, quod C. Luctatius consul primò nobiscum fœdus icit, quia neque authoritate patrum, nec populi iussu ictum erat, negastis vos eo teneri. itaque aliud deintegro fœdus publico consilio ictum est. Si vos non tenent vestra fœdera, nisi ex authoritate aut iussu vestro icta: nec nos quidem Asdrubalis fœdus, quod nobis insciis icit, obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atque Iberi mentionem facere, & quod diu parturit animus vester, aliquando pariat.

ORATIO VOLCIANORVM QVA LEGATIS Romanorum respondent.

ARGVMENTVM.

Hoc ad superius pertinet. Legatis mandatū erat vt Carthagine in Hispaniam trāsirent ad auertendos à Pœnis animos sociorum, retinendósque in fide & societate Romanorum. Iis à Bargusianis ad Volcianos transeuntibus, hoc datum est responsum,

QVæ verecundia est, vos, Romani, postulare vt vestram Carthaginiensium præponamus amicitiæ, quum qui id fecerunt, Saguntinos, crudelius quàm Pœnus hostis perdidit, vos socii prodideritis? Ibi quæratis socios, censeo, vbi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinę erunt, nequis fidei Romanæ aut societati confidat.

ORATIO ANNIBALIS AD HISPAnos milites.

ARGVMENTVM.

Annibal, Sagunto capto, Carthaginem nouam in hyberna concesserat: ibi quū audisset quæ de se Carthagine ac Romæ dicta decretáque forent, se videlicet non ducem belli modò, sed causam: partitis ac diuenditis reliquiis prædæ, ad se Hispanos milites conuocauit, quibus consilium suum de transferendo bello ita exponeret,

CRedo ego vos, socii, & ipsos cernere, pacatis omnibus Hispaniæ populis, aut finiēdam vobis militiam, exercitúsque dimittendos esse, aut in alias terras transferendum bellum. Ita enim hę gentes non pacis solùm sed etiā victoriæ bonis florebunt, si ex aliis gentibus prædam & gloriam quæremus. Itaque quum longinqua ab domo instet militia, incertúmque sit quando domos vestras, & quæ cuique ibi sunt chara, visuri sitis: siquis vestrûm suos inuisere vult, commeatum do: primo vere edico adsitis, vt diis bene iuuantibus, bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus.

ORATIO P. SCIPIONIS SVOS adhortantis.

ARGVMENTVM.

P. Scipio ad ostium Rhodani congressus cum hoste, cæsis ferè vtrinque paribus, subito Numidarum pauore atque fuga victoriam obtinuerat. Exercitus eius victoris maximā partem, Cn. Scipioni fratri tradidit ducendam in Hispaniam aduersus Asdrubalem. Profectus non multo pòst nauibus Pisas, exercitum tyronem adhuc & trepidum à Manlio Attilióque accipit, spe atque consilio cum hoste ad Padum confligendi. Itaque vbi in conspectū hostiū Pœnorū ventum est, hac oratione militum animos ad egregie pugnandū adhortabatur,

SI eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, supersedissem loqui apud vos. Quid enim adhortari referret aut eos equites qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen, egregiè vicissent: aut eas legiones cum quibus fugientem hunc ipsum hostem sequutus, confessionem cedentis ac detrectantis certamen pro victoria habui? Nunc quia ille exercitus Hispaniæ prouinciæ scriptus, ibi cū fratre Cn. Scipione meis auspiciis rem gerit, vbi eum gerere senatus populúsque Romanus voluit: ego, vt consulem ducem aduersus Annibalem ac Pœnos haberetis, ipse me huic voluntario certamini obtuli. Nouo imperatori apud nouos milites pauca verba facienda sunt. Ne genus belli, neve hostem ignoretis: cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello vicistis: à quibus stipendium per viginti annos exegistis: à quibus capta belli præmia Siciliam ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illísque animus qui victoribus & victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt. nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectauere, eos, duabus partibus peditum equitúmque in transitu Alpium amissis, qui plures penè perierint quàm supersint, plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt, sed ingentes animis corporibúsque, quorum robora ac vires vix sustinere vis vlla possit. Effigies, imò vmbræ hominum, fame, frigore, illuuie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupésque

ad hæc, perusti artus, niue rigentes nerui, mẽbra torrida gelu, quassata cõfractáq; arma, claudi ac debiles equi. Cũ hoc equite, cũ hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostiũ, nõ hostes habebitis. Ac nihil magis vereor, quàm ne, antequã vos cũ hoste pugnaueritis, Annibalẽ Alpes vicisse videatur. Sed ita forsitan decuit cũ fœderũ ruptore duce ac populo deos ipsos sine vlla humana ope committere, ac profligare bellum: nos autem, qui secundum deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere. Non vereor nequis me hoc vestri adhortandi causa magnificè loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse. Licuit in Hispaniam prouinciam meam ire, quò iam profectus eram cum exercitu meo, vbi & fratrem consilii participem, ac periculi socium haberem, &. Asdrubalem potius quàm Annibalem, hostem, & minorem haud dubiè molem belli. Tamen quum præterueherer nauibus Galliæ oram, ad famam huius hostis in terram egressus, præmisso equitatu ad Rhodanum moui castra. Equestri prælio, qua parte copiarum conserendi manum fortuna data est, hostem fudi: peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia assequi terra non poteram, neque regressus ad naues erat, quanta maxima celeritate potui, tanto maris terrarúmque circuitu in radicibus Alpium obuius fui. Huic timendo hosti, vtrùm quum declinarem certamen, improuisus videor incidisse? an occurrere in vestigiis eius? lacessere, ac trahere ad decernendum? Experiri iuuat vtrũ alios certè repentè Carthaginienses per viginti annos terra ediderit an iidem sint, qui ad AEgates pugnauere insulam, & quos ab Eryce duodeuigenis denariis æstimatos emistis: & vtrum Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, vt ipse fert, an vectigalis, stipendiariúsque & seruus populi Rom. à patre relictus: quem nisi Saguntinum scelus agitaret, respiceret profectò si non patriam victã, domum certè, patrémque, & fœdera Amilcaris scripta manu, qui iussus à consule nostro præsidium deduxit ab Eryce, qui graues impositas victis Carthaginiensibus leges fremens mœrénsque accepit, qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus est. Itaque vos ego, milites, non eo solùm animo, quo aduersus alios hostes soletis, pugnare velim: sed cum indignatione quadam atque ira, velut si seruos videatis vestros arma repentè contra vos ferentes. Licuit, si voluissemus, ad Erycem clausos vltimo supplicio humanorum, fame interficere, licuit classem victricem in Africam traiicere, atque intra paucos dies sine vllo certamine Carthaginem delere: veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus, tutelæ nostræ deinde duximus quum Africo bello vrgerentur. Pro his impertitis, furiosum iuuenem sequentes, oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque vtinam pro decore hoc nobis tantùm & non pro salute cesset certamen. Non de possessione Siciliæ ac Sardiniæ, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia nobis est pugnandum: nec est alius à tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat: nec Alpes aliæ sunt, quas dum superat, comparari noua possint præsidia. Hîc est obstandum, milites, velut si ante Romana mœnia pugnemus. Vnusquisque se non corpus suũ solùm, sed coniugem ac liberos paruos armis protegere putet: nec domesticas solùm agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populúmque Romanum: qualis nostra vis virtúsque fuerit, talem deinde fortunam illius vrbis ac Romani imperii fore.

ORATIO ANNIBALIS SVOS ADHORTANTIS.

ARGVMENTVM.

Annibal in transitu Alpium barbaros multos bellum inferre volentes ceperat, quos in vinculis habuit. Adhortaturus milites ad pugnam, eorum barbarorum multa paria congredi, detractis vinculis, armata more Gallico, in cõspectu militum ex industria iubet: quibus aliquanto pòst dimissis, in hæc verba suos adhortatus est.

SI, quem animum in alienæ sortis exemplo paulo antè habuistis, eundem mox in æstimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites. Neque enim spectaculum modò illud, sed quædam veluti imago vestræ conditionis erat. Ac nescio an maiora vincula maioréſque necessitates vobis, quàm captiuis vestris, fortuna circundederit, (dextra læuáque duo maria claudunt) nullam, ne ad effugium quidem, nauẽ habentibus: circà Padus amnis maior ac violentior Rhodano, à tergo Alpes vrgent, vix integris vobis ac vigentibus transitæ. Hîc vobis vincendum, aut moriendum, milites, est, vbi primùm hosti occurristis:

& eadem fortuna quæ necessitatem pugnãdi imposuit, præmia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne à diis quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantùm ac Sardiniam parentibus nostris ereptas, nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent. Quicquid Romani tot triumphis partum congestúmque possident, id omne nostrum cum ipsis dominis futurum est. In hanc tam opimam mercedem, agite, cum diis bene iuuantibus arma capite. Satis adhuc in vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus pecora consectando, nullum emolumentum tot laborum periculorúmque vestrorum vidistis: tempus est iam opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæpretia mereri, tantum itineris per tot montes fluminàque, & tot armatas gentes emensos: hîc vobis terminum laborum fortuna dedit, hîc dignam mercedem emeritis stipendiis dabit. Nec quàm magni nominis bellum est, tam difficilem existimaueritis victoriam fore. Sæpe & contemptus hostis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regésque perleui momẽto victi sunt. Nam dempto hoc vno fulgore nominis Romani, quid est quòd illi vobis comparandi sint? Vt viginti annorum militiam vestram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam: ab Herculis columnis, ab Oceano, terminísque vltimis terrarum, per tot ferocissimos Hispaniæ & Galliæ populos vincentes huc peruenistis. Pugnabitis cum exercitu tyrone, hac ipsa æstate cæso, victo, circũsessóq; à Gallis, ignoto adhuc duci suo, ignoratéq; ducem. An me in prætorio patris clarissimi imperatoris propè natum, certè educatum, domitorem Hispaniæ Galliæque, victorem eundem non Alpinarum modò gentium, sed ipsarum (quod multò maius est) Alpium, cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitus sui? Cui siquis demptis signis Pœnos Romanósque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo vtrius exercitus sit consul. Non ego illud paruì æstimo, milites, quòd nemo vestrûm est cuius non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus: cuius nõ idem ego virtutis spectator ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora. Collaudastis me milites, donastis. alumnus prius omnium vestrûm, quàm imperator, procedam acie aduersus ignotos inter se ignorantésque. Quocunque circuntuli oculos, plena omnia video animorũ ac roboris, veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos & infrenatos: vos socios fidelissimos fortissimósque, vos Carthaginenses, tum ob patriam, tum ob iram iustissimam pugnaturos. Inferimus bellum, infestísque signis descendimus in Italiam, tanto audacius fortiúsque pugnaturi, quanto maior spes maiórque animus inferentis est vim, quàm arcentis. Accedit præterea animos & stimulat dolor, iniuria, indignitas. Ad supplicium depoposcere me ducẽ primùm, deinde vos omnes qui Sagũtum oppugnassetis, deditos vltimis cruciatibus affecturi fuere. Crudelissima gens ac superbissima, sua omnia suíque arbitrii facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet: circumscribit includitque nos terminis montium fluminúmque, quos ne excedamus: neque eos quos statuit, obseruat. Ne transieris Iberum: nequid rei tibi sit cum Saguntinis. ad Iberum est Saguntum, nusquam te vestigio moueris. Parum est, quòd veterrimas prouincias nostras Siciliam ac Sardiniam ademit, nisi adimat etiã Hispaniam: &, si inde cessero, in Africam transcendet. Transcẽdet autẽ dico? duos consules huius anni, vnum in Africam, alterum in Hispaniam misere. Nihil vsquam nobis relictum est, nisi quod armis vindicauerimus. Illis timidis & ignauis licet esse qui receptum habent, quos ager suus, quos sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes accipiet: vobis necesse est fortibus viris esse, & omnibus inter victoriam mortémve certa desperatione abruptis, aut vincere, aut, si fortuna dubitabit, in prælio potius quàm in fuga mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus destinatúmque in animo est, iterum dicam, vicistis: nullum incitamentum ad vincendum homini à diis immortalibus acrius datum est.

Ex vicesimosecundo libro ab vrbe condita.

ORATIO M. MINVTII RVFFI MAGISTRI equitum, qua in Q. Fabii Maximi dictatoris cunctationem acriter inuehitur.

ARGVMENTVM.

Q. Fabius Maximus dictator missus cum legionibus aduersus Annibalem, per loca alta agmen ducebat modico ab hoste interuallo, vt nec omitteret eum, neque congrederetur: M. Minutius Ruffus magister equitum erat, ferox rapidúsque in consiliis, ac lingua immodicus: is primùm inter paucos, deinde palàm consilium prudentiámque dictatoris eludebat atque reprehendebat, pro cunctatore segnem eum, pro cauto timidum appellans. Fortè per id tempus Maharbalem in agrum Falernum Annibal prædatum miserat, quem, quum in castra perlatum esset populari vsque ad Sinuessas aquas, tum demum Fabius per iuga montis Massici exercitum ducens, haud procul hoste castra ponit. Hinc verò quum facilè tecta colonorum Romanorum & domus ab hostibus incendi peruríque viderentur, nec tum quidē vlla pugnæ mētio esset: idem Ruffus magister equitum in dictatorem hæc iactare cœpit,

SPectatúmne huc ad rem fruendam oculis, sociorum cædes & incendia venimus? nec si nullius alterius nos, ne ciuium quidem horum pudet, quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt, vt ab Samnite hoste tuta hæc ora esset, quam nūc non vicinus Samnis vrit, sed Pœnus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione & socordia iam huc progressus? Tantum (proh dolor) degeneramus à patribus nostris, vt præter quam oram illi Punicas vagari classes, dedecus esse imperii sui duxerint, eam nos nunc plenam Numidarum hostium ac Maurorum iam factam videamus? Qui modò Saguntum oppugnari indignando, non homines tantùm, sed fœdera & deos ciebamus, tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Annibalem lenti spectamus? Fumus ex incendiis villarum agrorúmq; in oculos atque ora venit: strepūt aures clamoribus plorantiū sociorū, sæpius nos quàm deorū inuocantiū opem. Nos hîc pecorū more per æstiuos saltus deuiósque calles exercitum ducimus, cōditi nubibus syluísque? Si hoc modo peragrando cacumina saltúsque Furius recipere vrbem à Gallis voluisset, quo hic nouus Camillus nobis dictator vnicus in rebus afflictis quæsitus, Italiā ab Annibale recuperare parat, Gallorum Roma esset: quam vereor ne sic cunctantibus nobis, Annibali ac Pœnis toties seruauerint maiores nostri. Sed vir ac verè Romanus, quo die dictatorem eum ex authoritate patrum iussúque populi dictum, Veios allatus est nuntius: quum esset satis altum Ianiculū, vbi sedens prospectaret hostem, descendit in æquum, atque illo ipso die media in vrbe, qua nūc busta Gallorum sunt, & postero die citra Gabios cecidit Gallorum legiones. Quid post multos annos, quum ad furcas Caudinas ab Samnite hoste sub iugum missi sumus: vtrū tandem L. Papyrius Cursor, iuga Samnii perlustrando, an Luceriam premendo, obsidendóque, & lacessendo victorem hostem, depulsum ab Romanis ceruicibus iugum superbo Samniti imposuit? Modò consuli Luctatio quæ alia res quàm celeritas victoriam dedit? quòd postero die quàm hostem vicit, classem grauem commeatibus, impeditam suo ipsam instrumento atque apparatu oppressit. Stultitia est, sedendo aut votis debellari credere posse: armari copias oportet, deducendas in æquum, vt vir cum viro congrediatur. Audendo agendóque res Romana creuit, non his sensibus consiliísue quæ timidi cauta vocant.

ORATIO MINVTII MAGISTRI EQVITVM, qua suos ad coniungenda cum Fabio castra adhortatur.

ARGVMENTVM.

Minutius magister equitum cum exercitu periclitatus, quum se suósque Fabii virtute ac diligentia seruatos esse intelligeret, temeritatem suam agnoscens, de coniungendis castris cum Fabio, ita cum suis agebat,

SAEpe ego audiui, milites, eum primum esse virū, qui ipse cōsulat quid in rem sit: secundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum

extremi ingenii esse. Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secũdam ac mediam teneamus: & dum imperare discimus, parere prudenti, in animum inducamus. Castra cum Fabio iungamus, ad prætorium eius signa quum tulerimus, vbi ego eum parentem appellauero (quod beneficio eius erga nos ac maiestate eius dignum est) vos milites, eos quorum vos modò arma dextræque texerunt, patronos salutabitis: & si nihil aliud, gratorum certè nobis animorum gloriam dies hæc dederit.

ORATIO FABII MAXIMI AD AEMILIVM de Varrone, & ratione pugnandi cum hoste.

ARGVMENTVM.

C. Terentius Varro, & L. Paulus Æmilius consules creati, quum contra Annibalem copias ducere pararent, Varro concionem fortè habuerat qua bellum in Italiam à nobilibus accersitum esse iactabat, quod nunquam restinguendum esset, si resp. plures Fabios imperatores haberet: se verò ipsum illud profligaturum, seu ad finem propè deducturum, quo primùm die hostem videret. Quod quum Fabius cognouisset, Paulum Æmilium ad se vocat, quem in hanc sententiam de collegæ temeritate, rationéque hostem aggrediendi alloquutus est,

SI aut collegam (id quod mallem) tui similem, Luci AEmili, haberes, aut tu collegæ tui similis esses, superuacanea esset oratio mea. nam & duo boni consules, etiam me tacẽte, omnia è Rep. fide vestra faceretis, & mali nec mea verba auribus vestris, nec consilia animis reciperetis. Nunc & collegam tuum & te talem virum intuenti mihi, tecum omnis oratio est, quem video nequicquam & virum bonum & ciuem fore: si altera parte claudicet Resp. malis consiliis idem ac bonis iuris & potestatis erit. Erras enim L. Paule, si tibi minus certaminis cum C. Terẽtio, quàm cum Annibale futurum censes. nescio an infestior hic aduersarius, quàm ille hostis maneat: & cũ illo in acie tãtùm, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: & aduersus Annibalem legionésque eius tuis equitibus ac peditibus pugnãdum tibi est: Varro dux tuis militibus te est oppugnaturus. Ominis etiã tibi causa absit C. Flaminii memoria: tamen ille consul demum, & in prouincia, & ad exercitum cœpit furere: hic priusquam peteret consulatum, deinde in petẽdo consulatu, nunc quoque consul priusquam castra videat aut hostem, insanit. Et qui tantas iam nunc procellas, prælia atque acies iactando inter togatos ciet, quid inter armatam iuuentutem censes facturum, & vbi extemplo verba res sequitur? Atqui, si hic (quod facturum se denũtiat) extemplo pugnauerit, aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro: aut nobilior alius Thrasymeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus aduersus vnum est, & ego contemnendo potius quàm appetendo gloriam, modum excesserim. Sed ita res habet: vna ratio belli gerendi aduersus Annibalem est, qua ego gessi: nec euentus modò hoc docet, (stultorum iste magister est) sed eadem ratio quæ fuit, futuráque, donec res eædẽ manebunt, immutabilis est. In Italia bellũ gerimus, in sede ac solo nostro: omnia circà plena ciuium ac sociorum sunt: armis, viris, equis, commeatibus iuuant iuuabũntque. id iam fidei documentum in aduersis rebus nostris dederunt. meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diésque facit. Annibal contrà in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica infestáque, procul à domo, procul à patria: neque illi terra neque mari est pax: nullæ eum vrbes accipiunt, nulla mœnia: nihil vsquam sui videt: in diem rapto viuit: partem vix tertiam eius exercitus habet, quem Iberum amnem traiecit: plures fames quàm ferrum absumpsit, nec iis paucis iam victum suppeditat. Dubitas ergo quin eum sedẽdo superaturi simus, qui senescat in dies, non commeatus, non supplemẽtum, non pecuniam habeat? Quandiu pro Geryonis castelli Apuliæ inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatum est? Sed ne aduersus te quidem ego gloriabor. Cn. Seruilius atque Attilius proximi consules vide quemadmodum eum ludificati sint. Hæc vna salutis est via, L. Paule, quam difficilem infestámque ciues magis quàm hostes facient. Idem enim tui quod hostium milites, volent: idem Varro consul Romanus, quod Annibal Pœnus imperator, cupiet. Duobus ducibus vnus resistas oportet: resistes autem, aduersus famam rumorésque hominum si satis firmus steteris: si te neque collegæ vana gloria, neq; tua falsa infamia mouerit. A veritate laborare nimis ius sæpe aiunt, extingui nunquam. Gloriam qui spreuerit, veram

habebit. Sine, timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli vocent: malo, te sapiens hostis metuat, quàm stulti ciues laudent. Omnia audenté contemnet Annibal, nihil temere agenté metuet. Nec ego vt nihil agatur moneo, sed vt agenté te ratio ducat, nō fortuna. Tuæ potestatis semper, tuáque omnia sint. Armatus intétúsq; sis: neque occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des. Omnia non properanti clara certáque erunt: festinatio, improuida est & cæca.

ORATIO P. SEMPRONII TVDITANI tribuni militum, qua suos ad erumpendum adhortatur.

ARGVMENTVM.

Cannẽsi clade, quum mortuo Paulo Æmilio consule, Varro collega Venusinam cum quinquaginta equitibus profugisset: binis in castris inermis multitudo, quæ superfuerat pugnæ, sine ducibus erat. Itaque eos qui in minoribus erant castris, alii monent vt nocte, dum hostis graui somno detinetur, ad se transirent, Canusium inde tacitè ac sine mora vno agmine abituros. Fortè P. Sempronius Tuditanus tribunus militum in minoribus castris erat, qui quum de transitu ab aliis aliter sentiri videret, ita suos ad erumpendum adhortatur,

CApi ergo mauultis ab auarissimo & crudelissimo hoste? æstimaríque capita vestra pretio? & exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis sis, an Latinus socius: vt ex tua contumelia & miseria alteri honos quæratur, non tibi? Non vos quidem Lucii AEmilii, qui se bene mori quàm turpiter viuere maluit: & tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati iacent, similes estis. Sed antequam opprimat lux, maioráque hostium agmina obsepiant iter, per hos, qui inordinati & incompositi obstrepunt portis, erumpamus, ferróque atque audacia iter fiat quamuis per confertos hostes. Cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, acsi nihil obstet, transibimus. Itaque ite mecum, qui & vosmetipsos & Rempublicam saluam vultis.

ORATIO CAPTIVORVM CANNENSI clade Romanorum ad patres.

ARGVMENTVM.

Hoc cum proximè præcedẽte coniunctũ est. Milites Romani qui ex minoribus castris consilio eorũ qui erant in maioribus, exhortatione insuper P. Sempronii Tuditani, cũ ipso erumpere noluerant, in potestatem hostium simul cum castris venerũt. Ex iis, decem paulo pòst iureiurando adigit Annibal, si missi Romam non redimerentur, ad hostem redituros. Ita Romam adactos eos mittit, vt aurum in redemptionem suam impetrarent. Propositum autem fuit pretium in capita, equiti quingeni quadrigati nummi, pediti triceni, seruo centum. Profecti, ita causam suam apud patres egerunt,

PAtres conscripti, nemo vestrûm ignorat, nulli vnquam ciuitati viliores fuisse captiuos quàm nostræ: cæterùm (nisi nobis plus iusto nostra placet causa) non alii vnquam minus negligendi vobis, quàm nos, in hostium potestatem venerunt. Non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed quum propè ad noctem superstátes cumulis cæsorum corporum, prælium extraxissemus, in castra recepimus nos: diei reliquum ac noctem insequentem fessi labore ac vulneribus vallum sumus tutati. Postero die quum circumsessi ab exercitu victore, aqua arceremur, nec vlla alia iam per confertos hostes erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare: tum demum pacti pretium, quo redépti dimitteremur, arma in quibus nihil iam auxilii erat, hosti tradidimus. Maiores nostros quoque acceperamus se à Gallis auro redemisse, & patres nostros asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captiuorum redimendorum gratia Tarentum misisse. Atqui in Italia cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrrho, vtraque non tam clade infamis, quàm pauore & fuga pugna fuit. Cannenses campos acerui Romanorum corporum tegunt: nec superfumus pugnæ, nisi in quibus trucidandis & ferrum & vires hostem defecerunt. Sunt etiam de nostris quidam qui nec in acie quidem refugerunt, sed præsidio castris relicti, quum castra traderentur, in potestatem hostium venerunt. Haud equidem vllius

ciuis aut commilitonis fortunæ aut conditioni inuideo. nec premendo alium, me extulisse velim videri, ne illis quidem (nisi pernicitatis pedum & cursus aliquod pręmium est) qui plerique inermes ex acie fugientes, non prius quàm Venusiæ aut Canusii constiterunt, se nobis meritò prætulerunt, gloriatique sunt in se plus quàm in nobis præsidii Reip. esse. Sed illis vt bonis & fortibus viris militibúsque vtemini, & nobis iam promptioribus pro patria, quòd beneficio vestro redempti atque in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis: octo millia seruorum armari audio: non minor numerus noster est, nec maiori pretio redimi possumus quàm hi emuntur. Nam si conferam nos cum illis, iniuriam Romano nomini faciam. Illud etiam in tali consilio vobis animaduertendum, P.C. censeam, si duriores esse velitis, (quod nullo nostro merito faciatis) cui nos hosti relicturi sitis. Pyrrho videlicet, qui nos hospitũ numero habuit captiuos? an barbaro ac Pœno, qui vtrum auarior an crudelior sit, vix æstimari potest? Si videatis catenas, squalorem, deformitatémque ciuium vestrorum, non minus profectò vos ea species moueat, quàm si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones vestras. Intueri potestis solicitudinem & lacrymas in vestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, expectantiúmque responsum vestrum? Quum ii pro nobis, próque iis qui absunt, ita suspensi ac soliciti sint, quem censetis animum ipsorum esse quorum in discrimine vita libertásque est. Si mediusfidius ipse in nos mitis Annibal contra naturam suam esse velit, nihil tamen nobis vita opus esse censeamus, quum indigni vt à vobis redimeremur, visi sumus. Rediere Romam quondã remissi à Pyrrho sine pretio, capti: sed rediere cũ legatis primoribus ciuitatis ad redimendos sese missis: redeam ego in patriam trecentis nummis non æstimatus ciuis? Suum quisque habet animum, P.C. scio in discrimine esse vitam corpúsq; meum: magis me famæ periculum mouet, ne à vobis damnati ac repulsi habeamur. neque enim vos pretio pepercisse homines credent.

ORATIO T. MANLII TORQVATI, NE CAptiui redimerentur.

ARGVMENTVM.

Hoc cum priore oratione coniunctum est. Posteaquam captiui dicendi finem fecerunt, extemplo ab ea turba quæ in vestibulo curiæ stabat, clamor flebilis sublatus est, orabántque vt sibi liberos, fratres, cognatos, redderent patres. Tum senatus ea de re haberi cœptus, quo quum aliis captiuos redimendos de publico, aliis de priuato, aliis ex ærario dandam pecuniam mutuò referentibus, variaretur sententiis: tum demum T. Manlius Torquatus rogatus sententiam, vnus nullo pacto redimendos esse ita suasit,

SI tantummodo postulassent legati pro iis qui in hostium potestate sunt, vt redimerentur, sine vllius insectatione eorũ breui sententiam peregissem. Quid enim aliud quàm admonendi essetis vt morem traditum à patribus, necessario ad rem militarem exemplo seruaretis? Nunc autem quum propè gloriati sint quòd se hostibus dediderint, præferríque non captis modò in acie ab hostibus, sed etiam iis qui Venusiam Canusiúmque peruenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli, æquum censuerint, nihil vos eorum P.C. quæ illic acta sunt, ignorare patiar. Atque vtinam hæc quæ apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agere, optimum testem ignauiæ cuiusque & virtutis: aut vnus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem sequuti essent, milites hodie in castris Romanis, non captiui in hostium potestate essent: & cum fessis pugnando hostibus, tum victoria lętis, & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberã habuissent, & septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent. neque enim per se ipsi hoc facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. Nocte propè tota P. Sempronius Tuditanus non destitit admonere, adhortaríque eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox inceptum tegeret, se ducem sequerentur: ante lucem peruenire in tuta loca, in sociorum vrbes posse. Sicut auorum memoria P. Decius tribunus militum in Samnio, sicut nobis adolescẽtibus priori Punico bello Calpurnius Flamma, trecentis voluntariis, quum ad tumulum eos capiendum situm inter medios hostes, duceret, dixit, Moriamur, milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione circumuentas legiones. Si hoc P. Sempronius diceret, nec viros quidem, nec Ro-

manos vos duceret, si nemo tantæ virtutis existeret comes: viam non ad gloriam magis quàm ad salutem ferentem demonstrat, ducem se in patriam, ad parentes, ad coniuges ac liberos, facit. Vt seruemini, deest vobis animus: quid si moriendum pro patria esset, faceretis? Quinquaginta millia ciuium sociorúmque circà vos eo ipso die cæsa iacent: si tot exempla virtutis non mouent, nihil vnquam mouebit. si tanta clades vobis vilem vitam nõ fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes desiderate patriam, imò desiderate dum patria est, dum ciues eius estis: serò nunc desideratis, diminuti capite, abalienati iure ciuium, serui Carthaginiensium facti. Pretio redituri estis eò vnde ignauia ac nequitia abistis? P. Semproniũ ciuem vestrum non audistis, arma capere ac se iubentem sequi: Annibalem paulo pòst audistis, castra prodi & arma tradi iubẽtem. Quam ego ignauiam istorum accuso, quum scelus possim accusare? non enim modò sequi recusarunt bene monentem, sed obsistere ac retinere conati sunt, ni strictis gladiis viri fortissimi inertes summouissent. Prius, inquam, P. Sempronio per ciuium agmen quàm per hostium fuit erumpendum. Hos ciues patria desideret, quorum si cæteri similes fuissent, neminem hodie ex iis qui ad Cannas pugnauerunt, ciuem haberet? Ex millibus septem armatorum sexcenti extiterunt qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent: neque iis quadraginta millia hostiũ obstitere. Quàm tutum iter duarum propè legionum agmini futurum censetis fuisse? Haberetis hodie viginti millia armatorũ Canusii, fortia, fidelia, P. C. Nunc autem quemadmodũ hi boni fideléśq; (nam fortes, ne ipsi quidem dixerint) ciues esse possunt? nisi quis credere potest fuisse qui erumpentibus, quin erumperent obsistere conati sint, aut non inuidere eos cum incolumitati, tum gloriæ illorum per virtutem partæ, quum sibi timorem ignauiámque seruitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentoriis latentes simul lucem hostémque expectare, quum silentio noctis erumpendi occasio esset. Atenim ad erumpendum è castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerũt: dies ac noctes aliquot obsessi, armati se ipsi tutati vallo sunt. tandem vltima ausi passique, quũ omnia subsidia vitæ deessent, affectísque fame viribus, arma iam sustinere nequirent, necessitatibus magis humanis quàm armis victi sunt. Orto sole hostis ad vallum accessit: ante secundam horam nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac seipsos. Hæc vobis ipsorum per biduũ militia fuit. quum in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: quum pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neque in acie neque in castris vtiles. Vos redimam? quum erumpere castris oportet, cunctamini ac manẽtis: quum manere & castra tutari armis necesse est, & castra & arma & vosipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos, P. C. censeo, quàm illos dedendos Annibali, qui per medios hostes è castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriæ restituerunt.

Ex vicesimotertio libro ab vrbe condita.

ORATIO PACVVII CALAVII CAMPANI ad populum Campanum.

ARGVMENTVM.

Pacuuius Calauius Capuæ in summo magistratu erat, quũ res Romana malè ad Thrasymenum gesta est. Is populum Campanum senatui iamdiu infestum ratus id agitare, vt senatoribus trucidatis, si venirent hostes Romanorum, Annibali Capuam traderet: hoc populi consilium senatui declarat, omnésque tandem eò duxit vt si se in ipsius potestatem permitterent, facilè ab insidiis se posse liberari arbitrarentur. Permissos in curiã claudit: conuocat populum, cui rem ita exposuit,

QVod sæpe optastis, Campani, vt supplicii sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset, eam nunc nõ per tumultum expugnãtes domos singulorum, quas præsidiis clientiũ seruorúmq; tuentur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quicquã raptim aut fortè temere egeritis. De singulorum capite vobis ius sententiæ dicendæ faciam, vt quas quisque meritus est pœnas pendat. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, vt potiorem ira salutem atque vtilitatem vestram habeatis. Etenim hos (vt opinor) odistis

ſenatores. nam ſenatum omnino non habere non vultis: quippe aut rex (quod abominādum) aut (quod vnum liberæ ciuitatis conſilium eſt) ſenatus habendus eſt. Itaque duæ res ſimul agendæ ſunt vobis, vt & veterem ſenatū tollatis, & nouum cooptetis. Citari ſingulos ſenatores iubebo, de quorum capite vos conſulam. quod de quoque cenſueritis, fiet. Sed prius in eius locum, virum fortem ac ſtrenuum nouum ſenatorem cooptabitis, quàm de noxio ſupplicium ſumatur.

ORATIO VARRONIS CONSVLIS QVA legatis Campanorum reſpondet.

ARGVMENTVM.

Poſt Cannenſem cladem Romani à Campanis ſperni contemníque cœpti ſunt, vt illud oſtenſuri fuerint, niſi prohibiti fuiſſent eorū præſertim memoria qui à Romanis miſſi erant per Siculas vrbes in præſidia, in quibus Campani erant nobiliſſimi. Horum igitur parentes ægrè impetrant vt legati ad Varronem conſulem, Canuſium, quò ipſe ex fuga ſeſe receperat, mitterentur. Profecti, Venuſiæ conſulem cum paucis inueniunt, vbi ſenatum populúmque Campanum ægrè ferre nuntiant quòd ita infeliciter ad Cannas res geſta eſſet: ita placere vt quicquid bello vſui eſſet, benignè ac comiter ſubminiſtraretur. Varro pòſt in hanc ſententiam legatis reſpondit,

MOrem magis loquendi cum ſociis ſeruaſtis, Campani, iubentes quæ ad bellum eſſent opus imperare, quàm conuenienter ad præſentem fortunæ noſtræ ſtatum loquuti eſtis. Quid enim nobis ad Cannas relictum eſt, vt, quaſi aliquid habeamus, id quod deeſt, expleri à ſociis velimus? pedites vobis imperemus, tanquam equites habeamus? pecuniam deeſſe dicamus, tanquam ea tātùm deſit? Nihil, ne quod ſuppleremus quidem, nobis reliquit fortuna: legiones, equitatus, arma, ſigna, equi viríque, pecunia, commeatus, aut in acie, aut in ruinis poſterò die amiſſis caſtris perierunt: itaque non iuuetis nòs in bello oportet, Campani, ſed cum Pœnis bellum pro nobis ſuſcipiatis. Veniat in mentem vt trepidos quondam maiores veſtros intra mœnia compulſos, nec Samnitem modò hoſtem, ſed etiam Sidicinum pauentes, receptos in fidem apud Satriculam defenderimus: cœptúmque propter vos cum Samnitibus bellum, per centum propè annos, variante fortuna euentum, tulerimus. Adiicite ad hæc, quòd fœdus æquum dedimus, quòd leges noſtras, quòd ad extremum (id quod ante Cannenſem certè cladem maximum fuit) ciuitatē noſtram magnæ parti veſtrûm dedimus, communicauimúſque vobiſcum. Itaque communem vos hanc cladem, quæ accepta eſt, credere, Campani, oportet, communem patriā tuendam arbitrari eſſe. Non cum Samnite aut Etruſco res eſt, vt quod à nobis ablatum ſit, in Italia tamen imperium maneat: Pœnus hoſtis, ne Africæ quidem indigena, ab vltimis terrarum oris, freto Oceani, Herculíſque columnis, expertem omnis iuris & conditionis & linguæ propè humanæ militem trahit. Hunc natura immitem, moribúſque ferum, inſuper dux ipſe efferauit pontibus ac molibus ex humanorum corporum ſtrue faciendis: & (quod proloqui etiam piget) veſci humanis corporibus docendo. hos infandis paſtos epulis, quos contingere etiam nefas ſit, videre atque habere dominos, & ex Africa & à Carthagine iura petere, & Italiam Numidarum & Maurorum pati prouinciam eſſe, cui non, genito modò in Italia, deteſtabile ſit? Pulchrum erit, Campani, prolapſum clade Romanum imperium, veſtra fide, veſtris viribus retentum ac recuperatum eſſe. Triginta millia peditum, quatuor equitum, arbitror ex Campania vos ſcripſiſſe: iam pecuniæ affatim eſſe, frumētique: qui ſi parem fortunæ veſtræ fidem habetis, nec Annibal ſe viciſſe ſentiet, nec Romani ſe victos eſſe.

ORATIO PEROLLAE AD PACVVIVM CAlauium patrem de interficiendo Annibale.

ARGVMENTVM.

Annibal authoritate atque diligētia Pacuuii Calauii, (de quo paulo antè diximus) Capuā in fidē acceperat. Is vrbem ingreſſus, ſe apud Calauium cœnare velle pronunciat: cui conuiuio tres modò Cāpanos adhibuit, in quibus Perolla filius Pacuuii, qui aliquāto antè patris deprecatione ac precibus Annibali placatus erat. Hic Perolla, hilariter cæteris epulātibus, vnus triſtis nec dominorū inuitatione vinci potuit, nec ipſius Annibalis, vt curis amotis & ſecluſis læ-

tus cõiuaretur. Ac quum fortè ante noctem Pacuuius ex conuiuio egressus, in hortum qui posticis ædium partibus subiectus erat, secederet: patrem filius Perolla sequutus, ita vt sequitur, consilium suum de interficiendo Annibale declarauit. Pater ex filio quum ea audiuisset, velut si iam interesset indigno atque detestabili facinori, filium vt deinde sequitur, ab indignitate & atrocitate facinoris flebiliter deterrebat. Filius inde precibus atque lacrymis patris victus, facinus conceptum se non editurum promisit.

COnsilium affero, pater, quo non veniam solùm peccati quo defecimus ad Annibalẽ, impetraturi ab Romanis, sed in multo maiore dignitate & gratia simus Campani, quàm fuimus vnquam. *Quum mirabundus pater, quidnam id esset consilii quæreret: toga reiecta ab humero, latus succinctum gladio nudat.* Iam ego, *inquit*, sanguine Annibalis sanciam Romanum fœdus. Te id prius scire volui, si fortè adesse dum facinus patratur, malles.

ORATIO PACVVII CALAVII FILIVM à facinore dehortantis.

PEr ego te, fili, quæcunque iura liberos iungunt parentibus, precor quæsóque ne ante oculos patris facere & pati omnia infãda velis. Paucæ horæ sunt intra quas iurãtes per quicquid deorũ est, dextras dextræ iungentes, fidem obstrinximus, vt sacratis de mẽsis essemus: digressi à colloquio, extemplo in eum armamur? Surgis ab hospitali mensa, ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Annibale: eam ipsam mensam cruentare vis hospitis sanguine? Annibalẽ modò pater filio meo potui placare: filiũ Annibali nõ possum? Sed si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas audiantur, infanda si non perniciem nobis cum scelere afferunt, vnus aggressurus es Annibalẽ? Quid illa turba tot liberorũ seruorúmque? quid in vnum intenti omnium oculi? quid tot dextræ? torpescéntne? In amentia illa, vultum ipsius Annibalis, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Rom. tu sustinebis? Et, si alia auxilia desint, meipsum ferire, corpus meum opponẽtem pro corpore Annibalis, sustinebis? Atqui per meum pectus petendus ille tibi atque transfigendus est. Sed deterreri hîc sine te potius quàm illic vinci: valeât preces apud te meæ, sicut pro te hodie valuerunt.

ORATIO PEROLLAE QVA PACVVIO patri respondet.

EGo quidem quam patriæ debeo pietatem, exoluam patri. Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ sustinendum est crimen: semel, quum defectionem iniisti ab Romanis: iterum, quum pacis cum Annibale fuisti author: tertiùm hodie, quum restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum tu es. O patria, ferrum quo pro te armatus hãc arcem defendere volebam, hosti minimè parcens, quando parens extorquet, recipe.

ORATIO HIMILCONIS BARCHINAE factionis viri aduersus Hannonem.

ARGVMENTVM.

Mago Amilcaris filius Carthaginem profectus, senatu dato, quæ ad Cannas gesta erant, expositis, ob victoriam diis sacrum, authoritate Annibalis, haberi iusserat. Himilco ex hoc tam læto nuntio nactus occasionem Hannonis alterius factionis principis eludendi, & reprehendendi, ita eum aggressus est. Hanno deinde respondet.

QVid est, Hanno? etiam nunc te pœnitet belli suscepti aduersus Romanos? Iube dedi Annibalem: veta in tam prosperis rebus gratias diis immortalibus agi: audiamus Romanum senatorem in Carthaginiensium curia.

ORATIO HANNONIS, HIMILCONI respondentis.

TAcuissem hodie, P.C. nequid in communi omnium gaudio, minus lætum quod esset vobis, loquerer: nunc interrogante senatore, pœniteátne me adhuc suscepti aduersus Romanos belli, si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti, alterum, suæ. Respondeã igitur Himilconi, non desiisse pœnitere

tere me belli, neque desiturum ante inuictum nostrum imperatorem incusare quàm finitum aliqua tolerabili conditione bellum videro. Nec mihi pacis antiquæ desiderium vlla alia res quàm pax noua finiet. Itaque ista quæ Mago modò iactauit, Himilconi cæterisque Annibalis satellitibus iam læta sunt: mihi possunt læta esse, quia res bello bene gestæ, si volumus fortuna vti, pacem nobis æquiorem dabũt. Nam si prætermitimus hoc tempus, quo magis dare quàm accipere possumus videri pacem: vereor ne hæc quoq; lætitia luxuriet nobis, ac vana euadat. Quæ tamen nũc quoque qualis est? Occidi exercitus hostium: mittite milites mihi. quid aliud rogares si esses victus? Hostium cepi bina castra, prædæ videlicet plena & commeatuum: frumentum & pecuniam date. Quid aliud, inquam, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres? Et ne omnia ipse mirer, (mihi quoque enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare ius fásque est) velim seu Himilco, seu Mago respondeat, quum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit, constétque in defectione totam Italiam esse: primùm, ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos: deinde, ecquis homo ex quinque & triginta tribubus ad Annibalem transfugerit. *Quum utrunque Mago negasset*, Hostium quidem ergo, *inquit*, Romæ adhuc multũ superest: sed multitudo ea quid animorum quídve spei habeat, scire velim. *Quum id nescire se Mago diceret*, Nihil facilius scitu est, *inquit*. Ecquos legatos ad Annibalẽ Romani miserunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romæ factam esse, allatum ad vos est? *Quum id quoque negasset*, Bellũ igitur, *inquit*, tam integrũ habemus, quàm habuimus quà die Annibal in Italiam est ingressus. Quàm varia victoria priore Punico bello fuerit, plerique qui meminerimus superfumus. Nũquam terra marique magis prosperæ res nostræ visæ sunt, quàm ante consules C. Luctatium & A. Posthumium fuerunt: Luctatio & Posthumio consulibus deuicti ad AEgates insulam sumus. Quòd si (id quod dii omen auertant) nunc quoque fortuna aliquid variauerit, tum pacem speratis quum vincimur, quam nunc quum vincimus, dat nemo? Ego, si quis de pace consulet seu deferenda hostibus, seu accipiẽda, habeo quid sententiæ dicam: si de iis quæ Mago postulat, refertis, nec victoribus mitti attinere puto, & frustrantibus nos falsa atque inani victoria, multo minus censeo mittenda esse.

ORATIO SAMNITIVM LEGATORVM AD Annibalem, qua petunt vt opem aduersus Romanos ferat.

ARGVMENTVM.

Marcellus Nolam vrbem quum teneret præsidiis, in agrum Hirpinum & Samnitium Caudinorum excursiones faciendo, ferro & igni omnia vastabat. Iis cladibus vterque populus adductus legatos ad Annibalem conquestum iniurias mittit: Priores Samnites ita iniurias exposuerunt,

HOstes populi Romani, Annibal, fuimus, primùm per nos ipsi, quoad nostra arma, nostræ vires nos tutari poterant: posteaquam iis parum fidebamus, Pyrrho regi nos adiunximus: à quo relicti, pacem necessariam accepimus: fuimúsque in ea per annos propè quinquaginta ad id tempus quo in Italiam venisti. Tua nos non magis virtus fortunáque, quàm vnica comitas ac benignitas erga ciues nostros, quos captos ad nos remisisti, ita conciliauit tibi, vt te saluo atque incolumi amico, non modò populum Romanum, sed ne deos quidem iratos (si dici fas est) timeremus. At hercule non solùm incolumi atque victore, sed præsente te, quum ploratum propè coniugum ac liberorum nostrorum exaudire, & flagrantia tecta posses conspicere, ita sumus aliquoties hac æstate deuastati, vt M. Marcellus non Annibal vicisse ad Cannas videatur, glorientúrque Romani, te ad vnum modò ictum vigentem, veluti iaculo emisso torpere. Per centum propè annos cum populo Romano bellum gessimus, nullo externo adiuti nec duce, nec exercitu, nisi quòd per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vires, quàm viribus suis nos defendit. Non ergo secundis rebus nostris gloriabimur, duos consules ac duos consulares exercitus à nobis sub iugum missos, & si qua alia aut læta aut gloriosa nobis euenerunt: quæ aspera aduersáque tũc acciderunt, minore indignatione referre possumus quàm quæ hodie eueniunt. Magni dictatores cũ magistris equitum, bini cõsules cum binis consularibus exercitibus ingrediebantur fines nostros antè exploratò, & subsidiis positis,

& sub signis ad populandum ducebant: nunc propè vnius & parui ad tuendam Nolam præsidii præda sumus. Iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris, negligentius quàm si in Romano agro vagarentur. Causa autem hæc est, quòd neque tu defendis: & nostra iuuentus, quæ si domi esset, tutaretur, omnis sub signis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim, nisi à quo tot Romanas acies fusas stratásque sciam, ei facile esse ducam opprimere populatores nostros, vagos, sine signis, palatos quò quenque trahit quanuis vana prædæ spes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, præsidiúmque missum nobis erit, & Nolæ ademeris: si modò quos vt socios haberes dignos duxisti, haud indignos iudicas quos in fidem receptos tuearis.

Ex vicesimoquarto libro ab vrbe condita.

ORATIO FABII MAXIMI AD POPVLVM de deligendo imperatore.

ARGVMENTVM.

Fabius sub finem anni Romam rediens, comitia consularia edixerat, quibus prærogatiuæ iuniorum T. Octacilium, qui eius Fabii sororis filiam habebat vxorem, & M. Æmilium Regillũ consules dixerunt. Quod vbi Fabius intellexit, hac concione suadebat nec Octacilio rerum & imperii summam deferendam esse, nec consulem eum habendum: videndum autem cui bellum mandari posset aduersus Annibalem.

SI aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus in quo negligentiæ aut errori locus esset: qui vestris studiis, quæ in campum ad mandandos quibus velitis honores, affertis, moram vllam afferret, is mihi parum meminisse videretur vestræ libertatis. Sed quum in hoc bello, cum hoc hoste nũquam ab vllo duce sine ingenti nostra clade erratum sit, eadem vos cura qua armati in aciem descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet, & sibi sic quenque dicere, Annibali imperatori parem consulem nomino. Hoc anno ad Capuam Iubellio Taureæ Capano summo equiti prouocanti, summus Romanus eques Asellus Claudius oppositus: aduersus Gallum quondam prouocantem in ponte Anienis, Manlium fidentem & animo & viribus misere maiores nostri. Ob eandem causam haud multis annis pòst fuisse non negauerim cur M. Valerio nõ diffideretur arma capienti aduersus similiter prouocantem ad certamen Gallum. Quemadmodum pedites equitésque optamus vt validiores, si minus, vt pares hosti habeamus: ita duci hostium parem imperatorem quæramus. Quum qui est summus in ciuitate dux, eum legerimus, tum repentè lectus, in annum creatus, aduersus veterem ac perpetuum imperatorẽ comparabitur, nullis neque tẽporis neque iuris inclusum angustiis, quo minus ita omnia gerat administrétque vt belli tempora postulabunt: nobis autem in apparatu ipso, ac tantùm inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniã quales viros creare vos consules deceat, satis est dictum: restat vt pauca de eis in quos prærogatiuæ fauor inclinauit, dicam. M. AEmilius Regillus, flamen est Quirinalis. quem neque mittere à sacris, neque retinere possumus, vt non deûm aut belli deseramus curam. Octacilius, sororis meæ filiam vxorem atque ex ea liberos habet: cæterùm non ea vestra in me maiorésque meos merita sunt, vt non potiorem priuatis necessitudinibus rempublicam habeam. QVILIBET nautarũ vectorúmque tranquillo mari gubernare potest: vbi sæua orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento nauis, tum viro & gubernatore opus est. Non tranquillo nauigamus, sed iam aliquot procellis submersi penè sumus. Itaque quis ad gubernacula sedeat, summa cura prouidendum ac præcauendum nobis est. In minore re experti, T. Octacili, operam tuam sumus: haud sanè, cur ad maiora tibi fidamus, documenti quicquam dedisti. Classem hoc anno, cui tu præfuisti, trium rerum causa parauimus: vt Africæ oram popularetur, vt tuta nobis Italiæ litora essent: ante omnia, ne supplementum cum stipendio cómeatúque ab Carthagine Annibali transportaretur. Create consulem T. Octacilium, nõ dico, si omnia hæc, sed si aliquid eorũ reip. præstitit. Sin autem te classem obtinente, etiam velut pacato mari, quælibet Annibali tuta atque integra ab domo venerunt: si ora Italiæ

infestior hoc anno quàm Africæ fuit: quid dicere potes cur te potissimũ ducem Annibali hosti opponant? Si consul esses, dictatorem dicendum exemplo maiorum nostrorum censeremus: neq; tu id indignari posses, aliquem in ciuitate Romana meliorem bello haberi quàm te. Magis nullius interest quàm tua, T. Octacili, non imponi ceruicibus tuis onus, sub quo cócidas. Ego magnopere suadeo, eodem animo quo, si stantibus vobis in acie armatis, repêtè deligendi duo imperatores essent, quorũ ductu atq; auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creetis, quibus sacramenta liberi nostri dicant, ad quorum edictum cóueniant, sub quorum tutela atque cura militét. Lacus Thrasymenus & Cannæ, tristè ad recordationem exempla, at ad præcauendum simile, vtilia documenta sunt.

ORATIO T. GRACCHI AD MILITES.

ARGVMENTVM.

Ad Beneuentum T. Gracchus in castris legiones magna ex parte Volonum seruorum habebat, inter quos quum forte quæri audiret quando libertate donarentur: missis ad senatum hac de re literis, quibus eorum fortitudinem laudabat, impetrauit vt quod è repub. videretur, faceret. Quod quum ab ipso referente audirent, liberos item se facturum qui egregiè pugnassent, dicentem, nihil quàm in hostem pugnare malebant: adeò libertatis dulcedo eos mordebat. Quum verò eorum quatuor millia segnius cum hoste cógressa, metu pœnæ, collem qui non procul à castris aberat, cepissent, postero tamen die inde accitos cum cæteris libertate donauit. Concione inde aduocata, ita eos qui secessissent, se mulctaturum pronuntiauit,

PRiusquam omnes iure libertatis æquassem, neminem nota strenui aut ignaui militis notasse volui: nunc exsoluta iam fide publica, ne discrimen omne virtutis ignauiæque pereat, nomina eorum qui detrectatæ pugnæ memores secessionem paulo antè fecerunt, referri ad me iubebo, citatósque singulos iureiurando adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter quàm stantes cibum potúmque, quoad stipendia facient, capturos esse. Hanc mulctam ita æquo animo feretis, si reputabitis nulla ignauiæ nota leuiore vos designari potuisse.

ORATIO L. PINARII PRAEFECTI PRAESIdii Romanorum Ennæ, qua suos exhortatur.

ARGVMENTVM.

L. Pinarius Ennæ præsidii Romanorum præfectus, præsidium Murgantiæ ab incolis proditum oppressúmque audiens, diligenter videbat ne Ennenses quoque præsidiũ cuius erat præfectus, prodere atque opprimere possent. Iámque nõnihil de proditione cũ Himilcone pacta audiebat; quũ reposcentibus Ennẽsibus claues portarum ciuitatis, pertinaciter negat se daturum. Ii quũ nulla ratione peruincere se posse viderent vt redderẽtur, vindictã aliquam suæ libertatis se quæsituros denuntiant. Tum Pinarius sibi concilium dari populi postulat, vt sciret vtrùm paucorum an vniuersæ ciuitatis ea denuntiata forent. Consensu itaque omnium cócio in posterum diem edicitur. Ipse ex eo colloquio in arcem receptus, ita suorum animos in diem posterum comparat,

CRedo ego vos audisse, milites, quemadmodum præsidia Romana ab Siculis circumuenta & oppressa sint per hos dies. Eam vos fraudẽ deũm primò benignitate, dein vestra ipsi virtute dies noctésque perstando ac peruigilando in armis, vitastis: vtinam reliquum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci possit. Hæc occulta fraude cautio est, qua quia adhuc minus cuiquam successit, apertè ac propalàm claues portarum reposcunt. Quas simul vt tradiderimus, Carthaginiẽsium extemplo Enna erit, fœdiúsque hîc trucidabimur quàm Murgantiæ præsidium interfectum est. Noctem vnam ægrè ad cõsultandum sumpsi, quia vos certiores periculi instantis facerem. Orta luce concionem habituri sunt ad criminandum me, cócitandúmque in vos populum. Itaque crastino die aut vestro aut Ennensium sanguine Enna inundabitur: nec præoccupati, peculii, nec occupantes, periculi quicquã habebitis. qui prior strinxerit ferrũ, eius victoria erit. Intenti ergo omnes armatiq; signum expectabitis: ego in concione ero, & tempus, quoad omnia instructa sint, loquendo altercãdóque traham. Quum toga signum dedero, tum mihi vndique clamore sublato, turbam inuadite, ac sternite omnia ferro, & cauete ne quisquam

ex iis superſit à quibus aut vis aut fraus timeri poſſit. Vos, Ceres mater, ac Proſerpina, precor, cæteríque ſuperi inferique dii, qui hanc vrbem, hos ſacratos lacus lucóſque colitis, vt ita nobis volentes propitii adſitis, ſi vitandæ, non inferendæ fraudis cauſa hoc conſilii capimus. Pluribus vos, milites, hortarer, ſi cum armatis dimicatio futura eſſet: inermes, incautos ad ſatietatem trucidabitis. Et conſulis caſtra in propinquo ſunt, nequid ab Himilcone & Carthaginienſibus timeri poſſit.

Ex viceſimoquinto libro ab vrbe condita.

ORATIO RELEGATORVM MILITVM AD M. Marcellum de mutatione conditionis.

ARGVMENTVM.

Milites eos qui Cannenſi cladi ſuperfuerant, ſenatus in Siciliam ad militandum, quoad Punicum bellum finitum eſſet, non redituros Romam, relegauerat. Ii dum cum P. Lentulo militant, ab eo impetrant, vt primores equitum centurionúmque in hyberna ad M. Marcellum mitterentur, qui de conditione atque fortuna cõquererentur. Ex iis vnus, poteſtate dicendi facta, in hæc verba cauſam ſuam egit,

COnſulem te, M. Marcelle, in Italiam adiſſemus, quũ primùm de nobis, etſi non iniquum, certè triſte ſenatuſconſultum factum eſt: niſi hoc ſperaſſemus, in prouinciam nos morte regum turbatam ad graue bellum aduerſus Siculos ſimul Pœnóſque mitti, & ſanguine noſtro vulneribúſque magiſtratibus ſatiſfacturos eſſe: ſicut patrum memoria, qui capti à Pyrrho ad Heracleam erant, aduerſus Pyrrhum ipſum pugnantes ſatiſfecerũt. Quanquam quod ob meritum noſtrum ſuccenſuiſtis P. C. nobis, aut ſuccenſetis? Ambos mihi conſules & vniuerſum ſenatum intueri videor, quũ te M. Marcelle intueor: quem ſi ad Cãnas conſulẽ habuiſſemus, melior & reip. & noſtra fortuna eſſet. Sine, quæſo, priuſquam de conditione noſtra queror, noxam cuius arguimur, nos purgare. Si non deûm ira, nec fato, (cuius lege immobilis rerum humanarum ordo ſeritur) ſed culpa periimus ad Cannas: cuius tandem ea culpa fuit? militum? an imperatorum? Equidem miles nihil vnquam dicam de imperatore eo, cui præſertim ſciam gratias à ſenatu actas quòd non deſperauerit de repub. cui poſt fugam actam ſit per annos omnes prorogatum imperium. Cæteros item ex reliquiis cladis eius, quos tribunos militum habuimus, honores petere & gerere, & prouincias obtinere audiuimus. An vobis veſtríſque liberis ignoſcitis facilè P. C. in hæc vilia capita ſæuitis? & conſuli primoribúſque aliis ciuitatis fugere, quum ſpes alia nulla eſſet, turpe non fuit, milites vtique morituros in aciem miſiſtis? Ad Alliam propè omnis exercitus fugit: ad furcas Caudinas, ne expertus quidem certamen, arma tradidit hoſti: (vt alias pudendas clades exercituum taceam) tamen tantum abfuit ab eo vt vlla ignominia iis exercitibus inureretur, vt & vrbs Roma per eum exercitum qui ab Allia Veios tranſfugerat, recuperaretur: & Caudinæ legiones, quæ ſine armis redierãt Romam, armatæ remiſſæ in Samnium, eundem illum hoſtem ſub iugum miſerint qui hac ſua ignominia lætatus fuerat. Cannenſem verò quiſquã exercitum fugæ aut pauoris inſimulare poteſt, vbi plus quinquaginta millia hominum ceciderũt? vnde conſul cum equitibus quinquaginta fugit? vnde nemo ſupereſt, niſi quem hoſtis cædendo feſſus reliquit? Quum captiuis redemptio negabatur, nos vulgò homines laudabant quòd reip. nos ſeruaſſemus, quòd ad conſulem Venuſiam rediſſemus, & ſpeciem iuſti exercitus feciſſemus: nunc deteriore conditione ſumus quàm apud patres noſtros fuerant captiui. Quippe illis arma tãtùm atque ordo militandi, locúſque in quo tenderent, in caſtris eſt mutatus, quẽ tamen ſemel nauata reip. opera, & vno felici prælio recuperarunt. nemo eorum relegatus in exiliũ eſt, nemini ſpes emerendi ſtipendia eſt adempta: hoſtis denique eſt datus, cum quo dimicãtes, aut vitam ſemel aut ignominiam finirent. nos (quibus, niſi quòd cõmiſimus vt quiſquam ex Cannenſi acie miles Romanus ſupereſſet, nihil obiici poteſt) non ſolùm à patria procul Italiáque, ſed ab hoſte etiam relegati ſumus, vbi ſeneſcamus in exilio: nequa ſpes, nequa occaſio abolendæ ignominiæ, nequa placandæ ciuium iræ, nequa denique

bene moriendi sit. Neque ignominiæ finem, nec virtutis præmium petimus, modò experiri animum, & virtutem exercere liceat. Laborem & periculum petimus, vt virorum, vt militum officio fungamur. Bellum in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur: vrbes alias Pœnus, alias Romanus expugnat, peditum & equitũ acies concurrunt: ad Syracusas terra marique res geritur: clamorẽ pugnantiũ, crepitúmque armorum exaudimus resides ipsi & segnes, tanquam nec arma nec manus habeamus. Seruorum legionibus T. Sempronius cõsul, toties iam cum hoste signis collatis pugnauit: operæ pretium habent libertatem, ciuitatémque. Pro seruis saltem ad hoc bellum emptis nobis simul cõgredi cum hoste liceat, & pugnando quærere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis vrbibus oppugnandis experiri virtutem? Asperrima quæque ad laborem periculúmque deposcimus: vt quod ad Cannas faciundum fuit, quamprimùm fiat: quoniam quicquid postea viximus, id omne destinatum ignominiæ est.

ORATIO SYRACVSANORVM AD MARcellum de deditione.

ARGVMENTVM.

Syracusani, Hippocrate interfecto, Epicide ab Syracusis intercluso, occisis itẽ præfectis Eucidis: tempus venisse rati Romanis se reconciliandi, legatos de deditione ad Marcellum mittũt. Legati rem ita apud Marcellum egerunt,

NEque primò Syracusani à vobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in vos impius quàm in nos: nec postea pacem tyranni cæde compositam, Syracusanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicides oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbauerunt: nec quisquam dicere potest, aliquãdo nobis libertatis tempus fuisse quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certè cæde eorum qui oppressas tenebãt Syracusas, quum primùm arbitrii nostri esse cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma, dedendos nos, vrbem, mœnia: nullam recusandam fortunam quæ imposita à vobis fuerit. Gloriam captæ nobilissimæ pulcherrimǽque vrbis Græcarum dii tibi dederũt, Marcelle: quicquid vnquam terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo accedit. Famæ ne credi malis, quanta vrbs abs te capta sit, quàm posteris quoque eam spectaculo esse. quò quisquis terra, quisquis mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiẽsibúsq; trophæa, nũc tua de nobis ostẽdat, * incolumésque Syracusas familiæ vestræ, sub clientela nominis Marcellorum tutelâque habendas tradas, ne plus apud vos Hieronymi, quàm Hieronis memoria momenti faciat. diutius ille multo amicus fuit, quàm hic hostis: & illius etiam benefacta persensistis, huius amentia ad perniciem tantùm ipsius valuit.

ORATIO L. MARTII QVA SVOS milites exhortatur.

ARGVMENTVM.

L. Martius eques Romanus erat, sub Cn. Scipionis disciplina multis annis edoctus, ad quem, cæsis duobus Scipionibus, milites sine duce imperii summam detulerant. Is Asdrubalem venire ad delendas exercitus Romani reliquias quum audiret, milites alios alia voce Scipionum mortẽ deplorantes increpans, quòd non aliter quàm mulierum ritu flerent, ita inflammauit, vt armis sumptis in hostem incompositè præ fiducia venientem, velut rabie accensi incurrerent. Ac eo ipso concursu iam eorum impressiones atque impetus hostis non sustinens, fuga elabebatur, quum Martius suos insequentes remoratur, dato signo receptui. Hostes hac fuga nihilo diligentiores intentiorésque, reliquias tantùm duorum exercituum deletorum rati, nec stationes in castris habebant, nec vigiliarum ordines. Quæ vbi Martio explorata fuerunt, tum demũ init consilium noctu in castra hostium irrumpendi: vocatâque concione, ita militũ animos præparauit,

VEL mea erga imperatores nostros viuos mortuósque pietas, vel præsens omnium nostrûm, milites, fortuna fidem cuiuis facere potest, mihi hoc imperiũ, vt amplum iudicio vestro, ita re ipsa graue ac solicitum esse. Quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupefaceret, vix ita cõpos mei essem vt aliqua sólatia inuenire ægro animo possem, cogor vestram omnium vicem (quod difficillimum in luctu est) vnus consolari: & ne

tum quidem vbi quónam modo has reliquias duorum exercituũ patriæ conseruare possim, cogitandum est, auertere animum ab assiduo mœrore libet. Præstò est enim acerba memoria,& Scipiones me ambo dies noctésque curis insomniísque agitant,& excitant sæpe somno,neu se, neu inuictos per octo annos in his terris milites suos,commilitones vestros,neu Rempub.patiar inultam: & suam disciplinam suáque instituta sequi iubent: & vt imperiis viuorum obedientior nemo me vno fuerit,ita post mortem suam quod quaq; in re facturos illos fuisse maximè censeam,id optimum ducere vos quoque velim milites, non lamentis lacrymísque tanquam extinctos prosequi:(viuunt enim vigéntque fama rerum gestarum) sed quotiescunque occurret memoria illorũ, velut si adhortantes signúmque dãtes videatis eos,ita prælia inire. Nec alia profectò species hesterno die oculis animísque vestris oblata memorabile illud edidit prælium, quo documentum dedistis hostibus, non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum: & cuius populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade,ex omni profectò sæuitia fortunæ emersuram esse. Nunc qui tãtum ausi estis sponte vestra,experiri libet quantũ audeatis duce vestro authore. non enim hesterno die,quum signum receptui dedi sequẽtibus effusè vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in maiorem gloriam atque opportunitatem voluí:vt postmodum præparati incautos, armati inermes atque etiam sopitos per occasionẽ aggredi possetis.Nec huius occasionis spem,milites,fortè temere,sed ex re ipsa conceptam habeo.A vobis quoque profectò siquis quærat quónam modo pauci à multis, victi à victoribus castra tutati sitis: nihil aliud respondeatis, quàm idipsum timentes vos, omnia & operibus firmata habuisse,& ipsos paratos instructósq; fuisse.Et ita se res habet: ad id quod ne timeatur, fortuna facit, minimè cauti sunt homines:quia quod neglexeris, incautũ atque apertum habeas.Nihil omnium nunc minus metuunt hostes,quàm ne obsessi modò ipsi atque oppugnati,castra sua vltrò oppugnemus.Audeamus quod credi non potest ausuros nos:eo ipso quòd difficillimum videtur,facillimum erit. Tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos:exploratum habeo, non vigiliarum ordinem, non stationes iustas esse: clamor in portis auditus, & primus impetus, castra ceperit.tum inter torpidos somno, pauentésque ad necopinatum tumultum,& inermes in cubilibus suis oppressos, illa cædes edatur,à qua vos hesterno die reuocatos ægrè ferebatis. Scio audax videri consilium: sed in rebus asperis & tenuibus fortissima quæque cõsilia tutissima sunt:quia si in occasionis momento,cuius præteruolat opportunitas,cunctatus paulùm fueris,nequicquam mox omissam quæras. Vnus exercitus in propinquo est:duo haud procul absunt:nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est, & iam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, & hesternæ eruptionis fama contenti desierimus, periculum est ne omnes duces omnésque copiæ cõueniant.Tres deinde duces,tres exercitus sustinebimus hostiũ, quos Cn. Scipio incolumi exercitu nõ sustinuit? Vt diuidendo copias periere duces nostri,ita separati ac diuisi opprimi possunt hostes.Alia belli gerendi via nulla est: proinde nihil præter noctis proximæ opportunitatem expectemus.Ite,diis bene iuuãtibus, corpora curate,vt integri vigentésque,eodem animo in castra hostium irrumpatis quo vestra tutati estis.

Ex vicesimosexto libro ab vrbe condita.

ORATIO VIBII VIRII CAMPANI AD CAMpanos,qua ne se dedant Romanis,dissuadet.

ARGVMENTVM.

Annibal, quum nec Capuam propter obsidionem Romanorum venire posset, nec hostes congredi vellent:consilium Romæ obsidendæ,quod iãdiu animo conceperat,perficere placuit. Interim longa obsidione defatigati Campani, maximè transfugarum supplicio, consilium inibant dedendæ Romanis Capuæ.Ac quum hac de re sententiam omnes rogarentur, Vibius Virius,qui author fuerat defectionis ab Romanis, rogatus sententiam,ita Campanorum animos à deditione auertere conabatur.

QVid vos eam deditionem fore censetis, qua quondam vt aduersus Samnites auxilium impetraremus, nos nostráque omnia Romanis dedimus? Iam è memoria ex-

cessit, quo tempore & in qua fortuna à populo Romano defecerimus? iam quemadmodũ in defectione præsidium quod poterat emitti, per cruciatum & ad contumeliam necauerimus? quoties in obsidentes quàm inimici eruperimus? castra oppugnauerimus? Annibalem vocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentissimum est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus? Age contrà, quæ illi infestè in nos fecerint, repetite: vt ex eo quid speretis, habeatis. Quum hostis alienigena in Italia esset, & Annibal hostis, & cuncta bello arderent: omissis omnibus, omisso ipso Annibale, ambos consules & duos consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. Alterum annum circumuallatos inclusósque nos fame macerant, & ipsi nobiscum vltima pericula, grauissimos labores perpessi, circa vallum ac fossas sæpe trucidati, & propè ad extremum castris exuti. Sed omitto hæc. Vetus atque vsitata res est, in oppugnanda hostium vrbe labores ac pericula pati: illud iræ atque odii execrabilis indicium est. Annibal ingentibus copiis peditum equitúmque castra oppugnauit, & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. Profectus trans Vulturnum perussit Calenum agrum: nihil tanta sociorum clade auocati sunt. Ad ipsam vrbem Romam infesta signa ferri iussit: eam quoque tempestatem imminentem spreuerunt. Transgressus Anienem, tria millia passuum ab vrbe castra posuit: postremò ad mœnia ipsa & ad portas accessit: Romam se adempturum eis, nisi omitterent Capuam, ostendit: & non omiserunt. Feras bestias cæco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia & catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam auertas: Romanos Roma circumsessa, coniuges, liberi, quorum ploratus hinc quoque propè exaudiebatur: aræ, foci, deorum delubra, sepulcra maiorum vulsa, temerata, atque violata, à Capua non auerterunt: tanta auiditas supplicii expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. Nec iniuria forsitan: nos quoque idẽ fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quando aliter diis immortalibus visum est, quum mortem ne recusare quidem debeam, cruciatus contumeliásque quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte præterquam honesta, etiam leni possum: nõ videbo App. Claudium & Q. Fuluium victoria insolenti subnixos: neque vinctus per vrbẽ Romam triumphi spectaculum trahar, vt deinde in carcere, aut ad palum deligatus, lacerato virgis tergo, ceruicem securi Romanæ subiiciam: nec dirui incendíque patriam videbo, nec rapi ad stuprum matronas Campanas, virginésque, & ingenuos pueros. Albam, vnde ipsi oriundi erant, à fundamentis proruerunt, ne stirps, ne memoria originum suarum extaret: nedum eos Capuæ parsuros credam, cui infestiores quàm Carthagini sunt. Itaque quibus vestrûm antè fato cedere, quàm hæc tot & tã acerba videant, in animo est, iis apud me hodie epulæ instructæ paratæque sunt: satiatis vino cibóque, poculũ idẽ quod mihi datum fuerit, circumferetur. Ea potio corpus à cruciatu, animum à cõtumeliis, oculos, aures, à videndis audiendísque omnibus acerbis indignísque quæ manent victos, vindicabit. Postea parati erunt qui magno rogo in propatulo ædium accenso corpora exanima iniiciãt. Hæc vna via & honesta & libera ad mortem: & ipsi virtutem mirabuntur hostes, & Annibal fortes socios sciet à se desertos ac proditos esse.

ORATIO M. MARCELLI AD P. C. SE aduersus Syracusanos oratores defendentis.

ARGVMENTVM.

Missi erant Romam à Syracusanis oratores, qui de iniuriis illatis à Marcello quum Syracusas cepit, conquererentur. Intromissi in senatum, inter alia etiam illud obiiciebant quòd Syracusas vi & armis, quàm deditione capere maluisset: principes ea causa ad se missos sæpe auersatus, re infecta remisisset: captã vrbem spoliasset: mœnia domósque diruisset: fana deûm diripuisset: bona singulis ademisset. De his questi Marcello præsente, quũ iussi abirent, à Marcello reuocati sunt, quibus præsentibus, ita vt sequitur, se defendit,

NOn adeo maiestatis populi Romani imperiíque huius oblitus sum, P. C. vt si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus causam accusantibus Græcis fuerim. Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, sed quid isti pati debuerint: qui si non fuerunt hostes, nihil interest, nunc, an viuo Hierone Syracusas violauerim: sin autem desciuerunt, legatos nostros ferro atque armis petierunt, vrbẽ ac mœnia clauserunt, exercitúmq; Carthaginiensium aduersus nos tutati sunt: quis passos esse hostilia, quum fecerint, indignatur? Tradentes vrbem principes Syracusanorum auersatus sum? Sosin & Mericum

Hiſpanum,quibus tantam rem crederem,potiores habui? Non eſtis extremi Syracuſanorum,quippe qui aliis humilitatem obiiciatis. Quis eſt veſtrûm qui ſe mihi portas aperturũ, qui armatos milites meos in vrbem accepturum promiſerit? Odiſtis & execramini eos qui fecerunt,& ne hîc quidem contumeliis in eos dicendis parcitis: tantum abeſt vt & ipſi tale quicquam facturi fueritis. Ipſa humilitas eorum, P. C. quam iſti obiiciunt, maximo argumento eſt,me neminem qui nauatam operam reipublicæ noſtræ velit, auerſatum eſſe:& antequam obſiderem Syracuſas, nunc legatis mittendis,nunc ad colloquium eundo, tentaui pacem: & poſteaquam neque legatos violandi verecundia erat, nec mihi ipſi congreſſo ad portas cum principibus reſponſum dabatur, multis terra marique exhauſtis laboribus,tandem vi atque armis Syracuſas cepi.Quæ captis acciderint,apud Annibalem & Carthaginienſes victóſque, iuſtius quàm apud victoris populi Romani ſenatum quererentur. Ego P.C.Syracuſas ſpoliatas ſi negaturus eſſem, nunquam ſpoliis earum vrbem Romam exornarem.Quæ autem ſingulis victor aut ademi,aut dedi, cum belli iure,tum ex cuiuſq; merito ſatis ſcio me feciſſe. Ea vos rata habeatis, P. C. necne, magis reipub.intereſt quàm mea.Mea quippe fides exoluta eſt:ad remp. pertinet,ne acta mea reſcindendo, alios in poſterum ſegniores duces faciatis.Et quoniam coràm,& Siculorũ & mea verba audiſtis, P.C. ſimul templo excedemus,vt me abſente liberius conſuli ſenatus poſſit.

ORATIO P. SCIPIONIS AD veteres milites.

ARGVMENTVM.

P.Scipio is cuius pater atque patruus in Hiſpania interfecti fuerant, omnium centuriarum tribuúmve conſenſu ante quartum & viceſimũ annum ad bellum Hiſpanicum imperator delectus erat.Iam verò ad id tempus,vetus exercitus patris atque patrui in Hiſpania manſerat,ad quẽ Tarracone primo vere veniens, quum Iberum traiecturus eſſet, ita eius exercitus animos ad bellum præparauit,

NEmo ante me nouus imperator militibus ſuis, priuſquã eorum opera vſus eſſet, gratias agere iure ac meritò potuit:me vobis, priuſquam prouinciã aut caſtra viderem, obligauit fortuna: primùm, quòd ea pietate erga patrẽ patruúmq; meũ viuos mortuóſque fuiſtis:deinde,quòd amiſſam tanta clade prouinciæ poſſeſſionem, integram & populo Rom.& ſucceſſori mihi virtute veſtra obtinuiſtis. Sed quum iam benignitate deûm id paremus atque agamus, non vt ipſi maneamus in Hiſpania,ſed ne Pœni maneant, nec vt pro ripa Iberi ſtantes arceamus tranſitum hoſtis, ſed vt vltrò tranſeamus,transferamúſque bellum: vereor ne cui veſtrûm maius id audaciúſque conſilium,quàm aut pro memoria cladium nuper acceptarum, aut pro ætate mea videatur. Aduerſæ pugnæ in Hiſpania, nullius in animo quàm meo minus obliterari poſſũt: quippe cui pater & patruus,intra triginta dierum ſpatiũ,vt aliud ſuper aliud cumularetur familiæ noſtræ funus,interfecti ſunt. Sed vt familiaris penè orbitas ac ſolitudo frangit animum, ita publica cum fortuna tum virtus deſperare de ſumma rerum prohibet, eo fato, quo donata nobis ſors eſt, vt magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera omitto,Porſenam,Gallos,Samnites:à Punicis bellis incipiã. Quot claſſes, quot duces, quot exercitus priore bello amiſſi ſunt? Iã quid hoc de bello memorem?omnibus aut ipſe adfui cladibus,aut quibus abfui,maximè vnus omniũ eas ſenſi.Trebia,Thraſymenus, Cannæ, quid aliud ſunt quàm monumẽta occiſorũ exercituũ cõſulúmq; Romanorũ?Adde defectionẽ Italiæ,Siciliæ,maioris partis Sardiniæ:adde vltimum terrorem ac pauorem, caſtra Punica inter Anienem & mœnia Romana poſita, & viſum propè in portis victorem Annibalem.In hac ruina rerum ſtetit vna integra atque immobilis virtus populi Romani,hæc omnia ſtrata humi erexit ac ſuſtulit. Vos omnium primi,milites, poſt Cannenſem cladem vadenti Aſdrubali ad Alpes Italiámque (qui ſi ſe cum fratre coniunxiſſet,nullum iam nomen eſſet populi Romani)ductu auſpicióque patris mei obſtitiſtis:& hæ ſecundæ res illas aduerſas ſuſtinuerunt. Nunc benignitate deûm omnia ſecunda,proſpera,in dies lætiora ac meliora in Italia Siciliáque geruntur. In Sicilia Syracuſæ,Agrigentúmq; captũ, pulſi tota inſula hoſtes, receptáque prouincia in ditionem populi Rom.eſt. In Italia Arpi recepti,Capua capta,iter omne ab vrbe Roma trepida fuga emenſus Annibal, in extremum angulum agri Brutii compulſus, nihil iam magis preca-

ur deos quàm vt incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conueniat, milites, quàm quum aliæ super alias clades cumularentur, ac dii propè ipsi cum Annibale starent, vos hic cum parentibus meis (æquentur enim ipsi etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani: nunc eosdem, quia illic omnia secunda lætáque sunt, animis deficere? Nuper quoque quæ acciderunt, vtinam tam sine meo luctu quàm vestro transissent. Nunc dii immortales imperii Rom. præsides, qui centuriis omnibus vt mihi imperiũ iuberent dari, fuere authores, iidem auguriis auspiciísq;, & per nocturnos etiam visus omnia læta & prospera portendunt. Animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, præsagit nostram Hispaniam esse: breui extorre hinc omne Punicum nomen maria terrásque fœda fuga impleturum. Quod mens sua spõte diuinat, idem subiicit ratio haud fallax. Vexati ab iis socii, nostram fidẽ per legatos implorant: tres duces discrepantes, propè vt defecerint alii ab aliis, trifariam exercitus in diuersissimas regiones distraxere. Eadem in illos ingruit fortuna quæ nuper nos afflixit: nam & deseruntur à sociis, vt prius ab Celtiberis nos: & diduxerunt exercitus, quæ patri patruóque meo causa exitii fuit: nec discordia intestina coire eos in vnum sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modò, milites, fauete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorũ, velut accisis recrescenti stirpibus. Agite, veteres milites, nouum exercitum nouúmque ducem traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis sæpe à vobis peragratas: breui faciam vt quemadmodum nunc noscitatis in me patris patruíq; similitudinem oris vultúsque, & lineamenta corporis: ita ingenii, fidei, virtutísque exemplum ac effigiem vobis reddam, vt reuixisse aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.

ORATIO P. SCIPIONIS AD MILITES.

ARGVMENTVM.

Traiecto Ibero P. Scipio Carthaginem nouam oppugnare statuerat: iámque ab ea non ita lõgum iter aberat, quum insciis omnibus, præter vnum Lælium, quò proficisci pararet: concione aduocata, ad oppugnationem vrbis ita milites exhortatus est.

AD vrbem vnam oppugnandam si quis vos adductos credit, is magis operis vestri quàm emolumenti rationem exactam, milites, habet. Oppugnabitis enim verè mœnia vnius vrbis: sed in vna vrbe vniuersam ceperitis Hispaniam. Hîc sunt obsides omnium nobilium regum populorúmque: qui simul in potestate vestra erunt, extemplo omnia quæ nunc sub Carthaginiẽsibus sunt, in ditionem nostram tradent. Hîc pecunia omnis hostium, sine qua neque illi gerere bellũ possunt, quippe qui mercenarios exercitus alãt: & quæ nobis maximo vsui ad cõciliandos animos barbarorũ erit. Hîc tormẽta, arma, armamẽta & omnis apparatus belli est, qui simul vos instruet, & hostes nudabit. Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimáque vrbe, tum opportunissima portu egregio, vnde terra marique quæ belli vsus poscunt, suppeditentur: quæ cum magna ipsi habebimus, tum dempserimus hostibus multo maiora. Hæc illis arx, hæc horreum, ærarium, armamẽtarium, hæc omnium rerum receptaculum est: huc rectus ex Africa cursus est: hæc vna inter Pyrenæum & Gades statio, hinc omnis Hispania imminet Africæ. Sed quoniam vos instructos & ordinatos cognosco, ad Carthaginem nouam oppugnandam totis viribus & bono animo transeamus.

ORATIO P. SCIPIONIS AD LVCEIVM CELTIBERORUM PRINCIPEM, QUUM EI SPONSAM REDDIDIT.

ARGVMENTVM.

Hoc ad priorem orationem pertinet. Capta Carthagine noua, quum inter recensendos obsides nomina ciuitatum acciperet Scipio, missis nuntiis admonebat obsidum parentes, vt ad suos quisque recipiendos Carthaginem venirent. Adducta ad eum tum fuit adulta virgo eximiæ atque spectatæ formæ, ex qua percontatus ipse patriam & parentes, quũ acciperet, eam desponsatam Luceio adolescenti Celtiberorũ principi, extẽplo parentes sponsúmque acciri iubet. Vbi primùm sponsus venit, hoc eum sermone alloquitur.

IVuenis iuuenem appello: quo minus sit inter nos huius sermonis verecundia. Ego, quũ sponsa tua capta à militibus nostris ad me deducta esset, audirémq; eam tibi cordi esse,

& fomnia faceret fidem: quia ipse, si frui liceret ludo ætatis, præsertim illecto recto, legitimóque amore,& non resp.animum nostrum occupasset,veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem:tuo,cuius sponsa est,amori faueo.Fuit sponsa tua apud me, eadem qua apud soceros tuos parentésque suos, verecundia. seruata est tibi, vt inuiolatum & dignum me téque dari tibi donum posset.Hanc mercedem vnam pro eo munere paciscor, amicus populo Rom.sis:&,si me virum bonum credis esse, qualem patrem patruúmque meum iam antè hæ gentes norant,scias multos nostri similes in ciuitate Romana esse,nec vllum in terris populum hodie dici posse quem minus tibi hostem tuísque esse velis, aut amicum malis.

Ex vigesimoseptimo libro ab vrbe condita.

ORATIO M. MARCELLI AD SVOS.

ARGVMENTVM.

Canusinos Annibal ad defectionem solicitans,quum Marcellum aduersus se contendere audiret,tum castra inde mouere cœpit.Marcellus eum breui interuallo consequutus,tandem nihil magis quàm iustum prælium detrectantem,ad id quod vitabat certamen traxit. Vesperi congressos,æquo marte nox diremit. Postero die vtrinque cõcursum est:fusi Romani primùm,deinde fugati,cæsis millibus duobus & septingentis.Ex ea pugna qui restiterant, in castra receptos, Marcellus ita obiurgauit,

DIis immortalibus,vt in tali re,laudes gratésque ago,quòd victor hostis,cùm tanto pauore incidentibus vobis in vallum portásque, non ipsa castra est aggressus.Deseruissetis profectò eodem terrore castra quo omisistis pugnã. Qui pauor hic? qui terror? quæ repentè,qui,& cum quibus pugnaretis, obliuio animos cepit? Nẽpe iidem sunt ii hostes quos vincendo & victos sequendo, priorẽ æstatẽ absumpsistis: quibus dies noctésque fugientibus,per hos dies institistis:quos leuibus præliis fatigastis:quos hesterno die nec iter facere,nec castra ponere passi estis. Omitto ea quibus gloriari potestis: &,cuius ipsius pudere ac pœnitere vos oportet,referam. Nempe æquis manibus hesterna die diremistis pugnam: quid hæc nox,quid hæc dies abstulit? vestræ his copię imminutæ sunt? an illorum auctæ?Non equidem mihi cum exercitu meo loqui videor, nec cum Romanis militibus: corpora tantùm atque arma eadem sunt. An si eosdem animos habuissetis,terga vestra vidisset hostis?signa alicui manipulo aut cohorti abstulisset? Nõ adhuc cæsis Romanis legionibus gloriabatur:vos illi hodierno die primùm fugati exercitus dedistis decus.

ORATIO ANNIBALIS AD SVOS.

ARGVMENTVM.

Hoc cum proximo coniunctum est.Milites quum iure se à Marcello obiurgatos intelligerent,clamore sublato precabantur atque orabant vt eius modò pugnæ gratiam faceret:ita vbi vellet,militum suorum animos experturum.Tum Marcellus in aciem eos se educturum postero die dicit,vbi victores potius quàm victi veniam impetrarent.Postero die,vt iussi erant, armati conueniunt.Quod vbi ad Annibalem allatum est,tum in hæc verba suos præparauit,

CVm eo nimirum hoste res est qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit,ferociter instat victis:seu victus est,instaurat cum victoribus certamen.

Ex vigesimooctauo libro ab vrbe condita.

ORATIO P. SCIPIONIS AD MILITES.

ARGVMENTVM.

Sucrone ad præsidium octo millia militum relicta erant:ii nimia primùm licentia ex diutino otio collecta,deinde audita morte (incertis authoribus) Scipionis imperatoris,seditionẽ mouent.Ac primùm tribunos quum viderent non modò in sententiam suam non descendere velle,sed iis quæ conabantur,obuiã ire:ex castris fugant. Tum ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum, & C. Atrium Vmbrum, communi consensu imperii

summam deferunt: qui tribunitiis ornamentis non contenti, summi etiam magistratus insignia, vt fasces, vt secures, assumunt. Non ita multo post nuntii certi & viuere Scipionem, & valere afferunt: quæ res ita omnium animos discruciabat vt iam imperatores ipsi sua insignia exhorrerent: vulgus tantùm iactaret id factum esse quòd non ad diem ipsum stipendia data & impensa essent. Carthaginem deinde interiectis aliquot diebus seditiosi omnes ingressi, postero die vocati ad concionem à Scipione, hac concione reprehensi sunt, duces & authores capitali supplicio damnati.

NVnquam mihi defuturam orationem, quia exercitum meum alloquerer, credidi: non quòd verba vnquam potius quàm res exercuerim, sed quia propè à pueritia in castris habitus, assueueram militaribus ingeniis. Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat: quos ne quo nomine quidem appellare debeam, scio. Ciues? qui à patria vestra desciuistis? An milites? qui imperium auspiciúmque abnuistis? sacramenti religionem rupistis? Hostes? corpora, ora, vestitum, habitum ciuium agnosco: facta, dicta, consilia, animos hostium video. Quid enim vos, nisi quod Ilergetes & Lacetani, aut optastis aliud aut sperastis? Et illi tamen Mandonium atque Indibilem regiæ nobilitatis viros, duces furoris sequuti sunt: vos auspicium & imperium ad Vmbrum Atrium & Albium Calenum detulistis. Negate vos id omnes fecisse, aut factum voluisse, milites: paucorum eum furorem atque amentiam esse. Libenter credam negantibus. nec enim ea sunt commissa quæ vulgata in omnem exercitum, sine piaculis ingentibus expiari possint. Inuitus ea tanquam vulnera attingo: sed nisi tacta tractatáque, sanari non possunt. Equidem pulsis Hispania Carthaginiensibus, nullum locũ in tota prouincia, nullos homines credebam esse, vbi vita inuisa esset mea: sic me non solùm aduersus socios gesseram, sed etiam aduersus hostes. In castris meis (heu quantum me opinio fefellit) fama mortis meæ non accepta solùm, sed etiam expectata est: nõ quòd ego vulgari facinus per omnes velim: (equidem si totum exercitum meum mortem mihi optasse crederem, hîc statim ante oculos vestros morerer, nec me vita iuuaret inuisa ciuibus & militibus meis) sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est: vt vẽti & auræ cient, ita aut tranquillum aut procellæ in vobis sunt: & causa atque origo omnis furoris penes authores est: vos contagione insanistis. Quin mihi ne hodie quidem scire videmini quò amentiæ progressi sitis: quid facinoris in me, quid in patriam, parentésque ac liberos vestros: quid in deos sacramenti testes, quid aduersus auspicia, sub quibus militastis, quid aduersus morem militiæ, disciplinámque maiorum, quid aduersus summi imperii maiestatem ausi sitis. De meipso taceo: temere potius quàm auidè crediderítis: is denique ego sim, cuius imperii tædere exercitum minimè mirandum sit. Patria quid de vobis meruerat? quam, cum Mandonio & Indibili consociando consilia, prodebatis? Quid populus Romanus? cuius imperium ablatum ab tribunis suffragio populi creatis, ad homines priuatos detulistis? quum eò ipso non contenti si pro tribunis illos haberetis, fasces imperatoris vestri ad eos quibus seruus cui imperaret, nunquã fuerat, Romanus exercitus detulistis? In prætorio tetenderũt Albius & Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est: sederunt in tribunali proconsulis P. Scipionis: lictor apparuit, summouente eo incesserunt, fasces cum securibus prælati sunt. Lapides pluere, & fulmina iaci de cælo, & insuetos fœtus animalia edere, vos portenta esse putatis: hoc est portentum quod nullis hostiis, nullis supplicationibus, sine sanguine eorum qui tantum facinus ausi sunt, expiari possit. Atque ego, quanquam nullum scelus rationem habet, tamen vt in re nefaria, quæ mens, quod cõsilium vestrum fuerit, scire velim. Rhegium quondam in præsidium missa legio, interfectis per scelus principibus ciuitatis, vrbem opulentam per decem annos tenuit: propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romano securi percussi sunt. Sed illi tamen non Atrium Vmbrum, semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium tribunum militum sequuti sunt. nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis hostibus populi Rom. se coniunxerant: vos cum Mandonio & Indibili consilia communicastis, & arma consociaturi fuistis. Illi, sicut Campani Capuam Tuscis veteribus cultoribus ademptam, Mamertini in Sicilia Messanam: sic tum Rhegium habituri perpetuam sedem erant, nec populum Rom. nec socios populi Rom. vltrò lacessituri bello. Sucronémne vos domicilium habituri eratis? vbi si vos decedens cõfecta prouincia imperator relinquerem, deûm hominúmque fidem implorare debebatis. quòd non rediretis ad coniuges liberósque vestros. Sed horum quoque memoriã, sicut pa-

triæ meíque, eieceratis ex animis vestris. Viam consilii scelerati, sed non ad vltimum dementis, exequi volo. Méne viuo, & cætero incolumi exercitu, cum quo ego die vno Carthaginem cepi, cum quo quatuor imperatores, quatuor exercitus Carthaginiensium fudi, fugaui, Hispania expuli: vos octo millia hominum, maioris certè omnes pretii quàm Albius & Atrius sunt, quibus vos subiecistis, Hispaniam prouinciam populo Rom. erepturi eratis? Amolior & amoueo nomẽ meum: nihil vltra facilè creditam mortem meam à vobis violatus sim: quid? si ego morerer, mecum expiratura resp. mecum casurum imperium populi Rom. erat? Ne istud Iupiter optimus maximus fierit, vrbem auspicatò diis authoribus in æternum conditam, huic fragili & mortali corpori æqualem esse. Flaminio, Paulo AEmilio, Graccho, Posthumio Albino, M. Marcello, T. Q. Crispino, C. Fuluio, Scipionibus meis tot tam præclaris imperatoribus vno bello absumptis superstes est populus Rom. eritque mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus: meo vnius funere elata resp. esset? Vos ipsi hîc in Hispania, patre & patruo meo, duobus imperatoribus interfectis, Septimium Martium ducem vobis aduersus exultantes recenti victoria Pœnos delegistis: & sic loquor tanquam sine duce Hispaniæ futuræ fuerint. M. Syllanus eodem iure, eodem imperio mecum in prouinciam missus, L. Scipio frater meus, & C. Lælius legati, vindices maiestatis imperii deessent? Vtrum exercitus exercitui, an duces ducibus, an dignitas, an causa comparari poterat? Quibus si omnibus superiores essetis, arma contra patriam, contra ciues vestros ferretis? Africam Italiæ, Carthaginem vrbi Romæ imperare velletis? Quã ob noxam patriæ? Coriolanum quondam damnatio iniusta, miserum & indignum exilium, vt iret ad oppugnandam patriam impulit, reuocauit tamen à publico parricidio priuata pietas: vos qui dolor, quæ ira incitauit? stipendiúmne diebus paucis imperatore ægro serius numeratum, satis digna causa fuit cur patriæ indiceretis bellum? cur ad Illergetes desciceretis à populo Rom. cur nihil diuinarum humanarúmve rerum inuiolatum vobis esset? Insanistis profectò, milites: nec maior in corpus meum vis morbi quàm in vestras mentes inuasit. Horret animus referre quid crediderint homines, quid sperauerint, quid optauerint: auferat omnia irrita obliuio, si potest: si non, vtcunque silentium tegat. Nõ negauerim tristem atrocémque vobis visam orationem meam: quanto creditis facta vestra atrociora esse quàm dicta mea? & me, quæ fecistis, pati æquum censetis: vos ne dici quidẽ omnia æquo animo feretis? Sed ne ea quidem ipsa vltrà exprobrabuntur: vtinam tam facilè vos obliuiscamini eorum quàm ego obliuiscar. Itaque quod ad vos vniuersos attinet, si erroris pœnitet, satis superque pœnarum habeo. Albius Calenus, & Atrius Vmber, & cæteri nefariæ seditionis authores, sanguine luent quod admiserunt. Vobis supplicii eorum spectaculum non modò non acerbum, sed lætum etiam, si sana mens rediit, debet esse. De nullis enim quàm de vobis infestius aut iniquius consuluerunt.

ORATIO SAGVNTINORVM ad P. C. in senatu.

ARGVMENTVM.

Secundum bellum Punicum susceptum erat nomine Saguntinorum, quorum oppidum quum Annibal summa vi oppugnaret, missis Romam oratoribus auxilium socii aduersus Pœnos petierũt. Annibali verò, quum legationibus factis eo nomine multis, nihilominus in oppugnando perstaret, authoritate senatus bellum fuit indictum. Ita quicquid gestum, quantumcunque cladium & incommodorum acceptum erat, nomine ac causa ipsorum acceptum. Itaque ne ingrati meritò ac iure videri dicique possent, in secundis rebus suis & Romanorum, legatos Romam mittunt, qui pro tot beneficiis gratias agerent, gratularentúrque bellum illud feliciter tandem successisse. Ii in senatum introducti sic loquuti sunt,

ETsi nihil vltrà malorum est P. C. quàm quod passi sumus, vt ad vltimum fidem vobis præstaremus: tamen ea vestra merita imperatorúmque vestrorum erga nos fuerunt, vt nos cladium nostrarum non pœniteat. Bellum propter nos suscepistis, susceptúmq; quartumdecimum annum tam pertinaciter geritis vt sæpe ad vltimum discrimen & ipsi veneritis, & populum Carthaginiensem adduxeritis. Quum in Italia tam atrox bellum & Annibalem hostem haberetis, consules cum exercitu in Hispaniam velut ad colligendas reliquias naufragii nostri misistis. P. & Cn. Cornelii ex quo in prouinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quæ nobis secunda quæque aduersa hostibus nostris essent, facere. Iam

Iam omniū primùm oppidum nobis restituerunt: per omnē Hispaniam ciues nostros venundatos, dimissis qui conquirerent, ex seruitute in libertatem restituerunt. Quum iam propè esset vt optabilem ex miserrima fortunam haberemus, P. & Cn. Cornelii imperatores vestri luctuosius nobis propè quàm vobis perierunt. Tum verò ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam videbamur, vt iterum periremus, & alterum excidium patriæ videremus: nec ad perniciem nostram Carthaginiensi vtique aut duce aut exercitu opus esse: ab Turdetanis veterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii nobis causâ fuerant, extingui posse: quum ex insperato repentè nobis misistis hunc P. Scipionem, quē, fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur, quia consulem declaratum vidimus, ac vidisse nos ciuibus nostris renuntiaturi sumus, spem, opem, salutémque nostram: qui quū plurimas hostium vestrorum in Hispania cepisset vrbes, vbique ex captorum numero excerptos Saguntinos in patriam remisit. Postremò Turdetaniam adeo infestam nobis vt illa gente incolumi stare Saguntum non posset, ita bello afflixit vt non modò nobis (absit verbo inuidia) sed ne posteris quidem timenda nostris esset. Deletam vrbem cernimus eorum quorum in gratiam Saguntum deleuerat Annibal. Vectigal ex agro eorum capimus: quod nobis non tam fructu iucundius est quàm vltione. Ob hæc, quibus maiora nec sperare nec optare ab diis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Saguntinus Senatus populúsque ad vos misit: simul gratulatum quòd ita res per hos annos in Hispania atque in Italia gessistis, vt Hispaniam non Ibero amne tenus, sed quà terrarum vltimus finis Oceanus, domitam armis habeatis: Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno. Ioui optimo maximo præsidi Capitolinæ arcis non grates tantùm ob hæc agere iussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ ergo ferre. Id vti permittatis quæsumus, vtique, si vobis ita videtur, quæ nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua authoritate vestra faciatis.

ORATIO Q. FABII MAXIMI, QVA SCIPIONI AFRICAM PROUINCIAM DECERNI DISSUADET.

ARGVMENTVM.

Quum in senatu de prouinciis referretur, communis omnium fama erat Africam nouam prouinciam etiam extra sortem P. Scipioni destinatam esse. Ac Scipio ipse iam consulem se declaratum non ad gerendum modò sed ad perficiendum quoque bellum iactabat, quum Q. Fabius Maximus rogatus sententiam, in hæc verba Scipioni decernendam non esse Africam suadere cœpit.

SCio multis vestrûm videri, P. C. rem actam hodierna die agi, & frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re, de Africa prouincia sententiam dixerit. Ego autem primùm illud ignoro, quemadmodum certa iam prouincia Africa consulis viri fortis ac strenui sit, quam nec senatus censuit in hunc annum prouinciam esse, nec populus iussit: deinde, si est, consulem peccare arbitror, qui de re transacta simulando se referre, senatum ludibrio habet, non senatorem modò, qui de quo consulitur, suo loco dicit sententiam. Atque ego certum habeo, dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam traiiciendi, duarum rerum subeundam opinionem esse: vnius, insitæ ingenio meo cunctationis, quam metum pigritiámque homines adolescentes sanè appellent, dum me non pœniteat: (adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea vsu meliora) alterius, obtrectationis atque inuidiæ aduersum crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua suspicione si me neque vita acta, & mores mei, neque dictatura cum quinque consulatibus, tantúmque gloriæ belli domíque partæ vindicat, vt propius fastidium eius sim quàm desideriū: ætas saltem liberet. Quæ enim mihi æmulatio cum eo esse potest qui ne filio quidem meo æqualis sit? Me dictatorem, quū vigerem adhuc viribus, & in cursu maximarū rerū essem, recusantē nemo aut in senatu aut apud populū audiuit quo minus insectātū me magistro equitum (quod fando nunquam antè auditum erat) imperium mecū æquaretur: reb⁹ quàm verbis assequi malui, vt qui aliorū iudicio mihi cōparatus erat, sua mox cōfessione me sibi præferret: nedū ego perfunctus honorib⁹ certamina mihi atq;

æmulationes cum adolescente florentissimo proponam: videlicet vt mihi iam viuendo, non solùm rebus gerendis fesso, si huic negata fuerit, Africa prouincia decernatur: cum ea gloria quæ parta est, viuendum atque moriendum est. Vincere ego prohibui Annibalem, vt à vobis, quorum vigent nunc vires, etiam vinci posset. Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, æquum erit, si, quum in meipso nunquam pluris famam hominum quàm remp. fecerim, ne tuam quidem gloriam bono publico præponam: quanquam si aut bellum nullum in Italia, aut is hostis esset ex quo victo nihil gloriæ quæreretur: qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cum bello materiam gloriæ tuæ ire ereptum videri posset. Quum verò Annibal hostis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obsideat, pœnitebit te P. Corneli gloriæ tuæ, si hostem eum qui tot funerum, tot cladium nobis causa fuit, tu consul Italia expuleris? & sicut penes C. Luctatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te huius fuerit? Nisi aut Amilcar Annibali dux est præferē dus, aut illud bellum huic, aut victoria illa maior clariórque quàm hæc (modò contingat vt te consule vincamus) futura est. Ab Drepano atque Eryce detraxisse Amilcarem, quàm Italia expulisse Pœnos atque Annibalem malis? Ne tu quidem (etsi magis partam quàm speratam gloriam amplecteris) Hispania potius quàm Italia bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Annibal quem non magis timuisse videatur quàm contempsisse, qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris? nec per istos circuitus, vt quum in Africam traieceris, sequuturum te illuc Annibalem speres, potius quàm recto hinc itinere, vbi Annibal est, eò bellum intendis? Egregiam istam palmam belli Punici patrati petis? Hoc & natura prius est, tua quum defenderis, aliena ire oppugnatum. Pax antè in Italia quàm bellum in Africa sit: & nobis prius decedat timor quàm vltrò aliis inferatur. Si vtrúque tuo ductu auspicióque fieri potest, Annibale hîc victo, illic Carthaginem expugna: si alterutra victoria nouis consulibus relinquenda est, prior cum maior clariórque, tum causa etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem præterquam quòd & in Italia & in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium non potest, præterquam quòd vnde classes tueamur, vnde commeatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est: periculi tandem quantū adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid si (quod omnes dii omen auertant, & dicere etiam reformidat animus: sed quæ acciderunt, accidere possunt) victor Annibal ire ad vrbem pergat? tū demū te cōsulē ex Africa, sicut Q. Fuluiū à Capua, accersemus? Quid quòd in Africa quoq; mars cōmunis belli erit? Domus tibi tua, pater patruúsq; intra triginta dies cū exercitibus cæsi, documento sint, vbi per aliquot annos maximis rebus terra mariq; gerendis amplissimū nomen apud exteras gentes populi Rom. vestræque familiæ fecerant. Dies me deficiat si reges imperatorésque temere in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis exercituúmque suorum, enumerare velim. Athenienses, prudentissima ciuitas, bello domi relicto, authore æquè impigro atq; nobili iuuene, magna classe in Siciliā transmissa, vna nauali pugna florētem remp. suam in perpetuū afflixerunt. Externa & nimis antiqua repeto: Africa eadem ista, & M. Attilius, insigne vtriusque fortunæ exemplum, nobis documento sint. Næ tibi, P. Corneli, quū ex alto Africam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. Quid enim simile? Pacato mari præter oram Italiæ Galliæque vectus, Emporias in vrbē sociorum classem appulisti, & expositos milites per tutissima omnia ad socios & amicos populi Rom. Tarraconem duxisti. Ab Tarracone deinde iter per præsidia Romana circa Iberum exercitus patris patruíque tui, post amissos imperatores, ferociores ipsa calamitate facti: & dux tumultuarius quidem ille L. Martius, & militari suffragio ad tempus lectus, cæterùm, si nobilitas ac iusti honores adornarent, claris imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per summum otium Carthago, nullo trium Punicorum exercituum socios defendente. Cætera (neque ea eleuo) nullo tamen modo Africo bello comparanda, vbi non portus vllus classi nostræ apertus, non ager pacatus, non ciuitas socia, non rex amicus, non consistendi vsquam locus, non procedendi: quacunque circumspexeris, hostilia omnia atque infesta. An Syphaci Numidísque credis? Satis sit semel creditum. NON semper temeritas est felix: & fraus fidem in paruis sibi præstruit, vt quum operæpretium sit, cum mercede magna fallat. Nō hostes patrem patruúmque tuum armis prius quàm Celtiberi socii fraude circumuenerunt: nec tantum tibiipsi à Magone & Asdrubale hostiū ducibus, quantum ab Indibili & Mādonio in fidem acceptis periculi fuit. Numidis tu credere

potes, defectionem militum tuorum expertus? Et Syphax & Massinissa se, quàm Carthaginienses, malũt potentes in Africa esse: Carthaginienses, quàm quenquã alium. Nũc illos æmulatio inter sese, & omnes causæ certaminum acuunt, quòd metus externus procul est. Ostende illis Romana arma, & exercitum alienigenã: iam velut ad cõmune restinguendũ incendium concurrent. Aliter iidem illi Carthaginiẽses Hispaniã defenderunt: aliter mœnia patriæ, tẽpla deûm, aras & focos defendent, quum euntes in prælium pauida prosequetur coniunx, & parui liberi occursabunt. Quid porro si satis confisi Carthaginienses cõsensu Africæ, fide sociorum regum, mœnibus suis, quũ tuo exercitúsq; tui præsidio nudatam Italiã viderint, vltrò ipsi nouum exercitũ in Italiam aut ex Africa miserint, aut Magonem, quem à Balearibus classe transmissa iam præter oram Ligurum Alpinorum vectari constat, Annibali se coniungere iusserint? Nempe in eodem terrore erimus in quo nuper fuimus quũ Asdrubal in Italiã transcendit: quem tu, qui non solùm Carthaginem, sed omnẽ Africam exercitu tuo es clausurus, è manibus tuis in Italiam emisisti. Victum à te dices? Eo quidem minus vellem, & id tua, non reip. solùm causa, iter datum victo in Italiam esse. Patere nos omnia quę prospera tibi & populi Rom. imperio euenere, tuo consilio assignare: aduersa casibus incertis belli & fortunæ allegare. quo melior & fortior es, eo magis talẽ præsidem sibi patria atque vniuersa Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare, vbi Annibal sit, ibi caput atque arcem huius belli esse, quippe qui præ te feras eam tibi causam esse traiiciendi in Africam, vt Annibalem eò trahas. Siue igitur hîc siue illic, cum Annibale est tibi futura res. Vtrũ ergo tandem firmior eris in Africa solus, an hîc, tuo collegæque tui exercitu coniuncto? Ne Claudius quidem & Liuius consules, tam recenti exemplo, quantum id intersit, documento sunt? Quid? Annibalem vtrum tandem extremus angulus Bruttii agri frustra iamdiu poscentem ab domo auxilia, an propinqua Carthago, & tota socia Africa potentiorem armis virísque faciet? Quod istud consilium est, ibi malle decernere vbi tuæ dimidio minores copiæ sint, hostium multo maiores, quàm vbi duobus exercitibus aduersus vnum tot præliis & tam diuturna & graui militia fessum, pugnandũ sit? Quàm compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa. Ille consul profectus in Hispaniam, vt Annibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex prouincia rediit: tu, quum Annibal in Italia sit, relinquere Italiam paras, non quia reipub. id vtile, sed quia tibi amplum & gloriosum censes esse: sicut quum prouincia & exercitu relicto, sine lege, sine senatusconsulto, duabus nauibus populi Rom. imperator fortunam publicam & maiestatem imperii, quæ tum in tuo capite periclitabantur, commisisti. Ego P. Cornelium, P. C. reip. nobísque, non sibiipsi priuatim creatum consulem existimo, exercitúsque ad custodiam vrbis atque Italiæ scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules quò terrarum velint, traiiciant.

ORATIO P. CORNELII SCIPIONIS
orationi præcedenti Q. Fabii respondens.

QVintus Fabius principio orationis P. C. commemorauit in sententia sua posse obtrectationem suspectam esse: cuius ego rei non tam ipse ausim tantum virum insimulare, quàm ꝙ ea suspicio (vitio orationis, an rei) haud satis purgata est. Sic enim honores suos & famam rerum gestarum extulit verbis ad extinguendum inuidiæ crimen, tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur: & non ab eo, qui quia super cæteros excellat, quò me quoq; niti nõ dissimulo, me sibi æquari nolit. Sic senẽ se perfunctũ honoribus, & me infra ætatẽ filii sui posuit, tanquam nõ longius quàm quantum vitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur, maximáque pars eius in memoriam ac posteritatem promineat. Maximo cuique id accidere certum animo habeo, vt se non cum præsentibus modò, sed cum omnis æui claris viris comparet. Equidem haud dissimulo, me tuas Q. Fabi laudes non assequi solùm velle, sed (bona venia tua dixerim) si possim, etiam exuperare. Illud nec tibi in me, nec mihi in minores natu animi sit, vt nolimus quenquam nostri similem euadere ciuem. Id enim non eorum modò quibus inuiderimus, sed reip. & penè omnis generis humani detrimentũ sit. Cõmemorauit quantũ essem periculi aditurus, si in Africam traiicerem, vt meam quoque, non solùm reipub. & exercitus vicem videretur valde solicitus. Vnde hæc repentè de me cura exorta? Quũ pater

patruúsque meus interfecti, quum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent, quũ amissæ Hispaniæ, quum quatuor exercitus Pœnorum quatuórque duces omnia metu armísque tenerent: quũ quæsitus ad id bellũ imperator, nemo se ostéderet præter me, nemo profiteri nomen ausus esset, quũ mihi quatuor & viginti annos nato detulisset imperiũ populus Rom. quid ita tũ nemo ætatem meã, vim hostiũ, difficultatem belli, patris patruiq; recenté cladé cõmemorabat? Vtrũ maior aliqua nũc in Africa calamitas accepta est quàm tunc in Hispania erat? an maiores nunc sunt exercitus in Africa, duces plures melioréfque quàm tunc in Hispania fuerunt? an ætas mea tunc maturior bello gerẽdo fuit quàm nũc est? an cũ Carthaginiẽsi hoste in Hispania quàm in Africa, bellũ geri aptius est? Facile est post fusos fugatósq; quatuor exercitus Punicos, post tot vrbes vi captas, aut metu subactas in ditionem, post perdomita omnia vsque ad Oceanũ, tot regulos, tot sæuas gentes, post receptam totam Hispaniam, ita vt vestigium nullum belli reliquum sit, eleuare meas res gestas, tam hercule quàm si victor ex Africa redierim, ea ipsa eleuare, quæ nunc retinendi mei causa, vt terribilia eadem videãtur, verbis extolluntur. Negat aditum esse in Africam, negat vllos patere portus, M. Attilium captũ in Africa cõmemorat, tanquã M. Attilius primo accessu ad Africã offenderit: neque recordatur illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africæ, & res egregias primo anno gessisse, & quantũ ad Carthaginienses duces attinet, inuictum ad vltimum permãsisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris, si hoc bello, nõ priore: si nuper, & non annis antè quadraginta ista clades accepta foret, quin ego minus in Africã Regulo capto, quàm Scipionibus occisis, in Hispaniam traiicerem. Nec felicius Xãthippũ Lacedæmoniũ Carthagini, quàm me patriæ meæ sinere natũ esse: crescerétque mihi ex eo ipso fiducia, quòd possit in hominis vnius virtute tãtum momenti esse. At etiã Atheniẽses audiendi sunt, temere in Siciliã omisso domi bello transgressi. Cur ergo (quoniã Græcas fabulas narrare vacat) non Agathoclem potius Syracusanũ regé, quũ diu Sicilia Punico bello vreretur, trãsgressum in hanc eandem Africã, auertisse eò bellum vnde venerat, refers? Sed quid, vltrò metũ inferre hosti, & ab se remoto periculo, aliũ in discrimen adducere, quale sit, veteribus externísque exẽplis admonere opus est? Maius præsentiúsve vllum exẽplum esse quàm Annibal potest? Multũ interest, alienos populere fines, an tuos vri excindíque videas. Plus animi est inferenti periculum quàm propulsanti. ad hoc, maior ignotarum rerum est terror: bona maláque hostium ex propinquo ingressus fines aspicias. Non sperauerat Annibal fore vt tot in Italia populi ad se deficerent quot defecerunt post Cannensem cladem: quanto minus quicquam in Africa Carthaginiensibus firmum ac stabile est, infidis sociis, grauibus ac superbis dominis? Ad hæc, nos etiam deserti ab sociis, viribus nostris, Romano milite stetimus: Carthagine nihil ciuilis roboris est: mercede paratos milites habent, Afros Numidásque, leuissima fidei mutandæ ingenia. Hîc modò nihil moræ sit, vnà & traiecisse me audietis, & ardere bello Africã, & molienté hinc Annibalem, & obsideri Carthaginem. Lætiores & frequentiores ex Africa expectate nuntios quàm ex Hispania accipiebatis. Has mihi spes subiicit fortuna populi Romani, dii fœderis ab hoste violati testes, Syphax & Massinissa reges, quorum ego fidei ita innitar vt bene tutus à perfidia sim. Multa quæ nunc ex interuallo non apparent, bellum aperiet: & ID est viri & ducis, non deesse fortunæ præbenti se, & oblata casu, flectere ad consilium. Habebo, Quinte Fabi, parem quidem Annibalem: sed illum potius ego traham quàm ille me retineat. In sua terra cogam pugnare eum, & Carthago potius præmium victoriæ erit quàm semiruta Brutiorum castella. Nequid interim dum traiicio, dum expono exercitum in Africam, dum castra ad Carthaginem promoueo, Respublica hîc detrimenti capiat, quod tu Q. Fabi, quum victor tota Italia volitaret Annibal, potuisti præstare, hoc vide ne contumeliosum sit, concusso iam & penè fracto Annibale, negare posse P. Licinium consulem virum fortissimum præstare, qui, ne à sacris absit pontifex maximus, ideo in sortem tam longinquæ prouinciæ non venit. Si hercule nihilo maturius hoc quo ego censeo modo perficeretur bellum, tamen ad dignitatem populi Rom. famámq; apud reges gẽtésque externas pertinebat, non ad defendendam modò Italiam, sed ad inferenda etiam Africæ arma, videri nobis animum esse: nõ hoc credi vulgaríque, quod Annibal ausus sit, neminé ducem Rom. audere: & priore Punico bello, tum quũ de Sicilia certaretur, toties Africam nostris exercitibus & classibus oppugnatam: nunc autem quum de Italia certatur, Africam pacatam esse. Requiescat aliquando vexata tandiu Italia: vratur euaste-

túrque inuicem Africa. Castra Romana potius Carthaginis portis immineant, quàm nos iterum vallum hostium ex mœnibus nostris videamus. Africa sit reliqui belli sedes: illuc terror, fugáque, populatio agrorum, defectio sociorum, cæteræ belli clades, quæ in nos per XIIII annos ingruerunt, vertantur. Quæ ad remp. pertinent, & bellum quod instat, & prouincias de quibus agitur, dixisse satis est. Illa longa oratio nec ad vos pertinens sit, si, quémadmodum Q. Fabius meas res gestas in Hispania eleuauit, sic & ego contrà gloriam eius eludere, & meam verbis extollere velim. Neutrum faciam P.C. &, si nulla alia re, modestia certè, & temperamento linguæ, adolescens senem vicero. ita & vixi & res gessi, vt tacitus ea opinione quam vestra sponte conceptam animis haberetis, facilè contentus essem.

Ex vicesimonono libro ab vrbe condita.

ORATIO LOCRENSIVM IN SENATV.

ARGVMENTVM.

Q. Pleminius legatus erat, quem P. Scipio Messanam traiiciens militibus ad præsidium Locrorum præfecerat. is statim, atque milites, nulla seruata disciplina militari, nullo more maiorum, voluptates modò voluptatúmque illectamenta consectari cœperunt, ita vt iam nullum adeo fœdum atque infandum facinus reperiri posset quod non auderent. Vt virgines, coniuges, adolescentes, inuitis etiam parentibus ad fœdam libidinem explendam raptos prætercam, non templis deûm abstinebant. Thesauri erant Proserpinæ; ad eam diem; nisi à Pyrrho, (qui violatæ religionis pœnas acerrimas dederat) intacti: eos diripuerũt, totúmque fanũ spoliarũt. Locrẽses itaq; quũ se à Romanis plura pati viderẽt quàm à Carthaginiẽsibus vnquã voluissent, mittũt Romã legatos decem, qui in senatũ introducti ita iniurias exposuerũt,

SCio quanti æstimentur nostræ apud vos querelæ, P.C. plurimum in eo momenti esse, si probè sciatis & quomodo proditi Locri Annibali sint, & quomodo pulso Annibalis præsidio, restituti in vestram ditionem. Quippe si & culpa defectionis procul à publico consilio absit, & reditum in vestram ditionem appareat non voluntate solùm, sed ope etiam ac virtute nostra, magis indignemini, bonis ac fidelibus sociis tam atroces atque indignas iniurias ab legato vestro militibúsque fieri. Sed ego causam vtriusque defectionis nostræ in aliud tempus differendam arbitror esse, duarum rerum gratia: vnius, vt coram Pub. Scipione, qui Locros recepit, quíque omnium nobis rectè perperámque factorum est testis, agatur: alterius, quòd qualescunque sumus, tamen hæc quæ passi sumus, pati non debuimus. Non possumus dissimulare P.C. nos, quum præsidium Punicum in arce nostra haberemus, multa fœda & indigna à præfecto præsidii Amilcare & ab Numidis Afrísque passos esse: sed quid illa sunt, collata cũ iis quæ hodie patimur? Cum bona venia, quæso, audiatis P.C. quod inuitus eloquar. In discrimine est nũc humanũ omne genus, vtrũ vos an Carthaginiẽses, principes orbis terrarum videat. Sed si ex iis quæ Locrẽses aut ab illis passi sumus, aut à vestro præsidio nunc quammaximè patimur, æstimandum Romanum ac Punicum imperium sit, nemo non illos sibi quàm vos, dominos præoptet. Et tamen videte quemadmodum Locrenses in vos animati sint: quum à Carthaginiensibus iniurias multo minores acciperemus, ad vestrum imperatorem confugimus: quum à vestro præsidio plusquam hostilia patiamur, nusquam aliò quàm ad vos querelas detulimus. Aut vos respicietis perditas res nostras, P.C. aut ne ab diis quidem immortalibus quod precemur quicquam superest. Q. Pleminius legatus missus est cum præsidio ad recipiendos à Carthaginiensibus Locros, & cum eodem ibi relictus est præsidio. In hoc legato vestro (dãt enim animum ad loquẽdum liberè vltimæ miseriæ) nec hominis quicquam est, P.C. præter figuram & speciem: neque Romani ciuis, præter habitum vestitúmque, & sonum Latinæ linguæ. pestis, ac bellua immanis, qualem fretum quondam quo ab Sicilia diuidimur, ad perniciem nauigantium circumsedisse fabulæ ferunt. Ac si scelus libidinémque & auaritiam solus ipse exercere in socios vestros satis haberet, vnam profundam quidem voraginem tamen patientia nostra expleremus: nunc omnes centuriones militésque vestros (adeo in promiscuo licentiam atque improbitatem esse voluit) Pleminios fecit: omnes rapiunt, spoliant, verberant, vulnerant, occidunt: constuprant matronas, virgines, ingenuos raptos ex complexu parentum. Quotidie capitur vrbs nostra; quotidie diripitur: dies noctésque omnia passim mulierum puerorúmque, qui rapiuntur atque

asportantur, ploratibus sonant. Miretur qui nesciat, quomodo aut nos ad patiendum sufficiamus, aut illos qui faciunt, nondum tantarum iniuriarum satietas ceperit. Neque ego exequi possum, nec vobis opus est audire singula quæ passi sumus: cōmuniter omnia complectar. Nego domum vllam Locris, nego quenquam hominem expertem iniuriæ esse: nego vllum genus sceleris, libidinis ac auaritiæ superesse, quod in eorum vllo qui pati potuerit, prætermissum sit. Vix ratio iniri potest, vter casus ciuitatis sit detestabilior, quum hostes bello vrbem cepere, an quum exitiabilis tyrannus vi atque armis oppressit. Omnia quæ captæ vrbes patiuntur, passi sumus, & nunc quammaximè patimur, P.C. omnia quæ crudelissimi atque importunissimi tyranni scelera in oppressos ciues edunt, Pleminius in nos liberósque nostros coniugésque edidit. Vnum est de quo nominatim & nos queri religio infixa animis cogat, & vos audire, & exoluere rempublicam vestram religione (si ita vobis videbitur) velimus, P.C. vidimus enim cum quanta ceremonia non vestros solùm colatis deos, sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos Proserpinæ, de cuius sanctitate templi credo aliquam famam ad vos peruenisse Pyrrhi bello, qui quum ex Sicilia rediens Locros classe præterueheretur, inter alia fœda, quæ propter fidem nostram erga vos in ciuitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinæ intactos ad eam diem, spoliauit, atque ita pecunia in naues imposita, ipse terra est profectus. quid ergo euenit P.C.? Classis postero die fœdissima tempestate lacerata, omnésque naues quæ sacram pecuniam habebant, in litora nostra eiectæ sunt. qua tanta clade edoctus, tandem deos esse superbissimus agnouit rex, pecuniámque omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit: nec tamen illi vnquam postea prosperè quicquam euenit, pulsúsque Italia, ignobili atque inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. Hæc quum audisset legatus vester, tribuníque militum, & mille alia quæ non augendæ religionis causa, sed præsentis deæ numine sæpe comperta nobis maioribúsque nostris referebantur, ausi sunt nihilominus sacrilegas admouere manus intactis illis thesauris, & nefanda seipsos præda ac domos contaminare suas, & milites vestros: quibus per vos fidémque vestram, P.C. priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia neque in Africa quicquam rei gesseritis, ne, quod piaculi commiserunt, non solùm suo sanguine sed etiam publica clade luant: Quanquam ne nunc quidem P.C. aut in ducibus, aut in militibus vestris cessat ira deæ. aliquoties iam inter se signis collatis concurrerunt: dux alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant. non acrius cum Carthaginiensibus quàm ipsi inter se ferro dimicauerunt: præbuissentque occasionem furore suo Locros recipiendi Annibali, ni accitus à nobis Scipio interuenisset. At hercule milites contactos sacrilegio furor agitat, in ducibus ipsis puniendis nullum deæ numen apparuit. imò ibi præsens maximè fuit: virgis cæsi tribuni ab legato sunt: legatus deinde insidiis tribunorum interceptus, præterquam quòd toto corpore laceratus, naso quoque auribúsque decisis, exanguis est relictus. Recreatus deinde legatus ex vulneribus, tribunos militum in vincula coniectos, dein verberatos seruilibúsque omnibus suppliciis cruciatos occidit, mortuos deinde prohibuit sepeliri. Has dea pœnas à templi sui spoliatoribus habet, nec antè desinet omnibus eos agitare furiis quàm reposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Maiores quondam nostri graui Crotoniensium bello, quia extra vrbem templum est, transferre in vrbem eam pecuniam voluerunt: nocte audita ex delubro vox est, abstinerent manus, deam templa sua defensuram. quia mouendi inde thesauros incussa erat religio, muro circundare templum voluerunt: ad aliquantum iam altitudinis excitata erant mœnia, quum subitò collapsa ruina sunt. Sed & nunc & tunc & sæpe aliàs dea suam sedem suúmque templum aut tutata est, aut à violatoribus grauia piacula exegit: nostras iniurias nec potest nec possit alius vlcisci quàm vos P.C. Ad vos vestrámque fidem supplices confugimus. Nihil nostra interest vtrum sub illo legato, sub illo præsidio Locros esse sinatis, an irato Annibali & Pœnis ad suppliciū dedatis. Non postulamus vt extēplo nobis, vt de absente, vt indicta causa credatis: veniat, corā ipse audiat, ipse diluat: si quicquam sceleris quod homo in homines edere potest, in nos prætermisit, non recusamus quin & nos omnia eadem iterum, si pati possumus, patiamur, & ille omni diuino humanóque liberetur scelere.

Ex trigesimo libro ab vrbe condita.

ORATIO SOPHRONISBAE VXORIS Syphacis ad Masinissam.

ARGVMENTVM.

Capto Syphace, Masinissa Cirtham, caput regni Syphacis, quò ex fuga magna vis hominũ se receperat, ire destinabat: ac vocatis ad colloquium primoribus ciuitatis, non impetrare antè potuit vt vrbem dederent, quàm Syphacem regem vinctum in conspectum dari iussit. Ingressus deinde Cirtham, præsidiis ad portas dimissis, ne cui pateret egressus, ipse citato equo ad regiã ire pergebat, quum Sophronisba Syphacis vxor in regiæ vestibulo occurrẽs, ita cum ipso loquuta est,

OMnia quidem vt posses in nos, dii tibi dederunt, virtúsque & felicitas tua: sed si captiuæ apud dominum vitæ necísque suæ vocem supplicem mittere licet, si genua, si victricem attingere dextram, precor quæsóque per maiestatem regiam, in qua paulo antè nos quoque fuimus, pérque gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit, per huiusce regiæ deos, qui te melioribus ominibus accipiant quàm Syphacem hinc miserunt: hanc veniam supplici des, vt ipse, quodcunque feret animus, de captiua statuas, neque me in cuiusquam Romani superbum ac crudele arbitrium venire sinas. Si nihil aliud quàm Syphacis vxor fuissem, tamen Numidæ atque in eadem mecum Africa geniti, quàm alienigenę & externi fidem experiri mallem: quid Carthaginiensi ab Romano, quid filiæ Asdrubalis timendum sit, vides. Si nulla alia re potes, me morte vt vindices ab Romanorum arbitrio, oro obtestórque.

ORATIO P. SCIPIONIS AD MASINISSAM.

ARGVMENTVM.

Introductus ad Scipionem Syphax, quum interrogaretur quid ita se mouisset ad sumẽda arma contra Romanos, responderat, Vxoris meæ perfidia. Quæ vox in causa fuit vt P. Scipio plura de hac ipsa re cognoscere cuperet. Itaque iactis vltrò citróque multis quæ ad eã rem pertinerent, eò tandem ventum est vt Syphax ipse vxorem suam prædicaret à Masinissa sic amari, vt iam inter eos de matrimonio conuentum esset. Ægrè tulit ipsum illud Scipio, ac per occasionem in hæc verba à fœda libidine Masinissam deterrebat,

ALiqua te existimo, Masinissa, intuentem in me bona, & principiò in Hispaniam ad iungendã mecum amicitiam venisse, & postea in Africa teipsum spésque omnes tuas in fidem meam commisisse: atqui nulla earum virtus est propter quam appetendus tibi visus sim, qua ego æquè atque temperantia & continentia libidinum gloriatus fuerim. Hanc te quoque ad cæteras tuas eximias virtutes, Masinissa, adiecisse velim. nam non est (mihi crede) tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculum, quantum ab circumfusis vndique voluptatibus. Qui eas sua tẽperantia frænauit ac domuit, is multo maius decus maiorémque victoriam sibi peperit quàm nos Syphace victo habemus. Quæ me absente strenuè ac fortiter fecisti, libenter & commemoraui & memini: cætera teipsum reputare tecum, quàm me dicente erubescere, malo. Syphax populi Romani auspiciis victus captúsque est: itaque ipse, coniunx, regnum, agri, oppida, homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est. Et regem coniugémq; eius, etiamsi non ciuis Carthaginiensis esset, etiamsi nõ patrem eius imperatorem hostium videremus, Romam oporteret mitti, ac senatus populiq; Rom. de ea iudicium atque arbitrium esse, quæ regem nobis socium alienasse, atque in arma coegisse præcipitem dicatur. Vince animum: caue ne deformes multa bona vno vitio, & tot meritorum gratiam maiore culpa quàm causa culpæ est, corrumpas.

ORATIO ANNIBALIS AD P. SCIpionem de pace.

ARGVMENTVM.

Digressus ex Italia Annibal, quum Africam repetens, Zamam, quæ quinque tantùm die-

rum iter Carthagine abest,peruenisset, præmisit exploratores, qui cognoscerent quónam in statu res illic Romanorum essent. Speculatores à custodibus in castra deducti,omisso metu visere omnia & contemplari iussi. Regressi quum læta omnia non secus quàm in certa victoria nuntiarent,tum demum de pace Annibal cogitare cœpit: ac per suos Scipioni accito ad colloquium,conditiones pacis ferendas esse ita suasit,

SI hoc ita fato datum erat, vt qui primus bellum intuli populo Rom.quíque toties propè in manibus victoriam habui, is vltrò ad pacem petendam venirem, lætor te mihi sorte potissimùm datum à quo pacem peterem. Tibi quoque inter multa egregia non in vltimis laudum hoc fuerit, Annibalem, cui de tot Romanis ducibus victoriam dii dedissent,tibi cessisse, téque huic bello vestris prius quàm nostris cladibus insigni finem imposuisse. Hoc quoque ludibrium fortunæ casus ediderit, vt cum patre tuo consule ceperim arma,cum eodem primùm Romano imperatore signa contulerim:ad filium eius inermis ad pacem petendam veniam. Optimum quidem fuerat eam patribus nostris mentem datam ab diis esse,vt & vos Italiæ, & nos Africæ imperio contenti essemus. Neque enim ne nobis quidem Sicilia atque Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus,tot támque egregiis amissis ducibus. Sed præterita magis reprehendi possunt quàm corrigi. Ita aliena appetiuimus vt de nostris dimicaremus:nec in Italia solùm vobis bellum,nobis in Africa est,sed & vos in portis vestris propè ac mœnibus signa armáque hostium vidistis, & nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudiuimus. Quod igitur nos maximè abominaremur, vos auté ante omnia optaretis, in meliore vestra fortuna de pace agitur, agimúsque ii quorum & maximè interest pacem esse, & qui quodcunque egerimus,ratum ciuitates nostræ habituræ sint. Animo tantùm nobis opus est non abhorrente à quietis consiliis. Quod ad me attinet, iam ætas senem in patriam reuertentem,vnde puer profectus sum,iam secundæ, iam aduersæ res ita erudierunt, vt rationem sequi quàm fortunam malim. Tuam & adolescentiam & perpetuam felicitatem, ferociora vtraque quàm quietis opus est consiliis, metuo. Non temere incerta casuum reputat quem fortuna nunquam decepit. Quod ego fui ad Thrasymenum,ad Cannas,id tu hodie es, vixdum militari ætate imperio accepto. Omnia audacissimè incipientem nusquam fefellit fortuna. Patris & patrui persequutus morté, ex calamitate vestræ domus decus insigne virtutis pietatísque eximiæ cepisti, amissas Hispanias recuperasti, quatuor inde Punicis exercitibus pulsis. consul creatus, quum cæteris ad tutandam Italiam parum animi esset,transgressus in Africam,duobus hîc exercitibus cæsis, binis eadem hora captis simul incensísque castris, Syphace potentissimo rege capto, tot vrbibus regni eius,tot nostri imperii ereptis, me sextumdecimum iam annum hærentem in possessione Italiæ detraxisti. Potest victoriam malle quàm pacem animus. noui vobis spiritus magnos magis quàm vtiles:& mihi talis aliquando fortuna affulsit. quòd si in secundis rebus bonam quoque mentem donarent dii, non ea solùm quæ euenissent, sed etiam ea quæ euenire possent reputaremus. Vt omnium obliuiscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum: quem modò castris inter Anienem & vrbem vestrã positis,ac iam propè scãdẽtẽ mœnia Romana videras, hîc cernis duobus fortissimis viris fratribus,clarissimis imperatoribus orbatum ante mœnia propè obsessæ patriæ, quibus terrui vestram vrbem, ea pro mea deprecanté. MAXIMAE cuique fortunæ minimè credendum est. In bonis tuis rebus,nostris dubiis,tibi ampla ac speciosa danti est pax: nobis petentibus magis necessaria quàm honesta. Melior tutiórque est certa pax quàm sperata victoria: hæc in tua,illa in deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in vnius horæ dederis discrimen: cum tuas vires,tum vim fortunæ, martémque belli cõmunem propone animo: vtrinque ferrum, corpora humana erunt: NVSQVAM minus quàm in bello euẽtus respondent. Non tãtum ad id quod data pace iam habere potes,si prælio vincas,gloriæ adieceris, quantum ademeris siquid aduersi eueniat. simul parta ac sperata decora, vnius horæ fortuna euertere potest. Omnia in pace iungenda tuæ potestatis sunt P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit quam dii dederint. Inter pauca felicitatis virtutísque exempla, M. Attilius quondam in hac eadem terra fuisse fertur, si victor pacem petentibus dedisset patribus nostris: sed non statuendo tandem felicitati modum, nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit. Est quidem eius qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis: sed forsitan non indigni simus qui nobismetipsis mulctam irrogemus: qui non recusamus quin omnia propter quæ bellum initum est, vestra sint, Sicilia, Sardinia, Hispania,

quicquid insularum toto inter Africam Italiámque continetur mari: Carthaginienses inclusi Africæ litoribus, vos (quando ita diis placuit) externa etiam terra marique videamus regentes imperia. Haud negauerim, propter non nimis sincerè petitam aut expectatam nuper pacem, suspectam esse vobis Punicam fidem. Multùm per quos petita sit, ad fidem tuendæ pacis pertinet, Scipio. vestri quoque (vt audio) patres nõnihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negauerunt pacem. Annibal peto pacem, qui neque peterem, nisi vtilem crederem: & propter eandem vtilitatem tuebor eam, propter quã peto. Et quemadmodum, quia à me bellum cœptum est, nequem eius pœniteret, quoad ipsi non inuidere dii, præstiti, ita annitar nequem pacis per me partæ pœniteat.

ORATIO SCIPIONIS AD ANNIBALEM.

NOn me fallebat, Annibal, aduentus tui spe Carthaginienses & præsentem induciarũ fidem & spem pacis turbasse: neque tu id sanè dissimulas, qui de conditionibus superioribus pacis omnia subtrahas præter ea quæ iampridem in nostra potestate sunt. Cæterùm sicut tibi curæ est, sentire ciues tuos quanto per te onere leuentur: sic mihi laborandum est ne quæ tunc pepigerũt, hodie subtracta ex conditionibus pacis, præmia perfidiæ habeant. Indigni quibus eadem pateat conditio, vt etiam prosit vobis fraus petitis. Neque patres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum: & tunc Mamertinorum sociorum periculum, & nunc Sagunti excidium nobis pia ac iusta induerunt arma. Vos lacessisse & tu ipse fateris, & dii testes sunt, qui & illius belli exitum secundum ius fásque dederunt, & huius dant & dabunt. Quod ad me attinet, & humanæ infirmitatis memini, & vim fortunæ reputo, & omnia quæcunque agimus, subiecta esse mille casibus scio. cæterùm quemadmodum superbè & violenter me faterer facere, si priusquàm in Africã traiecissem, te tua voluntate cedentem Italia, & imposito in naues exercitu, ipsum venientem ad pacem petendam aspernarer: sic nunc, quum propè manu conserta, restitantem ac tergiuersantem in Africam attraxerim, nulla sum tibi verecundia obstrictus. Proinde si quid ad ea in quæ tum pax conuentura videbatur (quæ sunt nosti: mulctæ nauium cum commeatu per inducias expugnatarum, legatorúmque violatorum) adiicitur, est quod referam ad concilium: sin illa quoque grauiora videntur, bellum parate, quoniam pacem pati non potuistis.

ORATIO ANNIBALIS AD CARTHAGINIENses, qui reprehenderant quòd risisset in communi fletu.

ARGVMENTVM.

Inter alias pacis conditiones Carthaginiensibus petentibus pacem à Scipione authoritate senatus datas, id etiam propositum erat, vt in annos quinquaginta, decem millia talentûm argenti pensionibus æquis soluerent. Prima collatio pecuniæ longo bello exhaustis difficilis videbatur: itaque quum ob eam ipsam causam cæteris in curia Carthaginiensi mœrentibus atque flentibus vnus Annibal rideret, tum Asdrubal Hœdus ridentem in publico fletu atque luctu increpauit, quum præsertim earum lacrymarum ipse causa esset. Tum Annibal in hanc sententiam respondit obiurganti atque cæteris,

SI quemadmodum oris habitus cernitur oculis, sic & animus intus cerni posset, facilè vobis appareret, non læti sed propè amentis malis cordis hunc quẽ increpatis risum esse: qui tamen nequaquam adeo est intempestiuus quàm vestræ istæ absurdæ atque abhorrẽtes lacrymę sunt. Tũc flesse decuit, quũ adépta nobis arma, incésę naues, interdictum externis bellis. illo enim vulnere cõcidimus. Nec esse in vos odio vestro consultũ ab Rom. credatis. NVLLA magna ciuitas diu quiescere potest: si foris hostẽ nõ habet, domi inuenit: vt præualida corpora ab externis causis tuta vidẽtur, sed suis ipsa viribus onerãtur. Tãtum nimirũ ex publicis malis sentimus quantum ad priuatas res pertinet: nec in eis quicquam acrius quàm pecuniæ damnũ stimulat. Itaque quum spolia victæ Carthagini detrahebantur, quũ inermem iam ac nudã destitui inter tot armatas gẽtes Africæ cerneretis, nemo ingemuit: nunc quia tributũ ex priuato conferendum est, tanquam in publico funere cõploratis. Quàm vereor ne propediem sentiatis leuissimo in malo vos hodię lacrymasse.

Ex trigesimoprimo libro ab vrbe condita.

ORATIO P. SVLPITII CONSVLIS AD populum, de bello in Macedoniam transferendo.

ARGVMENTVM.

Peruastabant Atheniensiũ agros Macedones: quæ fuit causa vt quũ per se resistere Athenienses non possent, Romam de auxilio legatos mitterent. Interim decretæ sunt prouinciæ: Macedonia P. Sulpitio cõsuli decreta. Iam rogatio de bello Macedonico promulgata erat, quũ centuriæ omnes eam abrogant, suasu præsertim Q. Bebii tribuni plebis, qui incusando patres bellum ex bello seri & oriri dicebat. Patrum tandem valuit authoritas, quorum precibus victus P. Sulpitius, centuriis de integro ad comitia ferendæ rogationis causa vocatis, priusquam in suffragia misisset, in hæc verba bellum Macedonicum suasit,

IGnorare videmini mihi, Quirites, non vtrum bellum an pacem habeatis, vos consuli: (neque enim liberum id vobis permittet Philippus, qui terra marique ingens bellum molitur) sed vtrum in Macedoniam legiones transportetis, an hostem in Italiam accipiatis. Hoc quantum intersit, si vnquam antè aliâs, Punico certè proximo bello experti estis. Quis enim dubitat quin si Saguntinis obsessis fidémque nostram implorantibus impigrè tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant: totum in Hispaniam auersuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus? Ne illud quidem dubium est quin hunc ipsum Philippum pactum iam per legatos literásque cum Annibale in Italiam traiicere, misso cum classe Leuino, qui vltrò ei bellum inferret, in Macedonia continuerimus. & quod tunc fecimus, quum hostem Annibalem in Italia haberemus, id nunc pulso Italia Annibale, deuictis Carthaginiensibus, cunctamur facere? Patiamur expugnandis Athenis, sicut Sagunto expugnando Annibalẽ passi sumus, segnitiem nostram experiri regem: non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Annibal, sed quinto inde die quàm ab Corintho soluerit naues, in Italiã perueniet. Ne æquaueritis Annibali Philippum, ne Carthaginiẽsibus Macedonas: Pyrrho certè æquabitis, dico quantum vel vir viro vel gens genti præstat. Minima accessio semper Epirus regno Macedoniæ fuit, & hodie est: Peloponesum totam in ditione Philippus habet, Argósque ipsos, non vetere fama magis quàm morte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc compara: quanto magis florentem Italiam, quanto magis integras res saluis ducibus, saluis tot exercitibus, quos Punicum postea bellum absumpsit, aggressus Pyrrhus, tamen concussit, & victor propè ad ipsam vrbem Romam venit: nec Tarentini modò, oráque illa Italiæ quam maiorem Græciam vocãt, (vt linguam, vt nomen sequutos crederes) sed Lucanus & Bruttius & Samnis à nobis defecerunt. Hæc vos, si Philippus in Italiam transmiserit, quietura aut mansura in fide creditis? Manserunt enim Punico postea bello. Nunquam isti populi, nisi quum deerit ad quem desciscant, à nobis non deficient. Si piguisset vos in Africam traiicere, hodie in Italia Annibalem & Carthaginienses hostes haberetis. Macedonia potius quàm Italia bellum habeat: hostium vrbes agríque ferro atque igni vastentur. Experti iam sumus, foris nobis, quàm domi, feliciora potentioráque arma esse. Ite in suffragium, bene iuuantibus diis, & quæ patres censuerunt, vos iubete. Huius vobis sententiæ non consul modò author est, sed etiã dii immortales, qui mihi sacrificanti precantíque vt hoc bellum mihi, senatui, vobísque & sociis ac nomini Latino, classibus exercitibúsque nostris bene ac feliciter eueniret, læta omnia prosperáque portendêre.

ORATIO LEGATI MACEDONVM IN concilio AEtolorum in Romanos.

ARGVMENTVM.

Philippus rex Macedonum cum Ætolis fœdus inierat: quos à Romanis contra se quum solicitari audiret, misit legatos tum quum breui eorum concilium futurum esset, qui suaderent vt in Macedonum potius fide manerent, quàm Romanis, à quibus tot causæ odiorum in ipsos essent, se iungerẽt. Legati eo in concilio ante Romanos dicere iussi, ita rem exposuerunt,

AN imitari Romanorum licentiam an leuitatem dicam, mauultis, qui quum legatis vestris Romæ responderi ita iussissent: quid ad nos venitis AEtoli, sine quorum

authoritate pacem cum Philippo fecistis? iidem nunc vt bellum secum aduersus Philippum geratis postulant, & antea propter vos & pro vobis arma sumpta aduersus eum simulabant, nunc vos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanæ vt auxilio essent, primò in Siciliam conscenderunt: iterum, vt Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus in libertatem eximerent: & Messanam & Syracusas & totam Siciliam ipsi habent, vectigalémque prouinciam securibus & fascibus subiecerunt. Scilicet sicut vos Naupacti legibus vestris per magistratus à vobis creatos concilium habetis, socium hostémque liberè quem velitis lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri vestro: sic Siculorum ciuitatibus Syracusas aut Messanam aut Lilybæum indicitur concilium: prætor Romanus conuentus agit. eò imperio euocati conueniunt: excelso in suggestu superba iura reddentē stipatum lictoribus vident: virgæ tergo, secures ceruicibus imminēt: & quotānis alium atque aliū dominū sortiūtur. Nec id mirari debent aut possunt, quū Italiæ vrbes, Rhegiū, Tarentū, Capuā (ne finitimas nominē quarū ruinis creuit res Romana) eiusdem subiectas videant imperio. Capua quidē sepulchrū & monumentū Campano populo data: extorri & eiecto ipso populo, superest vrbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium, relicta crudelius habitanda quàm si deleta foret. Furor est, si alienigenæ homines, plus lingua & moribus & legibus, quàm maris terrarúmque spatio discreti, hæc tenuerint, sperare quicquam eodem statu mansurum: Philippi regnum officere aliquid videri libertati vestræ: qui quum merito vestro vobis infestus esset, & nihil à vobis vltrà quàm pacem petiit, fidémque hodie pacis pactæ desiderat. Assuefacite his terris legiones externas, & iugum accipite: serò ac nequicquam, quum dominum Romanum habebitis, socium Philippum quæretis. AEtolos, Acarnanas, Macedones, eiusdem linguæ homines, leues ad tempus ortæ causæ disiungunt coniungúntque: cum alienigenis, cum barbaris æternum omnibus Græcis bellum est erítque. Natura enim, quæ perpetua est, non mutabilibus in diem causis, hostes sunt. Sed vnde cœpit oratio mea, ibi desinet. Hoc eodem loco iidem homines de eiusdem Philippi pace triennio antè decreuistis, iisdem improbantibus eam pacem Romanis qui nunc pactam & compositam turbare volunt. In qua consultatione nihil fortuna mutauit: cur vos mutetis, non video.

ORATIO LEGATI ROMANORVM IN concilio AEtolorum.

ARGVMENTVM.

Ex priore huius cognitio pendet. Eodem ad eundem diem ad quem Macedones, & Romani oratores à P. Sulpitio consule missi, vt cum Ætolis agerent de societate per occasionem cum Romanis iungenda. Ii postremo loco post Macedonas & Athenienses iussi mandata peragere atque exponere, ita loquuti sunt,

TOtam orationis meæ formam Macedones primùm, deinde Athenienses mutarunt. Nam & Macedones, quum ad conquerendas Philippi iniurias in tot socias nobis vrbes venissem, vltrò accusando Romanos, defensionem vt accusatione potiorem haberem effecerunt: & Athenienses, in deos superos inferósq; nefanda atque inhumana scelera eius referendo, quid mihi aut cuiquam reliquerunt quod obiicere vltrà possimus? Eadem Cianos, Abydenos, AEneos, Maronitas, Thasios, Parios, Samios, Larissenses, Messenios, hinc ex Achaia existimate queri: grauiora etiam acerbioráque eos quibus nocendi maiorem facultatem habuit. Nam quod ad ea attinet quæ nobis obiecit, nisi gloria digna sunt, fateor ea defendi non posse. Rhegium & Capuam & Syracusas nobis obiecit. Rhegium Pyrrhi bello legio à nobis, Rheginis ipsis vt mitteremus orantibus, in præsidium missa, vrbem ad quam defendendā missa erat, per scelus possedit. Comprobauimus igitur id facinus? annon bello persequuti sceleratam legionem in potestatem nostram redactam, tergo & ceruicibus pœnas sociis pendere quum coegissemus, vrbem, agros, suáque omnia cum libertate legibúsque Rheginis reddidimus? Syracusanis oppressis ab externis tyrannis (quod indignius esset) quū tulissemus opem, & fatigati propè per triennium terra marique vrbe munitissima oppugnanda essemus, quum iam ipsi Syracusani seruire tyrannis quàm capi à nobis mallēt: captā iisdem armis & liberatam vrbem reddidimus. Neque

inficias imus Siciliam prouinciam nostram esse: & ciuitates quæcunque in parte Carthaginiensium fuerunt, & vno animo cum illis aduersus nos bellum gesserunt, stipendiarias nobis ac vectigales esse. Quin contrà, hoc & vos & omnes gentes scire volumus, pro merito cuique erga nos fortunam esse. An Campanorum pœnæ, de qua neque ipsi quidem queri possunt, nos pœniteat? Hi homines, quum pro iis bellum aduersus Samnites per annos propè septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos fœdere primùm, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremò ciuitate nobis coniunxissemus: tépore nostro aduerso primi omnium Italiæ populorum, præsidio nostro fœdè interfecto, ad Annibalem defecerunt. Deinde indignati se obsideri à nobis, Annibalem ad oppugnãdam Romam miserunt. Horum si neque vrbs ipsa neq; homo quisquam superesset, quis id durius quàm pro merito ipsorum statutum indignari posset? Plures sibimetipsi consciẽtia scelerum mortem consciuerunt quàm à nobis supplicio affecti sunt. Cæteris ita oppidum, ita agros ademimus, vt agrum locúmque ad habitandũ daremus, vrbem innoxiã stare incolumem pateremur: vt qui hodie videat eã, nullum ibi oppugnatæ captæve vrbis vestigium inueniat. Sed quid ego Capuam dico, quum Carthagini victæ pacem ac libertatem dederimus? Magis illud est periculum, ne nimis facilè victis ignoscendo, plures ob idipsum ad experiendam aduersus nos fortunam belli incitemus. Hæc pro nobis dicta sint, hæc aduersus Philippum: cuius domestica parricidia, & cognatorum amicorúmque cædes, & libidinem inhumaniorem propè quàm crudelitatem, vos, quo propiores Macedoniæ estis, melius nostis. Quod ad vos attinet, AEtoli, nos pro vobis bellum suscepimus aduersus Philippum, vos sine nobis cum eo pacem fecistis. Et forsitan dicatis, bello Punico occupatis nobis, coactos metu vos leges pacis ab eo qui tum plus poterat, accepisse: & nos, quum alia maiora vrgerent, depositum à vobis bellum & ipsi omisimus. Nunc & nos deûm benignitate Punico perfecto bello, totis viribus nostris in Macedoniam incubuimus: & vobis restituendi vos in amicitiam societatémque nostram fortuna oblata est, nisi perire cum Philippo, quàm vincere cum Romanis, mauultis.

Ex tricesimosecundo libro ab vrbe condita.

ORATIO ARISTHENI PRAETORIS Achæorum qua eos obiurgat.

ARGVMENTVM.

T. Quintius in obsidione Elatiæ, ratus, Cycliade principe factionis aduersæ expulso, Achæorũ animos à Philippo auerti posse, legatos ad Achæos hac de re misit. Aristhen9 erat prætor Achæorum, qui ea in causa Romanis fauebat. Is itaque quo die legati mandata exposuerant, quum propter imminentem noctem nihil transigi ac definiri posse videret, ius ferendi sententiam, dimisso senatu, in posterum diem differt. Postero die potestate facta à magistratibus si quis vellet suadendi, nemo prodibat, quum Aristhenus ne tacitum senatum rursus dimitteret, ita Achæos ipse increpare cœpit,

VBi illa certamina animorum, Achæi, sunt, quibus in conuiuiis & circulis, quum de Philippo & Romanis mentio incidit, vix manibus temperatis? nunc in concilio ad eam rem vnam indicto, quum legatorum vtrinque verba audieritis, quum referant magistratus, quum præco ad suadendũ vocet, obmutuistis. Si non cura communis salutis, ne studia quidem quæ in hanc aut in illam partem animos vestros inclinarunt, vocem cuiquam possunt exprimere? quum præsertim nemo tam hebes sit qui ignorare possit, dicendi ac suadendi quod quisque aut velit, aut optimum putet, nunc occasionem esse priusquam quicquam decernamus: vbi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus antè displicuerit, pro bono atque vtili fœdere defendendum.

ORATIO

ORATIO EIVSDEM ARISTHENI AD Achæos pro postulatis Romanorum.

ARGVMENTVM.

Hoc ad superiorem orationẽ pertinet. Aristhenus, quum ne oratione quidem sua victos Achæos videret, vt suaderent: ita de postulatis legatorum Romanorum sententiam peregit,

NON magis consilium vobis, principes Achæorum, deest quàm lingua: sed suo quisque periculo in commune consultum non vult. Forsitan ego quoque tacerem si priuatus essem: nunc prætor video aut nõ dandum concilium legatis fuisse, aut inde sine responso eos dimittendos non esse. Respondere autem sine vestro decreto quî possum? Et quando nemo vestrûm qui in hoc concilium aduocati estis, pro sententia quicquam dicere vult aut audet, orationes legatorum hesterno die dictas pro sententiis percenseamus, perinde ac si nõ postulauerint quæ è re sua essent, sed suaserint quæ nobis cẽserent vtilia esse. Romani Rhodiique & Attalus societatẽ amicitiámq; nostrã petunt, & in bello quod aduersus Philippum gerunt, se à nobis adiuuari æquum censent. Philippus societatis secum admonet, & iurisiurandi, & modò postulat vt secum stemus, modò ne intersimus armis, contentum ait se esse. Nulline venit in mentem, cur qui nondum socii sunt, plus petunt quàm socius? Non fit hoc neque modestia Philippi, neque impudentia Romanorum. Achæi portus & dant fiduciam postulantibus, & demũt. Philippi præter legatum videmus nihil: Romana classis ad Cenchreas stat, vrbium Eubœæ spolia præ se ferens: consulem legionésque eius exiguo maris spatio disiunctas Phocidẽ & Locridem peruagantes videmus. Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi vt pro rege arma caperemus aduersus Romanos, modò egerit? qui si ex eodem fœdere ac iureiurando, cuius nobis religionem iniiciebat, rogemus eum vt nos Philippus & ab Nabide ac Lacedæmoniis & ab Romanis defendat: non modò præsidium quo nos tueatur, sed ne quid respõdeat quidem nobis, sit inuenturus: non hercle magis quàm ipse Philippus, qui priore anno pollicẽdo se aduersus Nabidem bellum gesturum, quum tentasset nostram iuuentutem hinc in Eubœam extrahere, posteaquam nos neque decernere id sibi præsidium, neque velle illigari Romano bello vidit, oblitus societatis eius quam nunc iactat, vastandos depopulandósque Nabidi ac Lacedæmoniis reliquit. Ac mihi quidem minimè cõueniens inter se oratio Cleomedontis visa est. Eleuabat Romanũ bellum, euentúmque eius eundẽ fore qui prioris belli quod cũ Philippo gesserunt, dicebat. Cur igitur nostrum ille auxilium absens petit potius quàm præsens nos veteres socios simul ab Nabide ac Romanis tueatur? Nos dico? quid ita passus est Eretriã Carystúmque capi? quid ita tot Thessaliæ vrbes? quid ita Locridẽ Phocidémque? quid ita nunc Elatiã oppugnari patitur? Cur excessit faucibus Epiri, claustrisque illis inexpugnabilibus super Aoum amnẽ, aut vi, aut metu, aut volũtate? relictóq; quẽ insidebat saltu, penitus in regnũ abiit? Si sua voluntate tot socios reliquit hostibus diripiendos, quid recusare potest quin & socii sibi cõsulant? Si metu, nobis quoque ignoscat timentibus: si victus armis cessit, Achæi nos arma Romana sustinebimus Cleomedon, quæ vos Macedones nõ sustinuistis? An tibi potius credamus Romanos nõ maioribus copiis nec viribus nunc bellum gerere quàm antea gesserint, potius quàm res ipsas intueamur? AEtolos quum classe adiuuerunt, nec duce consulari, nec exercitu bellum gesserunt: sociorum Philippi maritimæ vrbes in terrore ac tumultu erant, mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt vt Philippus AEtolos nequicquam opem Romanorum implorantes depopularetur. Nunc autem defuncti bello Punico Romani, quod per sexdecim annos velut intra viscera Italiæ tolerauerunt, nõ præsidium AEtolis bellantibus miserunt, sed ipsi duces belli arma terra marique simul Macedoniæ intulerunt. Tertius iam consul summa vi gerit bellum. Sulpitius in ipsa Macedonia congressus fudit fugauítque regem, partem opulentissimam regni eius depopulatus. Nunc Quintius tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis exercitúque fretum, castris exuit, fugientem in Thessaliam persequutus: præsidia regia sociásque eius vrbes propè in conspectu regis ipsius expugnauit. Ne sint vera quæ Athenienses modò legati de crudelitate, auaritia & libidine regis dixerunt: nihil ad nos pertineant quæ in terra Attica scelera in superos inferósque deos sint admissa, multo minus quàm quæ Eleuntii Abydeníque, qui procul à nobis absunt, passi sunt: nostrorum ipsi vulnerum, si vultis, obliuiscamur: cædes direptionésque bonorum Messenæ in

media Peloponneso factas:& hospitem Cyparissiæ Garitenem contra ius omne ac fas inter epulas propè ipsas occisum: & Aratum patrem filiúmque Sicyonios, quum senem infelicem, parentem etiam appellare solitus esset, interfectos: filii etiam eius vxorem libidinis causa in Macedoniam asportatam: cætera stupra virginum matronarúmque obliuioni dentur:ne sint cum Philippo res, cuius crudelitatis metu obmutuistis omnes, (nam quæ alia tacendi aduocatis in concilium causa est?) cum Antigono mitissimo atque iustissimo rege & de nobis omnibus optimè merito, existimemus disceptationem esse:num id postularet facere nos, quod tum fieri non posset? Peninsula est Peloponnesus angustis Isthmi faucibus continenti adhærens, nulli apertior atque opportunior quàm nauali bello. Si centum tectæ naues & quinquaginta leuiores apertæ, & triginta Issaici lembi maritimam oram vastare, & expositas propè in ipsis littoribus vrbes cœperint oppugnare: in mediterraneas scilicet nos vrbes recipiemus, tanquam non intestino & hærente in ipsis visceribus vramur bello? Quum terra Nabis & Lacedæmonii, mari Romana classis vrgebunt, vnde regiam societatem & præsidia Macedonum implorem? An ipsi nostris armis ab hoste Romano tutabimur vrbes quæ oppugnabuntur? Egregiè enim Dymas priore bello sumus tutati. Satis exemplorum nobis alienæ clades præbent:ne quæramus quemadmodum cæteris exemplo simus. Nolite, quia vltrò Romani petunt amicitiam, id quod optandum vobis ac summopere expetendum erat fastidire. Metu enim videlicet compulsi in aliena terra, quia sub vmbra auxilii vestri latere volunt, in societatẽ vestrã confugiunt, vt portubus vestris recipiantur, vt commeatibus vtantur. Mare in potestate habent: terras quascunque adeunt, extemplo ditionis suæ faciunt: quod rogant, cogere possunt: quia pepercisse vobis volũt, cõmittere vos cur pereatis nõ patiuntur. Nam quod Cleomedon modò tanquam mediã & tutissimam vobis viam cõsilii, vt quiesceretis abstineretísque armis, ostendebat: ea non media, sed nulla via est. Etenim præterquam quòd aut accipienda aut aspernanda vobis Romana societas est, quid aliud quàm (nusquam gratia stabili, velut qui euẽtum expectauerimus, vt fortunæ applicaremus nostra consilia) præda victoris erimus? Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, vltrò offertur, fastidire. Non quemadmodum hodie vtrunque vobis licet, sic semper liciturum est. Nec sæpe nec diu eadem occasio erit. Liberare vos à Philippo iamdiu magis votis quàm armis audetis: sine vestro labore & periculo, qui vos in libertatẽ vindicarẽt, cũ magnis classibus exercitibúsq; mare traiecerũt. Hos si socios aspernamini, vix sanæ mẽtis estis: sed aut socios aut hostes habeatis oportet.

PHILIPPI REGIS ET T. QVINTII consulis congressus.

ARGVMENTVM.

Placuerat Philippo T. Quintium consulem acciri ad colloquium: consul etsi grauatẽ, tamen regi concessit. Littus prope Nicæam ad colloquium vtrinque eligitur. Quò vbi conuenerunt, ita antè colloquuti sunt, quàm de pacis legibus ageretur. Hoc subiicere lubuit propter festiuitatem.

INter *hos Romanus ad extremum littus progressus, quum rex in proram nauis in anchoris stantis processisset,* Commodius, *inquit,* si in terram egrediaris, ex propinquo dicemus inuicem audiemúsque. *Quum rex facturum se id negaret,* Quem tandem, *inquit Quintius,* times? *Ad hoc ille superbo & regio animo,* Neminem equidem timeo præter deos immortales: non omniũ autem credo fidei quos circa te video, atque omnium minimè AEtolis. Istud quidem, *ait Romanus,* par omnibus periculũ est, qui cum hoste ad colloquium congrediuntur, vt nulla fides sit. Non tamen, *inquit rex,* ô Tite Quinti, par perfidiæ præmium est, si fraude agatur, Philippus & Phaneas. neque enim æquè difficulter AEtoli prætorem alium, ac Macedones regem in meum locum substituant.

PHILIPPI REGIS AD AETOLOS & alios responsum.

ARGVMENTVM.

Datis à T. Quintio Philippo regi pacis conditionibus, Phaneas AEtolorum prætor,

postulabat inter cætera vt rex ex Græcia decederet, restitueretque Ætolis quæ quondam ipsorum iuris fuissent: quum Alexander Ætolorum princeps interpellato sermone Phaneæ quidē, sed de illa ipsa re continuato, Philippo inter alia obiicere cœpit quòd plura socius Ætolis ademisset, quàm hostis: Thessalorum socius vrbes diruisset: Lysimachiam pulso præsidio Ætolorum occupasset: Chium suæ ditionis vrbem funditus euertisset. Hæc Philippo obiiciebātur, quibus ità respondit;

AN quòd à sociis eorum non abstinuerim, iustam querelam habent? quum ipsi pro lege hunc morem antiquitus seruent, vt aduersus socios ipsi suos, publica tātum authoritate dempta, iuuentutem suam militare sinant, & contrariæ persæpe acies in vtraque parte AEtolica auxilia habeāt? Neque ego Chium expugnaui, sed Prusiam socium & amicum oppugnantem adiuui. & Lysimachiam ab Thracibus vindicaui: sed quia me necessitas ad hoc bellum à custodia eius auertit, Thraces habēt. Et AEtolis hæc. Attalo autē Rhodiisque nihil iure debeo. non enim à me sed ab illis principium belli ortū est. Romanorum autem honoris causa Peræam Rhodiis, & naues Attalo cum captiuis qui comparebunt, restituam. Nam quod ad Nicephorium Venerisque templi restitutionem attinet, quid ea restitui postulantibus respondeam, nisi (quo vno modo syluæ lucique cæsi restitui possunt) curam impensamque sationis me præstaturum? quoniam hæc inter se reges postulare & respondere placet.

Ex trigesimoquarto libro ab vrbe condita.

ORATIO M. CATONIS CONSVLIS PRO LEGE Oppia contra mulierum luxuriam.

ARGVMENTVM.

M. Oppius & T. Romuleius tribuni plebis inter procellas belli Punici Q. Fabio & T. Sēpronio consulibus legem tulerant ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur, neu iuncto vehiculo in vrbe oppidóve aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur. Ea lex ab altero latore Oppia dicta. Matronæ nobiles omnes homines ad legis abrogationem solicitabant: nec iam vlla authoritate, verecundia, imperióve primorū patrum à limine senatus contineri atque arceri poterant. Nunc ad forum frequentes conueniebāt, nūc per vias vrbis discurrebant, orantes viros vt in tam secūda fortuna sibi ornatus aduersis rebus negatus atque ademptus redderetur. Lex ipsa præter tribunos pl. duos, M. quoque Porcium Catonē consulem defensorem habebat: cæteri ferè impugnabant. Is itaque Porcius Cato matronarum cōciliabula tota vrbe totis diebus frequentia præter morē fieri cernens, quū quid ita cōuenirent intellexisset, aduocata concione ita pro lege aduersus luxuriam mulierum disseruit. L. Valerius tribunus pl. is qui tulerat de lege abroganda, post Catonem, vt sequitur, pro mulieribus aduersus legē Catoni respondit.

SI in sua quisque nostrûm matrefamiliâs, Quirites, ius & maiestatem viri retinere instituisset, minus cum vniuersis fœminis negotii haberemus: nunc domi victa libertas nostra impotentia muliebri, hîc quoque in foro obteritur & calcatur: & quia singulas sustinere non potuimus, vniuersas horremus. Equidem fabulam & fictam rem ducebā esse, virorum omne genus in aliqua insula coniuratione muliebri à stirpe sublatū esse. Ab nullo genere non æquè summum periculum est, si cœtus & cōcilia & secretas consultationes esse sinas. Atque ego vix statuere apud animum meum possum, vtrum peior ipsa res, an peiore exēplo agatur: quorū alterū ad nos consules reliquósque magistratus, alterū ad vos Quirites magis pertinet. Nā vtrum è republica sit néc ne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio est qui in suffragium ituri estis. Hæc consternatio muliebris, siue sua sponte, siue authoribus vobis, M. Fundani, & L. Valeri, facta est, haud dubiè ad culpā magistratuū pertinens, nescio, vobis tribunis an consulibus magis sit deformis: vobis, si fœminas ad cōcitandas tribunitias seditiones iam adduxistis: nobis, si vt plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendæ sunt. Equidem non sine rubore quodam paulo antè per medium agmen mulierum in forum perueni. Quòd nisi me verecundia singularū magis maiestatis & pudoris quàm vniuersarum tenuisset, ne compellatæ à consule viderētur, dixissem, Qui hic mos est in publicum procurrendi, & obsidendi vias, & viros alienos appellandi? Istud ipsum suos quæque domi rogare non potuistis? an blandiores in publico quàm in priuato, & alienis quàm vestris estis? Quanquam ne domi quidem vos, si sui iuris finibus matronas contineret pudor, quæ leges hîc rogarentur abrogarētúrve, curare decuit. Maiores nostri nullā ne priuatam quidē rem agere fœminas sine authore voluerūt:

in manu esse parentum, fratrum, virorum: nos (si diis placet) iam etiam remp. capessere eas patimur, & foro quoque & concionibus & comitiis immisceri. Quid enim nunc aliud per vias & compita faciunt quàm quòd aliæ rogationes tribunorum pleb. suadent, aliæ legem abrogandam censent? Date frænos impotenti naturæ & indomito animali: & sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi vos faciatis. Minimum hoc eorum est quæ iniquo animo fœminæ sibi aut moribus aut legibus iniunctum patiuntur: omnium rerum libertatem, imò licētiam (si vera dicere volumus) desiderant. Quid enim, si hoc expugnauerint, non tentabunt? Recensete omnia muliebria iura, quibus licētiam earum alligauerint maiores nostri, per quæque subiecerint viris: quibus omnibus constrictas, vix tamen cōtinere potestis: quid? si capere singula & extorquere, & exæquari ad extremum viris patiemini, tolerabiles vobis eas fore creditis? Extemplo simul pares esse cœperint, superiores erunt. At hercule nequid nouum in eas rogetur, recusant non ius, sed iniuriam deprecantur. Imò vt quam accepistis, iussistis suffragiis vestris legem, quam vsu tot annorum & experiendo comprobastis, hanc vt abrogetis: id est, vt vnam tollendo legem, cæteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est: id modò quæritur si maiori parti & in summam prodest. Siquod cuiquam priuatim officiet ius, id destruet ac demolietur: quid attinebit vniuersos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ sunt, possint? Volo tamen audire quid sit propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicū, ac vix foro se ac concione abstineant. Vt captiui ab Annibale redimantur, parentes, viri, liberi, fratres earum. procul abest absitque semper talis fortuna reipublicæ: sed tamen quum fuit, negastis hoc piis precibus earum. At non pietas nec solicitudo pro suis, sed religio congregauit eas. Matrem Idæā Pessinunte ex Phrygia venientem accepturæ sunt. Quid honestum dictu saltem seditioni prætenditur muliebri? Vt auro & purpura fulgeamus, inquiūt: vt carpentis festis profestisque diebus velut triumphātes de lege victa & abrogata, & captis & ereptis suffragiis vestris, per vrbē vectemur: ne vllus modus sumptibus nec luxuriæ sit. Sæpe me querētem de fœminarum, sæpe de virorum, nec de priuatorū modò sed etiam magistratuum sumptibus, audistis: diuersisque duobus vitiis auaritia & luxuria ciuitatem laborare, quæ pestes omnia magna imperia euerterunt. Hæc ego, quo melior lætiórque in dies fortuna reip. est: quo magis imperium crescit, & iam in Græciam Asiámque transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas, & regias etiam attrectamus gazas, eo plus horreo ne illæ res magis nos ceperint quàm nos illas. Infesta (mihi credite) signa ab Syracusis illata sunt huic vrbi: iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes mirantésque, & antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes. Hos ego malo propitios deos, & ita spero futuros, si in suis manere sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non virorum modò sed etiam mulierum animos donis tentauit. Nondum lex Oppia ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat, tamen nulla accepit. Quā causam fuisse censetis? Eadē fuit quæ maioribus nostris nihil de hac re lege sanciēdi. nulla erat luxuria quæ coerceretur. SICVT antè morbos necesse est cognitos esse quàm remedia eorum: sic cupiditates prius natæ sunt quàm leges quæ iis modum facerēt. Quid legem Liciniā excitauit de quingentis iugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi? Quid legē Cinciam de donis & muneribus, nisi quia vectigalis iam & stipendiaria plebs esse senatui cœperat? Itaque minimè mirum est nec Oppiam nec aliam vllam tum legem desideratā esse, quæ modum sumptibus mulierum faceret, quum aurum & purpuram data & oblata vltrò, non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cyneas vrbē circūiret, stantes in publico inuenisset quæ acciperent. Atque ego nonnullarum cupiditatum ne causam quidē aut rationem inire possum. nā vt quod alii liceat, tibi non licere, aliquid fortasse naturalis aut pudoris aut indignationis habeat: sic æquato omnium cultu, quid vnaquæque vestrûm veretur ne in se conspiciatur? Pessimus quidem est pudor vel parsimoniæ vel paupertatis: sed vtrunque lex vobis demit, quum id quod habere non licet, non habetis. Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuples. cur non insignis auro & purpura conspicior? cur paupertas aliarum sub hac legis specie latet, vt quod habere non possunt, habituræ, si liceret, fuisse videantur? Vultis hoc certamen vxoribus vestris iniicere, Quirites, vt diuites id habere velint quod nulla alia possit? pauperes, ne ob hoc ipsum contēnantur, supra vires se extendant? Næ simul pudere quod non oportet, cœperit: quod oportet, non pudebit. quæ de suo poterit, parabit: quæ non poterit, virum rogabit. Miserum illum virū,

& qui exoratus & qui non exoratus erit: quum quod ipse non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vulgò alienos viros rogant: & (quod maius est) legem & suffragia rogant, & à quibusdam impetrãt, aduersus te & rem tuam & liberos tuos inexorabiles. Simul lex modum sumptibus vxoris tuæ facere desierit, tu nũquam facies. Nolite eodem loco existimare, Quirites, futuram rem quo fuit antequam lex de hoc ferretur. & hominem improbum non accusari tutius est quàm absolui: & luxuria non mota tolerabilior esset quàm erit nũc ipsis vinculis, sicut fera bestia irritata, deinde emissa. Ego nullo modo abrogãdam legem Oppiam censeo: vos quod faxitis, deos omnes fortunare velim.

ORATIO L. VALERII TRIBVNI PL. pro mulieribus contra legem Oppiam.

SI priuati tantummodo ad suadẽdum dissuadendúmque id quod à nobis rogatur, processissent: ego quoque quum satis dictũ pro vtraque parte existimarem, tacitus suffragia vestra expectassem. Nunc, quum vir grauissimus consul M. Porcius, non authoritate solùm, quæ tacita satis momenti habuisset, sed oratione etiã longa & accurata insectatus sit rogationẽ nostram, necesse est paucis respõdere. Qui tamen plura verba in castigandis matronis quàm in rogatione nostra dissuadenda cõsumpsit, & quidem vt in dubio poneret vtrũ id quod reprehenderet, matronæ sua spõte, an nobis authoribus fecissent. Rem defendã, nõ nos, in quos iecit magis hæc consul verbo tenus, quàm vt re insimularet. Cœtum & seditiones & interdum secessionem muliebrem appellauit, quòd matronæ in publico vos rogassent vt legem in se latam per bellum temporibus duris, in pace & florente ac beata rep. abrogaretis. Verba magna, quæ rei augẽdæ causa conquirantur, & hæc & alia esse scio: & M. Catonem, oratorẽ non solùm grauẽ, sed interdum etiã trucem esse scimus omnes, quũ ingenio sit mitis. Nã quid tandem noui matronæ fecerunt, quòd frequentes in causa ad se pertinente in publicũ processerunt? Nunquã ante hoc tẽpus in publico apparuerũt? Tuas aduersus te Origines reuoluã: accipe quoties id fecerint, & quidem bono semper publico. Iam à principio regnante Romulo, quũ Capitolio à Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur, nónne intercursu matronarũ inter acies duas præliũ sedatum est? Quid? regibus exactis, quũ Coriolano Martio duce, legiones Volscorum castra ad quintũ lapidem posuissent, nónne id agmen quo obruta hæc vrbs esset, matronæ auerterunt? Iam vrbe capta à Gallis, aurũ quo vrbs redẽpta est, nempe matronæ consensu omniũ in publicum contulerũt. Proximo bello (ne antiqua repetã) nónne & quum pecunia opus fuit, viduarum pecuniæ adiuuerunt ærariũ? & quum dii quoque noui ad opem ferendam dubiis rebus accerserẽtur, matronæ vniuersæ ad mare profectæ sunt ad matrem Idæam accipiendam? Dissimiles, inquit, causæ sunt. Nec mihi causas æquare propositum est: nihil noui factũ purgare satis est. Cæterùm quod in rebus ad omnes pariter viros fœminásque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est, in causa propriè ad ipsas pertinente miramur fecisse? Quid autem fecerunt? Superbas mediusfidius aures habemus, si, quũ domini seruorũ non fastidiãt preces, nos rogari ab honestis fœminis indignamur. Venio nunc ad id de quo agitur, in quo duplex consulis oratio fuit. Nam & legem vllam omnino abrogari est indignatus, & eam præcipuè legem quæ luxuriæ muliebris coercendæ causa lata esset. Et illa communis pro legibus visa consularis oratio est, & hæc aduersus luxuriam seuerissimis moribus conueniebat. Itaque periculum est, nisi, quid in vtraque vani sit, docuerimus, nequis error vobis offundatur. Ego enim quemadmodum ex iis legibus quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut vsus coarguit, aut status aliquis reipublicæ inutilem fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (vt ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse video. Quæ in pace latæ sunt, plerunque bellum abrogat: quæ in bello, pax: vt in nauis administratione alia in secunda, alia in aduersa tempestate vsui sunt. Hæc quum ita natura distincta sint, ex vtro tandem genere ea lex esse videtur quam abrogamus? an vetus regia lex simul cum ipsa vrbe nata? an (quod secundum est) à decemuiris ad condenda iura creatis in duodecim tabulis scripta? sine qua quum maiores nostri non existimarint matronale decus seruari posse: nobis quoque verendum sit ne cum ea pudorem sanctitatémque fœminarum abrogemus? Quis igitur nescit nouam

istam legem esse, Q. Fabio & T. Sempronio consulibus viginti annis antè latam? sine qua quum per tot annos matronæ optimis moribus vixerint, quod tandem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculum est? Nam si ista lex ideo lata esset vt finiret libidinem muliebrem, verendum foret ne abrogata incitaret. Cur sit autem lata, ipsum indicauit tempus. Annibal in Italia erat victor ad Cannas: iam Tarentum, iam Arpos, iam Capuam habebat: ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur: defecerant socii: non milites in supplementum, non socios nauales ad classem tuendam, non pecuniam in ærario habebamus: serui, quibus arma darentur, ita vt pretium pro iis bello perfecto dominis solueretur, emebantur. In eandem diem, frumentum, & cætera quæ belli vsus postulabant, præbenda, publicani se conducturos professi erant: seruos ad remum numero ex censu constituto cum stipendio nostro dabamus: aurum & argentum omne, à senatoribus eius rei initio orto, in publicum conferebamus: viduæ & pupilli pecunias suas in ærarium deferebant: cautum erat quò ne plus auri & argenti facti, quò ne plus signati argenti & æris domi haberemus. Tali eo tempore in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant vt ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit: quum, quia Cereris sacrificium lugentibus omnibus matronis intermissum erat, senatus finiri luctum triginta diebus iussit. Cui non apparet, inopiam & miseriam ciuitatis, & quia omnium priuatorum pecuniæ in vsum publicum verten dæ erant, istam legem scripsisse, tandiu mansuram, quandiu causa scribendæ legis mansisset? Nam si quæ tunc temporis causa aut decreuit senatus, aut populus iussit, in perpetuum seruari oportet: cur pecunias reddimus priuatis? cur publica præsenti pecunia locamus? cur serui qui militent, non emuntur? cur priuati non damus remiges, sicut tunc dedimus? Omnes alii ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum reipub. sentient, ad coniuges tantùm nostras pacis & tranquillitatis publicæ fructus non perueniet? Purpura viri vtemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis vtentur: magistratibus in coloniis municipiísque, hîc Romæ infimo genere magistris vicorũ togæ prætextæ habendæ ius permittemus: nec id vt viui solùm habeant tantum insigne, sed etiam vt cum eo crementur mortui: fœminis duntaxat purpuræ vsu interdicemus? Et quum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matremfamiliâs tuam purpureum amiculum habere non sines? & equus tuus speciosius instratus erit quàm vxor vestita? Sed in purpura, quæ teritur, absumitur, non iustam quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video: in auro verò, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit, quæ malignitas est? Præsidium potius in eo est & ad publicos & ad priuatos vsus, sicuti experti estis. Nullam æmulationem inter se singularum, quando nulla haberet, esse aiebat. At hercule vniuersis dolor & indignatio est, quum sociorum Latini nominis vxoribus vident ea concessa ornamenta quæ sibi adempta sint: quum insignes eas esse auro & purpura: quum illas vehi per vrbem, se pedibus sequi: tanquam in illarum ciuitatibus, non in sua imperium sit. Virorum hoc animos vulnerare posset: quid muliercularum censetis, quas etiam parua mouent? Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona aut spolia bellica iis contingere possunt: munditiæ, ornatus, & cultus, hæc fœminarum insignia sunt: his gaudent & gloriantur: hunc mundum muliebrem appellarunt maiores nostri. Quid aliud in luctu quàm purpuram atque aurum deponunt? quid quum eluxerunt, sumunt? Quid in gratulationibus supplicationibúsque nisi excellentiorem ornatum adiiciunt? Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis, non vestri arbitrii erit, siquid eius vetare volueritis quod nũc lex vetat. minus filiæ, vxores, sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris: & ipsæ libertatem, quam viduitas & orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum ornatum, quàm in legis, malunt esse: & vos in manu & tutela, non in seruitio debetis habere eas: & malle patres vos aut viros quàm dominos dici. Inuidiosis nominibus vtebatur modò consul, seditionem muliebrem & secessionem appellando. Id enim periculum est, ne Sacrum montem (sicut quondam irata plebs) aut Auetinum capiant. Patiendum huic infirmitati est quodcunque vos censueritis. Quo plus potestis, eo moderatius imperio vti debetis.

ORATIO M. PORCII CATONIS consulis ad suos.

ARGVMENTVM.

Abrogata lege Oppia, Porcius Cato consul extemplo in Hispaniam cũ copiis profectus est. Hic, vt hostium suorúmque animos experiretur, milites exercebat agendis prædis ex hostium agro. Quod vbi satis explorasset, conuocari omnes iussit: quos in hunc modum ad legitimum certamen adhortari cœpit,

TEmpus quod sæpe optastis, venit, quo vobis potestas fieret virtutẽ vestrã ostendendi. Adhuc prædonũ magis quàm bellantiũ militastis more: nunc iusta pugna hostes cũ hostibus conseretis manus. non agros inde populari, sed vrbium opes haurire licebit. Patres nostri, quum in Hispania Carthaginiensium & imperatores & exercitus essent, ipsi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent, tamen addere hoc in fœdere voluerunt, vt imperii sui Iberus fluuius esset finis: nunc quum duo prætores, quum consul, quũ tres exercitus Romani Hispaniam obtineant, Carthaginiensium iam propè decem annis nemo in his prouinciis sit: imperium nobis citra Iberum amissum est. Hoc armis & virtute recuperetis oportet, & nationem rebellantem magis temere, quàm constanter bellantẽ, iugum quo se exuit, accipere rursus cogatis.

ORATIO T. QVINTII IN CONVENTV GRAECIAE.

ARGVMENTVM.

Iam in pace & libertate vniuersa Græcia præter Ætolos erat, quũ T. Quintio senatusconsultũ de suscipiendo bello aduersus Nabin Lacedæmonium, qui Argos occupabat, affertur. Eo itaq; lecto, Corinthũ in constitutã diem cõuentum omnium sociarum ciuitatũ Græciæ edicit. Ad diem quum frequentes conuenissent, ita de bello aduersus Nabin gerendo retulit,

BEllum aduersus Philippum non magis cõmuni animo consilióque Romani Græcique gesserunt quàm vtrique suas causas belli habuerunt. Nam & Romanorum amicitiã nunc Carthaginienses hostes eorũ iuuando, nunc hic sociis nostris oppugnandis violauerat: & in vos talis fuit vt nobis, etiamsi nostrarum obliuisceremur iniuriarum, vestræ iniuriæ satis digna causa belli fuerint. Hodierna consultatio tota ex vobis pendet. Refero enim ad vos, vtrum Argos, sicut scitis ipsi, ab Nabide occupatos, pati velitis sub ditione eius esse, an æquũ censeatis nobilissimã vetustissimãmq; ciuitatẽ in media Græcia sitam repeti in libertatẽ, & eodẽ statu quo cæteras vrbes Peloponnesi & Græciæ esse. Hæc cõsultatio, vt videtis, tota de re pertinẽte ad vos est: Romanos nihil cõtingit, nisi quatenus liberatæ Græciæ, vnius ciuitatis seruitus non plenã neq; integrã gloriã esse finit. Cæterùm si vos nec cura eius ciuitatis, nec exẽplũ, nec periculũ mouet, ne serpat latius contagio eius mali: nos æqui boníque facimus. De hac re vos consulo, staturus eo quod plures censueritis.

ORATIO ARISTHENI PRAETORIS ACHAEORUM de AEtolis & Nabide.

ARGVMENTVM.

Hoc ad proximũ pertinet. Ætoli ad conciliũ Græciæ conuenerãt, quorũ princeps Alexãder quũ audiret placere Atheniensibus vt Argi recuperarẽtur, ipse inter alia dixerat, quod ad eam deliberationẽ attinebat, deportãdum esse in Italiã exercitum. Nã ipsum Nabin polliceri aut conditione, aut sua ipsius voluntate præsidium Argis deducturum, quod nisi faceret, Ætolos vi armísque facile coacturos deduci. Hæc prætor audiebat Achæorum Aristhenus, qui ea vaniloquentia motus, extemplo in hæc verba prorupit,

NE istud Iupiter optimus maximus siuerit, Iunóq; regina, (cuius in tutela Argi sunt) vt illa ciuitas inter tyrannum Lacedæmonium & latrones AEtolos præmium sit posita in eo discrimine, vt miserius à nobis recipiatur quàm ab illo capta est. Mare interiectũ ab istis prædonibus non tuetur nos, T. Quinti: quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est? Linguam tantùm Græcorum habẽt, sicut speciem hominũ: moribus ritibúsque efferatioribus quàm vlli barbari, imò quàm rapacissimæ beluæ, vtuntur. Itaque vos rogamus, Romani, vt & ab Nabide Argos recuperetis, & ita res Græciæ constituatis, vt à latrocinio quoque AEtolorum satis pacata hæc relinquatis.

ORATIO NABIDIS TYRANNI Lacedæmoniorum ad T. Quintium.

ARGVMENTVM.

Nabis tyrannus Lacedæmonius quũ maritimas omnes ciuitates à Romanis receptas primo statim aduẽtu cognouit, cedendũ fortunæ ratus, T. Quintiũ ad colloquiũ vocari iubet. Ad præstitutũ diẽ prior ipse de tyrãnide, aliisq; quæ de ipso iactabãtur, in hũc modũ disseruit.

SI ipse per me, T. Quinti, vósque qui adestis, causam excogitare cur mihi aut indixissetis bellum, aut inferretis, possem, tacitus euentum fortunæ meæ expectassem: nunc imperare animo nequiui quin, priusquam perirem, cur periturus essem scirem. Et hercule si tales essetis quales esse Carthaginienses fama est, apud quos nihil societatis fides sancti haberet, in me quoque vobis quid faceretis, minus pensi esse non mirarer: nunc vos quum intueor, Romanos esse video, qui rerum diuinarum fœdera, humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis: quum me ipse respexi, eum esse spero, cui & publicè, sicut cæteris Lacedæmoniis, vobiscum vetustissimum fœdus sit, & meo nomine priuatim amicitia ac societas nuper Philippi bello renouata. Atenim ego eam violaui & euerti, quòd Argiuorũ ciuitatem teneo. Quomodo hoc tuear? re an tempore? Res mihi duplicem defensionẽ præbet. nam & ipsis vocantibus ac tradentibus vrbem eam accepi, non occupaui: & accepi, quum Philippi partium, non in vestra societate esset. Tempus autem eo me liberat, quòd quum iam Argos haberem, societas mihi vobiscum conuenit: &, vt vobis mitterem ad bellum auxilia, non vt Argis præsidium deducerem, pepigistis. At hercule in ea controuersia quæ de Argis est, superior sum & æquitate rei, quòd nõ vestram vrbem sed hostium, quòd volentem non vi coactam accepi: & vestra confessione, quòd in conditionibus societatis mihi Argos reliquistis. Cæterùm nomẽ tyrãni & facta me premunt, quòd seruos ad libertatem voco, quòd in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc respondere possum; me, qualiscunque sum, eũdẽ esse qui fui quum tu ipse mecum, T. Quinti, societatem pepigisti: tum me regem appellari à vobis memini, nunc tyrannum vocari video. Itaque si ego nomen imperii mutassem, mihi meæ inconstantiæ: quum vos mutetis, vobis vestræ reddenda ratio est. Quod ad multitudinem seruis liberatis auctã, & egentibus diuisum agrum attinet, possum quidem & in hoc me iure temporis tutari. nam feceram hæc, qualiacunq; sunt, quũ societatem mecum pepigistis, & auxilia in bello aduersus Philippum accepistis. Sed si nunc ea fecissem, non dico quid in eo vos læsissem, aut vestram amicitiã violassem: sed illud me more atque instituto maiorũ fecisse. Nolite ad vestras leges atq; instituta exigere ea quę Lacedæmone fiunt. nihil cõparare singula necesse est. vos à censu equitẽ, à cẽsu peditem legitis: & paucos excellere opibus, plebem subiectã esse illis vultis: noster legumlator non in paucorum manu remp. esse voluit, quem vos senatum appellatis: nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, sed per æquationẽ fortunæ ac dignitatis, fore credidit vt multi essent qui arma pro patria ferrẽt. Pluribus me peregisse quàm pro patriæ sermone breuitatis, fateor: & breuiter peroratum esse potuit, nihil me, posteaquã vobiscum amicitiam institui, cur eius vos pœniteret, commisisse.

ORATIO T. QVINTII QVA NAbidi respondet.

AMicitia & societas nobis nulla tecum sed cum Pelope rege Lacedæmoniorum iusto ac legitimo facta est: cuius ius tyranni quoque qui postea per vim tenuerunt Lacedæmone imperium, quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupauerant, vsurparunt: sicut tu quoq; hoc Macedonico bello fecisti. Nam quid minus cõueniret quàm nos, qui pro libertate Græciæ aduersus Philippum gereremus bellũ, cum tyranno instituere amicitiam, & eo tyranno, quàm qui vnquam fuit, sæuissimo & violentissimo in suos? Nobis verò, etiamsi Argos nec cepisses fraude, nec teneres, liberantibus omnem Græciam, Lacedæmon quoque vindicanda in antiquam libertatem erat, atque in leges suas, quarum modò, tanquam æmulus Lycurgi, mentionem fecisti. An vt ab Iaso & Bargylliis præsidia Philippi deducantur, curæ erit nobis: Argos & Lacedæmonem duas clarissimas vrbes, lumina quondam Græciæ, sub pedibus tuis relinquemus, quæ titulum nobis liberatæ Græciæ seruientes deforment? Atenim cum Philippo Argiui senserunt.

Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris: satis compertum habemus, duorum aut ad summũ trium in ea re, nõ ciuitatis culpam esse, tam hercle, quàm in te tuóque præsidio accersendo accipiendóque in arcem, nihil sit publico consilio actum. Thessalos & Phocenses & Locrenses consensu omnium scimus partium Philippi fuisse: tamen quum cæterã liberauerimus Græciam, quid tandem censes in Argiuis, qui insontes publici consilii sint, facturos? Seruorum ad libertatem vocatorum, & egẽtibus hominibus agri diuisi crimina tibi obiici dicebas, non quidem nec ipsa mediocria: sed quid ista sunt præ iis quæ à te tuísque quotidie alia super alia facinora eduntur? Exhibe liberam cõcionem vel Argis vel Lacedæmone, si te audire iuuat vera dominationis impotẽtissimæ crimina. Vt omnia alia vetustiora omittam: quàm cædem Argis Pythagoras iste gener tuus penè in oculis meis edidit? quam tu ipse, quum iam propè in finibus Lacedæmoniorum essem? Agedum, quos in concione comprehensos omnibus audientibus ciuibus tuis, in custodia te habiturum esse pronuntiasti, iube vinctos produci, vt miseri parentes, quos falsò lugent, viuere sciant. Atenim vt iam ita sint hæc, quid ad vos Romani? Hoc tu dicas liberantibus Græciam, hoc iis qui vt liberare possent, mare traiecerunt, terra marique gesserunt bellum? Vos tamen, inquis, vestrámque amicitiam ac societatem propriè nõ violaui. Quoties vis te id arguam fecisse? Sed nolo pluribus: summam rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia violatur? Nempe his maximè duabus, si socios meos pro hostibus habeas, si cum hostibus te coniũgas. Vtrunque à te factum est. nam & Messenen vno atque eodem iure fœderis quo & Lacedæmonem, in amicitiam nostram acceptam, socius ipse sociam nobis vrbẽ vi atque armis cepisti: & cum Philippo hoste nostro non societatem solùm, sed (si diis placet) affinitatem etiam per Philoclem præfectum eius pepigisti: & bellum aduersum nos gerens, mare circa Maleam infestum nauibus piraticis fecisti: & plures propè ciues Romanos quàm Philippus, cepisti atque occidisti: tutiórque Macedoniæ ora quàm promontorium Maleæ, commeatus ad exercitus nostros portantibus nauibus fuit. Proinde parce sic fidem ac iura societatis iactare: & omissa populari oratione, tanquam tyrannus & hosti loquere.

ORATIO T. QVINTII QVA SVOS AD obsidionem Lacedæmonis adhortatur.

ARGVMENTVM.

Hoc cum prioribus duabus concionibus coniunctum est. Quum ita colloquuti essent, Nabis, Aristheno, vt dum liceret suis rebus consuleret, orante, postero die se deductur ũ Argis (quãdo ita Romanis placeret) præsidiũ spoponderat, simul & perfugas & captiuos redditurum, ac si quid aliud vellent, facturum. Interim ad bellum tantum Quintius animum intendebat: ac nihil dum eorum quæ receperat Nabis, apparebat, quum sentientibus omnibus continuandum esse bellum, ipse vnus per simulationem difficultatem obsidionis Lacedæmonis, quò se Nabis ex colloquio receperat, causando, etiam tum à bello militum animos auertere conabatur. Vbi simulatione illa in dies militum animos (quod vnum agebat) magis accendi ac crescere vidit, repentè in hæc verba ad obsidionem adhortatus est,

Bene vertat: obsideamus Lacedæmonem, quando ita placet. Cæterùm quum res tam lenta quàm ipsi scitis, oppugnatio vrbium sit, & obsidẽtibus prius sæpe quàm obsessis tædium afferat: iam nunc hoc ita proponere vos animis oportet, hybernandum circa Lacedæmonis mœnia esse. Quæ mora si laborem tantùm ac periculum haberet, vt & animis & corporibus ad sustinẽda ea parati essetis, hortarer vos: nunc impensa quoque magna eget, in opera, in machinationes & tormenta quibus tanta vrbs oppugnanda est, in cõmeatus nobis vobísque in hyemem expediendos. Itaque ne aut repentè trepidetis, aut rem inchoatam turpiter destituatis, scribendum antè vestris ciuitatibus censeo, explorandúmque quid quæque animi, quid virium habeat. Auxiliorum satis superque habeo: sed quò plures sumus, pluribus rebus egebimus. Nihil iam præter nudum solum ager hostium habet: ad hoc hyems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis.

ORATIO MINIONIS AD LEGAtos Romanorum.

ARGVMENTVM.

Legati Romani P. Sulpitius & P. Iulius missi ad Eumenẽ primùm, deinde ad Antiochũ,

Ii expositis senatus mandatis Eumeni, Ephesum ad Antiochum veniunt. Fortè per eos dies filii Antiochi morte primùm nũtiata, factum erat vt clausa regia, omnes in luctu essent. Legatus alter (nã Sulpitius æger Pergami substiterat) eo publico luctu, non fore ratus vt lætis animis audiretur, Pergamum auertit iter. Paucis diebus luctu finito, Antiochus iam satis doctus quid ad se veniret legati, cum vno Minione principe amicorum consilia communicabat. Fugiebat atque detrectabat modis omnibus cum legatis colloquium: ac futurum erat vt nec admitteret legatos, si rediret vltrò, nec accerseret diutius commoratos, nisi Minio ipse causam totam susceptam eius commodo cum legatis se acturum recepisset. Accitis itaque legatis, Minio ipse absente Antiocho ita loquutus est. Legati deinde responderunt.

SPecioso titulo vti vos, Romani, Græcarum ciuitatum liberandarum video: sed facta vestra orationi non conueniunt: & aliud Antiocho iuris statuistis, alio ipsi vtimini. Quî enim magis Smyrnæi, Lampsaceníque Græci sunt, quàm Neapolitani & Rhegini & Tarentini, à quibus stipendium, à quibus naues ex fœdere exigitis? Cur Syracusas atque in alias Siciliæ Græcas vrbes prætorem quotannis cum imperio & virgis & securibus mittitis? Nihil aliud profectò dicatis quàm armis superatis vos iis has leges imposuisse. Eandem de Smyrna & Lampsaco, ciuitatibúsque quæ Ioniæ aut AEolidis sunt, causam ab Antiocho accipite. Bello superatas à maioribus, & stipendiarias ac vectigales factas, in antiquum ius repetit. Itaque ad hæc ei responderi velim, si ex æquo disceptatur, & non belli causa quæritur.

ORATIO SVLPITII LEGATI ROMANORVM qua ad præcedentem respondet.

FEcit verecundè Antiochus, qui, si alia pro causa eius non erant quæ diceretur, quemlibet ista quàm se dicere maluit. Quid enim simile habet ciuitatum earum quas comparasti, causa? Ab Rheginis & Neapolitanis & Tarentinis, ex quo in nostram venerunt potestatem, vno & perpetuo tenore iuris semper vsurpato, nunquam intermisso, quæ ex fœdere debent exigimus. Potésne tandem dicere vt ii populi non per se, non per aliũ quẽquam fœdus mutauerint: sic Asiæ ciuitates, vt semel venerunt in maiorum Antiochi potestatem, in perpetua possessione regni vestri permansisse? & non alias earum in Philippi, alias in Ptolemæi fuisse potestate: alias per multos annos nullo ambigente libertatem vsurpasse? Nam si, quòd aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, ius post tot secula asserendi eos in seruitutem faciet: quid abest quin actum nobis nihil sit, quòd à Philippo liberauimus Græciam? & repetant posteri eius Corinthũ, Chalcidem, Demetriadem, & Thessalorum totam gentem? Sed quid ego causam ciuitatum ago, quam ipsis agentibus & nos & regem ipsum cognoscere æquius est?

ORATIO ANNIBALIS AD ANTIOCHVM QVA se purgat.

ARGVMENTVM.

Pertinet hoc ad conciones superiores duas. His inuicem iactis, legati earũ ipsarum ciuitatũ de quibus Sulpitius meminerat, quum introducti nunc suas quisque querelas, nunc expostulationes interfererent, re infecta dimissi sunt. Exinde consilium inibat Antiochus belli aduersus Romanos suscipiendi. In id consilium fortè Annibal adhibitus non erat, propter colloquia cum Iulio legato altero Romanorum, suspectus. Percontatus itaque alienationis, & iracundiæ regis in se causam, quum ex colloquiis id natum acciperet, occasionem modò se regi purgandi quærebat. Ac eam tandem nactus, ita se regi purgauit,

PAter Amilcar, Antioche, paruum admodum me, quum sacrificaret, altaribus admotũ iureiurando adegit, nunquam amicum fore populi Romani. Sub hoc sacramento sex & triginta annos militaui: hoc me in pace patria mea expulit, hoc patria extorrẽ in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spẽ meam destitueris, vbicunque vires, vbi arma esse sciam, inueniam toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes. Itaque si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere licet, aliam materiam crescẽdi ex me quærant. Odióque sum Romanis: id me verũ dicere, pater Amilcar & dii testes sunt, proinde quum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto: si qua res te ad pacem compellet, in id consilium alium cum quo deliberes quærito.

Ex tricesimosexto libro ab vrbe condita.

ORATIO ANNIBALIS IN CONCILIO Antiochi, de totius belli ratione & Macedonibus sententia.

ARGVMENTVM.

Antiochus Annibalem in consilium adhibere non solebat, etiamsi oratione eâ qua se Annibal purgauit, regem sibi reconciliasset. Fortè in id adhibitus quo de Thessalis consultabatur, quum aliud alii sentirent, nominatim rogatus sententiam, ita consilium suum de Macedonibus & Philippo in amicitiam deducendis, totiúsque belli ratione, exposuit.

SI ex quo traiecimus in Græciam, adhibitus essem in consilium, quum de Euboea, de Achæis, déque Bœotia agebatur, eandem sententiam dixissem quam hodie quum de Thessalis agitur, dicam. Ante omnia Philippum & Macedonas in societatem belli quacunque ratione censeo deducendos esse. Nam quod ad Eubœam Bœotósque & Thessalos attinet, cui dubium est quin, vt quibus nullæ suæ vires sint, præsentibus adulãdo semper, quem metum in consilio habeant, eodem ad impetrandam veniam vtantur? simulac Romanum exercitum in Græcia viderint, ad consuetum imperium se auertant? nec iis noxæ futurum sit quòd quum Romani procul abessent, vim tuã præsentis exercitúsque tui experiri noluerint? Quanto igitur prius potiúsque est Philippũ nobis cõiungere quàm hosti? cui, si semel in causam descenderit, nihil integri futurũ sit, quíque eas vires afferat quæ non accessio tantùm ad Romanum esse bellum, sed per se ipsæ nuper sustinere potuerint Romanos? Hoc ego adiuncto (absit verbo inuidia) quid dubitare de euentu possim, quum quibus aduersus Philippum valuerint Romani, iis nunc fore videam vt ipsi oppugnentur? AEtoli qui Philippum (quod inter omnes cõstat) vicerunt, cum Philippo aduersus Romanos pugnabunt: Aminander atque Athamanum gens, quorum secundum AEtolos plurima fuit opera in eo bello, nobiscum stabunt. Philippus tum te quieto totam molem sustinebat belli: nunc duo maximi reges, Asiæ Europæque viribus aduersus vnũ populum, vt meam vtranque fortunam taceam, patrum certè ætate ne vni quidem Epirotarum regi parem, quicquid tandem erit vobiscum comparatus, geretis bellum. Quæ igitur res mihi fiduciam præbet coniungi nobis Philippum posse? Vna communis vtilitas, quæ societatis maximum vinculum est: altera, autores vos AEtoli. Vester enim legatus hic Thoas inter cætera quæ ad exciendum in Græciam Antiochum dicere est solitus, ante omnia hoc semper affirmauit, fremere Philippum & ægrè pati sub specie pacis leges seruitutis sibi impositas. Ille quidem, vt feræ bestiæ vinctę aut clausæ, & refringere claustra cupientes, regis iram verbis æquabat: cuius si talis animus est, soluamus nos eius vincula & claustra refringamus, vt erumpere diu coercita ira in hostes communes possit. Quòd si nihil eum legatio nostra mouerit: at nos, quoniam eum nobis adiungere non possumus, ne hostibus nostris ille adiungi possit caueamus. Seleucus filius tuus Lysimachiæ est: qui si eo exercitu quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniæ cœperit depopulari, facilè ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissimùm tuenda auertet. De Philippo sententiam meam habes: de ratione vniuersi belli quid sentirem, iam ab initio non ignorasti. Quòd si tum auditus forem, non in Eubœa Chalcidem captam, & castellum Euripi expugnatum Romani, sed Etruriam, Ligurúmque & Galliæ Cisalpinæ oram bello ardere, & (qui maximus iis terror est) Annibalem in Italia esse audirent. Nunc quoque accersas censeo omnes nauales terrestrésque copias, sequantur classem onerariæ cum commeatibus. Nam hîc sicut ad belli munera pauci sumus, sic nimis multi pro inopia commeatuum. Quum tuas omnes contraxeris vires, diuisam classem partim Corcyræ in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat: partim ad littus Italiæ quod Sardiniam Africámque spectat, traiicies: ipse cum omnibus terrestribus copiis in Byllinum agrum procedes: inde Græciæ præsidebis, & speciem Romanis traiecturum te præbens, & si res popóscerit, traiecturus. Hæc suadeo, qui vt non omnis peritissimus sim belli, cum Romanis certè bellare bonis malísque meis didici. In quæ cõsilium dedi, in eadem nec infidelem nec segnem operam polliceor. Dii approbent eam sententiam quę tibi optima visa fuerit.

ORATIO ATTILII CONSVLIS ad suos.

ARGVMENTVM.

Attilius consul depopulatus Hypatensem Heracleensémque agrum, in faucibus ad Thermopylas, vbi rex Antiochus erat, castra locauerat. Quod vbi regi allatum est, veritus ipse ne quam viam per iuga imminentia Romani ad transitum inuenirent, Ætolis Heracleam mandat, occuparent ea ipsa cacumina, ne quà Romanus transire posset. Ita vt iussecrat rex, Ætoli ad occupandum contendunt. Consul ea re cognita, eôdem aduersus Ætolos missis legionibus, ipse priusquam in hostē copias educeret, ita militū animos cōfirmauit,

PLerosque omnium ordinum milites inter vos esse video, qui in hac eadem prouincia T. Quintii ductu auspicióque militaueritis. Macedonico bello inexuperabilis magis saltus ad amnem Aoum fuit quàm hîc: quippe portæ sunt hæ, & vnus inter duo maria clausis omnibus velut naturalis transitus est. munitiones & locis opportunioribus tunc fuerunt & validiores impositæ, exercitus hostium ille & numero maior, & militum genere aliquanto melior. Quippe illic Macedones Thracésque & Illyrii erant, ferocissimæ omnes gentes: hîc Syri & Asiatici Græci sunt, leuissima genera hominum & seruituti nata. Rex ille bellicosissimus, exercitatus iam inde à iuuenta finitimis Thracum atque Illyriorum & circà omnium accolarum bellis: hic (vt omnem aliam vitam omittam) is est qui quum ad inferendum populo Rom. bellum ex Asia in Europam transisset, nihil memorabilius toto tempore hybernorum gesserit, quàm quòd amoris causa, ex domo priuata & obscuri etiā inter populares generis vxorē duxit, & nouus maritus, velut saginatus nuptialibus cœnis, ad pugnā processit. Sūma viriū spéique eius in AEtolis fuit, gente vanissima & ingratissima, vt vos prius experti estis, nunc Antiochus experitur. Nam nec conuenerunt frequētes, nec contineri in castris potuerunt: & in seditione ipsi inter se sunt, & quum Heracleam tuendam Hypatámque depoposcissent, neutram tutati, pars refugerunt in iuga montium, pars Heracleæ incluserunt sese. Rex ipse confessus nusquam æquo campo non modò congredi se ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere: relicta omni ante se regione ea quam se nobis ac Philippo ademisse gloriabatur, condidit se intra rupes, ne ante fauces quidem saltus, (vt quondam Lacedæmonios fama est) sed intrà penitus retractis castris. Quod quantum interest, ad timorem ostendendum, an muris alicuius vrbis obsidendum sese incluserit? Sed neque Antiochum tuebuntur angustiæ, nec AEtolos vertices illi quos ceperunt: satis vndique prouisum atque præcautum est ne quid aduersus vos in pugna præter hostes esset. Illud proponere animo vestro debetis, non vos pro Græciæ libertate tantùm dimicare (quanquam is quoque egregius titulus esset, liberatam à Philippo antè, nunc ab AEtolis & ab Antiocho liberare) nec ea tantùm in præmium vestrum cessura, quæ nunc in regiis castris sunt: sed illum quoque omnem apparatum qui in dies ab Epheso expectatur, prædæ futurum: Asiam deinde, Syriámq;, & omnia vsque ad ortus solis ditissima regna imperio Romano aperturos. Quid deinde aberit quin ab Gadibus ad mare rubrum oceano fines terminemus, qui orbem terrarum amplexu finit? & omne humanum genus secundum deos nomen Romanum veneretur? In hæc tanta præmia dignos parate animos, vt crastino die bene iuuantibus diis acie decernamus.

ORATIO T. QVINTII AD ACHAEOS de Zacyntho.

ARGVMENTVM.

Zacynthus insula erat, quā Hiero Agrigentinus, Aminandri, cuius in possessione erat, præfectus, posteaquam dominum à Philippo Megalopolitano Athamania pulsum audiuit, pecunia pactam Achæis tradiderat. T. Quintius hac re cognita concilium Achæorum edicit, vbi de Zacyntho ageretur. Ad diem præstitutum Romani insulam vt suam repetebant. Diaphanes contrà prætor Achæorum, suæ ditionis esse iuréque à se possideri contendebat. Achæi multi eam iam ab initio se aspernatos esse testabātur: quò magis prætoris pertinaciam admirari non desistebant. In tanta opinionum varietate res tota T. Quintii permissa est arbitrio, qui quod velit nunc exponit.

Si vi-

SI vtilem possessionem eius insulæ censerem Achæis esse, autor essem senatui populóque Romano vt eam vos habere finerent. Cæterùm sicut testudinem, vbi collecta in suum tegumé est, tutam ad omnes ictus video esse: vbi exerit partes aliquas, quodcunque nudauit, obnoxium atque infirmum habere: haud dissimiliter vos, Achæi, clausos vndique mari, quæ intra Peloponnesi sint terminos, ea & iungere vobis, & iuncta tueri facilè: simul auiditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extrà sint, & exposita ad omnes ictus esse.

ORATIO QVINTII AD M. ACILIVM consulem pro AEtolis.

ARGVMENTVM.

M. Acilius, quum delatis pacis conditionibus, Ætolos Naupactum ad sustinendam totam belli molem cófugisse comperisset, tum demum vi atque armis agédum esse cum iis ratus, vrbem ipsam obsidere cœpit. In castra eo ipso tempore T. Quintius ex concilio Achaico redierat: qui quum ex composito muros obambularet, vt ab Ætolis ipsis nosceretur, omnes extemplo nomine eum inclamabát, orabántque vt se seruare vellet. Mouit ea vox Quintiū, qui in castra descendens, ita M. Acilium monuit vt soluta obsidione aliò transferret bellū.

VTrum fallit te, M. Acili, quid agatur? an quum satis prouideas, nihil id magnopere ad summam Reipub. pertinere censes? *Erexerat expectatione consulem*. Et quin expromis, *inquit Acilius*, quid rei sit? *Tum Quintius*, Ecquid vides te deuicto Antiocho in duabus vrbibus oppugnandis tempus terere, quum iam propè annus circumactus sit imperii tui? Philippum autem, qui non aciem, non signa hostium vidit, non solùm vrbes, sed tot iam gentes, Athamaniam, Perrhæbiam, Aperantiam, Dolopiam sibi adiunxisse? Atqui non tantum interest nostra AEtolorum opes ac vires minui, quantum nó supra modum Philippum crescere, & victoriæ tuæ præmium te militésque tuos nondum tot vrbes, quot Philippum gentes, Græciæ habere.

ORATIO T. QVINTII AD AETOlorum principes de reconciliatione.

ARGVMENTVM.

Cognitio huius à superiore petenda oratione. M. Acilius consul verbis T. Quintii motus, totam ipsi rem permiserat. Itaque rursus obambulare circa eandem partem maris, circa quā paulo antè vociferati erant Ætoli, pergit. Vbi quum eum rursus Ætoli animaduerterent, impensius orabant vt sui misereretur. Tum egredi aliquot ad se iubet, quibus ad pedes prouolutis, quid ipse vellet, ita exposuit,

FOrtuna vestra facit vt & iræ meæ & orationi temperé. euenerunt quæ prædixi euentura: & ne hoc quidem reliqui vobis est vt indignis accidisse eà videantur. Ego tamen sorte quadam nutriédæ Græciæ datus, ne ingratis quidem benefacere absistam. Mittite oratores ad consulem, qui inducias tantum temporis petant, vt mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis. Ego apud consulem deprecator defensórque vobis adero.

Ex tricesimoseptimo libro ab vrbe condita.

ORATIO EVMENIS IN CONCILIO.

ARGVMENTVM.

L. Æmilio prætori inter prouincias decernédas classis Romana decreta erat. Eum quū Samo Eleam, vt regi Eumeni opé ferret, cū classe Romana venisse Antiochus audiret, Publiúmque Scipionem consulé iam in Macedonia cū exercitu esse: de pace agendi tépus venisse ratus, caduceatorem ad AEmilium misit, qui de pace se agere velle nuntiaret. Tum conciliū hac de re AEmilius edicit: in quo quū de re ipsa referret, Rhodii quidé rogati sententiā, cébant pacem esse faciendā: cæterùm Eumenes contrà sentiebat. quam sententiā ita peregit,

QVì enim aut honestè inclusi mœnibus, & obsessi velut leges pacis accipiemus? aut cui rata ista pax erit, quam sine consule, non ex autoritate senatus, non iussu populi Rom. peregerimus? Quæro enim, pace per te facta, redituŕusne extemplo in Italiam sis, classem exercitúmque deducturus: an expectaturus quid de ea re consuli placeat, quid senatus censeat, quid populus iubeat. Restat ergo vt maneas in Asia, & rursus in

hyberna copiæ reductæ, omisso ibi bello exhauriant commeatibus præbendis socios: deinde, si ita visum sit iis penes quos potestas fuerit, instauremus nouum deintegro bellum: quod possumus, si ex hoc impetu rerum nihil prolatãdo remittitur, ante hyemem diis volentibus perfecisse.

ORATIO SCIPIONIS QVA LEGATIS tos Antiochi respondet.

ARGVMENTVM.

Heraclides Byzantius ab Antiocho missus de pace legatus, P. Scipioni inter cæteras conditiones eam quoque detulerat, Antiochum paratum esse restituere Romanis quascunque in Asia teneret vrbes, dimidiámque partem impensarum in bellum factarũ præstare. Eas Romanis non placere videns, priuatim Scipionem alloquitur, sicuti mandatum ipsi erat; fore, si conditiones acciperet, vt Antiochus ipsi filium etiam sine pretio redderet: magnum deinde auri pondus pollicitus, in societatem regni eum venturum professus est, si pacem fecisset. Nunc Scipio respondet,

QVòd Romanos omnes, quòd me, ad quem missus es, ignoras, minus miror, quum te fortunam eius à quo venis, ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat, ne Chersonesum intraremus: aut ad Hellespõtum obsistendum, ne in Asiam traiceremus, si pacem tanquam à solicitis de belli euentu petituri eratis. Concesso verò in Asiam transitu, & non solùm frenis, sed etiam iugo accepto, quę disceptatio ex æquo, quum imperium patiendum sit, relicta est? Ego ex munificentia regia, maximum donum filium habebo: aliis deos precor ne vnquam fortuna egeat mea, animus certè non egebit. Pro tanto in me munere gratum me esse in se sentiet, si priuatã gratiam pro priuato beneficio desiderabit: sed publicè nec habebo quicquam ab illo, nec dabo. Quod in præsentia dare possim, fidele consilium est: abi, nuntia meis verbis, bello absistat, pacis conditionem nullam recuset.

ORATIO ZEVSIS LEGATI ANTIOCHI ad Romanos de pace.

ARGVMENTVM.

Antiochus eo prælio quod aduersus Romanos ad Phrygium flumẽ commisit, fuga sibi salutem quærere coactus erat. Ex ea fuga nocte Sardis primùm, deinde Apameam se recepit: vbi de pace agendum esse, vt in tam aduersis rebus, in animum inducens, legatos ad consulem de ea re mittit. Dato concilio Zeusis legatorum princeps ita causam egit,

NOn tam quid ipsi dicamus, habemus, quàm vt à vobis quæramus, Romani, quo piaculo expiare errorem regis, pacem veniámque impetrare à victoribus possimus. Maximo semper animo victis regibus populisque ignouistis: quanto id maiore & placatiore animo decet vos facere in hac victoria, quæ vos dominos orbis terrarum fecit? Positis iam aduersus omnes mortales certaminibus, haud secus quàm deos consulere & parcere vos generi humano oportet.

ORATIO SCIPIONIS ad ea respondentis.

ROmani ex iis quæ in deûm immortalium potestate erant, ea habemus quæ dii dederunt: animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus gerimúsque: neque eos secundæ res extulerunt, nec aduersæ minuerunt. Eius rei (vt alios omittã) Annibalem vestrũ vobis darem testẽ, nisi vosipsos dare possem. Posteaquã Hellespõtum traiecimus, priusquã castra regia, priusquam aciem videremus, quũ cõmunis mars & incertus belli euentus esset, de pace vobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, easdem nunc victores victis ferimus. Europa abstinete, Asiáque omni quæ cis Taurum montem est, decedite: pro impensis deinde in bellũ factis, XV milia talentûm Euboicorũ dabitis: quingenta præsentia, duo millia & quingẽta quũ senatus populúsque Ro. pacẽ cõprobauerint: mille deinde talẽtûm per XII annos. Eumeni quoq; reddi CCCC talẽta, & quod frumẽti reliquũ ex eo quod patri debitũ est, placet. Hæc quũ pepigerimus, facturos vos vt pro certo habeamus, erit quidem aliquod pignus, si obsides viginti nostro arbitratu dabitis: sed nũquã satis liquebit nobis, ibi pacẽ esse populo Rom. vbi Annibal erit. eũ ante omnia deposcimus. Thoantẽ quoque AEtolũ cõcitatorẽ AEtolici belli, qui & illorũ fiducia vos, & vestra illos in nos armauit, dedetis, & cum eo Mnasymmachũ Acarnanẽ,

& Chalcidenses Philonem & Eubulidã. In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit quàm facere potuit, si nunc remoratus fuerit, sciat regum maiestatem difficilius ab summo fastigio ad medium detrahi, quàm à mediis ad ima præcipitari.

ORATIO EVMENIS IN SENATV.

ARGVMENTVM.

Delatis Antiocho Asiatico regi pacis conditionibus, Eumenes rex Romã proficiscitur: quem sequuntur Rhodiorum, Antiochi, aliorumque Asiaticorum populorum legationes. Ipse Eumenes atque Rhodii in id vnum venerunt, vt pro impensis atque laboribus in bella Romanorum exhaustis dignum aliquod præmium acciperent. Eumeni primùm senatus datus. Ibi quum merita primò Romanorum erga se exposuisset, gratulatusque ipsis esset victoriam, pudore atque verecundia prohibitus, merita sua in eos malle se ex imperatoribus cognosci, quàm se referente, dicebat. Iussus referre, quum se verecundia prohiberi testaretur, vererique nequid aut immoderatè cupisse, aut immodicè petisse videretur, egredi templo cœpit. Reuocatus, & merita sua, & quod ob ea præmium sibi dari optaret, expromere cogitur. Ita victus rem in hæc verba demonstrauit,

PErseuerassem tacere, P. C. nisi Rhodiorum legationem mox vocaturos vos scirem, & illis auditis mihi necessitatẽ fore dicẽdi: quæ quidem eo difficilior oratio erit, quòd ea postulata eorum futura sunt, vt non solùm nihil quod contra me sit, sed ne quod ad ipsos quidem propriè pertineat, petere videantur. Agent enim causam ciuitatum Græcarum, & liberari eas dicent debere. quo impetrato, cui dubium est quin & à nobis auersuri sint non eas modò ciuitates quæ liberabuntur, sed etiam veteres stipendiarias nostras? sibi autẽ tanto obligatos beneficio, verbo socios, re vera subiectos imperio & obnoxios habituri sint? Et (si diis placet) quum has tantas opes affectabunt, dissimulabunt vlla parte id ad se pertinere: vos modò id decere, & conueniens esse antefactis dicent. Hæc vos ne decipiat oratio, prouidendum vobis erit, néve non solùm inæqualiter alios nimium deprimatis ex sociis vestris, alios præter modum extollatis: sed etiam ne, qui aduersus vos arma tulerint, in meliore statu sint quàm socii & amici vestri. Quod ad me attinet, in aliis rebus cessisse intra finem iuris mei cuilibet videri malim, quàm nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse. In certamine autem amicitiæ vestræ, beneuolentiæ erga vos, honoris, qui à vobis habebitur, minimè æquo animo vinci possum. Hanc ego maximam hæreditatem à patre accepi, qui primus omnium Asiam Græciámque incolentium in amicitiam vestram venit, eámque perpetua & constanti fide ad extremum finem vitæ perduxit: nec animum duntaxat vobis bonum ac fidelem præstitit, sed omnibus interfuit bellis quæ in Græcia gessistis, terrestribus naualibúsque: omni genere commeatuum, ita vt nemo sociorum vestrorum æquari vlla parte possit, vos adiuuit. Postremò quum Bœotos ad societatem vestram hortaretur, in ipsa concione intermortuus, haud multo pòst expirauit. Huius ego vestigia ingressus, voluntati quidem & studio in colendis vobis adiicere (etenim inexuperabilia hæc erant) nihil potui: rebus ipsis, meritísque, & impensis officiorum vt superare possem, fortuna, tempora, Antiochus, & bellum in Asia gestum, præbuerunt materiam. Rex Asiæ & partis Europæ Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat, restituebat extemplo ciuitates quæ defecerant à nobis, spem magnam in posterum amplificandi regni faciebat, si secum aduersus vos bellum gessissem. Non gloriabor eo quòd nihil in vos deliquerim: illa potius, quæ vetustissima domus nostræ vobiscum amicitia digna sunt, referam. Terrestribus naualibúsque copiis, vt nemo vestrorum sociorum me æquiparare posset, imperatores vestros adiuui: commeatus terra marique suppeditaui: naualibus præliis, quæ multis locis facta sunt, omnibus affui: nec labori meo nec periculo vsquam peperci: quod miserrimum est in bello, obsidionem passus sum, Pergami inclusus cum discrimine vltimo simul vitæ regnique. Liberatus deinde obsidione, quum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcem regni mei castra haberent: relictis rebus meis, tota classe ad Hellespontum L. Scipioni consuli vestro occurri, vt eum in traiiciendo exercitu adiuuarem. Posteaquam in Asiam exercitus vester est transgressus, nunquam à consule abscessi: nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quàm ego fratrésque mei. Nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factum est: in acie vbi steti, eam partem sum tutatus in qua me consul esse voluit. Non sum hoc dicturus, P. C. quis hoc bello meritis erga vos mecum comparari potest? Ego nulli omnium

neque populorum neque regum quos in magno honore habetis, non ausim me cõparare. Masinissa hostis vobis antequam socius fuit, nec incolumi regno cum auxiliis suis, sed extorris, expulsus, amissis omnibus copiis, cum turma equitum in castra confugit vestra: tamen eum, quia in Africa aduersus Syphacem & Carthaginenses fideliter atque impigrè vobiscum stetit, non in patrium solùm regnum restituistis, sed adiecta opulentissima parte Syphacis regni, præpotentem inter Africæ reges fecistis. Quo tandem igitur nos præmio atque honore digni apud vos sumus, qui nunquam hostes, semper socii fuimus? Pater, ego, fratrésque mei non in Asia tantùm, sed etiam procul ab domò in Peloponneso, in Bœotia, in AEtolia, Philippi, Antiochi, AEtolico bello terra maríque pro vobis arma tulimus. Quid ergo postulas? dicat aliquis. Ego, P. C. quoniam dicere vtique volentibus vobis parendum est: si vos ea mente vltra Tauri iuga Antiochum eiecistis, vt ipsi teneretis eas terras: nullos accolas nec finitimos habere quàm vos malo, nec vlla alia re tutius stabiliúsque regnum meum futurum spero: sed si vobis decedere inde, atque exercitus deducere in animo est: neminem digniorẽ esse ex sociis vestris qui bello à vobis parta possideat, quàm me, dicere ausim. Atenim magnificum est liberare ciuitates seruas. Ita opinor, si nihil hostile aduersus vos fecerunt: sin autem Antiochi partis fuerunt, quanto est vestra prudentia & æquitate dignius, sociis benemeritis quàm hostibus vos consulere?

ORATIO RHODIORVM IN SENATV.

NIhil nobis tota nostra actione, P.C. neque difficilius neque molestius est, quàm quòd cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo vno maximè regum & priuatum singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati nostræ hospitium est. Cæterũ non animi nostri, P.C. nos, sed rerum natura, quæ potentissima est, disiungit: vt nos liberi, etiam aliorum libertatis causam agamus, reges serua omnia & subiecta imperio suo esse velint. Vtcunque tamen res se habet, magis verecundia nostra aduersus regẽ nobis obstat, quàm ipsa disceptatio aut nobis impedita est, aut vobis perplexam deliberationem præbitura videtur. Nam si aliter socio atque amico regi & benemerito, hoc ipso in bello de cuius præmiis agitur, honos haberi nullus posset, nisi liberas ciuitates ei in seruitutem traderetis: esset deliberatio anceps, ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro, & gloriam Philippi bello partam, nunc seruitute tot ciuitatum deformaretis. Sed ab hac necessitate aut gratiæ in amicum imminuẽdæ, aut gloriæ vestræ, egregiè vos fortuna vindicat. Est enim deûm benignitate non gloriosa magis quàm diues victoria vestra, quæ vos facilè isto velut ære alieno exoluat. Nam & Lycaonia & Phrygia vtraque, & Pisidia omnis & Chersonesus, quǽque circumiacent Europæ, in vestra sunt potestate: quarum vna quælibet regi adiecta, multiplicare regnum Eumenis potest: omnes verò datæ, maximis eum regibus æquare. Licet ergo vobis & præmiis belli ditare socios, & non decedere instituto vestro. Debetis etiam meminisse quem titulum prætẽderitis prius aduersus Philippum, nunc aduersus Antiochum, belli: quid feceritis Philippo victo, quid nunc à nobis, non magis quia fecistis, quàm quia id vos facere decet, desideretur atque expectetur. Alia enim aliis & honesta & probabilis est causa armorum. Illi agrum, hi vicos, hi oppida, hi portus, orámque aliquam maris vt possideãt: vos nec cupistis hæc, antequam haberetis, nec nunc, quum orbis terrarum in ditione vestra sit, cupere potestis. Pro dignitate & gloria apud omne genus humanũ, quod vestrũ nomen imperiúmque iuxtà ac deos immortales iampridem intuetur, pugnastis: quæ parare & quærere arduum fuit, nescio an tueri difficilius sit. Gentis nobilissimæ vetustissimǽque vel fama rerũ gestarũ, vel omni cõmendatione humanitatis doctrinarúmq;, tuendã ab seruitio regio libertatẽ suscepistis. Hoc patrociniũ receptæ in fidem & clientelã vestrã vniuersæ gentis perpetuum vos præstare decet. Non quæ in solo modò antiquo sunt, Græciæ magis vrbes sunt, quàm coloniæ earũ, illinc quondã profectæ in Asiam: nec terra mutata mutauit genus aut mores. Certare pio certamine cuiuslibet bonæ artis ac virtutis ausi sumus cũ parentibus quæq; ciuitas & cõditoribus suis. Adistis Græciæ, adistis Asiæ vrbes plerique: nisi quòd lõgius à vobis absúmus, nulla vincimur alia re. Massiliẽses, quos, si natura insita velut ingenio terræ vinci posset, iãpridẽ efferassent tot indomitæ circũfusæ gentes: in eo honore, in ea meritò dignitate audimus apud vos esse ac si mediũ vmbilicũ Græciæ incolerẽt. Nõ enim sonũ modò linguæ, vestitúmq; & habitũ, sed ante omnia mores & leges & ingeniũ sincerũ integrúmque à cõ-

tagione accolarum seruauerunt. Terminus est nunc imperii vestri mons Taurus: quicquid intra eum cardinem est, nihil longinquũ vobis videri debet: quò arma vestra peruenerũt, eòdem ius hinc profectum perueniat. Barbari, quibus pro legibus semper dominorũ imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Græci suam fortunam, vestros animos gerunt: domesticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur: nunc imperium vbi est, ibi vt sit perpetuum optant: libertatem vestris tueri armis satis habent, quoniam suis non possunt. Atenim quædam ciuitates cum Antiocho senserunt, & aliæ prius cum Philippo, & cum Pyrrho Tarentini: ne alios populos enumerem, Carthago libera cum suis legibus est. Huic vestro exemplo quantum debeatis videte P.C. ne inducatis in animum negare Eumenis cupiditati quod iustissimæ iræ vestræ negastis. Rhodii & in hoc & in omnibus bellis quæ in illa ora gessistis quàm forti fidelique opera vos adiuuerimus, vestro iudicio relinquimus. Nunc in pace id consilium afferimus, quod si comprobaueritis, magnificentius vos victoria vsos esse quàm vicisse, omnes existimaturi sunt.

Ex tricesimooctauo libro ab vrbe condita.

ORATIO CN. MANLII CONS. QVA SVOS ADHORTATVR.

ARGVMENTVM.

Galli, ducibus Leonorio ac Lutario, in Asiam regiones omnes quacunque ibant debellando, vectigalésque faciendo, penetrauerant, mixtique cum Græcis iam Gallogræcorum nomen sibi imposuerant: cum iis hostibus Cn. Manlius congrediendum esse animo suo proponens, quòd Antiochum in bello adiuuissent: ne fama eius gentis belligerãdi deterriti milites, aut minus acriter pugnarent, aut certamen detrectarent, priusquam in aciem educerentur, ita eorum animos præparauit.

NOn me præterit, milites, omnium quæ Asiam colunt gentium, Gallos fama belli præstare: inter mitissimum genus hominum, ferox natio peruagata bello, propè orbem terrarũ sedem cepit. procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii, ad hæc ineuntium prælium cantus, & vlulatus, & tripudia, & quatientium scuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus, omnia de industria composita ad terrorem. Sed hæc quibus insolita atque insueta sunt, Græci, Phryges & Cares timeant: Romanis Gallici tumultus assuetis etiam vanitates notæ sunt. Semel primo congressu ad Alliam olim fuderunt maiores nostros: eos ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in modum consternatos cædunt fugántque, & plures propè de Gallis triumphi quàm de toto orbe terrarum acti sunt. Iam vsu hoc cognitum est, si primũ impetum, quem feruido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles, vbi ira consedit, animos, sol, puluis sitis, vt ferrum non admoueas, prosternunt. Non legionibus legiones eorum solùm experti sumus, sed vir vnus cum viro vno congrediendo, T. Manlius, M. Valerius quantum Gallicam rabiem vinceret Romana virtus, docuerunt. Iam M. Manlius vnus agmine scãdentes in Capitolium Gallos detrusit. Et illis maioribus nostris cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat: hi iam degeneres sunt, mixti & Galli & Græci, vnóque nomine Gallogræci verè appellantur. Sicut in frugibus pecudibúsque non tantum semina ad seruandum indolem valent, quantum terræ proprietas, cælique sub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in AEgypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias sparsas per orbem terrarum colonias habent: in Syros, Parthos, AEgyptios degenerarunt. Massilia inter Gallos sita traxit aliquantulum ab accolis animorũ. Tarẽtinis quid ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit? Generosius in sua quicquid sede gignitur, insitum alienæ terræ, in id quo alitur, natura vertente se, degenerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, sicut in acie Antiochi cecidistis, victos victores cædetis. Magis id vereor ne parum inde gloriæ, quàm ne nimium belli sit. Attalus eos rex sæpe fudit fugauítque. Nolite existimare beluas tantùm recens captas feritatem illam syluestrem primò seruare, deinde quum diu manibus humanis alantur, mitescere: in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse. Eosdémne hos creditis esse qui patres eorum auíque fuerunt? Extorres inopia agrorum, profecti domo per asperrimam Illyrici oram, Pæoniam, inde & Thraciam, pugnando cũ ferocissimis gentibus, emensi, has terras ceperunt: duratos eos tot malis exasperatósque accepit terra quæ copia rerũ omniũ saginaret: vberrimo agro, mitissimo cælo, clementibus accolarum ingeniis, omnis illa cum qua venerãt,

mansuefacta est feritas. Vobis mehercule Martis viris cauenda ac fugienda quamprimum amœnitas est Asiæ: tantum hæ peregrinæ voluptates ad extinguendum animorum vigorem possunt, quantum contagio disciplinæ morisque accolarum valet. Hoc tamen feliciter euenit quòd sicut vim aduersus vos nequaquam, ita famam apud Græcos parem illi antiquæ obtinent cum qua venerunt, bellique gloriam victores eandem inter socios habebitis, quam si, seruantes antiquum specimen animorum, Gallos vicissetis.

ORATIO L. FVRII PVRPVRIONIS ET PAVLI AEmilii aduersus Cn. Manlium, ne triumphus ei decernatur.

ARGVMENTVM.

Cneus Manlius proconsul, perfecto bello Gallogræcorum Romam redierat, vbi dato senatu, quum propter res à se gestas peteret vt diis honos haberetur, sibique triumphanti in vrbem vehi liceret: inter alios duo extiterunt legati, L. Furius Purpurio, L. AEmilius Paulus, qui maximè intercessere. Inter alia obiiciebant, quum legati missi essent de pace cum Antiocho facienda, ab eo pacem eam turbatam & impeditam esse: nunc quæ ad bellum Gallogræcum pertinent, obiiciunt.

QVid eorum, Cnei Manli, factum est, vt istud publicum populi Rom. bellum, & nõ tuum priuatum latrocinium dicamus? An eo ipso contentus fuisti? recto itinere duxisti exercitum ad eos quos tibi hostes desumpseras? an per omnes anfractus viarum quũ ad biuia consisteres, vt quò flexisset agmen Attalus Eumenis frater, eò consul mercenarius cum exercitu Romano sequereris? Pisidiæ, Lycaoniæque & Phrygiæ recessus omnes atque angulos peragrasti, stipem à tyrannis castellanisque deuiis colligens. Quid enim tibi cũ Oroandis? quid cum aliis æquè innoxiis populis? Bellum autem ipsum cuius nomine triumphum petis, quomodo gessisti? loco æquo, tempore tuo pugnans? Tu verò rectè, vt diis immortalibus honos habeatur postulas, primùm quòd pro temeritate imperatoris nullo iure gentium bellum inferentis pœnas luere exercitum noluerunt, deinde quòd beluas non hostes nobis obiecerunt. Nolite nomen tantùm existimare mixtum esse Gallogræcorum, multo antè & corpore & animo mixti ac mutati sunt. An si illi Galli essent, cum quibus milies vario euentu in Italia pugnatum est, quantum in imperatore nostro fuit, nuntius illinc redisset? Bis cum iis pugnatum est, bis loco iniquo subiit: in valle inferiore pedibus penè hostium aciem subiecit, vt si non tela ex superiore loco mitterent, sed corpora sua nuda iniicerent, obruere nos potuerint. Quid igitur incidit? Magna fortuna populi Romani est, magnum & terribile nomen. Recenti ruina Annibalis, Philippi, Antiochi, propè attonitæ erant tantæ corporum moles: fundis sagittisque in fugã consternatæ sunt: gladius in acie cruentatus non est Gallico bello: velut apium examina ad crepitum primum missiliũ auolauere. At hercule nos iidem (admonẽte fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset.) quum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, cæsi, fugati, exuti impedimentis sumus. Q. Minutius Thermus in quo haud paulo plus damni factum est quàm si Cn. Manlius, cuius temeritate ea clades inciderat, periisset, cum multis viris fortibus cecidit: exercitus spolia regis Antiochi referens, trifariam dissipatus, alibi primum, alibi postremum agmen, alibi impedimenta, inter vepres in latebris ferarum noctem vnam delituit. Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiæque foret acceptum, de quibus hostibus triumphum peteres? de iis (vt opinor) quos tibi hostes senatus aut populus Rom. dedisset. Sic huic L. Scipioni, sic illi M. Attilio de rege Antiocho, sic paulo antè T. Quintio de rege Philippo, sic P. Africano de Annibale, Pœnis & Syphace triumphus datus. Et minima illa, quum iam senatus censuisset bellũ, quæsita tamen sunt: quibus nuntiandum esset: ipsis vtique regibus nuntiaretur, an satis esset ad præsidium aliquod nuntiari. Vultis ergo hæc omnia pollui & confundi? tolli fecialia iura? nullos esse feciales? Fiat (pace deûm dixerim) iactura religionis, obliuio deorum capiat pectora vestra: num senatum quoque de bello consuli non placet? non ad populum ferri, velint iubeántne cum Gallis bellum geri? Modò certè consules Græciam atque Asiam volebant: tamen perseuerantibus vobis Ligures prouinciam decernere, dicto audientes fuerunt. Meritò igitur à vobis prosperè bello gesto triumphum petent, quibus autoribus gesserunt.

ORATIO CNEI MANLII refutatoria.

TRibunipl. antea solebant triumphum postulantibus aduersari, P. C. quibus ego gratiam habeo, quòd seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt, vt non solùm silentio comprobarent honorem meum, sed referre etiam, si opus esse videretur, parati essent. Ex decem legatis (si diis placet) quod consilium dispensandæ cohonestandǽque victoriæ imperatoribus maiores dederunt nostri, aduersarios habeo. Lucius Furius & L. Aemilius currum triumphalem me conscendere prohibent, coronam insignem capiti detrahunt: quos ego, si tribuni me triumphare prohiberent, testes citaturus fui rerum à me gestarum. Nullius equidem inuideo honori P. C. vos tribunospl. nuper viros fortes ac strenuos impedientes, Q. Fabii Labeonis triumphum autoritate vestra deterruistis. Triumphauit, quem non bellum iniustum gessisse, sed hostem omnino non vidisse inimici iactabant. Ego, qui cum centum millibus ferocissimorum hostium signis collatis toties pugnaui, qui plus quadraginta millia hominum cepi aut occidi, qui bina castra eorum expugnaui, qui citra iuga Tauri omnia pacatiora quàm terra Italia est, reliqui, non triumpho modò fraudor, sed causam apud vos P. C. accusantibus meis ipse legatis dico. Duplex eorum, vt animaduertistis P.C. accusatio fuit. Nam nec gerendum mihi fuisse bellum cum Gallis, & gestum temere atque imprudenter dixerunt. Non erant Galli hostes: sed tu eos pacatos imperata facientes violasti. Non sum postulaturus à vobis P. C. vt quæ communiter de immanitate gentis Gallorum, de infestissimo odio in nomen Romanum scitis, ea de illis quoque qui Asiam incolunt, existimetis. Gallos, remota vniuersę gentis infamia atque inuidia, per se ipsos æstimate. Vtinam rex Eumenes, vtinam Asiæ ciuitates omnes adessent, & illos potius querentes quàm me accusantem audiretis. Mittite agedũ legatos circa Asiam ad omnes vrbes, & quærite vtrũ à grauiori seruitute, Antiocho vltrà Tauri iuga moto, an Gallis subactis, liberati sint: quoties agri eorũ vastati sint, quoties prędę abactæ, referant, quũ vix redimendi captiuos copia esset, & mactatas humanas hostias immolatósq; liberos suos audirent. Stipendiũ scitote pependisse socios vestros Gallis, & nũc liberatos per vos regio imperio fuisse pẽsuros, si à me foret cessatũ. Quo longius Antiochus emotus esset, hoc impotẽtius in Asia Galli dominarẽtur, & quicquid est terrarum citra Tauri iuga, Gallorũ imperio, nõ vestro adiecissetis. At enim sunt hæc ita: verumetiam Delphos quondam commune humani generis oraculum, vmbilicum orbis terrarum, Galli spoliauerunt, nec ideo populus Ro. his bellum indixit aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus quo nondum in iure ac ditione vestra Græcia atque Asia erat, ad curãdum animaduertendúmque quid in iis terris fieret: & hoc, quo finem imperii Romani Taurum montem statuistis: quo libertatem immunitatémve ciuitatibus datis: quo aliis fines adiicitis, alios agro mulctatis, aliis vectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curæ vestræ censetis esse vt pacem terra marique habeant. An nisi præsidia deduxisset Antiochus, quæ quieta in suis arcibus erant, non putaretis liberatam Asiam? Si Gallorum exercitus effusi vagarẽtur, rata dona vestra quę dedistis regi Eumeni, rata libertas ciuitatibus esset? Sed quid ego hæc ita argumentor, tanquam non acceperim, sed fecerim hostes Gallos? Te L. Scipio appello, cuius ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatémque pariter non frustra ab diis immortalibus precatus sum: te P. Scipio, qui legati ius, collegæ maiestatem & apud fratrem cõsulem, & apud exercitum habuisti: sciatísne in exercitu Antiochi Gallorum legiones fuisse: videritis in acie eos in cornu vtroque (id enim roboris esse videbatur) locatos: pugnaueritis vt cum hostibus iustis: ceciderìtis: spolia eorum retuleritis. Atqui cum Antiocho, non cum Gallis bellũ his & senatus decreuerat & populus iusserat. Sed simul, vt opinor, cum iis decreuerant iusserántque qui inter eius præsidia fuissent: ex quibus, præter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio, & cum quo nominatim fœdus vt fieret mandaueratis, omnes hostes erant qui pro Antiocho arma aduersus nos tulerunt. In qua causa quum Galli ante omnes fuissent, & reguli quidam & tyranni: ego tamen & cum aliis pro dignitate imperii vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi, & Gallorum animos, si possent mitigari à feritate insita, tentaui: & posteaquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum vi atque armis coercendos ratus sum. Nunc quoniam suscepti belli purgatum est crimen, gesti reddenda

est ratio: in quo confiderem equidem causæ meæ, etiamsi non apud Romanum sed apud Carthaginensem senatum agerem, vbi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero euentu, prauo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea ciuitate quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendísque deos adhibet, quia nullius calumniæ subiicit ea quæ dii comprobauerunt: & in solennibus verbis habet, quum supplicationem aut triumphum decernit, quòd bene ac feliciter Rempub. administrarit: si nollem, si graue ac superbum existimarem virtute gloriari: pro felicitate mea exercitúsque mei, quòd tantam nationem sine vlla militum iactura deuicimus, postularem vt diis immortalibus honos haberetur, & ipse triumphans in Capitolium ascenderem, vnde votis rite nuncupatis profectus sum, negaretis hoc mihi cum diis immortalibus? Iniquo enim loco dimicaui. Dic igitur quo æquiore potuerim dimicare, quum montem hostes cepissent, loco munito se tenerent. Nempe eundum ad hostes erat, si vincere vellem. Quid si vrbem eo loco haberent, & mœnibus se tenerent? Nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas æquóne loco M. Acilius cum rege Antiocho pugnauit? Quid? Philippum non eodem modo super Aoum amnem iuga tenentem montium T. Quintius deiecit? Equidem adhuc qualem aut sibi fingant, aut vobis videri velint hostem fuisse, non inuenio. si degenerem, & emollitum amœnitate Asiæ, quid periculi vel iniquo loco subeuntibus fuit? si timendum & feritate animorum & robore corporum, huíc ne tantæ victoriæ triumphum negatis? Cæca inuidia est P.C. nec quicquam aliud scit quàm detractare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum. Mihi quæso, ita ignoscatis P.C. si longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, & plana ex arduis, & culta ex syluestribus facere potui? & præstare necubi notis sibi latebris delitescerent latrones Thraces? nequid sarcinarum raperetur? nequod iumentum ex tanto agmine abstraheretur? nequis vulneraretur? ne ex vulnere vir fortis ac strenuus Q. Minutius moreretur? In hoc casu, quo infeliciter incidit vt talem ciuem amitteremus, hærent: quòd saltu iniquo, loco alieno quum adortus hostis nos esset, duæ simul acies primi & nouissimi agminis hærentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circumuenerunt: quòd multa millia ipso die, plura multo post dies paucos ceciderunt & ceperunt: hoc si ipsi tacuerint, vos scituros, quum testis orationis meæ totus exercitus sit, non credunt. Si gladium in Asia non strinxissem, si hostem non vidissem, tamen pro Cos. triumphum in Thracia duobus præliis merueram. Sed iam dictum satis est: quin pro eo quòd pluribus verbis vos quàm volui, fatigaui, veniam à vobis petitam impetratámque velim, Patres conscripti.

ORATIO P. SCIPIONIS AFRICANI rei, ad Quirites.

ARGVMENTVM.

Suprà ostensum est, quum Antiochus pacem cum Scipione Africano atque Romanis pacisci vellet, ab ipso datum legato negotium vt si publicè impetrare non posset, priuatim cum Scipione ageret: ita regi placere vt filius sine pretio reddatur, ingénsque auri pondus detur, si per ipsum pacem impetraret. Inde ambo Q. Pleminii Scipionis criminandi occasionem se nactos esse rati, ei diem dicunt. Is verò quum postero die citatus reus magna multitudine amicorum septus in Rostra subisset, in hæc verba populum Romanum admonebat, vt secum diis actum gratias irent, quòd eorum auspiciis tali die de Carthaginensibus triumphasset: ne videlicet in ea ciuitate quam paulo antè ab hostium infestissimorum impetu atque armis vindicauerat, causam diceret.

HOC die, tribuni pleb. vósque Quirites, cum Annibale & Carthaginensibus signis collatis in Africa bene ac feliciter pugnaui. Itaque quum hodie litibus & iurgiis supersedere æquum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Iouem optimum maximum, Iunonémque & Mineruam, cæterósque deos qui Capitolio atque arci præsident, salutandos ibo: iísque gratias agam, quòd mihi & hoc ipso die & sæpe aliàs egregiè Reipub. gerendæ mentem facultatémque dederunt. Vestrum quoque, Quirites, quibus commodum est, ite mecum, & orate deos vt mei similes principes habeatis. Ita, si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos ætatem meam honoribus vestris anteistis, ego vestros honores rebus gerendis præcessi.

Ex trigesimonono libro ab vrbe condita.

ORATIO M. PORCII CATONIS CONsulis, ad populum, in fœdum Bacchanalium ritum.

ARGVMENTVM.

Sacra Bacchi, quæ Bacchanalia dicuntur, ex Græcia in Etruriam prius, deinde velut cõtagione quadam ex Etruria Romam inuecta erant. Qui sacris iis initiabantur, seu mares seu fœminæ, noctu cœtus conciliabuláque faciebant tota vrbe: fœminæ faces ardentes præferebant, quas in aquam demissas, magia quadam, flamma integra efferebant: mares velut capta mente, cum iactatione fanatica vaticinabantur. Inde permixti viri fœminis nullum genus libidinis reliquum faciebant: postremò & virorum inter se & fœminarum passim concubitus fiebant. Hinc rixæ, hinc coniurationes, hinc cædes, hinc nullum nõ mali genus serpebat. Sed nihil non reuelat dies, quanquam diu celatum atque abstrusum. tandem indicio cuiusdam Ebutiæ primùm, deinde Hispalæ, quam Ebutia manumiserat, ad Posthumium consulem res tota defertur. Is primo quoque tempore ad senatum quicquid acceperat defert: cui ob id ipsum habitæ à senatu gratiæ. Patres quæstionem de Bacchanalibus sacrísque nocturnis, consulibus decernunt. Tum verò & ne qui cœtus nocturni fieret decretum, & datum negotium vt sacerdotes qui sacris iis præerant, conquirerentur. Iã suum cuique magistratui officium de iis sacris tollendis iniunctum erat, quum M. Porcius Cato consul, in Rostra concione aduocata conscendit, vnde comprecatus primùm deos, sicuti assolet quoties ad populum magistratus verba facturus est, in hæc verba de tollendis Bacchanalibus disseruit,

NVlli vnquam concioni, Quirites, tam non solùm apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret hos esse deos quos colere, venerari, precaríque maiores vestri instituissent: non illos qui prauis & externis religionibus captas mentes, velut furialibus stimulis, ad omne scelus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quid taceam, nec quatenus proloquar, inuenio: si aliquid ignorabitis, ne locum negligentię dem: si omnia nudauero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor. Quicquid dixero, minus quàm pro atrocitate & magnitudine rei dictum scitote esse: vt ad cauendum satis sit, dabitur opera à nobis. Bacchanalia tota iampridem Italia, & nunc per vrbem etiam multis locis esse, non fama modò accepisse vos, sed crepitibus etiam vlulatibúsque nocturnis, qui personant tota vrbe, certum habeo: cæterùm quę ea res sit, ignorare: alios deorum aliquem cultum, alios concessum ludum & lasciuiam esse credere: & qualecunq; sit, ad paucos pertinere. Quod ad multitudinem eorum attinet, si dixero multa millia hominũ esse, illico necesse est exterreamini, nisi adiunxero, qui qualésq; sint. Primùm igitur mulierum magna pars est, & is fons mali huiusce fuit: deinde simillimi fœminis mares stuprati & constupratores, fanatici vigiles, vino, strepitibus clamoribúsque nocturnis attoniti. Nullas adhuc vires coniuratio, cæterùm incrementum ingens virium habet, quòd in dies plures fiunt. Maiores vestri, ne vos quidem, nisi quum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi cõcilium tribuni edixisset, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, fortè temere coire voluerunt: & vbicunque multitudo esset, ibi & legitimum rectorem multitudinis censebant debere esse. Quales primùm nocturnos cœtus, deinde promiscuos mulierũ ac virorum esse creditis? Si, quibus ætatibus initientur mares, sciatis, non misereat vos eorum solùm, sed etiam pudeat. Hoc sacramento initiatos iuuenes, milites faciendos censetis, Quirites? iis ex obscœno sacrario eductis arma committenda? hi cooperti stupris suis alienísque, pro pudicitia coniugum ac liberorum vestrorum ferro decernent? Minus tamen esset si flagitiis tantùm effœminati forent; (ipsorum id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentem à fraudibus abstinuissent. Nunquam tantum malum in Repub. fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est, ex illo vno sacrario scitote ortum esse. Necdũ omnia in quæ cõiurauerunt edita facinora habent, adhuc priuatis noxiis (quia nondum ad rempublicam opprimendam satis virium est) coniuratio sese impia tenet. Crescit & serpit quotidie malum: iam maius est quàm vt capere id priuata fortuna possit: ad summam reipub. spectat, nisi præcauetis Quirites. Iam huic diurnæ legitimè ab consule vocatæ par nocturna concio esse poterit. Nunc illi vos singuli vniuersos concionantes timent: iam vbi vos dilapsi domos & in rura

vestra eritis, illi coierint, consultabunt de sua salute simul ac vestra pernicie: tum singulis vobis vniuersi timendi erunt. Optare igitur vnusquisque vestrûm debet vt bona mens suis omnibus fuerit: si quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum, cum quibus in omne flagitium & facinus coniurauit, non suum iudicet esse. Nequis etiã errore labatur vestrûm quoque, non sum securus. Nihil enim in speciẽ fallacius est quàm praua religio. Vbi deorum numen prætenditur sceleribus, subit animum timor ne fraudibus humanis vindicandis, diuini iuris aliquid immixtũ violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta pontificum, senatusconsulta, aruspicum denique responsa liberant. Quoties hoc patrum auorúmque ætate negotium est magistratibus datum vt sacra externa fieri vetarent? sacrificulósque vatésque foro, circo, vrbe prohiberent? vaticinios libros conquirerent comburerént que? omnem disciplinam sacrificandi, prẹterquam more Romano, abolerent? Iudicabant enim prudentissimi viri omnis diuini humaniq; iuris, nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm vbi non patrio sed externo ritu sacrificaretur. Hẹc vobis prædicenda ratus sum, ne qua superstitio agitaret animos vestros, quum demolientes nos Bacchanalia, discutientésque nefarios cœtus, cerneretis. Omnia diis propitiis volẽtibúsque ea faciemus: qui quia suum numẽ sceleribus libidinibúsque cõtaminari indignè ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt: nec patefieri, vt impunita essent, sed vt vindicaretur & opprimerentur, voluerunt. Senatus quæstionem extra ordinem de ea re mihi collegǽque meo mandauit: nos ipsi, quæ nobis agenda sunt, impigrè exequemur: vigiliarum nocturnarum curam per vrbem minoribus magistratibus mãdauimus. Vos quoque æquum est, quæ vestra munia sunt, quo quisque loco positus erit, quod imperabitur, impigrè præstare, & dare operam ne quid fraude noxiorum periculi aut tumultus oriatur.

ORATIO PHILIPPI MACEDONIS ad legatos Romanorum.

ARGVMENTVM.

Philippus Macedo multa oppida Thessalorum, Perrhæbiorum, Maronitarum, aliorumque populorum, suæ ditionis fecerat: quæ quum repetita permissu se Romanorum occupare diceret, communi voluntate atque vno consensu eam rem ii populi ad senatum deferunt. Senatusc õsulto legati tres (in quibus Q. Cæcilius Metellus fuit) ad disceptationem finiendam missi, quorum primo statim aduentu de ea ipsa re concilium indictum est: ad quod etiam Philippus conuenit. Cognita causa legati decernunt vt præsidia Macedonum ex vrbibus Thessalorum & Perrhæbiorum deducerentur. Inde in Thraciam profecti, de vrbibus eius gentis cognoscunt. Philippus indignè ferebat omnia non ex animi sui sententia & iure fieri. Itaque iniurias suas in hanc sententiam legatis exposuit,

NOn cum Maronitis mihi aut cum Eumene disceptatio est, sed iam vobiscum, Romani, à quibus nihil æqui me impetrare, iamdiu animaduerto. Ciuitates Macedonum, quæ à me inter inducias defecerant, reddi mihi æquum censebam: non quia magna accessio ea regni futura esset (sunt enim & parua oppida, & in finibus extremis posita) sed quia multum ad reliquos Macedonas continendos exemplum pertinebat. negatũ est mihi. Bello AEtolico Lamiam oppugnare iussus à consule M. Acilio, quum diu fatigatus ibi præliis operibúsque essem, transcendẽtem me iam muros à capta propè vrbe reuocauit consul; & abducere inde copias coegit. Ad huius solatium iniuriæ permissum est vt Thessaliæ, Perrhæbiǽque & Athamanum reciperem quædam castella magis quàm vrbes. Ea quoque ipsa vos mihi, Q. Cæcili, paucos ante dies ademistis. Pro non dubio paulo antè (si diis placet) legati Eumenis sumebant quẹ Antiochi fuerunt, Eumenem æquius esse quàm me habere: id ego aliter longè iudico esse. Eumenes enim, nõ nisi vicissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit. Itaque ille vestrum meritum habet, non vos illius. Mei autem regni tantum aberat vt vlla pars in discrimine fuerit, vt tria millia talentûm, & quinquaginta tectas naues, & omnes Græciæ ciuitates, quas antea tenuissem, pollicentem vltrò Antiochum in mercedem societatis, sim aspernatus: hostémque ei me esse prius etiam quàm M. Acilius exercitum in Græciam traiceret, præ me tuli: & cum eo consule belli partem quamcunque mihi delegauit, gessi. & insequenti consuli L. Scipioni, quum terra statuisset ducere exercitum ad Hellespontum, non iter

tantùm per regnum nostrum dedi, sed vias etiam muniui, pontes feci, commeatus præbui: nec per Macedoniam tantùm, sed per Thraciam, vbi etiam inter cætera pax quoque præstanda à barbaris erat. Pro hoc studio meo erga vos, (ne dicam merito) vtrum adiicere vos Romani aliquid, & amplificare & augere regnum meum munificentia vestra oportebat? an quæ haberem aut meo iure, aut beneficio vestro, eripere? id quod nūc facitis. Macedonum ciuitates, quas regni mei fuisse fatemini, non restituuntur. Eumenes tanquam ad Antiochum, ad spoliandum me venit, &(si diis placet) decem legatorum decretum specimen calūniæ impudentissimæ prętendit: in quo maximè & refelli & coargui potest. Di sertissimè enim planissiméq; in eo scriptum est, Chersonesum & Lysimachiam Eumeni dari. Vbi tandem AEneus & Maronea & Thraciæ ciuitates adscriptæ sunt? Quod ab illis ne postulare quidē est ausus, id apud vos, tāquā ab illis impetrauerit, obtinebit? Quo in numero me apud vos esse velitis, referte. si tanquam inimicum & hostem insectari propositum est, pergite vt cœpistis facere: sin aliquis respectus est mei, vt socii atque amici regis, deprecor ne me tanta iniuria dignum iudicetis.

ORATIO LYCORTAE PRAETORIS Achæorum, qua legatis Rom. respondet.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii apud Q. Cæcilium legatum primùm, deinde Romæ apud senatum de iniuriis suis, quas ab Achæis acceperant, conquesti sunt. Inter cætera id quoque criminabantur, mœnia Lacedæmonis ab iis diruta esse, abductam plebem vēditam, Lycurgi leges ademptas. Legatio deinde decreta, cuius Appius Claudius princeps erat. Is quum dato cōcilio exposuisset Achæis ægrè ferre senatum quòd Lacedæmoniis tot tāmq; graues clades intulissent, cædémque fecissent eorum qui missi fuerant à Philopœmene, tum Lycortas prætor eorum ita obiectis respondit.

Difficilior nobis, Appi Claudi, apud vos oratio est, quàm Romæ nuper apud senatū fuit. Tunc enim Lacedæmoniis accusantibus respondendum erat: nunc à vobis ipsis accusati sumus, apud quos causa dicenda est. quam iniquitatem cōditionis subimus, quòd ab illa spe decidimus, iudicis animo te auditurum esse, posita contentione, qua paulo antè egisti. Ego certè quum ea quæ & hîc antea apud Q. Cæcilium, & postea Romæ questi sunt Lacedæmonii, à te paulo antè relata sint: non tibi, sed illis me apud te respondere credam. Cædem obiicitis eorum qui à Philopœmene prætore euocati ad causam dicendam, interfecti sunt. Hoc ego crimē nō modò à vobis, Romani, sed ne apud vos quidē nobis obiiciendū fuisse arbitror. Quid ita? quia in vestro fœdere erat, vt maritimis vrbibus abstinerent Lacedęmonii. Quo tempore armis captis vrbes quibus abstinere iussi erant, nocturno impetu occupauerunt, si T. Quintius, si exercitus Romanus, sicut antea in Pelopōneso fuisset, eo nimirum capti & oppressi confugissent: quum vos procul essetis, quò aliò nisi ad nos, socios vestros, quos antea Gytheo opem ferētes, quos Lacedæmonem vobiscum simili de causa oppugnantes viderant, confugerent? Pro vobis igitur iustum piúmque bellum suscepimus: quod quum alii laudent, reprehendere ne Lacedæmonii quidem possint, & dii quoque ipsi comprobauerint, qui nobis victoriam dederunt: quónam modo ea quæ belli iure acta sunt, in disceptationem veniunt, quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad nos? Nostrum est quòd euocauimus eos ad causam dicendam, qui ad arma multitudinem exciuerant, qui expugnauerant maritima oppida, qui diripuerant, qui cædem principum fecerant. Quòd verò illi venientes in castra interfecti sunt, vestrum est Areu & Alcibiade, qui nunc nos (si diis placet) accusatis: non nostrum. Exules Lacedæmoniorum, quo in numero ii quoque duo fuerunt, & tunc nobiscum erant: & quòd domicilio sibi delegerant maritima oppida, se petitos credentes, in eos quorum opera patria extorres, ne in tuto quidem exilio posse cōsenescere se indignabantur, impetum fecerunt. Lacedæmonii igitur Lacedæmonios, non Achęi interfecerūt: nec iure an iniuria cęsi sint, argumentari refert. Atenim illa certè vestra sunt, Achæi, quòd leges disciplinámque vetustissimam Lycurgi sustulistis, quòd muros diruistis: quæ vtraq; ab iisdem obiici quî possunt? quum muri Lacedæmoniis nō à Lycurgo, sed paucos ante annos ad dissoluendam Lycurgi disciplinam extructi sint? Tyranni enim nuper eos arcē

& munimentum sibi,non ciuitati parauerunt:&, si existat hodie ab inferis Lycurgus,gaudeat ruinis eorum,& nunc se patriam & Spartam antiquam agnoscere dicat. Non Philopœmenem expectare,nec Achæos,sed vos ipsi Lacedæmonii vestris manibus amoliri & diruere omnia tyrannidis vestigia debuistis. Vestræ enim illæ deformes notæ seruitutis erant:& quum sine muris per octingentos propè annos liberi, aliquando etiam principes Græciæ fuissetis,muris velut cõpedibus circũdatis vincti per cẽtum annos seruistis. Quod ad leges ademptas attinet,ego antiquas Lacedęmoniis tyrannos ademisse, arbitror: vos nõ suas ademisse, quas nõ habebant,sed nostras leges dedisse: nec malè cõsuluisse ciuitati, quũ concilii nostri eã fecerimus,& nobis miscuerimus,vt corpus vnũ & concilium totius Pelopõnesi esset. Tũc,opinor,si aliis ipsi legibus viueremus,alias istis iniunxissemus,queri se iniquo iure esse & indignari possent. Scio ego,Appi Claudi,hãc orationẽ,qua sum adhuc vsus,neque sociorum apud socios,neque liberæ gentis esse, sed verè seruorum disceptantium apud dominos. Nam si non vox illa vana præconis fuit,qua liberos esse omnium primos Achæos iussistis: si fœdus ratum est, si societas & amicitia obseruatur ex æquo:cur ego quid Capua capta feceritis Romani,nõ quæro?Vos rationẽ reposcitis,quid Achæi Lacedæmoniis bello victis fecerimus? Interfecti aliqui sunt, finge,à nobis: quid? vos senatores Campanos securi non percussistis? Muros diruimus: vos non muros tantùm,sed vrbem & agros ademistis. Specie,inquis,æquũ est fœdus apud Achæos:re,precaria libertas: apud Romanos etiam imperium est. Sentio,Appi:&,si non oportet,non indignor:sed oro vos, quantumlibet intersit inter Romanos & Achæos,modò ne in æquo hostes vestri nostríq; apud vos sint,ac nos socii,imò ne meliore iure sint. Nam vt in æquo essent, nos fecimus, quum leges iis nostras dedimus,quum vt Achæi concilii essent effecimus. Parum est victis,quod victoribus satis est: plus postulant hostes, quàm socii habent. Quæ iureiurando, quæ monumentis literarum in lapide insculptis in æternam memoriam sancta atque sacrata sunt,ea cum periurio nostro tollere parant. Veremur quidem vos,Romani,&,si ita vultis,etiam timemus: sed plus veremur & timemus deos immortales.

Ex quadragesimo libro ab vrbe condita.

ORATIO PHILIPPI MACEDONIS DE sua liberorúmque infelici conditione.

ARGVMENTVM.

Philippo regi Macedonum filii erant duo,Perseus& Demetrius: minor Demetrius multitudinis fauorem emeruerat,gratus iam ab initio Romanis, legationũ quas pro patre impigrè exequut' erat,nomine,aliisque præclaris rebus quæ in eo prælucebãt. Hoc ipsum Perseus ægrè ferebat, quòd eo pacto imperii summam mortuo patre ad eum deferendam esse facilè appareret. Itaque sibi adsciscit Macedonũ magnum numerum,qui secum patrem regem, suapte natura in Romanos odio atque ira concitatum,ad bellum incitarent. Nacti eius rei occasionem alii alia in Romanos iaciebant,etiam præsente Demetrio. Impatiens irarũ iuuenis,amoris videlicet sui erga Romanos velut igniculis agitatus,quæcunque in Romanos dicebant,extemplo dictis refellebat, ita patri se suspectũ faciens. Inde,in cõciliũ adhibebatur quoties de Romanis erat consultandum. Ex eo verò colloquio Perseus viam sibi ad augendã eam suspicionẽ factã esse ratus,nũquã non eius cõsilii sui perficiendi opportunitatem quærebat. fortè Basternæ quidam regii sanguinis eius gentis in Macedoniam venientes,sororem suam alteri liberorum Philippi se dare velle in matrimoniũ dixerant:quo nuntio Philippo supramodum lætanti, Quid hæc, inquit Perseus, profutura sunt nobis, quum fraude domestica plus immineat periculi quàm præsidii ab externis auxiliis? Præterea post conditum lustrum,quum pro more iuuenes regii suis quisque copiis stipati concurrerent, ita tamen vt Persei præsertim furore nihil ad iustam prælii speciem præter ferrum deesset,eo certamine tandem longè superior Demetrii acies apparuit. Quod indignè passus Perseus quum ad conuiuium à fratre vocaretur, se adfuturum acerrimè negat. Festo deinde die iactatis de ludicro vtrinque sermonibus,speculator ex conuiuio Persei ad audiẽdũ quæ iactarentur,fortè Persei iussu egreditur,qui à iuuenibus ex triclinio itidem Demetrii egressis vulneratus abscessit. Eius rei ignarus Demetrius,mox, Quin comessatũ,inquit,ad fratrem imus? & iram,siqua fortè ex certamine residet, nostra hilaritate lenimus? Conclamarunt omnes qui aderant,præter eos qui ausi erant facinus,eundum esse. Ita quũ soli abnuerent,à Demetrio ire coguntur:ac facti sui non obliti,gladios sub veste occultant, quibus se, si qua vis fortè oriretur,defenderent. Speculatores in vestibulo ædium Persei stabant, qui extemplo ingressi ad Perseum,nuntiant Demetrium venire inter multos gladiis

cinctos. Hoc nuntio permotus Perseus velut in re trepida, claudi quamprimum ianuã iubet. Ita nequicquam pulsatis foribus, domũ suã totius eius rei ignarus Demetrius ad conuiuium redit. Postero die quumprimum licuit, in regiã ad patrem Perseus ire pergit: quem quum solito tristiorem Philippus animaduerteret, quid ea mœstitia portenderet rogat. Perseus ordine rem totam exponit. Tum pater & Demetrium vocari & amicos aliquot iubet, quibus miseram suam & liberorum conditionem ita vt sequitur indicauit. Post patrẽ, Perseus prior Demetriũ patricidii accusat: sequuta est deinde rei defensio.

SEdeo miserrimus pater iudex inter duos filios, accusatorem parricidii, & reum, aut conficti aut admissi criminis labem apud meos inuenturus. Iampridem quidem hanc procellam imminentem timebam, quum vultus inter vos minime fraternos cernerem, quum voces quasdam exaudirem: sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse, etiam hostes armis positis fœdus icisse, & priuatas multorum simultates finitas: subituram vobis aliquando germanitatis memoriã, puerilis quondam simplicitatis consuetudinisque inter vos: meorum denique præceptorum, quæ vereor ne vana surdis auribus cecinerim. Quoties ego audientibus vobis detestatus exempla discordiarum fraternarum, horrendos euentus eorum retuli, quibus se stirpemque suam, domos, regna funditus euertissent? Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges, salutarem per multa secula ipsis, patriæque: eandem ciuitatem, posteaquam mos sibi cuique rapiendi tyrannidem exortus sit, euersam. Iam hos Eumenem Attalúmque fratres, à quàm exiguis rebus, (prope vt puderet regii nominis) mihi, Antiocho, & cuilibet regũ huius ætatis, nulla re magis quàm fraterna vnanimitate, regnum æquasse. Ne Romanis quidem exemplis abstinui, quæ aut visa aut audita habebam: T. & L. Quintiorũ, qui bellum mecum gesserunt, P. & L. Scipionum, qui Antiochum deuicerunt: patris patruique eorum, quorum perpetuam vitæ concordiam mors quoque miscuit. Neque vos illorum scelus, similisque sceleri euentus deterrere à vecordi discordia potuit: neque horum bona mens, bona fortuna ad sanitatem flectere. Viuo & spirãte me hæreditatem meam ambo & spe & cupiditate improba creuistis. Eousque me viuere vultis donec alterius vestrûm superstes haud ambiguũ regem alterum mea morte faciam. Nec fratrẽ nec patrem potestis pati: nihil chari, nihil sancti est: in omniũ vicẽ regni vnius insatiabilis amor successit. Agite, conscelerate aures paternas: decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palàm quicquid aut veri potestis, aut comminisci libet: reseratæ aures sunt, quæ posthac secretis alterius ab altero criminibus claudentur.

ORATIO PERSEI ACCVSATORIS IN Demetrium fratrem parricidii reum.

APerienda nimirum nocte ianua fuit, & armati comessatores accipiendi, præbendúmque ferro iugulum, quando nõ creditur nisi perpetratum facinus: & eadem penitus insidiis audio, quæ latro atque insidiator. Non nequicquam isti vnum Demetriũ filiũ te habere, me subditũ & pellice genitum appellãt. Nam si gradum, si charitatem filii apud te haberem, non in me querentem deprehensas insidias, sed in eum qui fecisset, sæuires. Nec adeo tibi vilis vita esset nostra, vt nec præterito periculo meo moucreris, neque futuro, si insidiantibus sit impune. Itaque si mori tacitum oportet, taceamus, precati tantùm deos vt à me cœptum scelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris. Sin autem, quod circunuentis in solitudine natura ipsa subiicit, vt hominum quos nunquam viderint, fidem tamen implorent, mihi quoque ferrum in me strictum cernenti, vocem mittere liceat. Per te, patriúmque nomen, (quod vtri nostrûm sanctius sit, iampridem sentis) ita me audias precor, tanquam si voce & comploratione nocturna excitus mihi quiritanti interuenisses, Demetrium cum armatis nocte intempesta in vestibulo meo deprehendisses. Quod tum vociferarer in re præsenti pauidus, hoc nunc postero die queror. Frater, non comessantium in vicem iamdiu viuimus inter nos: regnare vtique vis: huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat gentium ius, obstat vetustus Macedoniæ mos, obstat verò etiam patris iudicium. Huc transcendere nisi per meum sanguinem non potes. omnia moliris & tentas: adhuc seu cura mea, seu fortuna, restitit

parricidio tuo. Hesterna die in lustratione & decursu & simulacro ludicro pugnæ funestũ propè prælium fecisti: nec me à morte aliud vindicauit quàm quòd me ac meos vinci pas sus sum. Ab hostili prælio tanquam fraterno lusu pertrahere me ad cœnam voluisti. Credisne, pater, inter inermes conuiuas me cœnaturum fuisse, ad quem armati comessatum venerunt? Credis nihil à gladiis nocte periculum fuisse, quem sudibus te inspectante propè occiderunt? Quid hoc noctis? quid vt inimicus ad iratum? quid cum ferro succinctis iuuenibus venis? Conuiuam me tibi committere ausus non sum: comessatorem te cum armatis venientem recipiam? Si aperta ianua fuisset, funus meum parares hoc tempore, pater, quo querentem audis. Nihil ego tanquam accusator criminosè, nec dubia argumentis colligendo, ago. Quid enim? negat se cum multitudine venisse ad ianuam meam? aut ferro succinctos secum fuisse? Quos nominauero, accerse: possunt quidem omnia audere qui hoc ausi sunt: non tamen audebunt negare se deprehensos intra limen meum cum ferro. Si ad te deducerem, rem pro manifesto haberes: fatentes pro deprehensis habe. Execrare nunc cupiditatem regni, & furias fraternas concita: sed ne sint cæcæ, pater, execrationes tuæ, discerne: dispice insidiatorem, & petitum insidiis: noxium huic esse caput: qui occisurus fratrem fuit, habeat etiam iratos paternos deos: qui periturus fraterno scelere fuit, perfugium in patris misericordia & iustitia habeat. Quò enim aliò confugiam? cui non solenne lustrale exercitus, non decursus militum, non domus, non epulæ, non nox ad quietem data naturæ beneficio mortalibus, tuta est? Si iero ad fratrem inuitatus, moriendum est: si recepero intra ianuam comessatum fratrem, moriendum est. Nec eundo, nec manendo insidias euito. Quò me conferam? nihil præter deos, pater, & te colui. Non Romanos habeo, ad quos confugiam: perisse expetunt, quia tuis iniuriis doleo: quia tibi ademptas tot vrbes, tot gentes, modò Thraciæ maritimam oram indignor. Nec me, nec te incolumi Macedoniam suam futuram sperant: sed si me scelus fratris, te senectus absumpserit, aut nec ea quidem expectata fuerit, regem regnúmque Macedoniæ sua futura sciunt. Si quid extra Macedoniam tibi Romani reliquissent, mihi quoque id relictum crederem receptaculum. At in Macedonibus satis præsidii est. Vidisti hesterno die impetũ in me militum: quid illis defuit, nisi ferrum? Quod illis defuit interdiu, cõuiuæ fratris noctu assumpserunt. Quid de magna parte principum loquar, qui in Romanis spem omnem dignitatis & fortunæ posuerunt, & in eo qui omnia apud Romanos potest? Neque hercule istum mihi tantum fratri maiori, sed propè est vt tibi quoque ipsi regi & patri præferant. Iste enim est cuius beneficio pœnam tibi senatus remisit, qui nunc te ab armis Romanis protegit, qui tuam senectutem obligatam & obnoxiam adolescẽtiæ suæ esse æquum censet. Pro isto Romani stant, pro isto omnes vrbes tuo imperio liberatæ: pro isto Macedones, qui pace Romana gaudent. Mihi præter te, pater, quid vsquam aut spei, aut præsidii est? Quò spectare illas literas ad te nunc missas T. Quintii credis, quibus & bene te consuluisse rebus tuis ait quòd Demetrium Romam miseris: & hortatur vt iterum, & cum pluribus legatis, & primoribus quoque Macedonum remittas eum? T. Quintius, qui nunc est autor omnium rerum isti & magister, eum sibi, te abdicato patre, in locum tuum substituit: illic ad te omnia clandestina concepta sunt consilia: quæruntur adiutores consiliis, quum te plures & principes Macedonum cum isto mittere iubet. Qui hinc integri & sinceri Romam eunt, Philippum regem se habere credentes, imbuti illinc & infecti Romanis delinimentis redeunt. Demetrius iis vnus omnia est: eum iam regem viuo patre appellant. Hæc si indignor, audiendum est statim non ab aliis solùm, sed etiam à te, pater, cupiditatis regni crimen. Ego verò, si in medio ponitur, nõ agnosco. quem enim suo loco moueo, vt ipse in eius locum succedam? Vnus ante me pater est, & vt diu sit, deos rogo: superstes ei ita sim, si merebo, vt ipse me esse velit. Hæreditatẽ regni si pater tradet, accipiam. Cupit regnum, & quidem sceleratè cupit, qui transcendere festinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, iuris gentium. Obstat frater maior, ad quem iure, voluntate etiam patris, regnum pertinet. Tollatur: non primus regnum fraterna cæde petiero. pater senex & filio solus orbatus de se magis timebit, quàm vt filii necem vlciscatur. Romani lætabuntur, probabunt, defendent factum. Hæ spes incertæ, pater, sed non inanes sunt. Ita enim res se habet, periculum vitæ propellere à me potes, puniendo eos qui ad me interficiendum ferrum sumpserunt: si facinori eorum successerit, mortem meam idem tu persequi non poteris.

ORATIO DEMETRII, PARRICIDII REI.

Omnia quæ reorum antea fuerant auxilia, pater, præoccupauit accusator: simulatisq; lacrymis in alterius perniciem, veras meas lacrymas suspectas tibi fecit. quum ipse ex quo ab Roma redii, per occulta cum suis colloquia dies noctésque insidietur vltrò mihi: nunc non insidiatoris modò, sed latronis manifesti & percussoris speciem induit. Periculo suo te exterret, vt innoxio fratri per eundem te maturet perniciem. Perfugium sibi nusquam gentium esse ait, vt ego ne apud te quidem spei quicquam reliqui habeam. Circumuentum, solum, inopem, inuidia gratiæ externæ, quæ obest potius quàm prodest, onerat. Iam illud, quàm accusatoriè, quòd noctis huius crimen miscuit cum cætera insectatione vitæ meæ? vt hoc quod iam quale sit scies, suspectum alio vitæ nostræ tenore faceret, & illam vanam criminationem spei, voluntatis, consiliorum meorum, nocturno hoc ficto & composito argumento fulciret: simul & illud quæsiuit, vt repentina miniméque præparata accusatio videretur, quippe ex noctis huius metu & tumultu repentino exorta. Oportuit autem, Perseu, si proditor ego patris regníque eram, si cum Romanis, si cum aliis inimicis patris inieram consilia, non expectatã fabulam noctis huius esse, sed proditionis meæ antè me accusatum: si illa separata ab hac vana accusatio erat, inuidiámque tuam aduersus me magis quàm crimen meum indicatura, hodie quoque eam aut prætermitti, aut in aliud tempus differri, vt perspiceretur vtrum ego tibi, an tu mihi nouo quidem & singulari genere odii insidias fecisses. Ego tamen, quantum in hac subita perturbatione potero, separabo ea quæ tu confudisti, & noctis huius insidias aut tuas aut meas detegam. Occidendi sui consilium me iniisse videri vult, vt scilicet maiore fratre sublato, cuius iure gentium, more Macedonum, tuo etiam (vt ait) iudicio regnum futurum est, ego minor in eius quem occidissem succederem locum. Quid ergo illa sibi vult pars altera orationis, qua Romanos à me cultos ait, atque eorum fiducia in spem regni me venisse? Nam si & in Romanis tantum momenti esse credebam, vt quem vellent imponerent Macedoniæ regem, & meæ tantùm apud eos gratiæ confidebam, quid opus parricidio fuit? an vt cruentum fraterna cæde diadema gererem? vt illis ipsis, apud quos aut vera aut certè simulata probitate partam gratiam habeo (si quam forte habeo) execrabilis & inuisus essem? Nisi T. Quintium credis, cuius virtute & consiliis me nunc arguis regi, quum & ipse tali pietate viuat cum fratre, mihi fraternæ cædis fuisse autorem. Idem non Romanorum solùm gratiam, sed Macedonum iudicia, ac penè omnium deorum hominúmque consensum collegit, per quæ omnia se mihi parem in certamine non futurum crediderit: idem, tanquam in aliis omnibus rebus inferior essem, ad sceleris spem vltimam confugisse me insimulat. Vis hanc formulam cognitionis esse, vt vter timuerit ne alter dignior videretur regno, is consilium opprimendi fratris cepisse iudicetur? Exequamur tamen quocũque modo confictí ordinem criminis. Pluribus modis se petitum criminatus est, & omnes insidiarum vias in vnum diem contulit. Volui interdiu eum post lustrationem, quum concurrimus, & quidem (si diis placet) lustrationum die occidere: volui, quum ad cœnam inuitaui, veneno scilicet tollere: volui, quum comessatum gladiis accincti me sequuti sunt, ferro interficere. Tempora quidem qualia sint ad parricidium electa, vides, lusus, conuiuii, comessationis. Quid dies? qualis? quo lustratus exercitus, quo inter diuisam victimam prælatis omnium qui vnquam fuere Macedoniæ regum armis, reges duo solito more tua tegentes latera, pater, præuecti sumus, & sequutum est Macedonum agmen. Hoc ego, etiam siquid antè admisissem piaculo dignum, lustratus & expiatus sacro, tum quum maximè in hostiam itineri nostro circũdatam intuens, parricidium, venena, gladios in comessationem præparatos volutabam in animo, vt quibus aliis deinde sacris contaminatam omni scelere mentem expiarem? Sed cæcus criminandi cupiditate animus, dum omnia suspecta efficere vult, aliud alio confundit. Nam si veneno te inter cœnam tollere volui, quid minus aptum fuit quàm pertinaci certamine & concursu iratum te efficere, vt meritò, sicut fecisti, inuitatus ad cœnam, abnueres? Quum autem iratus negasses, vtrum vt placarem te danda opera fuit, vt aliam quærerem occasionem, quoniam semel venenum paraueram? an ab illo consilio velut transiliendum ad aliud fuit, vt ferro te, & quidem eo die, per speciem comessationis occiderem? Quo deinde modo, si te metu mortis credebam cœnam euitasse

meam, non ab eodem metu comessationem quoque euitaturum existimabam? Non est res qua erubescam, pater, si die festo inter æquales largiore vino sum vsus. Tu quoque velim inquiras qua lætitia, quo lusu apud me celebratum hesternum conuiuium sit: illo etiam (prauo forsitan) gaudio prouehente, quòd in iuuenili armorum certamine pars nostra non inferior fuerat: miseria hæc & metus crapulam facilè excusserunt. quæ si non interuenissent, insidiatores nos sopiti iaceremus. Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interfecturus eram, non temperassem vino in vnum diem? non milites meos abstinuissem? Et ne ego me solum nimia simplicitate tuear, ipse quoque minimè malus ac suspicax frater, Nihil aliud scio, inquit, neque arguo, nisi quòd cum ferro comessatum venerunt. Si quæram, vnde idipsum scias, necesse erit te fateri aut speculatorũ tuorum plenam domũ fuisse meam, aut illos ita apertè sumpsisse ferrum vt omnes viderent. Et nequid ipse aut prius inquisisse, aut nunc criminosè argumentari videretur, te quærere ex iis quos nominasset, iubebat, an ferrum habuissent: vt tanquam in re dubia, quum id quæsisses quod ipsi fatentur, pro conuictis haberentur. Quin tu illud quæri iubes num tui occidendi causa ferrum sumpserint? num me autore & sciente? Hoc enim videri vis, non illud quod fatentur, & palàm est, & sui se tuendi causa sumpsisse dicunt. Rectè an perperam fecerint, ipsi sui facti rationem reddent: meam causam, quæ nihil eo facto contingitur, ne miscueris: aut explica vtrum apertè an clàm te aggressuri fuerimus. Si apertè, cur non omnes ferrum habuimus? cur nemo præter eos qui tuum speculatorem pulsarunt? Si clàm, quis ordo consilii fuit? Conuiuio soluto, quum comessator ego discessissem, quatuor substitissent, vt sopitum te aggrederentur? Quomodo fefellissent & alieni & mei & maximè suspecti, quia paulo antè in rixa fuerant? Quomodo autem trucidato te, ipsi euasuri fuerint? quatuor gladiis domus tua capi & expugnari potuit? Quin tu omissa ista nocturna fabula, ad id quod doles, quod inuidiam vrit, reuerteris? Cur vsquam regni tui mentio fit, Demetri? Cur dignior patris fortunæ successor quibusdam videris quàm ego: cur spem meam, quæ, si tu non esses, certa erat, dubiam & solicitam facis? Hæc sentit Perseus, etsi non dicit: hæc istum inimicum, hæc accusatorem faciunt: hæc domum, hæc regnum tuum criminibus & suspicionibus replent. Ego autem, pater, quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere vnquã de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me maiori cedere vis: sic illud nec debui facere, nec debeo, vt indignus te patre, indignus omnibus videar. Id enim vitiis meis, non cedendo cui ius fásque est, hoc modestia consequar. Romanos obiicis mihi, & ea quæ gloriæ esse debent, in crimen vertis. Ego nec obses Romanis vt traderer, nec vt legatus Romam mitterer, à te petii: missus, ire non recusaui: vtroque tempore ita me gessi, ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Macedonum essem. Itaque mihi cum Romanis amicitiæ causa tu fuisti, pater: quoad tecum illis pax manebit, mecum quoque gratia erit. Si bellum esse cœperit, qui obses, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hostis illis acerrimus ero. Nec hodie vt prosit mihi Romanorum gratia, postulo: ne obsit, tantùm deprecor. nec in bello cœpit, nec ad bellum reseruetur. Pacis pignus fui, ad pacem retinendam legatus missus sum: neutra res mihi nec gloriæ nec crimini sit. Ego, siquid impiè in te, pater, siquid sceleratè in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam. Si innocens sum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non possim, deprecor. Non hodie me primùm frater accusat, sed hodie primùm apertè, nullo meo in se merito. Si mihi pater succenseret, te maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat: te adolescentiæ, te errori veniam impetrare. In eo vbi præsidium esse oportebat, ibi exitium est. E conuiuio & comessatione propè semisomnus raptus sum ad causam parricidii dicendam: sine aduocatis, sine patronis ipse pro me dicere cogor. Si pro alio dicendum esset, tempus ad meditandum & ad componendam orationem sumpsissem, quum quid aliud quàm ingenii fama periclitarer? Ignarus quid accersitus essem, te iratum, te iubentem dicere causam, fratrem accusantem audiui. Ille diu antè præparata, meditata in me oratione est vsus: ego id tantùm temporis quo accusatus sum, ad cognoscendum quid ageretur, habui. Vtrum illo momento horæ accusatorem audirem? an defensionem meditarer? Attonitus repentino atque inopinato malo, vix quid obiiceretur, intelligere potui: nedum satis sciam quomodo me tuear. Quid mihi spei esset, nisi patrem iudicem haberem? apud quem, etiamsi à fratre charitate vincor, misericordia certè reus

vinci non debeo. Ego enim vt me mihi tibíque serues precor: ille vt me in seueritatem suam occidas postulat. Quid eum, quum regnum ei tradideris, facturum credis in me esse, qui iam nunc sanguine meo sibi indulgeri æquum censet?

ORATIO T. SEMPRONII PRAEtoris ad L. Minutium legatum.

ARGVMENTVM.

L. Minutius legatus, & duo tribuni militum regressi Romam ex Hispania, nũtiarant senatui quæ prosperè ac feliciter illic gesta erant. inter alia duo secunda prælia, Celtiberorum deditionem, confectam prouinciam esse. Id tamen postularant, vt Q. Fuluio inde exercitum deducere liceret. milites enim iam vltrà in ea prouincia retineri non posse, alioqui iniussu abituros esse, aut certè seditionem moturos. T. erat Sempronius prætor, cui ea prouincia decreta erat. Is, ne quid faceret quod è rep. non videretur, iam ex Minutio ipso quærit quidnam sentiat ea in re faciundum.

QVæro de te, L. Minuti, quum confectam prouinciam nunties, existiméſne Celtiberos perpetuò in fide mansuros, ita vt sine exercitu ea prouincia obtineri possit. Si neque de fide barbarorum quicquam recipere aut affirmare nobis potes, & habendum illic vtique exercitum censes, vtrũ tandem autor senatui sis, supplementum in Hispaniam mittendi: vt ii modò quibus emerita stipendia sint milites dimittãtur, veteribus militibus tyrones immisceantur: an deductis de prouincia veteribus legionibus, nouas conscribendi & mittendi: quum contemptum tyrocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum possit: dictu quàm re facilius sit prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Paucæ ciuitates, vt quidem ego audio, quas vicina maximè hybernia premebant, in ius deditionémque venerunt: vlteriores in armis sunt. Quæ quum ita sint, ego iam hinc prædico, P. C. me exercitu eo qui nunc est, rempub. administraturum: si deducat secum Flaccus legiones, loca pacata me ad hybernacula electurũ, neque nouum militem ferocissimo hosti obiecturum.

ORATIO Q. CAECILII METELLI AD M. Lepidum & M. Fuluium censores declaratos, de reconciliatione.

ARGVMENTVM.

M. Æmilius Lepidus, pontifex maximus, & M. Fuluius graues iam sæpe ac diu antè inuicem exercuerant inimicitias, quum omnium tribuum cõsensu creati censores fuere. Declarati quum nihilo magis redirent in gratiam, quàm ante communem magistratum: id ægrè passi primores senatorum, ad eos ad aram Martis dimissis comitiis pro more considentes, veniunt: inter quos Q. Metellus pro omnibus vnus in hæc verba ad reconciliationem eos deducere ac reuocare conabatur.

NOn obliti sumus, censores, vos paulo antè ab vniuerso populo Rom. moribus nostris præpositos esse, & nos à vobis & admoneri & regi, non vos à nobis debere. Indicandum tamen est quid omnes bonos in vobis aut offendat, aut certè mutatum malint. Singulos quum intuemur, M. AEmili, M. Fului, neminem hodie in ciuitate habemus, quem, si reuocemur in suffragium, velimus vobis prælatum esse. Ambos quum simul aspicimus, non possumus non vereri ne malè comparati sitis, nec tantum reip. prosit quòd omnib⁹ nobis egregiè placetis, quàm, quòd alter alteri displicetis, noceat. Inimicitias per annos multos vobisipsis graues & atroces geritis: quæ periculum est ne ex hac die nobis & reip. quàm vobis grauiores fiant. De quibus causis hoc timeamus, multa succurrũt quæ dicerẽtur, nisi fortè implacabiles vestræ iræ implicauerint animos vestros. Has vt hodie, vt in isto templo finiatis simultates, quæsumus vos vniuersi: & quos coniunxit suffragiis suis populus Romanus, hos etiam recõciliatione gratiæ coniungi à nobis sinatis: vno animo, vno consilio eligatis senatum, equites recenseatis, agatis censum, lustrum cõdatis: quod in omnibus ferè precationibus nuncupatis his verbis, Vt ea res mihi collegæque meo bene & feliciter eueniat, id ita, vt verè, vt ex animo velitis euenire: efficiatiſque vt quod deos precati eritis, id vos velle etiam homines credamus. T. Tatius & Romulus, in

cuius vrbis medio foro acie hostes concurrerant, ibi concordes regnarunt. Non modò simultates, sed bella quoque finiuntur: ex infestis hostibus plerunque socii fideles, interdũ etiam ciues fiunt. Albani diruta Alba Romam traducti sunt: Latini, Sabini in ciuitatem accepti. Vulgatum illud, quia verum erat, in prouerbium venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse.

ORATIO PHILIPPI REGIS MACEDONUM AD ANTIGONUM DE REGNI HÆREDITATE.

ARGVMENTVM.

Perseus, maior Philippi liberorum, non æquo animo ferẽs, audita inuicem accusatione ac defensione parricidii, à patre de ea re iudicium in aliud tempus dilatum esse, vbi disquisitionibus atque inquisitionibus in vitam & mores vtriusque cõpertum esset vter culpandus foret: nec die nec nocte quicquam prætermittebat quod ad augendã suspicionem, finiendámque quamprimùm disceptationem pertineret. Ac eius (puto) importunitate ac querelis pater rex victus, Romam legatos duos, quos in neutram partem inclinare putabat, re vera Persei fautores, mittit, qui de iis ipsis quæ in Demetrium congesta crimina erant, cognoscerent. Ii erant Philocles & Apelles: qui Roma in Macedoniam regressi, literas falsas adulterino T. Quintii signo notatas regi reddiderunt, quibus facilè apparebat crimina Persei in fratrem iacta, vera esse. Tum verò Perseus iam victoriam propè in manibus cernens, rursus fratrem apud patrem accusat: quo quidem iudicio nihil palàm cõtra reum pronuntiatum, vt dolo potius interficeretur. Itaque ab Thessalonica Demetriadem profecturus Philippus, Dida quodam prætore, qui Persei partium erat, comite, Demetrium ad Astreum Pæoniæ oppidum mittit. Nec abest suspicio quin ei Didæ digredienti de filio occidendo mandata pater dederit. Profecti ab Astreo Heracleam, cum aliis cœnam illic hilariter celebrant: quo in conuiuio epoto veneno, non ita multo pòst & patris crudelitatem, & fratris parricidium, & Didæ scelus conquerens innoxius iuuenis absumptus est. Exinde pater rex comperta morte, conscientia scelerum premente, vitam tristem ac miserabilem egit. Iam Antigonus erat Antigoni alterius (Philippi tutor fuerat) nepos, qui amicus Philippi permanserat. Is per inuidiam legatorum suprà nominatorum, qui literis falsis confirmarant crimina Persei in fratrem, Demetrio occiso, animo suo proponens, mortuo quoque patre magnum sibi à Perseo periculum fore, Philippum quotidie sollicitabat ad veritatẽ criminis explorandam. Ac forte Xychus consilii particeps, quum ipsi obuius egredienti à Philippo foret, eius indicio ad Philippum vt conscius defertur. Adductus, paruo metu iniecto ordinem omnem facinoris exponit. De legatis sumptum supplicium. Detectas esse fraudes audiens Perseus, non temere se patri committere ausus, procul inde abfuit. Philippus deinde per occasionem Antigono voluntatem suam de regni hæreditate, quam ad eum se mortuo venturam destinabat, in hæc verba declarauit,

QVando in eam fortunam veni, Antigone, vt orbitas mihi, quam alii detestantur parentes, optabilis esse debeat: regnum quod à patruo tuo, forti non solùm fideli tutela eius custoditum & auctum etiam accepi, id tibi tradere in animo est. Te vnum habeo quem dignum regno iudicem: si neminem haberem, perire & extingui id mallem quàm Perseo scelestæ fraudis præmium esse. Demetrium excitatum ab inferis, restitutúmque credam mihi, si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori vnus illacrymasti, in locum eius substitutum relinquam.

Ex quadragesimoprimo libro ab vrbe condita.

ORATIO CALLICRATIS ACHAEI aduersus Perseum.

ARGVMENTVM.

Altius repetenda est priorum temporum ratio. Perseus, qui patris Philippi fugiens conspectum in Thracia erat, per medicum qui curationi Philippi præerat, eo ipso tempore quo desperationis notæ apparuerant, de patris morte factus est certior. Eo nuntio lætus factus, quanta maxima celeritate potuit in Macedoniam rediit. Ita præter omnium propè opinionem & expectationem regno potitur: ac primo quoque tempore legatos Romam mittit, non solùm ad amicitiam paternam renouandam, sed ad petendum quoque vt rex appellaretur. Solicitabat inde ad bellum suorum animos, mixtisque inter Dardanos Bastarnásque certaminibus, facilè apparebat ex iis quæ legati Romanorum retulerant, breui oriturum bellum: quum Romam ipse legatos mittit qui purgarent nec accitos ab eo Bastarnas, nec eo autore quicquam facere. Romani excusationem non acceperunt, tantúmque moneri per legatos iussus est vt fœdus renouatum nõ violaret. Forte per eos dies qui-

dam Dolopum iam parere imperio eius abnuebant, ita vt siquibus fortè de rebus disceptādum esset, ab eo ad Romanos reuocarent. Ipse cum exercitu profectus eam totam gentem sub ius iudiciúmque suum coëgit. Inde per Œtæos montes transgressus, religionibus quibusdam animo iniectis, oraculum aditurus, Delphos ascendit. Terror omnium ad quos fama eius transitus peruenerat, mentes occupauerat ne bellum inferre vellet. Is tamen illic tres dies commoratus, per Achaiam Thessaliámque, sine damno & iniuria agrorum per quos iter fecit, in Macedoniam regressus est. Exinde cogitare cœpit, omnium earum gentium quibuscum patri regi simultates fuerant, societatem & amicitiam conciliandam esse. Fortè paucis antè diebus Achæi Macedonibus finibus suis interdixerant: quo propè tempore seruitia eius gentis in Macedoniam fugerant. Itaque iam tempus venisse ratus Perseus reconciliandæ gratiæ cum Achæis, comprehensos seruos remisit cum literis, quibus, vt facilè apparet ex concione proxima (nam hoc loco sensus nōnulli apud Liuium desiderantur) societatem repetebat. Iam tum factiones Achæorum erant duæ: Xenarchus prætor pro Perseo stabat: Callicrates, aduersarius. Itaque quū ab Xenarcho prætore eæ ipsæ literæ recitatæ forent, tum Callicrates in hæc verba inuiolatum fœdus Romanis seruandum esse, nō societatem cúm Perseo iungendam suasit: quæ deinde Xenarchus refutat.

PArua aut mediocris res, Achæi, quibusdam videtur agi: ego maximè grauissimam omnium non agi tantùm arbitror, sed quodāmodo actam esse. Nam qui regibus Macedonū, Macedonibúsque ipsis finibus interdixissemus, manereque id decretū voluimus, scilicet ne legatos, ne nuntios admitteremus regum, per quos aliquot ex nobis animi solicitarentur: ii concionantem quodammodo absentem audimus regem, &(si diis placet) orationem eius probamus: & quum feræ bestiæ cibum ad fraudem suam positum plerunque aspernentur & refugiant, nos cæci specie parui beneficii inescamur, & seruulorū minimi pretii recipiendorū spe, nostrā ipsorum libertatem subrui & tentari patimur. Quis enim non videt viam regiæ societatis quæri, qua Romanum fœdus, quo nostra omnia continentur, violetur? Nisi hoc dubium alicui est, belládum Romanis cum Perseo esse: & quod viuo Philippo expectatum, morte eius interpellatum est, id post mortem Philippi futurum. Duos (vt scitis) habuit filios Philippus, Demetrium, & Persea. Genere materno, virtute, ingenio, fauore Macedonum longè præstitit Demetrius: sed quia in Romanos odii regnum posuerat præmium, Demetrium nullo alio crimine quàm Romanę amicitiæ initæ occidit: Persea, quem populus Rom. prius penè quàm regni hæredem futurum sciebat, regem fecit. Itaque quid hic post mortem patris egit aliud quàm bellum parauit? Bastarnas primùm ad terrorem omnium Dardaniam immisit: qui si sedem eam tenuissent, grauiores eos accolas Græcia habuisset quàm Asia Gallos habeat. Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omisit: imò (si vera volumus dicere) iam inchoauit bellum. Dolopiam armis subegit: nec prouincias de cōtrouersiis ad disceptationē populi Rom. reuocantē audiuit. Inde trāsgressus OEtā, vt repentè in medio vmbilico Græciæ cōspiceretur, Delphos ascendit. Hæc vsurpatio itineris insoliti quò vobis spectare videtur? Thessaliam deinde peragrauit, quòd sine vllius eorum quos oderat noxia, hoc magis tentationē metuo. Inde literas ad nos cum muneris specie misit: & cogitare iubet quomodo in reliquum hoc munere non egeamus, hoc est, vt decretum quo arcentur Peloponneso Macedones, tollamus: rursus legatos regios, & hospitia cum principibus, & mox Macedonum exercitus, ipsum quoque à Delphis (quantum enim interluit fretum?) traiicientem in Peloponnesum videamus: immisceamur Macedonibus armantibus se aduersus Romanos. Ego nihil noui censeo decernendum, seruandáque omnia integra, donec ad certum dirigantur, vanúsne hic timor noster an verus fuerit. Si pax inuiolata inter Macedonas Romanósque manebit, nobis quoque amicitia & commercium sit: nunc de eo cogitare periculosum & immaturum videtur.

ORATIO FRATRIS XENARCHI PRAEtoris Achæorum pro Perseo refutatoria.

DIfficilem orationem Callicrates & mihi & omnibus qui ab eo dissentimus, fecit. Agendo enim Romanæ societatis causam ipse, tentaríque & oppugnari dicēdo, (quē nemo neque tentat, neque oppugnat) effecit vt qui abs se dissentiret, aduersus Romanos dicere videretur. Ac primùm omnium tanquam non hîc nobiscum fuisset, sed aut ex curia populi Romani veniret, aut regum arcanis interesset, omnia scit & nuntiat quæ occultè facta sunt: diuinat etiam quæ futura fuerant si Philippus vixisset: quòd ita Perseus

regni hæres sit,quid parent Macedones,quid cogitent Romani. Nos autem qui nec ob quam causam, nec quemadmodum perierit Demetrius, scimus, nec quid Philippus,si vixisset,facturus fuerat,ad hæc quæ palàm geruntur,consilia nostra accommodare oportet. Ac scimus Persea,regno accepto, ad legatos Romanos venisse, ac regem Persea à populo Rom. appellatũ: audiuimus legatos Romanos venisse ad regẽ & eos benignè exceptos.Hæc omnia pacis equidem signa esse iudico,nõ belli: nec Romanos offendi posse, si,vt bellum gerẽtes eos sequuti sumus,nunc quoque pacis autores sequamur.Cur quidem nos inexpiabile omnium soli bellum aduersus regnum Macedonum geramus,nõ video. Opportuni propinquitate ipsa Macedoniæ sumus: an infirmissimi omnium, tanquam quos nuper subiecit Dolopes? Imò contra ea vel viribus nostris deûm benignitate,vel regionis interuallo tuti. Sed sumus æquè subiecti ac Thessali AEtolique. Nihilo plus fidei autoritatísque habemus aduersus Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quàm AEtoli,qui paulo antè hostes fuerũt.Quod AEtolis,quod Thessalis, quod Epirotis, omni denique Græciæ cum Macedonibus iuris est,idem & nobis sit. Cur execrabilis ista nobis solis velut desertio iuris humani est?Fecerit aliquid Philippus cur aduersus eum armatum & bellum gerentem hoc decerneremus:quid Perseus,nouus rex,omnis iniuriæ insons suo beneficio paternas simultates obliterans meruit? cur soli omnium hostes ei sumus? Quan quã & illud dicere poterã,tãta priorũ Macedoniæ regũ merita erga nos fuisse, vt Philippi vnius iniurias,siquæ fortè fuerũt obliuisceremur,vtique post mortẽ.Quũ classis Romana Cenchreis staret,cõsul cũ exercitu Elatiæ esset, triduum in concilio fuimus, consultantes vtrum Romanos an Philippũ sequeremur. * Nonnihil metus præsens ab Romanis sententias nostras inclinarit:fuit certè tamen aliquid quod tam longam deliberationem fecerat:id quod erat vetusta coniunctio cum Macedonibus, vetera & magna in nos regũ merita. Valeant & nunc eadem illa, non vt præcipuè amici, sed ne præcipuè inimici simus:ne id quod non agitur,Callicrates,simulauerimus. Nemo nouæ societatis, aut noui fœderis,quo nos temere illigemus, conscribendi est autor: sed commercium tantùm iuris præbendi repetendíque sit,ne interdictione finium nostrorum,& nos quoque regno arceamus, ne seruis nostris aliquò fugere liceat. Quid hoc aduersus Romana fœdera est? Quid rem paruam & apertam,magnam & suspectam facimus? Quid vanos tumultus ciemus? Quid vt ipsi locum assentandi Romanis habeamus,suspectos alios ac inuisos efficimus?Si bellum erit,ne Perseus quidẽ dubitat quin Romanos sequuturi simus: in pace, etiamsi non odia finiuntur,intermittantur.

Ex quadragesimosecundo libro ab vrbe condita.

ORATIO EVMENIS REGIS, in senatu.

ARGVMENTVM.

Persea, regem Macedonum, & à multis & ipsi Romani missis in Macedoniam legatis in eam rem,sed alia specie,bellum summa vi apparare audiuerant. Eumenes erat rex, cui à senatu maximus honos,adiectis ipsius regno finitimis regionibus,habit⁹ erat.Ob hæc Romanorũ in se merita, ad fidẽ pertinere suã ratus videre nequid Romani caperẽt detrimẽti, ea præsertim re cui suo indicio obsisti ab iis posset:Romã veniens, nuntiauit quidnam Perseus moliretur, & qua ille fiducia tentare vellet. Postremò in hæc verba rem totam confirmauit,

NON ego hæc incertis iactata rumoribus,& cupidius credita, quia vera esse de inimico crimina volebam, affero ad vos P.C. sed comperta & explorata, haud secus quàm si speculator missus à vobis subiecta oculis referrem. Neque relicto regno meo,quod amplũ & egregiũ vos fecistis,mare tãtũ traiecissem, vt vana ad vos afferẽdo,fidẽ abrogarẽ mihi. Cernebã nobilissimas Asiæ & Græciæ ciuitates in dies magis denudãtes iudicia sua,mox si permitteretur,eò processuras vnde receptum ad pœnitendum non haberent.Cernebam Persea non continentem se Macedoniȩ regno, alia armis occupãtem, alia quȩ vi subigi non possunt,fauore ac beneuolentia complectentem. Videbam quàm impar esset sors,quum ille vobis bellum,vos ei securam pacem præstaretis.quãquam mihi quidem non parare sed gerere penè bellum videbatur.Abrupolim socium atque amicũ

vestrum regno expulit. Artetarum Illyrium, quia scripta ab eo quædam vobis comperit, sociū itē atque amicum vestrum interfecit. Euersam & Callicritum Thebanos, principes ciuitatis, quia liberius aduersus eum in concilio Bœotorum loquuti fuerant, delaturósque ad vos quæ agerentur professi erant, tollendos curauit. Auxilium Byzantiis aduersus fœdus tulit. Dolopiæ bella intulit. Thessaliam & Doridem cum exercitu peruasit, vt in bello intestino, deterioris partis auxilio meliorem affligeret. Confudit & miscuit omnia in Thessalia Perrhæbiáque spe nouarum tabularum, vt manu debitorum obnoxia sibi optimates opprimeret. Hæc quum vobis quiescentibus & patientibus fecerit, & concessam sibi Græciam esse à vobis videat, pro certo habet neminem sibi, antequam in Italiam traiecerit, armatum occursurum. Hoc quàm vobis tutum aut honestum sit, vos videritis: ego certè mihi turpe esse duxi prius Persea ad bellum inferendum, quàm me socium ad prædicendum vt caueretis, venire in Italiam. Functus necessario mihi officio, & quodammodo liberata atque exonerata fide mea, quid vltrà facere possum, quàm vti deos deásque precer vt vos & vestræ reip. & nobis sociis atque amicis, qui ex vobis pendemus, consulatis?

ORATIO SP. LIGVSTINI CENTVrionis ad populum, ne ipsi ordo inferior assignaretur.

ARGVMENTVM.

P. erat Licinius consul cui Macedonia prouincia obuenerat: is ex autoritate Patrum legiones in Macedoniam contra Persea educturus, tribunis militum curam mandauerat citandi veteres quosque milites & centuriones. Iam illi centuriones, sed qui primos pilos aliàs duxissent, citabant, quum ex iis qui citati erant, tres & viginti tribunos pleb. appellarunt. Agebatur res ad subsellia tribunorum, quò M. Popilius, qui biennio antè consul fuerat, veniens, pro centurionibus verba fecit. Licinius consul pro se ipse senatuscōsultum recitari iussit, quo inter alia hoc quoque continebatur, vt veteres centuriones ad bellum Macedonicum scriberentur, nec vlli qui maior annis quinquaginta non esset, vacatio militiæ concederetur. Itaque deprecabatur ne à quoquam prohiberetur assignare quem cuique ordinem ex repub. videretur. Sp. Ligustinus erat ex iis qui tribunos pleb. appellarāt. Is, posteaquam consul quæ voluerat dixit, à consule & tribunis petiit vt sibi aliquid ad populum agere liceret. Omnibus permittentibus, in hanc sententiam causam suam egit,

SPurius Ligustinus tribus Crustuminę ex Sabinis sum oriundus, Quirites. Pater mihi iugerum agri reliquit, & paruum tugurium, in quo natus educatúsque sum, hodiéque ibi habito. Quumprimùm in ætatem veni, pater mihi vxorem fratris sui filiam dedit, quę secum nihil attulit præter libertatem, pudicitiámque: & cum his fœcunditatem quanta vel in diti domo satis esset. Sex filii nobis, duæ filiæ sunt: vtræque iam nuptæ. Filii togas viriles habent, duo prætextati sunt. Miles sum factus P. Sulpitio, C. Aurelio, consulibus. In eo exercitu qui in Macedoniam est trāsportatus, biennium miles gregarius fui aduersus Philippū regem: tertio anno virtutis causa mihi T. Quintius Flaminin⁹ decumum ordinem hastatum assignauit. Deuicto Philippo Macedonibúsque, quum in Italiam portati ac dimissi essemus, continuò miles voluntarius cum M. Porcio consule in Hispaniā sum profectus. Neminem omnium imperatorum qui viuant, acriorem virtutis spectatorem ac iudicem fuisse sciunt qui & illum & alios duces longa militia experti sunt. Hic me imperator dignum iudicauit, cui primum hastatum prioris centuriæ assignaret. Tertiò iterum voluntarius miles factus sum in eum exercitum qui aduersus AEtolos & Antiochū regem est missus: à M. Cælio mihi primus princeps prioris centuriæ est assignatus. Expulso rege Antiocho, subactis AEtolis, reportati sumus in Italiam, & deinceps bis, quæ annua merebant legiones stipendia feci. Bis deinde in Hispania militaui, semel Q. Fuluio Flacco, iterum T. Sempronio Graccho prætore: à Flacco inter cæteros quos virtutis causa secum ex prouincia ad triumphum deducebat, deductus sum: à T. Graccho rogatus in prouinciam ii. Quater intra paucos annos primum pilum duxi: quater & tricies virtutis causa donatus ab imperatoribus sum: sex ciuicas coronas accepi. XXII stipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior sum annis quinquaginta. Quòd si mihi nec stipendia omnia emerita essent, necdum ætas vacationem daret, tamē quum quatuor milites pro me vno vobis dare, P. Licini, possem, æquum erat me dimitti. Sed hæc pro causa mea dicta accipiatis velim: ipse me, quoad quisquam qui exercitus scribit, idoneum militem iudicabit,

nunquam sum excusaturus. Ordinem quo me dignum iudicent tribuni militum, ipsorũ est potestatis: ne quis me virtute in exercitu præstet, dabo operam vt semper ita fecisse me & imperatores mei & qui vnà stipendia fecerunt, testes sunt. Vos quoque æquum est, commilitones, & si appellationis vobis vsurpatis ius, quũ adolescẽtes nihil aduersus magistratuum senatúsque autoritatem vsquam feceritis, nunc quoque in potestate senatus ac consulum esse: & omnia honesta loca ducere quibus remp. defensuri sitis.

ORATIO Q. MARTII, LEGATI ROmani, ad Persea regem Macedonum.

ARGVMENTVM.

Quo propè tempore in Macedoniam P. Licinius consul, cui ea prouincia obuenerat, legiones transportare parabat, quinque legati, in quibus Q. Martius & A. Atilius erant, missi in Græciam. Ii regiones ad quas profecturi erant, ita inter se diuiserant cum militibus, vt Martio & Atilio Epirus, AEtolia & Thessalia circumeundæ assignarentur, vnde in Bœotiam & Eubœam transirent: inde verò in Peloponnesum traiicerent. Iam priusquam à Corcyra digrederentur legati, à Perseo allatæ erant literæ, quibus inter alia ille quærebat quænam esset causa Romanis in Græciam traiiciendi copias, aut vrbes occupandi. Iis nullum responsum aliud dare placuit, quàm quòd legatis datum negotium erat vt regi nuntiarent, præsidii tantùm causa profectos. Quum verò Martius & Atilius obeuntes regiones attributas, iam in Thessaliam peruenissent, legati rursus à Perseo venerũt, qui facta dicendi potestate petierunt vti regi fieret potestas in colloquium veniendi. Martius non immemor hospitii Philippi regis, non grauatè concessit. Datis itaque obsidibus nihil fraudis facturos Macedonas, consederunt Martius & Perseus: ac prior Martius ita quæ de Perseo iactata erant ab Eumene, retulit. Ea deinde Perseus refutat.

EXpectari nos arbitror, vt respondeamus literis tuis quas Corcyram misisti: in quibus quæris quid ita legati cum militibus venerimus, & præsidia in singulas vrbes dimittamus. Ad hanc interrogationem tuam & non respondere, vereor ne superbum sit: & vera respondere, ne nimis acerbum audienti tibi videatur. Sed quum aut verbis castigandus aut armis sit qui fœdus rumpit: sicut bellum aduersus te alii quàm mihi mandatum malim, ita orationis acerbitatẽ aduersus hospitẽ, vtcũque est, subibo: sicut medici, quũ salutis causa tristiora remedia adhibẽt. Ex quo regnũ adeptus es, vnã rẽ te, quæ facieñda fuerit, senatus fecisse censet, quòd legatos Romã ad renouandũ fœdus miseris: quod tamẽ ipsum fuisse tibi nõ renouandũ iudicat potius, quàm quũ renouatũ esset, violandũ. Abrupolim sociũ atq; amicũ populi Rom. regno expulisti. Artetari interfectores, vt cæde (ne quid vltrà dicã) lætatũ appareret, recepisti, qui omniũ Illyriorum fidissimum Romano nomini regulum occiderant. Per Thessaliam & Maliensem agrum cum exercitu cõtra fœdus Delphos isti: Byzantiis item contra fœdus misisti auxilia. Cum Bœotis sociis nostris secretam tibiipsi societatem, quam non licebat, iureiurando pepigisti. Thebanos legatos Euersam & Callicritum venientes à nobis quærere malo quis interfecerit quàm arguere. In AEtolia bellũ intestinum, & cædes principum, per quos nisi per tuos factæ videri possunt? Dolopes à teipso euastati sunt. Eumenes rex ab Roma quum in regnum rediret, propè vt victima Delphis in sacrato loco ante aras mactatus, quem insimulet, piget referre: quæ hospes Brũdusinus occulta facinora indicet, certũ habeo & scripta tibi omnia ab Roma esse, & legatos tuos renuntiasse. Hæc ne dicerẽtur à me, vno modo vitare potuisti, non quærendo quam ob causam exercitus in Macedoniam traiicerentur, aut præsidia in sociorum vrbes mitteremus. Quærenti tibi superbius tacuissemus quàm vera respondimus. Equidem pro paterno nostro hospitio faueo orationi tuæ, & opto vt aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud senatum causæ.

ORATIO PERSEI QVA AD ea respondet.

BOnam causam, si apud iudices æquos ageretur, apud eosdem & accusatores & iudices agam. Eorum autem quę obiecta sunt mihi, partim ea sunt quibus nescio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubescam, partim quæ verbo obiecta, verbo negare sit. Quid enim si legibus vestris hodie reus sim aut index Brundusinus, aut Eumenes

mihi obiiciat, vt accusare potius verè quàm conuitiari videantur? Scilicet nec Eumenes, quum tam multis grauis publicè ac priuatim sit, alium quàm me inimicum habuit. neque ego potiorem quenquam ad ministeria facinorum, quàm Rammium, quem neque vnquam antè videram, nec eram postea visurus, inuenire potui: & Thebanorum quos naufragio perisse constat, & Artetari cædis mihi reddenda ratio est, in qua tamen nihil vltrà obiicitur, quàm interfectores eius in regno exulasse meo. Cuius conditionis iniquitatem ita non sum recusaturus, si vos quoque accipitis, vt quicunque exules in Italiam aut Romam se contulerunt, his facinorum propter quæ damnati sunt, autores vos fuisse fateamini. Si hoc & vos recusabitis, & omnes aliæ gentes, ego quoque inter cæteros ero. Et hercule quid attinet cuiquam exilium patere si nusquam exuli futurus locus est? Ego tamen istos, vt primum in Macedonia esse admonitus à vobis comperi, requisitos, ex regno abire iussi, & in perpetuum interdixi finibus meis. Et hæc quidem mihi tanquam causam dicenti reo obiecta sunt: illa tãquam regi, & quæ de fœdere quod mihi est vobiscum, disceptationem habeat. Nam si est in fœdere ita scriptum, vt ne si bellum quidem quis inferat, tueri me regnúmque meum liceat: mihi fatendum est, quòd me armis aduersus Abrupolim sociũ populi Rom. defenderim, fœdus violatum esse. Sin autẽ hoc & ex fœdere licuit, & iure gentium ita comparatum est vt arma armis propulsentur: quid tandem me facere decuit, quum Abrupolis fines mei regni vsque ad Amphipolin peruastasset? multa libera capita, magnam vim mancipiorum, multa milia pecorum abegisset? Quiescere, & paterer, donec Pellam & in regiam meam armatus peruenisset? At enim bello quidem iusto sum persequutus: sed vinci non oportuit eum, neque ea quæ victis accidunt, pati: quorum casum quum ego subierim, qui sum armis lacessitus, quid potest queri sibi accidisse qui belli causa fuit? Nõ sum eodẽ modo defensurus, Romani, quod Dolopas armis coercuerim: quia etsi nõ merito eorum, iure feci meo, quũ mei regni, meæ ditionis essent, vestro decreto patri attributũ meo. Nec, si causa reddenda sit nõ vobis nec fœderatis, sed iis qui ne in seruos quidem sæua atque iniusta imperia probant, plus æquo & bono sæuisse in eos videri possum. Quippe Euphranorem præfectũ à me impositũ ita occiderũt, vt mors pœnarum eius leuissima fuerit. At quũ processissem inde ad vidẽdas Larissam & Antrona & Pylleõ, quò in propinquo multo antè debita vota persoluerem, Delphos sacrificandi causa ascendi. Et hîc criminis augendi causa cũ exercitu me fuisse adiicitur: scilicet vt (quod nunc vos facere queror) vrbes occuparem, arcibus imponerem præsidia. Vocate in conciliũ Græciæ ciuitates, per quas iter feci: si queratur vnus quilibet militis mei iniuriam, non recusabo quin simulato sacrificio aliud petiisse videar. Aetolis & Byzantiis præsidia misimus, & cũ Bœotis amicitiam fecimus. Hæc qualiacunque sunt, per legatos meos non solùm indicata, sed etiam excusata sunt sæpe in senatu vestro, vbi aliquos ego disceptatores non tam æquos quàm te Q. Marci, paternum amicum & hospitem, habebam. Sed nondum Romã accusator Eumenes venerat, qui calumniando omnia detorquendóque, suspecta & inuisa efficeret, & persuadere vobis conaretur, non posse Græciam in libertate esse & vestro munere frui, quoad regnum Macedoniæ incolume esset. Circũagetur hic orbis: erit mox qui arguat nequicquam Antiochum vltra iuga Tauri remotũ: grauiorem multo Asiæ quàm Antiochus fuerit, Eumenem esse: nec conquiescere socios vestros posse quoad regia Pergami sit: eam arcem supra capita finitimarum ciuitatum impositam. Ego hęc Q. Marci & A. Atili, quæ aut à vobis obiecta, aut purgata à me sunt, talia esse scio vt aures, vt animi audientium sint: nec tam referre quid ego aut qua mente fecerim, quàm quomodo id vos factum accipiatis. Conscius mihi sum, nihil me scientem deliquisse: & si quid fecerim imprudentia lapsus, corrigi me & emendari castigatione hac posse. Nihil certè insanabile, nec quod bello & armis persequendum esse censeatis, commisi: aut frustra clementiæ grauitatisque vestræ fama vulgata per gentes est, si talibus de causis, quæ vix querela & expostulatione dignę sunt, arma capitis, & regibus sociis bella infertis.

ORATIO PERSEI AD SVOS, DE victoria contra Romanos.

ARGVMENTVM.

Perseus, quum regressi legati quos purgandi causa Romam autore Q. Martio legato mi

ferat, ſpem pacis omnino præciderent: ad cogitatum iam multo antè bellum animum intendebat. Poſt paucos inde dies concilio habito, quum fama conſtaret P. Licinium conſulem cum exercitu aduentare, ille inter alia quibus ſuorum animos præparauerat, facilem victoriam vel ex hoc ſibi ſuiſque pollicebatur, & quòd numero & quòd militum genere Romanis præſtarent. Ac eò adhortando ſuos adduxerat, vt ſublato clamore cum frequenti aſſenſu magna pars eum bonum modò animum habere iuberet: ſe paratos alii dicerent quicquid imperaſſet, impigrè præſtare. Ita confirmatis militum animis, ipſe ad obſidendas oppugnandáſque circà ciuitates cum copiis proficiſcitur. Fortè Pheræos agros, qui erant ditionis & regni Eumenis, peruaſtari ab eò, in caſtra Romanorum nuntius attulerat. Quo periculo motus ipſe Eumenes rem ad P. Licinium conſulem defert. Conſilium de ea re captum antequam finiretur, affertur hoſtes magno numero haud procul abeſſe. Itaque ſignū extemplo datum. Bis inde congreſſi, primùm ignari vtri victi aut victores, exceſſere. Poſtero die ad eundem locū Perſeus caſtra mouit: tandem manu conſertum eſt. Eo prælio victi Romani, in quo ſpolia cæſorum & multi viui in Perſei venere poteſtatem, quæ inter milites diuiſit. Romanos victos non mœſtitia modò, ſed etiam pauor tenebat, ne extemplo caſtra hoſtis aggrederetur. In qua trepidatione conſilium attulit Eumenes, ſi caſtra trans Peneum amnem transferretur, in tuto omnia fore. Quod iam factum eſſe quum Perſeus poſtridie cerneret, peccatum eſſe grauiter faſſus eſt, quòd pridie victis non inſtitiſſet, multo tamen magis, quòd nocte foret ceſſatum. Ille nihilominus elato animo ſuos ad concionem vocat, ad quos in hunc modum de victoria verba fecit,

PRæiudicatum euentum belli habetis: meliorem partem hoſtium, equitatum Romanum, quo inuictos ſe eſſe gloriabantur, fudiſtis. Equites enim illis principes iuuentutis, equites ſeminarium ſenatus: inde lectos in patrum numerum conſules, inde imperatores creant. Horum ſpolia paulo antè diuiſimus inter vos. Nec minorem de legionibus peditum victoriam habetis, quæ nocturna fuga vobis ſubtractæ, naufragorum trepidatione paſſim natantium, flumen compleuerunt. Sed facilius nobis ſequentibus victos Peneum ſuperare erit, quàm illis trepidantibus fuit: tranſgreſſique extemplo caſtra oppugnabimus: quę hodie cepiſſemus, niſi fugiſſent. Aut ſi acie decernere volent, eundem pedeſtris pugnæ euentum expectate, qui equitum in certamine fuerit.

Ex quadrageſimoquarto libro ab vrbe condita.

ORATIO L. AEMILII PAVLI CONSVLIS ad populum.

ARGVMENTVM.

Creati erant conſules, L. AEmilius Paulus, & C. Licinius Craſſus, quorum Paulo Macedonia obuenerat. Extemplo in prouinciam eum profecturū credebāt, decretis omnibus quæ ei bello Macedonico vſui eſſent: apparebâtque omnibus non ſegniter eum id bellum geſturum, quòd crederetur iam multo antè agitare ſolere quæ ad ipſum bellum pertinerēt: quum petit vt legati eò præmitterentur, qui rerum omnium illic ſtatum cognoſcerēt. Ac perpaucis inde diebus quum in ſenatu in expectatione patres eſſent quidnā ille de prouincia referret, quum nihil ſe habere dixiſſet, quòd legati nondum rediiſſent, ſed extemplo nihil fore in mora quin proficiſceretur vbi rediiſſent, interim ciuitatū legationes audiri poſſe: ille confeſtim è curia in concionem progreſſus, ita ad populum de ſuo imperio verba fecit,

ANimaduertiſſe videor, Quirites, maiorem mihi ſortito Macedoniam prouinciam, gratulationem factam quàm quum aut conſul eſſem conſalutatus, aut quo die magiſtratum iniſſem: neque id ob aliam cauſam quàm quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, exiſtimaſtis dignum maieſtate populi Rom. exitum per me imponi poſſe. Deos quoque huic fauiſſe ſorti ſpero, eoſdémq; in rebus gerēdis affuturos eſſe. Hęc partim opinari, partim ſperare poſſum: illud affirmare pro certo habeo audeóque, me omni ope adniſurum eſſe ne fruſtra vos hanc ſpem de me conceperitis. Quæ ad bellum opus ſunt, & ſenatus decreuit, & (quoniam extemplo proficiſci placet, neque ego in mora ſum) C. Licinius, collega, vir egregius æquè enixè parabit ac ſi ipſe id bellum geſturus eſſet. Vos quæ ſcripſero ſenatui aut vobis, credite: rumores credulitate veſtra ne alatis, quorū autor nemo extabit. Nam nunc quidem (quod vulgò fieri hoc præcipuè bello animaduerti) nemo tā famæ contemptor eſt, cuius non debilitari animus poſſit. In omnibus circulis, atque etiā (ſi diis placet) in conuiuiis ſunt qui exercitus in Macedoniam ducant: vbi caſtra locanda

sint sciant: quæ loca præsidiis occupanda, quando aut quo saltu intranda Macedonia: vbi horrea ponenda: quà terra marique subuehantur commeatus: quando cum hoste manus conserendæ, quando quiescendũ sit. Nec quid melius faciendũ sit, modò statuũt, sed quicquid aliter quàm ipsi censuere factum est, consulem veluti dicta die accusant. Hæc magna impedimenta res gerentibus sunt. Neque enim omnes tam firmi & constantis animi contra aduersum rumorem esse possent quàm Fabius fuit, qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm secunda fama malè rem gerere. Non sum is qui non existimem admonendos duces esse: imò eum qui de sua vnius sententia omnia gerat, superbũ iudico magis quàm sapientem. Quid ergo est? Primùm à prudẽtibus, & propriè rei militaris peritis, & vsu doctis, monendi imperatores sunt: deinde ab iis qui intersunt gerendis rebus, qui loca, qui hostem, qui temporũ opportunitatẽ vidẽt, qui in eodẽ velut nauigio participes sunt periculi. Itaque siquis est qui quod è repubI. sit suadere se mihi in eo bello quod gesturus sum, confidat, ne deneget operam reip. & in Macedoniã mecum veniat: naue, equo, tabernaculo, viatico etiam à me iuuabitur. Siquem id facere piget, otium vrbanũ militię laboribus præoptat, è terra ne gubernauerit. Sermonum satis ipsa præbet vrbs: loquacitatem suam contineat: nos castrensibus consiliis contentos futuros esse sciat.

ORATIO L. AEMILII PAVLI consulis ad milites.

ARGVMENTVM.

Gestis aliquot prælis continuos dies, quum magno labore Macedonas Romani persequerentur, Perseus insequenti die suos in aciem educit consilio congrediendi cum Romanis. Iam tum ad meridiem hora diei vergebat, tempus anni post circumactum solstitium erat, iter multo puluere oppletũ, sol incalescebat, lassitudo & sitis iã sentiebantur. In tãta rerum omnium iniquitate, tamen Romani alacres nihil malebant quàm cum hoste integro & recenti congredi. Itaque per simulationem AEmilius consul circumeundo singulos ordines adhortari non desistebat ad certamen militum animos. At quum increscente solis æstu, simul sensim vultus vigor, vocùmque contentio imminui, quidam incumbentes scutis, nixique pilis stare viderentur: tum imperat Paulus vt frontem castrorum metarentur. Quare læti milites facti sunt. Tum legati multi atque duces erant qui pugnaturum consulem credebant Silentibus itaque aliis, vnus P. Nasica extitit qui ausus est monere consulem ne vincendi oblatam occasionem omitteret. Cui respondit se didicisse multis belli casibus quando pugnandum, quando abstinendum pugna esset: aliàque multa: quibus auditis conticuit adolescens. Postero die aduocata concione ita rationem pugnæ dilatæ suis reddidit,

P. Nasica egregius adolescens, ex omnibus vnus quibus hesterna die pugnari placuit, denũtiauit mihi suum consilium: idem postea, ita vt transisse in meam sententiam videri posset, tacuit. Quibusdam aliis absentem carpere imperatorẽ quàm præsentem monere melius visum est: & tibi, P. Nasica, & quicunque idem, quod tu, occultius senserunt, non grauabor reddere dilatæ pugnæ rationem. Nam tantum abest vt me hesternæ quietis pœniteat, vt seruatum à me exercitum eo consilio credam. In qua me opinione esse nequis sine causa vestrûm credat, recognoscat agedum mecum (si videtur) quàm multa pro hoste & aduersus nos fuerint. Iam omnium primùm quantum numero nos præstẽt, neminem vestrûm nec antè ignorasse, & hesterno die implicatam intuentes aciem, animaduertisse certũ habeo. Ex hac nostra paucitate, quarta pars militũ præsidio impedimẽtis relicta erat: nec ignauissimũ quẽque relinqui ad custodiam sarcinarũ scitis. Sed fuerimus omnes: paruũ hoc tãdẽ esse credimus, quòd ex his castris in quibus hac nocte mansimus, exituri in aciem hodierno, aut ad summum crastino die, si ita videbitur, diis bene iuuantibus, sumus? Nihilne interest vtrum militẽ, quem neque viæ labor hodie neque operis fatigauerit, requietũ, integrum in tentorio suo arma capere iubeas, atque in aciem plenum viriũ, vigentem & corpore & animo, educas: an longo itinere fatigatum, & onere fessum, madentem sudore, ardentibus siti faucibus, ore atque oculis repletis puluere, torrentẽ meridiano sole, hosti obiicias recenti, quieto, qui nulla re antè cõsumptas vires ad præliũ afferat? Quis pro deûm fidẽ ita cõparatus vel iners atque imbellis fortissimum virũ nõ vicerit? Quid quòd hostes per summũ otium instruxerãt aciẽ, reparauerant animos, stabant cõpositi suis quisque ordinibus? nobis tunc repẽtè trepidandũ in acie instruenda erat, & incõpositis concurrendum? At hercule aciẽ quidem inconditã inordinatámque habuissemus: castra munita, prouisam aquationem, tutũ ad eam iter præsidiis impositis, explorata circa omnia: an nihil nostri habentes, præter nudũ campum, in quo pugnaremus? Maiores vestri castra munita

portum ad omnes casus exercitus ducebant esse, vnde ad pugnam exirent, quò iactati tempestate pugnæ, receptum haberent. Ideo quũ munimẽtis ea sepissent, præsidio quoque valido firmabant, quòd qui castris exutus erat, etiamsi pugnando acie vicisset, pro victo haberetur. Castra sunt victori receptaculum, victo perfugium. Quàm multi exercitus quibus minus prospera pugnæ fortuna fuit, intra vallum compulsi, tempore suo interdum momento pòst eruptione facta victorem hostem pepulerunt? Patria altera est militaris hæc sedes, vallúmque pro mœnibus, & tentorium suum cuiq; militi domus ac penates sunt. Sine vlla sede vagi dimicassemus, vt quò victores nos reciperemus? His difficultatibus & impedimentis pugnæ illud opponitur, Quid si hostis hac interposita nocte abiisset, quantum rursum sequendo eo penitus in vltimam Macedoniam exhauriendum laboris erat? Ego autẽ neq; mansurũ eum, neque in aciẽ copias educturum fuisse, certum habeo, si cedere hinc statuisset. Quanto enim facilius abire fuit quũ procul abessemus, quàm nunc quum in ceruicibus sumus: nec falleret nos nec interdiu nec nocte abeundo? Quid autem est nobis aptius, quàm vt quorum castra præalta fluminis ripa tuta, vallo insuper septa ac crebris turribus, oppugnare adorti sumus: eos relictis munimẽtis agmine effuso abeuntes in patentibus campis ab tergo adoriamur? Hæ dilatæ pugnæ ex hesterno die in hodiernũ causæ fuerunt. Pugnare enim & mihiipsi placet: & ideo quia per Enipeũ amnem septa ad hostẽ via erat, alio saltu deiectis hostium præsidiis nouum iter aperui: neque priusquã debellauero, absistam.

Ex quadragesimoquinto libro ab vrbe condita.

ORATIO L. AEMILII AD PERseum, qui se permiserat Romanis.

ARGVMENTVM.

Samothracam oppidum classis Cn. Octauii, cui obuenerat, appulsa erat: vbi quum L. Atilius illustris adolescens populum ipsum in concione esse audiret, petiit vt sibi alloquendi populi fieret potestas. Permisso, quærere cœpit vtrum ea insula falsò sacra atque inuiolati soli esset. Cui quum responsum esset verè sanctam esse, Quid igitur, inquit, pollutam sanguine Eumenis regis homicida violauit? Tum aliis iactatis, summum magistratũ ad Persea mittunt, qui nuntiaret Euandrum Cretensem (is est quo vsus erat ad ministerium cædis Eumenis faciendæ Delphis) argui cædis. Perseus euocato Euandro rem totam exponit: qui quamuis se mortem subiturum esse, quàm quæ iudicio statueretur, dixerat. At quum fuga salutem sibi quærere velle videretur, interfici iussit Perseus. Eo verò facinore in amicum per tot casus expertum perpetrato, ita omniũ ab se animos abalienauit, vt omnes ad Romanos transirent, ille propè solus relictus, fugæ consilium capere cogeretur. Oroandem itaque quendam Cretensem ad se vocat, cui mandat vt se ad Cotym deueheret. Rex nocte media ad littus profectus, quum in portu nauem nõ inueniret (nam primis tenebris soluerat) vagatus aliquandiu frustra in littore, quum lux appeteret, non ausus in hospitium redire, in templo prope angulũ quendam obscurum delituit. Interim per præconem ex Cn. Octauio pronuntiatur, regios liberos Macedonásque alios, si transirent ad Romanos, libertatem suáque omnia seruaturos. Ad eam vocem omnes transeunt, regiique liberi Octauio traditi, præter Philippum maximum natu, qui cum rege relictus est. Quod quum ad Persea allatum esset, tum se filiúmque Octauio permisit. Paucis pòst diebus, Cn. Octauius Perseum in castra ad Paulum consulem mittit, præmissis literis quibus monebat, regem in ipsius fore potestate qui adduceretur. His recitatis, Q. AElium Tuberonem ei mittit obuiã, cæteros in prætorio manere iubet. Iam in prætorium introducebatur, quum Paulus consul aliquantum progressus, regi dextram porrigit, summittentémque se ad pedes, comiter tollit: nec attingere genua passus, introductum in tabernaculum considere aduersus aduocatos in consilium iussit. Tum verò quum ab eo rogatus, qua tandem motus iniuria bellum aduersus Romanos suscepisset, quo se regnúmque in vltimũ discrimen adduxerat, terra intuens, diu tacitus fleret, rursus consul ita eum alloqui cœpit,

SI iuuenis regnum accepisses, minus equidem mirarer ignorasse te quàm grauis aut amicus aut inimicus esset populus Rom. Nunc verò quum & bello patris tui, quod nobiscum gessit, interfuisses, & pacis postea, quam cum summa fide aduersus eum coluimus, meminisses: quod consilium, quorum & vim bello, & fidem in pace expertus esses, cum iis tibi bellum esse quàm pacem malle? (*Nec interrogatus, nec accusatus quum responderet*) vtcunque tamen hæc, siue errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe: multorum regum, populorum casibus cognita populi Rom. clemẽtia non modò spem tibi, sed propè certam fiduciam salutis præbet. (*Hæc Græco sermone*

Perseo, Latinè deinde suis) Exemplum insigne cernitis mutationis rerum humanarum. vobis hoc præcipuè dico, iuuenes. Ideo in secundis rebus nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, quum quid vesper ferat incertum sit. Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo efferet, nec aduersa infringet.

ORATIO RHODIORVM IN SENAtu expostulantium & se purgantium.

ARGVMENTVM.

Rhodios multis legationibus in Græciam factis apparuerat Romanis iam inde ab initio belli Macedonici Perseo regi fauisse. Quod suum consilium qua fraude ac simulatione poterant, semper texerunt. Ac vt magis pro Romanis quàm pro Perseo stare viderentur, in magnis belli Macedonici tumultibus Romam legatos misere, qui eo bello vastari suos fines dicerent, ageréntque de pace cum Perseo componenda. Inter alia legati verba quædam effutiuerant ex quibus facilè intelligi poterat, & inita à Rhodiis contra populum Romanum sæpe consilia, & ea quæ tum dicerentur, per fraudem modò iactari. Itaque Romani nihil legatis aliud responderunt, quàm quòd finito eo bello (quod breui futurum erat) ciuitates sua quæque præmia ex impensis in id bellum factis, & laboribus exhaustis accepturæ essent. Perseo verò capto & victo, legatos rursus Romam mittunt, qui in veste candida Romanis gratularentur de Perseo victoriam. Ii & hospitium sibi dari & senatum primo quoque tempore petebant. Qua de re consulti à M. Iunio consule patres, censuerunt nullum hospitale ius in iis seruandum. Senatusconsulto iis cognito, extemplò consulem qui retulerat decretum, omnésque qui aderant orabant vt plus momenti ad gratiam vetera sua merita apud eos haberent, quàm noua & falsa crimina ad damnationem. Nec his contenti, sordida veste sumpta, domos principum cum precibus & lacrymis adibant, orantes vt prius causam cognoscerent quàm condemnarentur. Rhodii in hac causa M. Iuuentium Taluam prætorem, cuius inter ciues & peregrinos iurisdictio erat, aduersarium habebant, qui primo quoque tempore rogationem promulgat, non antè cõsulto senatu (quod nefas erat) vt Rhodiis bellum indiceretur. Huic actioni duo tribuni pl. aduersabantur. Certamine inde orto ea tota res in aduentum consulis intercessione tribunorum pleb. differtur. Interim Rhodii, in senatum puto (nam hac in parte multa desiderantur) introducti, causam suam in hanc sententiam egerunt,

PEccauerimúsne, adhuc dubium est: pœnas, ignominias omnes iam patimur. Antea Carthaginensibus victis, Philippo, Antiocho superatis, quum Romam venissemus, ex publico hospitio in curiam gratulatum vobis, P.C. ex curia in Capitolium ad deos vestros dona ferẽtes veniebam⁹: nũc ex sordido diuersorio vix mercede recepti, ac propè hostiũ more extra vrbẽ manere iussi, in hoc squalore venimus in curiã Romanam Rhodii, quos prouinciis nuper Lycia atque Caria, quos præmiis atq; honoribus amplissimis donastis. Et Macedonas Illyriósque liberos esse, vt audiuimus, iubetis, quum seruierint antequam vobiscum bellarent (nec cuiusquam fortunæ inuidemus, imò agnoscimus clementiam populi Romani) Rhodios qui nihil aliud quàm quieuerunt hoc bello, hostes ex sociis facturi estis? Certè quidem vos estis Romani, qui ideo felicia bella vestra esse, quia iusta sint, præ vobis fertis: nec tam exitu eorum, quòd vincatis, quàm principiis, quòd non sine causa suscipiatis, gloriamini. Messana in Sicilia oppugnata, Carthaginẽses, Athenæ oppugnatæ, & Græcia in seruitutẽ petita, & adiutus Annibal pecunia, auxiliis Philippũ hostem fecerunt. Antiochus ipse vltrò ab AEtolis hostibus vestris accersitus ex Asia, classe in Græciã traiecit, Demetriade & Chalcide & saltu Thermopylarum occupato, de possessione imperii vos deiicere conatus. Cum Perseo socii vestri oppugnati, alii interfecti reguli, principésque gentium aut populorum, causa belli vobis fuere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est si perituri sumus? Nondum segrego ciuitatis causam à Polyarato & Dione ciuibus nostris, & iis quos vt traderemus vobis adduximus. Si omnes Rhodii æquè noxii essemus, quod nostrum in hoc bello crimen esset? Persei partibus fauimus, & quemadmodum Antiochi Philippíque bello pro vobis aduersus reges, sic nũc pro rege aduersus vos stetimus. Quemadmodum soleamus socios iuuare, & quàm impigrè capessere bella, C. Liuiũ, L. AEmiliũ Regillũ, interrogate, qui classibus vestris in Asia præfuerũt. Nũquã vestræ naues pugnauere sine nobis: nostra classe pugnauimus semel ad Samũ, iterũ in Pãphylia aduersus Annibalẽ imperatorẽ: quæ victoria nobis eo gloriosior est, quòd quũ ad Samũ magnã partẽ nauiũ aduersa pugna, & egregiã iuuẽtutẽ amisissemus, ne tãta quidẽ clade territi, iterũ ausi sumus regiæ classi ex Syria venienti obuiã ire. Hæc nõ gloriãdi causa retuli (neq; enim ea nunc nostra est fortuna) sed vt admonerẽ quẽamodũ adiuuare socios solerẽt Rhodii. Præmia, Philippo & Antiocho deuictis, amplissima accepimus à vobis. Si, quæ vestra nũc est fortuna deûm benignitate & virtute vestra, ea Persei fuisset, & præmia petitũ

ad victorem regem venissemus in Macedoniam, quid tandem diceremus? pecuniáne à nobis adiutũ, an fruméto? auxiliis terrestribus an naualibus? Quod præsidiũ tenuisse nos? vbi pugnasse, aut sub illius ducibus, aut per nos ipsos? Si quæreret vbi miles noster, vbi nauis intra præsidia sua fuisset, quid responderemus? Causam fortasse diceremus apud victorem, quemadmodum apud vos dicimus. Hoc enim legatos vtroque de pace mittendo cõsequuti sumus, vt ne ab vtraque parte gratiam iniremus, ab altera etiam crimen & periculum esset. Quanquam Perseus verè obiiceret, id quod vos non potestis P.C. nos principio belli misisse ad vos legatos, qui pollicerentur vobis quæ ad bellum opus essent: naualibus armis, iuuentute nostra, sicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore. Ne pręstaremus per vos stetit, qui de quacunque causa tum aspernati nostra auxilia estis. Neque fecimus igitur quicquam tanquam hostes, neque bonorum sociorum defuimus officio, sed à vobis prohibiti præstare fuimus. Quid igitur? nihilne factum neque dictum est in ciuitate vestra, Rhodii, quod nolletis, quo meritò offenderetur populus Romanus? Hinc iam non quod factum est defensurus sum, (non adeo insanio) sed publicam causam à priuatorum culpa segregaturus. Nulla enim est ciuitas quæ non & improbos ciues aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat. Etiam apud vos fuisse audiui, qui assentando multitudini, grassarentur: & secessisse aliquando à vobis plebem: nec in potestate vestra remp. fuisse. Si hoc in hac tam bene morata ciuitate accidere potuit, mirari quisquam potest aliquos fuisse apud nos qui regis amicitiam petentes, plebem nostram consiliis deprauarent? qui tamen nihil vltrà valuerunt quàm vt in officio cessaremus. Non præteribo (id quod grauissimum est in hoc bello) crimen ciuitatis nostræ. Legatos eodem tempore & ad vos & ad Persea de pace misimus: quod infelix consilium furiosus (vt postea audiuimus) orator stultissimum fecit: quem sic loquutum constat tanquam C. Popilius legatus Romanus, quem ad summouendos à bello Antiochũ & Ptolemæum reges misistis, loqueretur. Sed tamen ea siue superbia siue stultitia appellanda est, eadẽ quæ apud vos, & apud Persea fuit. Alii ciuitatum quàm singulorum hominum mores sunt: gentes quoque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in vinum, in venerem proniores aliæ sunt. Atheniensium populum fama est celerem & supra vires audacem esse ad conandum: Lacedæmoniorum cũctatorem, & vix in ea quibus fidit ingredientem. Non negauerim & totam Asię regionem inaniora parere ingenia, & nostrorum tumidiorem sermonem esse, quòd excellere inter finitimas ciuitates videamur; & id ipsum nõ tam viribus nostris quàm vestris honoribus ac iudiciis. Satis quidem & tunc in præsentia castigata illa legatio erat, cum tam tristi respõso vestro dimissa. Si tum parum ignominiæ pensum est, hęc certè tam miserabilis ac supplex legatio etiam insolentioris quàm illa fuit legationis satis magnum piaculum esset. Superbiam verborum, præsertim iracundi oderunt, prudentes irriderent: vtique si inferioris aduersus superiorem est, capitali pœna nemo vnquam dignam iudicauit. Id enimuero periculum erat ne Romanos Rhodii contemnerent: etiam deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quenquam fulmine ictum audimus. Quid igitur superat quod purgemus, si nec factum hostile vllum nostrum est, & verba tumidiora legati, offensionẽ auriũ, non perniciem ciuitatis meruerunt? Voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari vestris inter vos sermonibus audio P.C. fauisse nos regi & illũ vincere maluisse: ideo bello persequẽdos esse credunt. Alii vestrûm, voluisse quidẽ nos hoc, non tamen ob id bello persequẽdos esse: neq; moribus neq; legibus vllius ciuitatis ita cõparatũ esse vt si quis vellet inimicũ perire, si nihil fecerit quo id fiat, capitis damnetur. His qui nos pœna, non crimine liberant, gratiam quidem habemus: ipsi nobis hanc dicimus legem, si omnes voluimus quod arguimur, non distinguimus voluntatem à facto, omnes plectamur. Si alii principum nostrorum vobis, alii regi fauerunt, non postulo vt propter nos, qui partium vestrarum fuimus, regis fautores salui sint. Illud deprecor ne nos propter illos pereamus. Non estis vos illis infestiores quàm ciuitas ipsa: & hoc qui sciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut mortem sibi consciuerunt: alii damnati à nobis in potestate vestra erunt P.C. Cæteri Rhodii sicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne pœnam quidem sumus. Priorum nostrorum benefactorum cumulus hoc quod nunc cessatum in officio est expleat. Cum tribus regibus gessistis bella per hos annos: ne plus obsit nobis quòd vno bello cessauim⁹ quàm quòd duobus bellis pro vobis pugnauimus. Philippum, Antiochum, Persea, tãquam tres sententias ponite: duæ nos absoluunt, vna dubia est, vt grauior sit. Illi de nobis si iudicarẽt,

dānati essemus: vos iudicate P.C. sit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Nō enim de bello deliberatis, P.C. quod inferre potestis, gerere nō potestis, quū nemo Rhodiorū arma aduersus vos laturus sit. Si perseuerabitis in ira, tēpus à vobis petemus quo hanc funestā legationem domum referamus: omnia libera capita, quicquid Rhodiorum virorum, fœminarum est, cum omni pecunia nostras naues conscendemus, ac relictis penatibus publicis priuatisque, Romam veniemus: & omni auro & argento, quicquid publici, quicquid priuati est, in comitio, in vestibulo curiæ vestræ cumulato, corpora nostra coniugúmque ac liberorum vestræ potestati permittemus, hîc passuri quodcunque patiendum erit: procul ab oculis nostris vrbs nostra diripiatur, incendatur. Hostes Rhodios esse Romani iudicare possunt: est tamen & nostrum aliquod de nobis iudicium, quòd nunquam iudicauimus nos vestros hostes: nec quicquam hostile, etiamsi omnia patiemur, faciemus.

ORATIO M. SERVILII PRO L. AEMILIO Paulo vt ei triumphus contra militum maledicentiam decerneretur.

ARGVMENTVM.

Capto deuictóque Perseo, legibúsque Macedonibus impositis, quum Romam L. AEmilius Paulus consul traiicere cum suis pararet, prædam ipsam in milites ita diuisit, vt quum in equitē cccc. denarii, in peditē cc. diuisi essent, facilè ipsi constaret eorum animos expletos non esse. In ea tamen militum de se opinione Romam aduerso Tiberi subuehitur, quò paucos post dies Anicius & Octauius classe sua aduecti sunt. Tribus his ab senatu triūphus decretus erat, mandatúmque Q. Cassio prætori, ageret ex patrum autoritate cum tribunis plebis, vt rogationem ad plebem promulgarent, vt quo die in vrbem triumphantes veherentur, iis imperium esset. Triumpho Anicio & Octauio decreto nemo aduersabatur: cæterū AEmilius Paulus milites aduersarios habuit, quos Seruius Sulpitius Galba, qui tribunus militū secundæ legionis in Macedonia fuerat, per suæ legionis milites solicitādo stimulauerat vt frequentes ad suffragium conuenirent, prohibituri ne imperiosus dux rogatione antè dicta promulgata triumpharet. Iam verò in Capitolio. T. Sempronius tribunus plebis eam rogationem ad populum ferebat, dato etiā priuatis (vt in re minimè dubia) loco dicendi: quum ille idem Seruius Galba repentè processit, & à tribunis postulauit vt in posterum diem differrent quæ contra eum triumphum dicere vellet, quoniam eiusmodi essent vt diei vnius tempus desiderarent. Tribunus eo ipso die dicere siquid vellet iubet. Ille itaque inuitus rem aggreditur: diei eius reliquum (erat tum octauæ tempus) dicendo extrahit, quo tempore imperium nimisquam seuerum AEmilii reprehendit: plus laboris prædicando, plúsque periculi quàm res desiderasset, ab eo iniunctum esse: præmia contrà & honores ita arctata, vt militia, si talibus ducibus succederet, & horridior aspeƌiórque bellantibus, eadem victoribus inhonorata futura videretur. His aliisque vocibus, quæ eodem pertinebant, ita militum animos concitauit, vt postero die frequentes Capitolium complerent. Iam verò primæ tribus intrò vocatæ rogationem antiquabāt, quū rei indignitate principes moti, magna frequentia in Capitolium concurrunt, indignum vociferantes L. AEmilium tanti belli victorem debito fraudari triumpho, iam licentiæ militari duces tradi, dominos imperatoribus milites imponi. His aliisque vocibus criminibúsque in Galbā congerendis Capitolium tumultibus compleuerant, quum sedato paulisper tumultu, M. Seruilius, qui consul & magister equitum fuerat, à tribunis postulat vt deintegro eandem rem agerent, facerentque sibi dicēdi potestatem. Tū tribuni victi principū autoritatibus, eam rem deintegro agētes, pronuntiat se tribus reuocaturos, si M. Seruilius aliique priuati dixissent. Itaque Seruilius pro Paulo ita loqui cœpit,

QVantus imperator L. AEmilius fuerit, Quirites, si ex alia re nulla æstimari possit, vel hoc satis erat, quòd quum tam seditiosos & leues milites, tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandam multitudinē inimicum in castris haberet, nullā in exercitu seditionē habuit. Eadē seueritas imperii quā nunc oderūt, tūc eos cōtinuit. Itaque antiqua disciplina habiti neque fecerūt. Seruius quidē Galba si in L. Paulo accusando tyrociniū & documentū eloquētiæ dare voluit, nō triumphū impedire debuit, quē si nihil aliud, senatus iustū esse iudicauerat: sed postero die quàm triumphatū esset, priuatū eum visurus, nomē deferre, & legibus interrogare, aut serius paulo, quū primùm magistratū ipse cepisset, diē dicere, inimicum ad populum accusare. Ita & pretium rectè facti triumphum haberet L. Paulus pro egregio bello gesto, & pœnam, siquid & vetere gloria sua & noua indignum fecisset. Sed videlicet cui crimen nullum probrum dicere poterat, eius obtrectare laudes voluit. Diem integrum hesterno die ad accusandū L. Paulum

petiit:quatuor horas,quantū supererat diei,dicēdo absumpsit. Quis vnquā tā nocens reus fuit cuius vitia vitæ tot horis expromi non possent? Quid interim obiecit quod L.Paulus, si causam dicat,negatū velit? Duas mihi aliquis conciones parumper faciat: vnam militū Macedonicorum puram,alteram integrioris iudicii & à fauore & odio:vniuerso iudicante populo Rom.apud concionem togatā & vrbanam prius reus agatur. Quid apud Quirites Romanos Serui Galba diceres?Illa enim tibi tota abscissa oratio esset: In statione seuerius & intētius institisti:vigiliæ acerbius & diligētius circumitæ sunt: operis plus quàm antea fecisti,quum ipse imperator & exactor circumires.Eodem die & iter fecisti, & in aciem ex itinere duxisti. Ne victorem quidē te acquiescere passus est: statim ad persequēdos hostes duxit.Quum te præda partienda locupletem facere posset,pecuniā regiā translaturus in triūpho est & in ærarium laturus.Hæc sicut ad militum animos stimulandos aliquē aculeum habēt qui parum licentiæ,parum auaritiæ suæ inseruitum censent:ita apud populū Rom. nihil valuissent,qui,vt vetera atque audita à parentibus suis non repetat,quæ ambitione imperatorum clades acceptæ sint,quæ seueritate imperii victoriæ partæ: proximo certè Punico bello, quid inter Marcum Minutium magistrum equitum, & Quintum Fabium Maximum dictatorem interfuerit,meminit.Itaque accusatorem id scire potuisse,& superuacaneā defensionem Pauli fuisse.Transeatur ad alteram concionē. Nec Quirites vos sed milites videor appellaturus,si nomen hoc saltem ruborem incutere, & verecundiā aliquā imperatoris violandi afferre possit.Equidem ipse aliter affectus animo sum,qui apud exercitū mihi loqui videar, quàm paulo antè eram quū ad plebem vrbanam spectabat oratio. Quid etiā dicitis milites? Aliquis est Romæ præter Persea qui triūphari de Macedonibus nolit,& eū non iisdē manibus discerpitis quibus Macedonas vicistis? Vincere vos prohibuisset,si potuisset, qui triumphantes vrbem inire prohibet.Erratis milites,si triumphum imperatoris tantū,& non militum quoque & vniuersi populi Rom.esse decus cēsetis.Nō vnius hoc Pauli:multi etiā qui ab senatu nō impetrarūt triumphū,in mōte Albano triumpharunt.Nemo L.Paulo magis eripere decus perfecti belli Macedonici potest quā C. Luctatio primi Punici belli,quàm P. Cornelio secūdi, quàm illis qui post eos triūphauerūt. Nec L.Paulū minorē aut maiorē imperatorē triūphus faciet: militū magis in hoc vniuersiq; populi R.fama agitur, primū ne inuidiæ & ingrati animi aduersus clarissimū quēq; ciuē opinionē habeat,& imitari in hoc populūAtheniēsem lacerātē inuidia principes suos videatur.Satis peccatū in Camillo à maioribus vestris est,quē tamē ante receptam per eū à Gallis vrbem violarūnt: satis insuper vobis in P.Africano.Literni domicilium & sedem fuisse domitoris Africæ,Literni sepulchrum ostendi.Erubescamus,gloria sit par illis viris, L.Paulus iniuria vestra exæquetur.Hæc igitur primùm infamia deleatur,fœda apud alias gētes,dānosa apud nostros. Quis enim aut Africani aut Pauli similis esse,in ingrata & inimica bonis ciuitate,velit? Si infamia nulla esset,& de gloria tātùm ageretur,qui tandē triūphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot de Hispanis,tot dePœnis,ipsorum tantùm imperatorum,an populi Romani dicuntur?Quē admodum non de Pyrrho modò,nec de Annibale,sed de Epirotis Carthaginensibúsque triumphi acti sunt:sic non M.Curius tātùm,nec P.Cornelius, sed Romani triumpharūt. Militum quidē propria est causa: qui & ipsi laureati, & quisque donis quibus donati sunt, insignes,triumphum nomine cient, suásque & imperatoris laudes canētes per vrbem incedunt.Siquādo non deportati ex prouincia milites ad triumphum sint,fremunt:& tamē suum quoque se absentes,quòd suis manibus parta victoria sit,triumphare credūt. Siquis vos interroget, milites,ad quam rem in Italiam deportati,& non statim confecta prouincia dimissi sitis,quid Romam frequentes sub signis veneritis, quid moremini hîc, & non diuersi domos quisque abeatis vestras, quid aliud respondeatis quàm vos triumphantes videri velle?Vos certè victores conspici velle debeatis. Triumphatum nuper de Philippo patre huius & de Antiocho est:ambo regnabant quum de iis triumphatum est: de Perseo capto, in vrbem cum liberis adducto non triumphabitur? Quòd si in curru scandentes Capitolium auratos purpuratósque ex inferiore loco L. Paulus in turba togatorum vnus priuatus interroget,Luci Anici,Cn.Octaui,vtrum vos digniores triumpho esse an me censetis? currum ei cessuri, & præ pudore videntur insignia ipsi sua tradituri:& vos Gentium quàm Persea duci in triumphum mauultis, Quirites, & de accessione potius belli quàm

de bello triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatæ vrbem inibunt & nauales socii? Macedonicæ legiones suo abrogato, triumphos alienos spectabunt? Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet? Quónam abdentur illa tot milia armorum detracta corporibus hostium? an in Macedoniam remittentur? Quò signa aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantum argenti cælati, tantum auri, tanta pecunia regia? an noctu tanquam furtiua in ærarium deportabuntur? Quid illud spectaculum maximũ: nobilissimus opulentissimúsque rex captus vbi victori populo ostenditur? Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique meminimus. Perseus rex captus, Philippus & Alexander filii regis, tãta nomina subtrahentur ciuitatis oculis? Ipsum L. Paulum bis consulem, domitorem Græciæ, omnium oculi conspicere vrbem curru ingredientem auent. Ad hoc fecimus consulem vt bellum per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum, perficeret: cui sortito prouinciam, cui proficiscenti præsagiẽtibus animis victoriam triumphúmque destinauimus, ei victori triumphum negaturi? & quidem non homines tantùm, sed deos etiã suo honore fraudaturi? diis quoque enim, non solùm hominibus debetur. Vtrum maiores vestri omnium magnarum rerũ & principia exorsi ab diis sunt, & finem eum statuerunt? Consul proficiscens prætórue paludatis cum lictoribus in prouinciam & ad bellum, vota in Capitolio nũcupat: victor perpetrato, eodem in Capitolio triumphans ad eosdem deos quibus vota nuncupauit, merita dona populi Romani traducit. Pars non minima triumphi est victimæ præcedẽtes, vt appareat diis grates agentem imperatorem ob remp. bene gestam redire. Omnes illas victimas quas traducendas in triumpho vindicauit, alias alio cædente mactate: illas quidem epulas senatus, quæ nec priuato loco, nec publico profano, sed in Capitolio eduntur, vtrum hominum voluptatis causa, an deorum hominúmque, autore Seruio Galba turbaturi estis? L. Pauli triumpho portæ claudentur? rex Macedonũ Perseus cum liberis & turba alia captiuorum, spolia Macedonum circa flumen relinquentur? L. Paulus priuatus tanquã rure rediens à porta domum ibit? Et tu centurio, miles, quid de imperatore Paulo senatus decreuit potius quàm quid Seruius Galba fabuletur, audi: & hoc dicere me potius quàm illũ audi. Ille nihil præter quàm loqui, & ipsum maledicè ac malignè, didicit: ego ter & vicies cũ hoste per prouocationẽ pugnaui: ex omnibus cũ quibus manũ conserui, spolia retuli: insigne corpus honestis cicatricibus omnibus aduerso corpore exceptis habeo. *Nudasse deinde se dicitur, & quo quæque bello uulnera accepta essent, retulisse. Quæ dum ostentat, adapertis fortè quæ uelanda erant, tumor inguinum proximis risum mouit.* Tum, Hoc quoque quod ridetis, *inquit*, in equo dies noctésque persedendo habeo: nec magis me eius quàm cicatricum harum pudet pœnitétque: quando nunquam mihi impedimento ad remp. bene gerendam domi militiæque fuit. Ego hoc ferro sæpe vexatum corpus vetus miles adolescentibus militibus ostẽdi: Galba nitens & integrum denudet. Reuocate, si videtur, tribuni, ad suffragium tribus: ego ad vos milites *

ORATIO L. AEMILII PAVLI DE REBVS per ipsum in Macedonia gestis, & fortuna.

ARGVMENTVM.

L. AEmilio Paulo tandem triumphus decretus est qui funere alterius eius liberorum miserabilis extitit. Nam quum quatuor ei liberi essent, duobus datis in adoptionẽ, alteros hæredes sibi retinuerat, quorum minor ferme duodecim annos natus, quinto ante triumphum patris die decessit. Atque eo funere fortuna nõ contenta, reliquum triduo post triũphum absumpsit. Non ita multo post actum triumphum data concione, vt de suis rebus gestis more cæterorum imperatorum dissereret, ita retulit,

QVanquam & quàm feliciter remp. administrauerim, & quòd duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos Quirites arbitror, quum spectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint: tamẽ paucis quæso sinatis me cum publica felicitate cõparare eo quo debeo animo priuatam meam fortunam. Profectus ex Italia, classem à Brundusio sole orto solui: nona diei hora cum omnibus meis nauibus Corcyram tenui. Inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitibúsq; & classibus vestris sacrificaui: à Delphis quinto die in castra perueni: vbi exercitu accepto, mutatis quibusdam quæ magna impedimenta victoriæ erãt, progressus, quia

inexpugnabilia castra hostium erant, neque cogi pugnare poterat rex, inter præsidia eius saltum ad petram euasi: & ad pugnam rege coacto, acie vici: Macedoniam in potestatem populi Romani redegi: & quod bellum per triennium tres ante me consules ita gesserunt vt semper successori traderent grauius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde secũdarum rerum velut prouentus sequutus: ciuitates omnes Macedoniæ se dediderunt: gaza regia in potestatem venit: rex ipse, tradentibus propè ipsis diis, in templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia iam fortuna mea videri, eóque suspecta esse: maris pericula timere cœpi in tãta regia pecunia in Italiã traiiciẽda, & victore exercitu transportando. Postquam omnia secundo nauium cursu in Italiam peruenerunt, neque erat quod vltrà precarer: illud optaui vt quum ex summo retrò volui fortuna consuesset, mutationem eius domus mea potius quàm resp. sentiret. Itaque defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni calamitate spero, quòd triumphus meus velut ad ludibrium casuum humanorum duobus funeribus liberorum meorum est interpositus. Et quum ego & Perseus nunc nobilia maximè sortis mortalium exempla spectemur: ille qui ante se captiuos captiuus ipse duci liberos vidit, incolumes tamẽ eos habet: ego qui de illo triumphaui, ab alterius funere filii curru ex Capitolio ad alterũ propè iã expirãtem veni: neque ex tanta stirpe liberûm superest qui L. AEmilii Pauli nomẽ ferat. Duos enim tanquam ex magna progenie liberorum in adoptionem datos Cornelia & Fabia gens habent: Pauli in domo præter se nemo superest. Sed hanc cladem domus meæ vestra felicitas & secunda fortuna publica consolatur.

Orationes ex Corn. Tacito collectæ.

VIBVLENI ORATIO, Ex lib. 1.

ARGVMENTVM.

Ineunte Tiberii imperio, Pannonicus Romanorum exercitus grauissimos motus & seditiones concitauit. Tumultuosè flagitabat miles missionem ad id tempus quod multitudo definiret: stipendia verò liberaliora, & remissius in se ius cẽturionum. Pro se quisque tumultum augebat: sed præter cæteros Vibulenus ex infima fæce miles gregarius, seditiosas & falsas voces iactauit, quas in oratiunculam hanc conclusit Tacitus. Hic vt ardentẽ iã imperatoris Blæsi inuidiam etiam inflammaret, falsum crimen commẽtus, in eum debacchatus est astante militũ furiosa multitudine. Cædem fratris sui & fratrẽ ipsum ementitus, in eum coniecit.

VOS quidem (*inquit*) his innocentibus & miserrimis lucem & spiritum reddidistis: sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem missum ad vos à Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proxima iugulauit per gladiatores suos, quos in exitium militum habet atque armat. Responde Blæse, vbi cadauer abieceris. Ne hostes quidem sepulturam inuident. Quum osculis, quum lacrymis dolorem meum impleuero, me quoque trucidari iube, dũ interfectos nullum ob scelus, sed quia vtilitati legionum consulebamus, ii sepeliant.

GERMANICI CAESARIS ORATIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Præerat Germanicus Cæsar duobus exercitibus, qui in Germania propter Rhenũ erant. Eorum inferior qui dicebatur, Pannonicum illum imitatus, grauiores etiam motus ciere cœpit: dein ad omnem audaciam & furorem prorupit. Causas seditioni prætexuit easdem quas & Pannonicus ille quem diximus. Sed eadem illa postulabat multo imperiosius multóque ferocius. Manus à centurionibus, tribunis, legatis qui à senatu missi erant, non abstinuit: sed vix ab ipso Germanico. Qui vxori tum grauidæ & filiolo suo metuens, quos in iis castris secum habebat, decreuit eos in Treuiros mittere. Legiones magnã sibi ignominiæ notam inuri, si id fieret, iudicarũt. Quamobrem deprecatum ad Germanicũ, ne id faceret, venerunt. Hac ille arrepta occasione vsus est ad increpandã exercitus amẽtiam: itaque hac oratione grauiter eos obiurgat. Facti indignitatem, exemplis aliorum, & maleficiorum per seditionem hanc perpetratorum commemoratione, demonstrat. Indignos tantis imperatoribus dicit quorum auspiciis militarunt.

NON mihi vxor aut filius patre & rep. chariores sunt: sed illũ quidẽ sua maiestas, imperium Romanum cæteri exercitus defendẽt. Coniugẽ & liberos meos (quos pro gloria vestra libens ad exitiũ offerrẽ) nunc procul à furentibus summoueo, vt quicquid istuc sceleris imminet, meo tãtùm sanguine pietur: néue occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberii nurus, nocentiores vos faciat. Quid enim per hos dies inausum intemeratúmue vobis? Quod nomẽ huic cœtui dabo? Militésne appellem, qui filiũ imperatoris vestri vallo & armis circũsedistis: an ciues quibus tã proiecta senatus autoritas? Hostiũ quoque ius, & sacra legationis, & fas gẽtium rupistis. Diuus Iulius, seditionem exercitus verbo vno compescuit, Quirites vocando, qui sacramentũ eius detrectabãt. Diuus Augustus vultu & aspectu Actiacas legiones exterruit. Nos, vt nõdũ eosdẽ, ita ex illis ortos, si Hispaniæ Syriæue miles aspernaretur, tamẽ mirũ & indignũ erat. Primane, & vicesima legiones, illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorũ socia, tot præmiis aucta, egregiã duci vestro gratiã refertis? Hunc ego nuntiũ patri, læta omnia aliis è prouinciis audienti, ferã: ipsius tyrones, ipsius veteranos, non missione, nõ pecunia satiatos? Hic tantùm interfici centuriones, eiici tribunos, includi legatos: infecta sanguine castra, flumina, méque precariã animã inter infensos trahere? Cur enim primo concionis die ferrũ illud quod pectori meo infigere parabã, detraxistis? O improuidi amici: melius & amantius ille qui gladiũ offerebat. Cecidissem certè nõdũ tot flagitiorũ exercitui meo cõscius. Legissetis ducẽ qui meã quidẽ mortẽ impunitã sineret, Vari tamẽ & triũ legionum vlcisceretur. Neq; enim dii sinant vt Belgarũ (quãquã offerẽtiũ) decus istud & claritudo sit, subuenisse Romano nomini, cõpressisse Germaniæ populos. Tua diue Auguste cælo recepta mens, tua pater Druse imago, tui memoria iisdẽ istis cũ militibus quos iã pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, irásque ciuiles in exitium hostibus vertant. Vos quoque quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, si legatos senatui, obsequiũ imperatori, si mihi coniugem ac filium redditis, discedite à cõtactu, ac diuidite turbidos. id stabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit.

SEGESTIS ORATIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Chatti erant populi trans Rhenum. vicinos habebāt Vbios. In his populis erant potētissimi duo Arminius & Segestes: ille gener, hic socer. Sed Segestes in Romanorum fidem se contulerat: Arminius cruentum bellum aduersus Romanos gesserat, & tres legiones quibus præerat Varus, ceciderat. Aliquot pòst annis redintegrato bello à Germanico Cæsare perstitit in Romanorum fide Segestes: Arminius inueteratas inimicitias eo bello in Romanos exprompsit, & se ducem Germanis præbuit. Obsessus Segestes à suis popularibus, Romanorum auxilium implorauit. liberatus ad eos confugit. Sed filiam habebat secum, quæ grauida erat ex Arminio: & filium qui ancipiti fide erga Romanos fuerat. Itaque ad Germanicum quum venisset, deprecator fuit non suæ tantùm, sed filii & filiæ suæ salutis: sibique auxilium calamitatis, filio erroris veniam, filiæ scelerati mariti impunitatem postulauit.

NON hic mihi primus erga populum Romanũ fidei & constantiæ dies. Ex quo à diuo Augusto ciuitate donatus sum, amicos inimicósque ex vestris vtilitatibus delegi: neque odio patriæ, (quippe proditores etiã iis quos anteponũt inuisi sunt) verùm quia Romanis Germanísque idem conducere, & pacem quàm bellum probabã. Ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis vestri Arminium apud Varum qui tum exercitui præsidebat, reũ feci, dilatus segnitia ducis, quia parum præsidii in legibus erat, vt me & Arminium & conscios vinceret, flagitaui. testis illa nox: mihi vtinam potius nouissima. Quæ sequuta sunt, defleri magis quàm defendi possunt. Cæterùm & inieci catenas Armenio, & à factione eius iniectas perpessus sum: atque vbi primùm tui copia, vetera nouis & quieta turbidis antehabeo: neque ob præmium, sed vt me perfidia exoluam, simul genti Germanorum idoneus conciliator, si pœnitentiam quàm perniciẽ maluerit. Pro iuuẽta & errore filii veniam precor. filiã necessitate huc adductã fateor: tuũ erit cõsultare vtrũ præualeat quòd ex Arminio cõcepit, an quòd ex me genita est.

M. HORTALI ORATIO, Ex lib. II.

ARGVMENTVM.

M. Hortalus, erat senator, & nepos Q. Hortensii clarissimi oratoris, ex nobilissima Hortensiorum familia. Sed hic rei familiaris angustia grauissimè premebatur, vt vix per inopiam ordinem suum obtinere posset. Emerserat antea penè ex summa paupertate Augusti Cæsaris liberalitate. Acceperat enim ab eo satis grandẽ pecuniã, & iussus erat prolẽ suscipere, ne ea stirps interiret. Verùm quũ copiosam sobolẽ procreasset, nõ satis se sustẽtare poterat. Itaque quũ senatus haberetur, iussis filiis pro foribus curiæ assistere, ipse Tiberiũ Cæsarem rogauit vt se suósque noua liberalitate iuuare vellet.

P. c. hos quorum numerum & pueritiam videtis, non sponte sustuli, sed quia princeps monebat: simul maiores mei meruerant vt posteros haberent. Nam ego qui non pecuniam, non studia populi, neque eloquentiam, gentile domus nostræ bonum, varietate temporum accipere vel parare potuissem, satis habebã si tenues res meæ nec mihi pudori nec cuiquam oneri forent. Iussus ab imperatore vxorẽ duxi. En stirps & progenies tot consulum, tot dictatorũ. Nec ad inuidiam ista, sed cõciliandæ misericordiæ refero. Adsequentur florente te, Cæsar, quos dederis honores. Interim Q. Hortensii pronepotes, diui Augusti alumnos ab inopia defende.

TIBERII CAESARIS RESPONSIO, Ex eodẽ lib.

ARGVMENTVM.

Respondet ad Hortali illius postulationem Tiberius. Nihil se in eius inopiã quã prædicet erogare posse. Causas quaobrẽ repudiet rogantem, affert has. Intempestiuã esse postulationem beneficii in senatu: largitionibus nimiis exhauriri ærarium: benignitate illa foueri hominum inertiam: multos à principum liberalitate petere suæ paupertatis subsidium, qui si allaborent, non egeant.

SI quantũ pauperũ est, venire huc, & liberis suis petere pecunias cœperint, singuli nũquã exatiabũtur, respublica deficiet. Nec sanè ideo à maioribus cõcessum est egredi aliquãdo relationẽ, & quod in cõmune cõducat, loco sententiæ proferre, vt priuata negotia & res familiares nostras hîc augeamus cum inuidia senatus & principũ, siue indulserint largitionẽ siue abnuerint. Nõ enim preces sunt istuc, sed flagitatio intẽpestiua quidẽ & improuisa, quũ aliis de rebus cõuenerint patres, cõsurgere, & numero atq; ætatẽ liberûm suorũ vrgere modestiã senatus, eandẽ vim in me trãsmittere, ac velut perfringere ærariũ: quod si ambitione exhauserimus, per scelera supplendũ erit. Dedit tibi Hortale diuus Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec ea lege vt semper daretur. Languescet alioqui industria, intendetur socordia, si nullus ex se metus aut spes, & securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignaui, nobis graues.

GERMANICI ORATIO, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Germanicus Cæsar peragrata Ægypto in morbum incidit: quo leuatus, alio repentè fuit correptus, quo grauiter conflictatus est: & suberat suspicio oblati à Pisone præside Syriæ veneni. Desperata valetudine, sic apud amicos qui tum frequētes aderant, moribundus loquutus est. Rogat ne impune tantum scelus patiatur esse Pisoni & Plancinæ eius vxori, quæ particeps sceleris credebatur. Rationē pœnarū persequendarum aperit.

SI fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset, quòd me parētibus, liberis, patriæ intra iuuentā præmaturo exitu raperent: nunc scelere Pisonis & Plancinæ interceptus vltimas preces pectoribus vestris relinquo. Referatis patri ac fratri quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumuentus, miserrimam vitam pessima morte finierim. Si quos spes meæ, si quos propinquus sanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat, inlacrymabunt quondam florentem & tot bellorum superstitem, muliebri fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud senatum, inuocandi leges. Nō hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignauo questu, sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exequi. Flebunt Germanicum etiam ignoti. Vindicabitis vos, si me potius quàm fortunam meam fouebatis. Ostendite pop. Rom. diui Augusti neptē, eandémq; coniugē meā: numerate sex liberos. Misericordia cū accusantibus erit: fingentibúsq; scelesta mandata, aut nō credent homines, aut non ignoscēt.

TIBERII ORATIO IN SENATV, Ex lib. III.

ARGVMENTVM.

Piso ille quem diximus in suspicionē venisse porrecti Germanico veneni, reus illius criminis ab amicis Germanici factus est. Tiberius eius causæ disceptationem à se ad senatum reiecit. Die constituta causæ dictionis præstò sunt accusatores. Ibi Tiberius, in quem multi aliquam eius cædis culpam conferebant, eos hortatur vt ad accusandū sincerum & vacuum ab omni cupiditate animum afferant. Daturum operam vt ne Piso, si certis criminibus teneatur, impunitatem tanti sceleris consequatur. tātùm illi æquitatis vindicandæ studio ad causam agendam descendant.

DIE *senatus, Cæsar orationem habuit meditato temperamento. Patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse, adiutoremque Germanico datum à se, autore senatu, rebus apud orientem administrādis. Illic contumacia & certaminibus asperasset iuuenem, exitúque eius lætatus esset, an scelere extinxisset, integris animis diiudicandum.* Nam si legatus officii terminos, obsequium erga imperatorem exuit, eiusdémque morte & luctu meo lætatus est, odero, seponámque à domo mea, & priuatas inimicitias noui principis vlciscar: sin facinus in cuiuscunque mortalium nece vindicandum detegitur, vos verò & liberos Germanici & nos parētes iustis solatiis adficite, simúlque illud reputate, turbidè & seditiosè tractauerit exercitus Piso, quæsita sint per ambitionem studia militum, armis repetita prouincia, an falsa hæc in maius vulgauerint accusatores: quorum ego nimiis studiis iure succenseo. Nam quò pertinuit, nudare corpus & contrectandum vulgi oculis permittere, deferríque etiā per externos, tanquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista & scrutanda sunt? Defleo equidem filium meum, sempérque deflebo: sed neque reum prohibeo quominus cuncta proferat quibus innocentia eius subleuari, aut, si qua fuit iniquitas Germanici, coargui possit. Vósque oro ne, quia dolori meo causa connexa est, obiecta crimina pro approbatis accipiatis. Si quos propinquus sanguis aut fides sua patronos dedit, quantum quisque eloquentia & cura valet, iuuate periclitantem. Ad eundem laborem, eandē constantiam accusatores hortor. Id solum Germanico super leges præstiterimus, quod in curia potius quàm in foro, apud senatum quàm apud iudices de morte eius anquiritur: cætera pari modestia tractētur. Nemo Drusi lacrymas, nemo mœstitiam meam spectet, nec si qua in nos aduersa finguntur.

M. LEPIDI ORATIO IN SENATV, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Clutorius Priscus, eques Romanus, lugubre carmen Germanico cecinerat, sed specioso tamen quæsito Germanici demortui nomine. Nam compertum est in Drusum tum decumbentem conscriptum fuisse carmen quod maiore mercede vellet edere si is excessisset.

Dictæ sunt in eum sententiæ freqüetes in senatu, vt id ei fraudi capitali esset. Vnus & alter mitioris sententiæ autor fuit: quorum hic est vnius oratio. Is erat M. Lepidus, qui clementius de eo statuendum censuit, vt bona eius publicarentur, ipse exilio mulctaretur.

SI P.C. vnum id spectamus quàm nefaria voce Clutorius Priscus mentem suā & aures hominum polluerit, neq; carcer neque laqueus, ne seruiles quidem cruciatus in eum suffecerint. Sin flagitia & facinora sine modo sunt, suppliciis ac remediis, principis moderatio, maiorúmque & vestra exempla tēperant: & vana à scelestis, dicta à maleficiis differunt. Est locus sententiæ per quam neque huic delictum impune sit: & nos clementiæ simul ac seueritatis non pœniteat. Sæpe audiui principem nostrum conquerentem, siquis sumpta morte misericordiā eius præuenisset. Vita Clutorii in integro est, qui neq; seruatus in periculū reip. neque interfectus, in exemplū ibit. Studia illi, vt plena væcordiæ, ita inania & fluxa sunt. Nec quicquā graue ac seriū ex eo metuas qui suorum ipse flagitiorū proditor, non virorū animis, sed muliercularū adrepit. Cedat tamē vrbe, & bonis amissis, aqua & igni arceatur. Quod perinde cēseo ac si lege maiestatis teneretur.

TIBERII AD SENATVM ORATIO, Ex lib. IIII.

ARGVMENTVM.

Drusum Seianus, homo ambitiosus, veneno necauit. Illius mortui liberos patrui fidei primùm commisit Tiberius: deinde hac oratione senatui commendauit, rogauitque per Augusti & Drusi memoriam, vt eos complecteretur.

P.C. Hos (*inquit*) orbatos parente, tradidi patruo ipsorum, precatúsque sum (quanquam esset illi propria soboles) ne secus quàm suum sanguinem foueret ac tolleret, sibíque & posteris conformaret. Erepto Druso, preces ad vos conuerto, diísque & patria coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis maioribus genitos, suscipite, regite, vestram meámque vicem explete. Hi vobis Nero & Druse parentum loco. Ita nati estis vt bona maláque vestra ad remp. pertineant.

CREMVTII DEFENSIO IN SENATV, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Cremutius Cordus annales Romanos cōscripserat. In iis magnis laudibus ornauerat Brutum & Cassium percussores Iulii Cæsaris, quorum inuisa erat memoria Cæsaribus, quibus ille imperium, id est oppressam à se ciuitatem, quasi hæreditarium prodiderat. Itaque hoc solo nomine postulatus est ille maiestatis. Causa in senatu disceptata est sedente & cognoscente Tiberio. Is ad causam dicendam quum venisset, tametsi salute desperata, hanc tamē pro se defensionem habuit. Probat tum recentibus, tum ex vetustate repetitis exemplis, nemini fraudi esse capitali in repub. Romana scribendi licentiam. Aliter coerceri facta, aliter dicta. Quicquid est culpæ, id eo leuari quòd laus illa sit collata in homines iam è vita egressos.

VErba mea P.C. arguuntur: (adeo factorū innocēs sum) sed neq; hæc in principem aut principis parentē, quos lex maiestatis amplectitur. Brutū & Cassiū laudauisse dicor: quorū res gestas quū plurimi cōposuerint, nemo sine honore memorauit. Titus Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Cn. Pōpeium tantis laudibus tulit, vt Pōpeianum eum Augustus appellaret. neq; id amicitiæ eorum offecit. Scipionē, Afranium, hunc ipsum Cassiū, hunc Brutum, nusquā latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponūtur, sæpe vt insignis viros nominat. Asinii Pollionis scripta egregiā eorundem memoriam tradunt. Messala Coruinus imperatorem suū Cassium prædicabat. Et vterq; opibúsque atq; honoribus peruiguere. Marci Ciceronis libro quo Catonem cælo æquauit, quid aliud dictator Cæsar quàm rescripta oratione velut apud iudices respōdit? Antonii epistolæ, Bruti conciones, falsa quidē in Augustum probra, sed multa cum acerbitate, habent. Carmina Bibaculi & Catulli referta contumeliis Cæsarum leguntur. Sed ipse diuus Iulius, ipse diuus Augustus & tulere ista & reliquere, haud facilè dixerim moderatione magis an sapientia. Nanque spreta exolescūt: si irascare, adgnita videntur. Nō attingo Græcos, quorum non modò libertas, etiam libido impunita: aut siquis aduertit, dictis dicta vltus est. Sed maximè solutum & sine obtrectatore fuit, prodere de iis quos mors odio aut gratia exemisset. Num cum armatis Cassio & Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, belli ciuilis causa populum per conciones incendo? An illi quidem septuagesimū ante annū perempti, quomodo imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem aboleuit, sic partē memoriæ apud scriptores retinēt? Suum cuique decus posteri-

tas rependit. Nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modò Cassii & Bruti, sed etiam mei meminerint.

TIBERII ORATIO IN SENATV, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Oppressa libertate, omnes prouinciæ in assentationem Cæsarum consenserant: & certatim eos honoribus quamampllissimis afficiebant. Itaque Hispania vlterior delubrum Tiberio & matri eius consecrare decreuit, & de eo honore legationem Romam misit. Tiberius, etsi alienum non putabat à potentia sua constituenda, si honoribus quammaximis circunflueret, tamen ne sibi maiorem conflaret inuidiam, hunc honorem repudiauit: causámque cur id faceret exposuit in senatu. Neque enim abs re id eũ facere mirabantur homines, quippe quum non ita multo antè eundem honorem offerẽte Asia, acceperat. Eius orationis hæc est ferè summa: Se, quem in omni vita imitando exprimeret, proposuisse sibi Augustum: scire id illum factitasse: mortalem sortem se agnoscere: immortalitati non posse melius consecrari quàm si honestè acta à se vita in senatus memoria hæreret.

SCio P. C. constantiam meam à plerisque desideratam, quòd Asiæ ciuitatibus nuper idem istud petentibus non sim aduersatus. Ergo & prioris silentii defensionẽ, & quid in futurum statuerim, simul aperiam. Quum diuus Augustus sibi atque vrbi Romæ tẽplum apud Pergamum sisti non prohibuisset, qui omnia facta dictáque eius vice legis obseruem, placitum iam exemplum promptius sequutus sum, quia cultui meo veneratio senatus adiungebatur. Cæterùm, vt semel recepisse, veniam habuerit, ita per omnes prouincias effigie numinum sacra, ambitiosum, superbum: & vanescet Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur. Ego me P. C. mortalem esse, & hominum officia fungi, satísque habere si locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo: qui satis supérque memoriæ meæ tribuet, vt maioribus meis dignum, rerum vestrarum prouidum, constantem in periculis, offensionum pro vtilitate publica non pauidum, credant. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies & mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris spernuntur. Proinde socios, ciues, & deos & deas ipsas precor, hos, vt mihi ad finem vsq; vitæ, quietem & intelligentem humani diuiníque iuris mentem duint: illos, vt, quandocunque concessero, cum laude & bonis recordationibus facta atque famam nominis mei prosequantur.

ORATIO TIBERII, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Ambibat nuptias Liuiæ quæ C. Cæsari, & post eum Druso collocata fuerat, Seianus, homo equestri loco ortus. Qui, qua magna erat apud Tiberium gratia, per eum confici posse negotium putauit: eúmque hac de re rogauit. Tiberius, qui Cæsarum splendore indignum hoc matrimonium iudicabat, ei dissuadet: atque in eam sententiam hæc cũ eo loquitur. Monet vt inuidiã fugiat, quæ haud dubiè erat inde exoritura, si hic in tantum honorum gradum homo obscurus prouectus esset. Illud quoque verẽdum esse, ne Liuiæ parum hæc conditio cordi sit: exemplum Augusti refellit quo erat vsus Seianus.

AD *ea Tiberius, laudata pietate Seiani, suísque in eum beneficiis modicè percursis, quum tempus tanquam ad integram consultationem petiuisset, adiunxit, Cæteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Ideo se non illuc decurrere quod promptum rescriptu: posse ipsam Liuiam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet: esse illi matrem & auiam, propiora consilia. Simplicius acturum, de inimicitiis primùm Agrippinæ, quas longè acrius arsuras, si matrimonium Liuiæ uelut in partes domum Cæsarum distraxisset. sic quoque erumpere æmulationem fœminarum, eaque discordia nepotes suos conuelli.* Quid si intendatur certamen tali coniugio? Falleris enim Seiane, si te mansurum in eodem ordine putas, & Liuiam quæ C. Cæsari, mox Druso nupta fuerit, ea mente acturam vt cum equite Romano senescat. Ego vt sinam, credísne passuros qui fratrem eius, qui patrem maiorésque nostros in summis imperiis videre? Vis tu quidem istum intra locum sistere: sed illi magistratus & primores qui te inuito perrumpunt, omnibúsque de rebus consulunt, excessisse iam pridem equestre fastigiũ, longéque antisse patris mei amicitias non occulti ferunt, pérque inuidiam tui me quoque incusant. At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum

hercule si quũ in omnis curas distraheretur, immensũmque attolli prouideret quẽ coniunctione tali super alios extulisset, C. Proculeium & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vitæ, nullis reipub. negotiis permistos. Sed si dubitatione Augusti mouemur, quanto validius est quod Mar. Agrippæ, mox mihi conlocauit? Atque ego hæc pro amicitia nõ occultaui. Cæterùm neque tuis neque Liuiæ destinatis aduersabor. Ipse quid intra animum volutauerim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem, omittam ad præsens referre. Id tãtùm aperiam, nihil esse tam excelsum quod non virtutes istæ, tuúsque in me animus mereantur. Datóque tempore vel in senatu vel in concione non reticebo.

M. TERENTII EQVITIS ROM. ORATIO, Ex libro v.

ARGVMENTVM.

Ælius Seianus eques Ro. ex tenui conditione ad magnas opes peruenerat; maximè per Liuiæ nuptias: sed abusus erat potentia ad multorum perniciem, & aduersus imperatorem insidias. Itaque grauissima accusatione ad vitæ exitum vocatus est. Quo mortuo, multis fraudi fuit illius amicitia. vnde factum est vt pro se quisque illam abiuraret, inuidiámque à se depelleret. M. Terẽtius eques Rom. eã, laborantibus & tacentibus multis qui in eadem causa erant, ingenuè confessus est, factũmque suum, nõ Seianũ ipsum, defendit. Eius igitur hæc in senatu oratio fuit, qua docet caruisse crimine suam primã cum Seiano coniunctionem: quia nulla dum scelerata consilia eius aut comperta iam, aut in hominum suspicione erant.

FOrtunæ quidem meæ fortasse minus expediat adnoscere crimen quàm abnuere. Sed vtcunque casura res est, fatebor & fuisse me Seiano amicum, & vt essem expetisse, & postquam adeptus eram, lætatum. Videram collegam patris regendis prætoriis cohortibus, mox vrbis & militiæ munia simul obeũtem. Illius propinqui & adfines honoribus augebantur. Vt quisque Seiano intimus, ita ad Cæsaris amicitiam validus: contrà quibus infensus esset, metu ac sordibus conflictabantur. Nec quenquam exẽplo adsumo. Cunctos qui nouissimi consilii expertes fuimus, meo vnius discrimine defendam. Non enim Seianum Vulsiniensem, sed Claudiæ & Iuliæ domus partem, quas adfinitate occupauerat, tuum Cæsar generum, tui consulatus socium, tua officia in rep. capessentem, colebamus. Nõ est nostrum æstimare quem supra cæteros, & quibus de causis, extollas. Tibi summum rerum iudicium dii dedere, nobis obsequii gloria relicta est. Spectamus porrò quæ coràm habentur, cuĩ ex te opes, honores, quîs plurima iuuandi nocendíve potẽtia. quæ Seiano fuisse nemo negauerit. Abditos principis sensus, & siquid occultius parat, exquirere inlicitum, anceps: nec ideo assequare. Ne P. C. vltimum Seiani diem, sexdecim annos cogitaueritis. Etiam Satrium atque Pomponium venerabamur: libertis quoque ac ianitoribus eius notescere pro magnifico accipiebatur. Quid ergo? Indistincta hæc defensio & promiscua dabitur? Imò iustis terminis diuidatur. Insidiæ in remp. consilia cædis aduersum imperatorem puniantur: de amicitia & officiis, idem finis & te Cæsar & nos absoluerit.

NERONIS CAESARIS ORATIO IN senatu, Ex libro XI.

ARGVMENTVM.

Relatum est ad senatum de explendo senatorum numero. Ambibãt eum honorem, simul & alios, primarii Galliæ Comatæ viri: de quibus legendis quum ageretur in senatu, bona pars patrum summo studio reclamauit, & in contrariam sententiam variè disseruit. Cæsar Nero respondit hac oratione, qua conatus est probare nõ esse alienum aut ab incolumitate aut à dignitate reip. honores ciuitatis ad peregrinos deferri. Nititur potissimùm exemplis ab antiquitate ciuitatis repetitis, qui peregrini ad honores aspirassent, quos enumerat non paucos, tum singulos homines, tum populos vniuersos qui in ciuitatẽ ascripti essent: quos tamẽ habuisse ciues, & honores in eos cõtulisse populũ Rom. non pœniteret. Antiquissimũ quenque patrũ fuisse à vicinis populis oriundum. quin fuisse vsque ex Hispania cooptatos. Exempla quoque Græcarum ciuitatum memorat. Ad extremum refellit quod de eius rei, si fieret, insolentia obiiciebatur. Oratio est suasoria, à iure, consuetudine, vtilitate.

MAiores mei, quorũ antiquissimus Clausus origine Sabina, simul in ciuitatẽ Romanã & in familias patriciorũ adscitus est, hortatur vti paribus cõsiliis rẽp. capessam, transferendo huc quod vsquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Iulios Alba, Coruncanos Camerio, Porcios Tusculo, & (ne vetera scrutemur) Ethruria Lucaniáque & omni Italia in senatum accitos: postremò ipsam ad Alpes promotam, vt non modò singuli viritim, sed terræ gentésque in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies, & aduersus externa floruimus, quũ Transpadani in ciuitatem recepti, quũ specie deductarum per orbem terræ legionum, additis prouincialium validissimis, fesso imperio subuentum est. Num pœnitet Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros è Gallia Narbonensi transiuisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmoniis & Atheniensibus fuit (quanquam armis pollerent) nisi quòd victos pro alienigenis arcebant? At conditor nostri Romulus tantum sapientia valuit vt plerosque populos eodem die hostes, dein ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filiis magistratus mandati, non (vt plerique falluntur) recens, sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus pugnauimus, scilicet Volsci & Equi nunquam aduersam nobis aciem instruxere? Capti à Gallis sumus, sed & Tuscis obsides dedimus, & Samnitum iugum subiuimus. Attamen si cuncta bella recenseas, nullum breuiore spatio quàm aduersus Gallos confectum. Continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus nostris misti, aurum & opes suas inferant potius quàm separati habeant. Omnia P. C. quæ nunc vetustissima creduntur, noua fuere. Plebei magistratus post patricios, Latini post plebeios, cæterarum Italiæ gentium post Latinos. Inueterascet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.

C. CASSII ORATIO, Ex lib. XIIII.

ARGVMENTVM.

Pedanius Secundus, præfectus vrbis, serui sui insidiis domi oppressus est. Re comperta non de percussore modò, sed etiam de vniuersa familia quæ erat ad quadringentos seruos, supplicium sumi oportebat. Sic enim more maiorum erat comparatum, vt siquod eiusmodi vnius intestinum facinus extitisset, conserui omnes plecterentur. Miserta seruorum plebs Romana voluit eos eripere supplicio: sed bona pars senatus acriter restitit. Quo in numero fuit C. Cassius, qui sentẽtiam rogatus, grauissimè morẽ maiorum defendit. Eius est hæc oratio, qua & maiorum autoritate & ratione ipsa nixus, supplicium in totam familiam decernit. Præfatur à constantia sua in defendendo instituto maiorum. Docet seueritate suppliciorum in seruos consulendum esse omnium dominorum saluti. Esse illud hominum genus & ab suscipiendi audacia & à perpetrati sceleris occultatione deterrendum. vix dominum ita paucorum tecto scelere posse interimi, quin id aliis innotescat. Postremò satius esse ostendit vt pauci innocentes pœnas luant, quàm vt eorum impunitate sceleratorum alatur audacia. Suasio est à iure & necessitate.

SAEpenumero P. C. in hoc ordine interfui, quum contra instituta & leges maiorum noua senatus decreta postularentur. Neque sum aduersatus: non quia dubitarem super omnibus negotiis melius atque rectius olim prouisum, & quæ conuerterentur, in deterius mutari: sed, ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer, simul quicquid hoc in nobis autoritatis est, crebris contradictionibus destruendum nõ existimabam, vt maneret integrum, siquando resp. consiliis eguisset. Quod hodie euenit, consulari viro domi suæ interfecto per insidias seruiles, quas nemo prohibuit aut prodidit, quanuis nondum concusso senatusconsulto quod supplicium toti familiæ minitabatur. Decernite hercule impunitatem. At quem dignitas sua defendet, quum præfectura vrbis non profuerit? Quem numerus seruorum tuebitur, quum Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? Cui familia opem feret, quæ ne in metu quidem pericula nostra auertit? An (vt quidam fingere non erubescunt) iniurias suas vltus est interfector, quia de paterna pecunia transegerat, aut auitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus vltrò, dominum iure cæsum videri. Libet argumenta conquirere in eo quod sapientioribus deliberatum est. Sed etsi nunc primùm statuendum haberemus, creditisne seruum interficiendi domini animum sumpsisse, vt non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sanè consilium occuluit, telum inter ignaros parauit. Num excubias transiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem

pattaret omnibus nesciis: Multa sceleris indicia præueniunt serui, si prodant. Possumus singuli inter plures, tuti inter anxios, postremò si pereundum sit, non inulti inter nocentes agere. Suspecta maioribus nostris fuerunt ingenia seruorum, etiam quum in agris aut domibus iisdem nascerentur, charitatémque dominorum statim acciperent: postquam verò nationes in familiis habemus, quibus diuersi ritus, externa sacra, aut nulla sunt, colluuiem istam non nisi metu coercueris. At quidam insontes peribunt. Nam & ex fuso exercitu quum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos vtilitate publica rependitur.

SENECAE ORATIO AD CAESAREM Neronem, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Cæsar Nero fuerat educatus & institutus à Seneca, homine bonis artibus erudito: eúmque ipse eo nomine obseruabat. Sed vt sunt ineuntis ætatis auidæ cupiditates, nec vnquam deficiunt principes pestiferi assentatores, habebat suarum libidinum ministros Nero: in his Tigillinum quendam, qui rei suæ augendæ gratia voluptuariũ hominem vehementius etiam incendebat. Assentatores, quia videbant obstare suis conatibus tum à Nerone perceptæ disciplinæ reliquias, tum ipsius Senecæ seueritatem, hunc sibi ab imperatore summouendum putant. Itaque eum criminantur apud Neronem. Opes eius immodicas ostendunt, autoritatem carpunt, dotes animi (vt eloquẽtiam) in deteriorem partem trahunt: præsidia esse potentiæ interpretantur: grauem esse dicunt Neroni magistri seueritatem. Senecam nihil horum fugiebat: Neronem conuenit, & hac oratione omnes coniectas calumnias diluit. Beneficia imperatoris & præmia accepta commemorat: iis se vsum ad vitæ mediocritatem, non ad fastum, ostendit. Dedisse operam vt Neronem suæ disciplinæ alumnum quam optimis præceptis imbueret. opes nullas quæsisse. Quia nulla sua culpa, sed inuidorum maleuolẽtia malè audiat, rogat vt bona sua alicui tradantur administranda: sibi verò nihil nisi quod ad honestè degẽdam vitam requiratur, fruendum concedatur.

QVartusdecimus annus est, Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum, octauus vt imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti vt nihil felicitati meæ desit nisi moderatio eius. Vtar magnis exemplis, nec meæ fortunæ, sed tuæ. Atauus tuus Augustus, M. Agrippæ Mitylenense secretum: C. Mecœnati, vrbe in ipsa, velut peregrinum otium permisit. quorũ alter, bellorum socius, alter, Romæ pluribus laboribus iactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui quàm studia (vt sic dixerim) in vmbra educata? è quibus claritudo venit, quòd iuuentæ tuæ rudimentis affuisse videor, grande huius rei pretium. At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam dedisti, adeo vt plerunque intra me ipse voluam, Egóne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes, nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tãtis agrorum spatiis, tam lato fœnore exuberat? Vna defensio occurrit, quòd muneribus tuis obniti non debui. Sed vterque mensuram impleuimus, & tu quantum princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à principe accipere. Cætera inuidiam augent. quæ quidem, vt omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacent, sed mihi incumbunt: mihi subueniendum est. Quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere vitæ, senex & leuissimis quoque curis impar, quum opes meas vltrà sustinere nõ possim, præsidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum reuocabo. Superest tibi robur, & tot per annos nixum fastigii regimen, possumus seniores amici quiete respondere. Hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse qui & modica tolerarent.

NER. AD SENECAM RESPONSIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Respondet præceptoris defensioni Nero, singula ab illo proposita capita persequens.

Institutionis gratam memoriam testatur. Illius causas affert, & consequuta commoda prædicat: beneficentiam suam erga illum extenuat. Inuidiæ causas quæ captabantur, remouet. Parcius etiam donatum illum à se quàm pro meritis. Vt verò ipsi bonorum administratione interdicatur, neutri honestum esse ostendit: sibi multò etiam ignominiosius.pro eo enim habitum iri acsi beneficia collata reposceret.

AVus meus Augustus Agrippæ & Mæcenati vsurpare otium post labores concessit, sed in ea ipsa ætate, cuius autoritas tueretur quicquid illud & qualecunque tribuisset. attamen neutrum datis à se præmiis exuit. Bello & periculis meruerant. in his enim iuuenta Augusti versata est. Nec mihi tela & manus tuæ defuissent in armis agenti: sed quod præsens conditio poscebat, ratione,consilio, præceptis pueritiam,dein iuuentam meam fouisti. Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet,æterna erunt. Quæ à me habes, horti & fœnus & villæ, casibus obnoxia sunt:ac licet multa videantur,plerique haudquaquam artibus tuis pares,plura tenuerũt. Pudet referre libertinos,qui ditiores spectantur. Vnde etiam rubori mihi est quòd præcipuus charitate,nõdum omnes fortuna antecellis. Verùm & tibi valida ætas,rebúsque & fructui rerum sufficiens,& nos prima imperii spatia ingredimur: nisi fortè aut te Vitellio ter consuli, aut me Claudio præponis. Sed quantum Volusio longa parsimonia quæsiuit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin siqua in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat,reuocas, inornatúmque robur subsidio impensius regis. Non tua moderatio, si reddideris pecuniam, nec quies,si reliqueris principem, sed mea auaritia,meæ crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quòd si maximè continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, vnde amico infamiam parat,inde gloriam sibi recipere.

PAETI THRASEAE ORATIO,
Ex libro XV.

ARGVMENTVM.

Funestus fuit immensis suppliciis Neronis principatus: quippe tyrannidem nisi per crudelitatem retineri posse diffidebat. Per ea tempora reus factus est iniuriarum Claudius Timarchus Cretensis.Cui inuidiam conflauit apud populares præstantia quædam dignitatis,& paulo maior potentia,apud senatum verò Romanum dictum quiddam ab eo confidentius(sic enim ipsi interpretabantur)in autoritatem Romanorum. Cõstabat dixisse eum, in sua esse potestate vt nullæ agerentur de more gratiæ Cretensi proconsuli.Eum Thrasea hic damnauit sua sententia exilii:dixitque de eadem re deinde copiosius & acerbius:censuitque vt autoritas non senatus modò, sed etiam singulorum qui ad obtinendas prouincias mittuntur, seueritate constitueretur & retineretur. peregrinorum licentiam esse coercendam,vt ius imperii sacrosanctum conseruetur.

VSu probatum est P.C.leges egregias,exempla honesta,apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia,Cinciam rogationem:candidatorum ambitus, Iulias leges:magistratuum auaritia,Calpurnia scita,pepererũt. Nam culpa quàm pœna tempore prior,emendari quàm peccare posterius est. Ergo aduersus nouam prouinciarum superbiam dignum fide constantiáque Romana capiamus consilium, quo tutelæ sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisque habeatur alibi quàm in ciuium iudicio esse. Olim quidem non modò prætor aut consul, sed priuati etiam mittebantur qui prouincias viserent, & quid de cuiusque obsequio videretur,referrent:trepidabántque gentes de æstimatione singulorum. At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum alicuius grates, ita promptius accusatio decernitur. Decernatúrque, & maneat prouincialibus, potentiam suam tali modo ostentandi: sed laus falsa & precibus expressa perinde cohibeantur quàm malitia,quàm crudelitas. Plura sæpe peccantur dum demeremur,quàm dum offendimus. Quædam imò virtutes odio sunt,seueritas obstinata,inuictus aduersus gratiam animus. Inde initia magistratuũ nostrorum meliora fermè, & finis inclinat, dum in modum candidatorum suffragia conquirimus: quæ si arceantur, æqualius atque constantius prouinciæ regentur. Nam vt metu repetundarum infracta auaritia est, ita vetita gratiarum actione ambitio cohibetur.

CAPITONIS COSSVTIANI AD NEronem Cæſarem oratio, Ex lib. XVI.

ARGVMENTVM.

Nero, qua erat crudelitate imbutus, cædem optimi cuiuſque anhelabat, & illuſtriſſimis de medio ſublatis ſæuire in duos ſingulari virtute ſpectatos decreuerat, Thraſeam, Baream Soranum. Habebat adminiſtros ſuarum cupiditatum peſtiferos homines, paratos ad illius ſcelera exequenda: in his Capitonem quendam Coſſutianum, qui ſuo etiā nomine infenſus erat Thraſeæ. Is commodum ſibi ad vlciſcendum inimicum, & ad augendam ſuam apud Neronem gratiam offerri ratus, ſua ſponte incenſum animū Neronis, in hominem innocētem incitauit, multis inuidioſè commemoratis quæ à Thraſea fortiter & ſeuerè fiebant in improbanda Neronis libidine & importunitate. Criminatur eum callidus tyranni aſſentator, quòd per ſpeciem libertatis defendendæ, Cæſari eſſet inimicus, eiúſque autoritatem atque adeo maieſtatem minueret.

VT quondam C. Cæſarem (*inquit*) & M. Catonem, ita nunc te Nero & Thraſeam auida diſcordiarum ciuitas loquitur. Et habet ſectatores, vel potius ſatellites, qui nondum contumaciam ſententiarum, ſed habitum vultúmque eius ſectantur, rigidi & triſtes, qui tibi laſciuiam exprobrent. Huic vni incolumitas tua ſine arte, ſine honore. Proſperas principis res ſpernit, etiámne luctibus & doloribus nō ſatiatur? Eiuſdē animi eſt, Poppæā diuā nō credere, cuius in acta diui Auguſti & diui Iulii nō iurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna populi Romani, per prouincias, per exercitus, accuratius leguntur, vt noſcatur quid Thraſea non fecerit. Aut tranſeamus ad illa inſtituta, ſi potiora ſunt: aut noua cupientibus auferatur dux & autor. Iſta ſecta Tuberones & Fauonios, veteri quoque reipub. ingrata nomina, genuit. Vt imperium euertant, libertatē præferunt: ſi peruerterint, ipſam aggredientur. Fruſtra Caſſium amouiſti, ſi gliſcere & vigere Brutorum æmulos paſſurus es. Denique nihil ipſe de Thraſea ſcripſeris, diſceptatorem ſenatum nobis relinque.

GALBAE IMP. ORATIO AD PISONEM Ex lib. XVII.

ARGVMENTMM.

Sergius Galba cæſo Nerone imperium occupauit: ſed affecta iam erat ætate, & liberos habebat nullos. Ea re deſpicatui erat non inuidis tātùm ſed etiam vulgo. Itaque ſtatuit vēdicare ſe ab hoc hominum contemptu, adoptato nobili aliquo & honeſto adoleſcente in ſpem imperii. Placuit autem illi Piſo Licinianus cognomento Frugi, adoleſcens ab omni laude perfectus. Hunc ſibi adoptione aſciuit: expoſuitque adoleſcenti beneficium ſuum, & de eo iudicium. Cuius ſermonis ſummam complectitur hac oratione Tacitus: qua Piſoni ius omne & cauſas adoptionis, rationem & conſilium ſuum exponit Galba. Beneficii magnitudinem oſtendit: & quid viciſſim ab eo ipſe poſtulet & expectet. Hortatur vt hanc de ſe expectationē virtute & honeſtate omni ſuſtineat atque expleat. Illecebras deſciſcendi ab officio, quæ ſæpe offeruntur, ei aperit. Monet vt ſe aduerſus eas muniat, integrúmque ab omni labe præſtet.

SI te priuatus lege Curiata apud Pontifices, vt moris eſt, adoptarem, & mihi egregiū erat tūc Pompeii & M. Craſſi ſobolem in penates meos aſciſcere, & tibi inſigne Sulpitiæ ac Lutatiæ decora, nobilitati tuæ adieciſſe. Nunc me deorum hominúmque conſenſu ad imperium vocatum, præclara indoles tua & amor patriæ impulit vt principatum de quo maiores noſtri armis certabant, bello adeptus, quieſcenti offeram, exēplo diui Auguſti, qui ſororis filium Marcellum, dein generum Agrippā, mox nepotes ſuos, poſtremò Tiberium Neronem priuignū, in proximo ſibi faſtigio collocauit. Sed Auguſtus in domo ſucceſſorem quæſiuit, ego in rep. non quia propinquos aut ſocios belli non habeam: ſed neque ipſe imperium ambitione accepi, vt iudicii mei documentum ſit, non meæ tantùm neceſſitudines, quas tibi poſtpoſui, ſed tuæ. Eſt tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortuna, niſi tu potior eſſes. Ea ætas tua quæ cupiditates adoleſcentiæ iam effugerit: ea vita, in qua nihil præteritum excuſandum habeas. Fortunam adhuc tantùm aduerſam tuliſti. Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant, quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam,



(præcipua humani animi bona) tu quidem eadem constantia retinebis: sed alii per obsequiū imminuent. Irrumpet adulatio, blanditiæ (pessimum veri affectus venenum) sua cuique vtilitas. Etiam ego ac tu simplicissimè inter nos hodie loquimur, cæteri libētius cum fortuna nostra quàm nobiscum. Nam suadere principi quod oporteat, multi laboris. Assentatio erga principem quencumque, sine affectu peragitur. Si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus eram à quo resp. inciperet. Nūc eò necessitatis iampridem ventum est, vt nec mea senectus conferre plus populo Rom. possit quàm bonū successorem, nec tua plus iuuēta quàm bonum principem. Sub Tiberio & Caio & Claudio vnius familiæ quasi hæreditas fuimus. loco libertatis erit quòd eligi cœpimus. Et finita Iuliorum Claudiorúmque domo, optimum quenque adoptio inueniet. Nam generari & nasci à principibus, fortuitum, nec vltrà æstimatur: adoptandi iudicium, integrum, & si velis eligere, consensu monstratur. Sit ante oculos Nero, quē longa Cæsarum serie tumentem non Vindex cum inermi prouincia, aut ego cum vna legione, sed sua immanitas, sua luxuria ceruicibus publicis depulere. Neque erat adhuc damnati principis exemplum. Nos bello & ab æstimantibus asciti, cum inuidia, quanuis egregii, erimus. Ne tamen territus fueris si duæ legiones in hoc concussi orbis motu nōdum quiescunt. Ne ipse quidem ad securas res accessi: & audita adoptione, desinā videri senex, quod nunc mihi vnum obiicitur. Nero à pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi prouidendum est ne etiam à bonis desideretur. Monere diutius neque temporis huius, & impletum est omne consilium, si te bene elegi. Vtilissimus quidem ac breuissimus bonarum malarúmque rerū delectus, cogitare quid aut nolueris sub alio principe, aut volueris. Neque enim hîc vt in cæteris gentibus quæ regnantur, certa dominorum domus, & cæteri serui: sed imperaturus ex hominibus qui nec totam seruitutē pati possunt, nec totam libertatem.

OTHONIS ORATIO AD MILITES.

Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Mortuo Nerone Cæsare duæ erant Romæ factiones de imperatore subrogando: Galbam alii, alii Othonem nominabant. Galba potitus est imperio, stante adhuc in integro, aduersario Othone, quem exercitus erat complexus, & ad eum imperium detulerat. Itaque res in summam contentionem est adducta. Sed quum aliquando falsus nuntius interfectum Othonem Romam attulisset, exceptúsque esset summo plausu & gratulatione multitudinis & totius populi, qui Galbam tuebatur, cœpit vehementius sibi timere Otho. Itaque vt sibi exercitum conciliaret & fidem illius confirmaret, hanc habuit orationem. qua primùm commemorat voluntatem & autoritatem exercitus, qua fuerat ab eo creatus & nominatus imperator. Deinde conqueritur iniurias, audaciam, crudelitatem, superbiam aduersarii. Inuehitur in illius fautores. Commune esse periculum, & in eadem eos esse naui ostendit. Postremò ad autoritatem suam retinendam & salutem vindicandam hortatur, & in hostes acuit.

QVis ad vos processerim commilitones, dicere non possum, quia nec priuatum me vocari sustineo, princeps à vobis nominatus, nec principem, alio imperante. Vestrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur imperatorem populi Romani in castris, an hostem habeatis. Auditísne vt pœna mea & supplicium vestrum simul postulentur? adeo manifestum est, neque perire nos neque saluos esse, nisi vnà, posse. Et, cuius leuitatis est Galba, iam fortasse promisit, vt qui nullo exposcente, tot millia innocentissimorum ciuium trucidauerit. Horror animum subit, quoties recordor feralem introitum, & hanc solam Galbæ victoriam, quum in oculis vrbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auspiciis vrbem ingressus, quam gloriam ad principatū attulit, nisi occisi Obultronii Albini & Marcelli in Hispania, Beruichilonis in Gallia, Fontei Capitonis in Germania, Clodii Macri in Africa, Ciconii in via, Turpiliani in vrbe, Nymphidii in castris? Quæ vsquam prouincia, quæ castra sunt nisi cruenta & maculata, aut (vt ipse prædicat) emendata & correcta? Nam quæ alii scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus seueritatem pro sæuitia, parsimoniam pro auaritia, supplicia & contumelias vestras, disciplinam appellat. Septem à Neronis fine menses sunt, & iam plus rapuit Hycelus quàm quod Polycleti & Vatinii & Egii & alii parauerunt. Minore auaritia aut licentia grassatus esset T. Iunius, si ipse imperasset. Nūc

& subiectos nos habuit, tanquam suos, & viles, vt alienos. Vna illa domus sufficit donatiuo quod vobis nunquam datur, & quotidie exprobratur. Ac ne qua saltē in successore Galbæ spes esset, accersit ab exilio quem tristitia & auaritia sui simillimum iudicabat. Vidistis commilitones notabili tempestate etiam deos infaustam adoptionē aduersantes. Idem senatus, idem populi Rom. animus est. Vestra virtus expectatur, apud quos omne honestis consiliis robur, & sine quibus quanuis egregia, inualida sunt. Non ad bellū vos, nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiscum sunt. nec vna cohors togata defendit nunc Galbam, sed detinet. Quum vos aspexerit, quum signum meum acceperit, hoc solum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus cunctationi locus est in eo consilio quod non potest laudari nisi peractum.

OTHONIS ORATIO AD MILITES, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Paucis diebus quàm rerum potitus erat in Romano imperio Otho Syluius, paucorū militum errore, quos inanis suspicio insidiarum terruerat, atrocissima erat in vrbe cōflata de nocte seditio. Quæ vis, vt reipsa pro salute imperatoris suscepta erat, cuius vitæ illi metuebant, ita in senatū à quo vim timebant, intendi putabatur: vel maximè quòd armati impetum fecerant in palatium, vbi Otho cum clarissimis senatoribus epulabatur. Qui plurimum sua interesse iudicās, vt abesset ab omni iniuria omnique metu senatus, seditionem & in præsentia sedare, & postridie seuerius coercere conatus est, quū nondum ille ardor penitus deferbuisset. Cōuocatam igitur multitudinem increpat, sed lenius, quòd intelligebat non ad suam perniciem sed ad incolumitatem capta esse ab illis arma. Docet igitur, quanta sit culpa in illo militari motu leuissima de causa concitato. Esse enim id hominum qui omnium eorum quæ fiunt velint causas nosse, & ad se reuocare. Iura militum ostendit, & quanta ab illis requiratur modestia. Sanctitatem senatus inculcat, quæ hoc furore militari attentata est. Docet illius incolumitate imperii stabilitatem contineri. Paucos ad pœnam deposcit, quorum præcipuè fuerat in eo motu audacia.

NEque vt affectus vestros in amorem mei accenderem commilitones, neque vt animum ad virtutem cohortarer, (vtraque enim egregiè supersunt) sed veni postulaturus à vobis temperamētū vestræ fortitudinis, & erga me modū charitatis. Tumultus proximi initiū, non cupidine & odio, quæ multos exercitus in discordiam egere, ac ne detrectatione quidem aut formidine periculorū, nimia pietas vestra acrius quàm consideratius excitauit. Nam sæpe honestas rerum causas (ni iudicium adhibeas) perniciosi exitus consequuntur. Imus ad bellum. Num omnes nuntios palàm audiri, omnia consilia cūctis præsentibus tractari, ratio rerum aut occasionum velocitas patitur? Tam nescire quædam milites quàm scire oportet. Ita se ducum autoritas, sic rigor disciplinæ habet, vt multa per centuriones tribunósque tantùm iuberi expediat. Si vbi iubeantur, quærere singulis liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit. An & illic nocte intempesta rapientur arma? Vnus alterue perditus ac temulentus (neque enim plures cōsternatione proxima insanisse crediderim) centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet? Imperatoris sui tentorium irrumpet? Vos quidem istud pro me. Sed in discursu ac tenebris, & rerum omnium cōfusione patefieri occasio etiam aduersus me potest. Si Vitellio & satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? Quid aliud quàm seditionem & discordiam optabūt? Ne miles cēturioni, ne centurio tribuno obsequatur: hinc confusi pedites equitésque in exitium ruamus. Parēdo potius commilitones, quàm imperia ducum sciscitando res militares continentur. Et fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus. Vobis arma & animus sit, mihi consilium & virtutis vestræ regimen relinquite. Paucorum culpa fuit, duorum pœna erit: cæteri abolete memoriam fœdissimæ noctis, ne illas aduersus senatum voces vllus vnquam exercitus audiat. Caput imperii & decora omniū prouinciarum ad pœnam vocare, non hercle illi quos nunc maximè Vitellius in nos ciet, Germani audeant. Vllíne Italiæ alumni, & Romana verè iuuentus, ad sanguinem & cædem deposcerent ordinem cuius splendore & gloria sordes & obscuritatem Vitellianarum partium perstringimus? Nationes aliquas occupauit Vitellius: imaginem quādam exercitus habet: senatus nobiscum est. Sic fit vt hinc respub. inde hostes reip. constiterint.

ſtiterint. Quid? vos pulcherrimam hanc vrbem domibus & tectis & congeſtu lapidum ſtare creditis? Muta iſta & inania intercidere ac reparari promiſcuè poſſunt. Aeternitas rerum, & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus, incolumitate ſenatus firmatur. Hunc auſpicato à parente & conditore vrbis noſtræ inſtitutum, & à regibus vſque ad principes continuum & immortalem, ſicut à maioribus accepimus, ſic poſteris tradamus. Nam vt ex vobis ſenatores, ita ex ſenatoribus principes naſcuntur.

OTHONIS ORATIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Certabant de imperio Otho & Vitellius, ille de retinendo, hic de occupando. Ad manus ventum eſt. Victoria penes Vitellium fuit, ſed ea minimè incruenta. Magnam enim cladem eo prælio acceperat. Itaque rogant Othonem ſui ne frangatur animo, nec in rebus aduerſis contrahatur, ſed bellum reparet. Non deeſſe vires, recentes venire legiones: animos verò nuſquam alacriores, modò ne ipſe deſpōdeat. Otho qui iam de morte conſciſcenda cogitaſſet, recuſat: & cauſas cur nolit vti ad hoc eorum obſequio, affert duas. vnam, quòd imperium deſperet ſibi fore diuturnum: alteram, quòd ne ſi retineri quidem poſſe ſperet, tamē velit ciuili ſanguine & tam fœdis cædibus partum habere. itaque cedere aduerſario velle perſeuerat.

HVnc (*inquit*) animum, hanc virtutem veſtram vltrò periculis obiicere, nimis grande vitæ meæ pretiū puto. Quāto plus ſpei oſtēditis, ſi viuere placeret, tāto pulchrior mors erit. Experti inuicem ſumus ego ac fortuna. Ne tempus cōputaueritis. Difficilius eſt temperare felicitati qua te nō putes diu vſurum. Ciuile bellū à Vitellio cœpit, & vt de principatu certaremus armis, initiū ille fuit: ne pluſquā ſemel certemus, penes me exemplum erit. Hinc Othonem poſteritas æſtimet. Fruetur Vitellius fratre, cōiuge, liberis: mihi non vltione neque ſolatiis opus eſt. Alii diutius imperium tenuerunt, nemo tā fortiter reliquerit. An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus ſterni rurſus, & reipub. eripi patiar? Eat hic mecum animus, tāquam perituri pro me fueritis. Sed eſte ſuperſtites, nec diu moremur, ego incolumitatem veſtram, vos cōſtantiam meam. Plura de extremis loqui, pars ignauiæ eſt. Præcipuum deſtinationis meæ documentum habete, quòd de nemine queror. Nam incuſare deos vel homines, eius eſt qui viuere velit.

MVTIANI ORATIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Imperabat oppreſſo Othone Vitellius. Eius imperium indignè ferebant nobiliſſimi homines, & ad alium transferri cupiebant: maximè verò Mutianus, magni vir nominis, impulit Veſpaſianum ad deturbandum Vitellium, & inuadendum dominatum. Eius conſilii ſumma hac oratione eſt concluſa. Autor eſt ei ne tantam labem patiatur imperio Rom. inuri, vt illud ab homine indigniſſimo & impuriſſimo teneatur. Tota oratio conſiſtit in cauſis ſuſcipiendis, & in adiumentis rei perficiendæ. Cauſas ſuſcipiendi affert: turpitudinem qua contaminatum eſſet imperium ab homine fœdiſſimo: nobilitatem generis, ſplendorem, virtutem in Veſpaſiano, illuſtres eius liberos, imperium Vitellii non tantùm ignominioſum eſſe, ſed etiam illis periculoſum. Facultates verò perficiendi affert, ſtudium multorum in eum, robur legionum firmiſſimarum.

OMnes qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debēt an quod inchoatur, reip. vtile, ipſis glorioſum aut promptum effectu, aut certè non arduum ſit. Simul ipſe qui ſuadet conſiderandus eſt, adiiciatne conſilio periculum ſuum, & ſi fortuna cœptis affuerit, cui ſummum decus acquiratur. Ego te Veſpaſiane ad imperiū voco, tam ſalutare reip. quàm tibi magnificum. Iuxta deos in tua manu poſitū eſt. Nec ſpeciem adulantis expaueris, à contumelia quàm à laude propius fuerit, poſt Vitellium eligi. Non aduerſus diui Auguſti acerrimam mentem, nec aduerſus cautiſſimam Tiberii ſenectutem, nec contra Caii quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exurgimus. Ceſſiſti etiam Galbæ imaginibus. Torpere vltrà & polluēdam perdendāmque remp. relinquere, ſopor & ignauia videretur, etiamſi tibi quàm inhoneſta, tam tuta ſeruitus eſſet. Abiit iam & transuectum eſt tempus quo poſſes videri concupiſſe. Confugiēdum eſt ad imperium. An excidit trucidatus Corbulo? Splēdidior origine quàm nos ſumus, fateor. Sed & Nero nobilitate nataliū Vitelliū anteibat. Satis clarus eſt

apud timentem quiſquis timetur. Et poſſe ab exercitu principem fieri, ſibi ipſe Vitellius documento eſt, nullis ſtipendiis, nulla militari fama, Galbæ odio prouectus. Ne Othonem quidem ducis arte aut exercitus vi, ſed præpropera ipſius deſperatione victum, iam deſiderabilem & magnum principem fecit. Quum interim ſpargit legiones, exarmat cohortes, noua quotidie bello ſemina miniſtrat. Siquid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis & comeſſationibus & principis imitatione deteritur. Tibi è Iudæa & Syria & Ægypto nouem legiones integræ, nulla acie exhauſtæ, non diſcordia corruptæ: ſed firmatus vſu miles & belli domitor externi. Claſſium, alarum, cohortium robora, & fidiſſimi reges, & tua ante omnes experientia. Nobis nihil vltrà arrogabo quàm ne poſt Valẽtem & Cecinnam numeremur. Ne tamen Mucianum ſocium ſpreueris, quia æmulum non experiris. Me Vitellio antepono, te mihi. Tuæ domui triumphale nomen, duo iuuenes, capax iam imperii alter, & primis militiæ annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. Abſurdum fuerit, non cedere imperio ei cuius filium adoptaturus eſſem ſi ipſe imperarem. Cæterùm inter nos non idem proſperarum aduerſarúmque rerum ordo erit. Nam ſi vincimus, honorem quem dederis habebo, diſcrimen ac periculum ex æquo partiemur. Imò, vt melius eſt, tu hos exercitus rege, mihi bellũ & præliorum incerta trade. Acriore hodie diſciplina victi quàm victores agunt. Hos ira, odium, vltionis cupiditas ad virtutem accendit, illi per faſtidium & contumaciam hebeſcunt. Aperiet & recludet contecta victricium partium & tumeſcentia vulnera bellũ ipſum. Nec mihi maior in tua vigilantia, parſimonia, ſapientia, fiducia eſt, quàm in Vitellii torpore, inſcitia, ſæuitia. Sed & meliorem in bello cauſam quàm in pace habemus. nam qui deliberant, deſciuerunt.

CVRTII MONTANI ORATIO,

Ex libro xx.

ARGVMENTVM.

Aquilius Regulus Neroni ſe miniſtrum in crudelitate præbuerat, & per eum fuerat euerſa Craſſorum & Orphiti, clarorum hominum, domus, quum is crimẽ illorum, cuius tamen particeps fuerat, detuliſſet. Inde magna erat ei conflata inuidia. Et quum in alios qui eiuſdem crudelitatis fuerant, animaduerſum eſſet, hic quoque reus eſt factus ab vxore & liberis Craſſi. Sed pro eo dicebat frater Vipſanus Meſſala: & inuidiam deprecando iam quodammodo reſtinxerat. Ibi Curtius Montanus exarſit, & in reum hac oratione vehementiſſimè eſt inuectus, præſtitam tyráno operam exaggerans, crudelitatem, rapinas, libidinem, vexationem innocentum, truculentam & funeſtam vocem ad incitandam tyranni ſæuitiam obiiciens. Peſtes eſſe reip. & ſemina tyrannidis id genus homines: ad quæ extirpanda ſenatum impellit.

O*Ccurrit truci oratione Curtius Montanus eo uſque progreſſus, ut poſt cædem Galbæ, datam interfectori Piſonis pecuniam à Regulo, appetitum morſu Piſonis caput obiectaret.* Hæc certè (*inquit*) Nero non coegit nec dignitatem aut iſta lucem ſæuitia redemiſti. Sanè toleremus iſtorum defenſiones, qui perdere alios quàm periclitari ipſi maluerint. Te ſecurum reliquerat exul pater, & diuiſa inter creditores bona: nondum honorum capax ætas: nihil quod ex te concupiſceret Nero, nihil quod timeret. Libidine ſanguinis & hiatu præmiorum, ignotum adhuc ingenium & nullis defenſionibus expertum, cæde nobili imbuiſti, quum ex funere reipublicæ raptis cõſularibus ſpoliis, ſeptuagies ſeſtertio ſignatus, & ſacerdotio fulgens, innoxios pueros, illuſtres ſenes, cõſpicuas fœminas eadem ruina proſterneres: quum ſegnitiam Neronis incuſares, quòd per ſingulas domos ſeque & delatores fatigaret: poſſe vniuerſum ſenatũ vna voce ſubuerti. Retinete Patres conſcripti, & reſeruate hominem tam expediti conſilii, vt omnis ætas inſtructa ſit, & quomodo ſenes noſtri Marcellum Criſpum, iuuenes Regulum imitentur. Inuenit etiam æmulos infelix nequitia. Quid ſi floreat vigeátque? Et quem adhuc quæſtorium offendere non audemus, prætorium & conſularem viſuri ſumus? An Neronem extremum dominorum putatis? Idem crediderát qui Tiberio, qui Caio ſuperſtites fuerunt, quum interim inteſtabilior & ſæuior exortus eſt. Non timemus Veſpaſianum: ea principis ætas, ea moderatio. Sed diutius durant exempla quàm mores. Elanguimus P.C. nec iam ille ſenatus ſumus, qui occiſo Nerone, delatores & miniſtros, more maiorũ puniẽdos flagitabat. Optimus eſt poſt malũ principẽ dies primus.

LEGATI TENCTERORVM ORATIO,
Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Deleto Romanorum exercitu à Germanis,& depulso eorum iugo,initum est consilium à Germanis de Agrippinẽsi colonia, quæ in Romanorũ imperio permanebat.Excindi eam placebat nonnullis:mitius agendum alii censuerunt,satisque habuerunt eam ad societatem Germanorum reuocare.Ea re missa est ab iis legatio,cuius princeps hanc orationem in illius coloniæ concilio habuit.Gratulatus est illis libertatem:mandata exposuit Germanorum de mœnibus diruendis, Romanorum reliquiis tollendis, & eorũ bonis publicandis,vectigalibus abrogandis,quæ pensitabant Romanis,de commerciis secum communicandis,de institutis Germaniæ restituendis.

Redisse vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus deis, sed præcipuo deorum Marti grates agimus. Vobisque gratulamur quòd tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem flumina ac terras & cælum quodammodo ipsum clauserant Romani, vt colloquia congressusque nostros arcerent, vel, quòd contumeliosius est viris ad arma natis, inermes ac propè nudi sub custode & pretio coiremus. Sed vt amicitia societasque nostra in æternum rata sint postulamus à vobis, muros coloniæ, munimenta seruitii detrahatis. Etiam fera animalia si clausa teneas, virtutis obliuiscuntur. Romanos omnes in finibus vestris trucidetis. Haud facilè libertas & domini miscentur. Bona interfectorum in medium cedant, ne quis occulere quicquam aut segregare causam suam possit. Liceat nobis vobisque vtranque ripam colere, vt olim maioribus nostris. Quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis vectigalibus quibus Romani plus aduersus subiectos quàm armis valent. Sincerus & integer, & seruitutis oblitus populus, aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.

AGRIPPINENSIVM ORATIO, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Respondẽt legatis Germanorum Agrippinẽses, ancipiti sententia inter metũ Germanorum & Romanorum. Itaque eorum quæ illi edixerãt, nonnulla concedunt, alia excusant. In muris opponunt securitatem: in Romanorum cædibus faciendis, coniunctione & vetustatem, & ius consanguinitatis. De vectigalibus, commerciis & institutis legatis, quæ proposuerant, assentiuntur.

QVAE prima libertatis facultas data est, auidius quàm cautius sumpsimus, vt vobis cæterisque Germanis consanguineis nostris iungeremur. Muros ciuitatis cõgregantibus se tum maximè Romanorum exercitibus, augere nobis quàm diruere tutius est. Siqui ex Italia aut prouinciis alienigenæ in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpsit, vel in suas quisque sedes refugêre. Deductis olim & nobiscum per cõnubium sociatis, quique mox prouenêre, hæc patria est. Nec vos adeo iniquos existimamus, vt interfici à nobis parentes, fratres, liberos nostros, velitis. Vectigal & onera commerciorum resoluimus. Sint transitus incustoditi, sed diurni & inermes, donec noua & recentia iura in vetustatem & consuetudinem vertantur. Arbitrum habebimus Ciuilẽ & Velledam, apud quos pacta sancientur.

CERIALIS ORATIO, Ex lib. xx.

ARGVMENTVM.

Bellum gerebat aduersus Germanos exercitus Romanus nomine & auspiciis Vespasiani Cæsaris. Huius belli summa penes Petilum Cerialem erat. Desciuerãt autem ab imperatore legiones aliquot ex Gallis conscriptæ, seque ad hostes contulerant, quorum erant duces Ciuilis Classicus & Tutor. Re benè à Ceriali gesta, quanuis debellatum nondum erat, sed malè tamen agebatur cum hostibus. in perfidos & desertores vt animaduerteretur plerique vrgebant. Lenius tamen Treuiros qui ab hostibus fuerant, accepit Cerialis. Accitæ deinde sunt legiones illæ. Eas magnus supplicii terror inuaserat, sed nihil in eas statuendum sibi grauius putauit Cerialis, deditque facti impunitatem. Verùm hac oratione cohortatus est eas ad fidem in Cæsarem constantius in posterum colendã. Belli causas repetiit: ostendit iustas, necessarias, summa æquitate nixas. Æquitatem & cle

mentiam imperii inculcauit. Officii commonefecit, vt pareret imperio Romano quod salutare sibi esse intelligerent: quippe in fide essent & tutela Romanorum.

NEque ego vnquam facundiã exercui, & populi Romani virtutem armis affirmaui. Sed quia apud vos verba plurimùm valent, bonáque ac mala non sua natura, sed vocibus seditiosorum æstimantur, statui pauca differere quæ, profligato bello, vtilius sit vobis audisse quàm nobis dixisse. Terram vestram cæterorúmque Gallorum ingressi sunt duces imperatorésque Romani, nulla cupidine, sed maioribus vestris inuocantibus quos discordiæ vsque ad exitiũ fatigabant, & acciti auxilio Germani sociis pariter atque hostibus seruitutem imposuerant. Quod præliis aduersus Cymbros Teutonósque, quãtis exercituum nostrorum laboribus, quóue euentu Germanica bella tractauerimus, satis clarum. Nec ideo Rhenum insedimus vt Italiam tueremur, sed ne quis alius Ariouistus regno Galliarum potiretur. An vos chariores Ciuili Batauísque & Transrhenanis gentibus creditis quàm maioribus eorum patres auíque vestri fuerunt? Eadem semper causa Germanis trascendendi in Gallias, libido atque auaritia, & mutandæ sedis amor, vt relictis paludibus & solitudinibus suis, fœcundissimum hoc solum vósque ipsos possiderent. Cæterùm libertas & speciosa nomina prætexuntur. Nec quisquam alienum seruitium & dominationem sibi concupiuit, vt non eadem ista vocabula vsurparet. Regna belláque per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius cõcederetis. Nos quanquam totiens lacessiti, iure victoriæ id solum vobis addidimus quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Cætera in communi sita sunt. Ipsi plerunque legionibus nostris præsidetis. Ipsi has aliásque prouincias regitis. nihil separatum clausúmue. Et laudatorum principum vsus ex æquo, quanuis procul agentibus. Sæui proximis ingruunt. Quomodo sterilitatem aut nimios hymbres & cætera naturæ mala, ita luxum vel auaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt donec homines. Sed neque hæc continua, & meliorum interuentu pensentur: nisi forte Tutore & Classico regnantibus, moderatius imperium speratis, aut minoribus quàm nunc tributis parabuntur exercitus quibus Germani Britannique arceantur. Nam pulsis (quod dii prohibeant) Romanis, quid aliud quàm bella omnium inter se gentium existent? Octingẽtorum annorum fortuna disciplináque compages hæc coaluit, quæ conuelli sine exitio conuellentium non potest. Sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorũ causæ. Proinde pacem & vrbem quam victi victorésque eodem iure obtinemus, amate, colite. Moneant vos vtriusque fortunæ documenta, ne cõtumaciam cum pernicie quàm obsequium cum securitate malitis.

CIVILIS ORATIO, sed mutilata, Ex libro XXI.

ARGVMENTVM.

Ciuilis perfuga à Romanis ducem se Batauis aduersus Romanos præbuerat. Bellum diuturnum vario euentu gesserat, tamen multo pluribus acceptis cladibus quàm illatis. Itaque attritis Batauorum viribus, Cerialis Romanus dux, flectendos sibi potius ad deditionem subeundam monẽdo quàm diutius vrgendo, duxit. Tẽtauit, & rem confecit. Conuenit inter Batauos vt colloquio dies diceretur. Ad quod quum esset ventum, habuit hanc pro se orationem Ciuilis, cuius tamen bona pars iniuria temporum intercidit. Hic purgandi sui causa aliqua saltem ex parte, repetit altius causas belli à se primùm suscepti, vt omnes turpis proditionis auertat à se suspiciones.

SI apud Vitellii legatum defenderer, neque facto meo venia neque dictis fides debebatur. Cuncta inter nos inimica, hostilia ab illo cœpta, à me aucta erãt. Erga Vespasianum vetus mihi obseruantia, & quum priuatus esset, amici vocabamur. Hoc primo Antonio notum, cuius epistolis ad bellum accitus sum ne Germanicæ legiones & Gallica iuuentus Alpes transcenderet. Quæ Antonius absens, Flaccus præsens mouebat, arma in Germania moui, quæ Mutianus in Syria, Aponius in Mœsia, Fabianus in Pannonia.

Ex vita Agricolæ à Corn. Tacito prodita.

GALGACI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Intulit bellum Britanis Iulius Agricola, nomine Romani imperatoris. Illi lacessiti ad restinguendum belli incendium magnis animis concurrerunt, ducémque habuerunt nomine Galgacum. Is contractis copiis, cum hoste confligendum cēsuit: sed prius animos multitudinis oratione esse firmandos. Itaque conuocatam suorum concionem hortatus est vt strenuè bellum compescerēt. Eius tota oratio in ea posita est vt eos & posse & debere hostem propulsare ostendat: defensionem & facilem esse & necessariam. Idcirco belli æquitatem & necessitatem docet. Inuehitur in hostium auiditatem. Sua nisi flagitiosè deseri ab ipsis non posse probat. A seruitute voluntaria subeunda deterret, idque à dominorum superbia & innata genti illi libertate. Comparatione & exemplis multo infirmiorum quorundam, probat libertatem eos posse à seruitute & iugo hostium defendere. Romanorum vires extenuat & contemnit. Auita fortitudine proposita, eos dimittit.

QVoties causas belli & necessitatem nostrā intueor, magnus mihi animus est, hodiernum diem, cōsensūmque vestrum, initiū libertatis totius Britanniæ fore. Nā & vniuersi seruitutis expertes, & nullæ vltrà terræ, ac ne mare quidem securū, imminente nobis classe Romana. Ita prælium atque arma quæ fortibus honesta, eadem etiā ignauis tutissima sunt. Priores pugnæ quibus aduersus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebāt: quia nobilissimi totius Britāniæ, eóque in ipsis penetralibus siti, nec seruientium littora aspicientes, oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus. Nos terrarum ac libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famæ in hunc diem defendit. Nunc terminus Britāniæ patet, atque omne ignotum pro magnifico est. Sed nulla iam vltrà gens, nihil nisi fluctus & saxa. Et inferiores Romani, quorū superbiam frustra per obsequium & modestiam effugeris, raptores orbis, postquam cuncta vastātibus defuere terræ, & mare scrutatur. Si locuples hostis est, auari, si pauper, ambitiosi, quos non oriens nō occidens satiauerit. Soli omniū opes atque inopiam pari affectu cōcupiscunt, auferre, trucidare, rapere falsis nominibus imperium, atque vbi solitudinem faciunt, pacem appellant. Liberos cuique ac propinquos suos natura charissimos esse voluit: hi per delectus alibi seruituri auferuntur. Coniuges sororésque etsi hostilē libidinem effugiāt, nomine amicorū atq; hospitū polluūtur. Bona fortunásque in tributum egerunt, in annonam frumentum: corpora ipsa ac manus, siluis ac paludibus emuniendis verbera inter ac cōtumelias conterunt. Nata seruituti mancipia semel veneunt, atque vltrò à dominis aluntur. Britannia seruitutē suam quotidie emit, quotidie pascit. Ac sicut in familia recentissimus quisque seruorū & cōseruis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere famulatu, noui nos & viles in excidium petimur. Neque enim arua nobis, aut metalla, aut portus sunt, quibus exercendis reseruemur. Virtus porro ac ferocia subiectorum ingrata imperātibus. Et longinquitas ac secretum ipsum, quo tutius, eo suspectius. Ita sublata spe veniæ, tādē sumite animū, tā quibus salus quàm quibus gloria charissima est. Brigantes, fœmina duce, exurere coloniā, expugnare castra, ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere: nos integri & indomiti, & libertatē non in præsentia laturi, primo statim congressu vnde ostēdamus quos sibi Caledonia viros seposuerit. An eandē Romanis in bello virtutem quam in pace lasciuiam adesse creditis? Nostris illi discessionibus ac discordiis clari, vitia hostiū in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diuersissimis gentibus vt secūdæ res tenent, ita aduersæ dissoluent: nisi si Gallos & Germanos, & (pudet dictu) Britannorū plerosque dominationi alienæ sanguinē cōmodantes, diutius tamē hostes quàm seruos, fide & affectu teneri putatis. Metus & terror est, infirma vincula charitatis. Quæ vbi remoueris qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt. Nullæ Romanos coniuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla plerisque patria, aut alia est. Paucos numero circum trepidos ignorantia, cælum ipsum ac mare & siluas ignota omnia circumspectantes, clausos quodammodo ac victos alii nobis tradiderunt. Ne terreat vanus aspectus, & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit neque vulnerat. In ipsa hostium acie inueniemus

noſtras manus. Agnoſcent Britanni ſuam cauſam: recordabuntur Galli priorem libertatem: deſerent illos cæteri Germani, tanquam nuper Vſipii reliquerunt. Nec quicquam vltra formidinis, vacua caſtella, ſenum coloniæ, inter malè parentes & iniuſtè imperantes ægra municipia & diſcordantia. Hic dux, hic exercitus: ibi tributa & metalla & cæteræ ſeruientiū pœnæ, quas in æternum proferre, aut ſtatim vlciſci, in hoc campo eſt. Proinde ituri in aciem, & maioreis veſtros & poſteros cogitate.

AGRICOLAE ORATIO, Ibidem.

ARGVMENTVM.

Vt ſuos cohortatione ad pugnam incenderat Galgacus, ſic Iulius Agricola, dux Romanorum copiarum, metum & cunctationem omnem eripere ſuis cohortando conatur. De belli æquitate hoc tantùm dicit, fuiſſe aliquot antè annis commotum & geſtū ab iiſdem illis militibus: nunc idē redintegratū geri. Iubet igitur eos parē animorū præſentiam concipere quam ſuperioribus præliis aduerſus eoſdem hoſtes attulerint. Admonet priſtinæ gloriæ, quæ ſit illuſtranda virtute, non obruenda ignauia. Reliqua eſt oratio in deſpiciendis hoſtibus, quorum infirmas vires oſtendit: vnde exacuendorum animorum facultatem ſumit.

OCtauus annus eſt, commilitones, ex quo virtute & auſpiciis imperii Romani, fide atque opera veſtra Britanniam viciſtis, tot expeditionibus, tot præliis ſeu fortitudine aduerſus hoſtes, ſeu patientia ac labore penè aduerſus ipſam rerum naturam opus fuit: neq; me militū, neque vos ducis pœnituit. Ergo egreſſi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniæ non fama nec rumore, ſed caſtris & armis tenemus. Inuenta Britannia & ſubacta. Equidem in agmine quum vos paludes montéſue, & flumina fatigarēt, fortiſſimi cuiuſque vocem audiebam, Quādo dabitur hoſtis? Quādo acies? Veniant è latebris ſuis extruſi. Et vota virtúſque in aperto, omniáque prona victoribus, atque eadem victis aduerſa. Nam vt ſuperaſſe tantum itineris, ſiluas euaſiſſe, tranſiſſe æſtuaria, pulchrum ac decorum in frontem, ita fugientibus periculoſiſſima quæ hodie proſperrima ſunt. Neque enim nobis aut locorum eadē notitia aut commeatuū eadem abundantia: ſed manus & arma, & in his omnia. Quod ad me attinet, iampridem mihi decretum eſt, neque exercitus, neque ducis terga tuta eſſe. Proinde & honeſta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus eodē loco ſita ſunt. Nec inglorium fuerit, in ipſo terrarum ac naturæ fine cecidiſſe. Si nouæ gentes atque ignota acies conſtitiſſet, aliorum exercituum exemplis vos hortarer: nunc veſtra decora recenſete, veſtros oculos interrogate. Ii ſunt quos proximo anno vnam legionem furto noctis aggreſſos, clamore debellaſtis: ii cæterorum Britannorum fugaciſſimi, ideóque tādiu ſuperſtites. Quomodo ſiluas ſaltúſque penetrantibus fortiſſimum quódque animal robore, pauida & inertia ipſo agminis ſono pelluntur: ſic acerrimi Britannorum iampridem ceciderunt, reliquus eſt numerus ignauorum & metuentium. Quos quòd tandem inueniſtis, non reſtiterunt, ſed deprehenſi ſunt nouiſſimi, & extremo metu corpora defixere in his veſtigiis, in quibus pulchram & ſpectabilem victoriam ederetis. Trāſigite cū expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnū diem. Approbate reipub. nunquam exercitui imputari potuiſſe aut moras belli aut cauſas rebellandi.

Eas quæ ſequuntur orationes inter ſuperiores prætermiſſas, addendas hîc cenſuimus.

CLEMENTIS CENTVRIONIS ORATIO, Ex libro primo.

ARGVMENTVM.

Improuiſo lunæ defectu, ſæuientis antea & ſeditione æſtuantis exercitus animi ſunt territi. Qua occaſione Druſus ſibi vtendum ad reſtinguendam ſeditionem ratus, ſummiſit aliquot ſanioris mentis milites, in his Clementem centurionem ad commonendos, iniectis de induſtria ſermonibus, milites. Hic paſſim quum in cœtus aliquos incidiſſet, cōciúnculam hanc habebat, qua in furorem tumultuantium militum inuehebatur.

QVouſque filium imperatoris obſidebimus? quis certaminum finis? Percennióne & Vibuleno ſacramentum dicturi ſumus? Percennius & Vibulenus ſtipendia militibus, agros emeritis largiētur? Denique pro Neronibus & Druſis imperium po

puli Rom. capessent? quin potius vt nouissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus. Tarda sunt quæ in commune expostulantur, priuatam gratiam statim mereare, statim recipias.

PISONIS ORATIO, Ex lib. XVII.

ARGVMENTVM.

Quum in dies inualesceret Othonis factio, qui Galbæ aduersabatur, & occupare imperium cogitabat: Galbæ verò se gratia & potentia infringeret, vt iam apertè ab eo populus Romanus deficeret, & eius aduersario imperium traderet, & vt imperatorem crearet, in castra eum raperet, omniáque in ciuitate tumultuosa gererentur, Piso, quem in spem imperii Galba adoptauerat, stationariam cohortem quæ in palatio erat præsidii causa collocata, sibi conciliandam & cõfirmandam putauit, & de consilii sententia hac oratione eam est affatus. Hic militem demulcere & retinere conatur: idcirco imperatoris & suam dignitatem affert in medium. Cui opponit sordes & intemperantiam Othonis. Agi ipsorum quoque militum salutem, & plurimum eorum interesse quo principe vtantur: nec florere eos posse in tanta importunitate aduersariorum.

SExtus dies agitur commilitones, ex quo ignarus futuri, & siue optandum hoc nomen siue timendum erat, Cæsar ascitus sum, quo domus nostræ aut reipub. fatum vestra manu positum est: non quia meo nomine tristiorem casum paueam, vt qui aduersas expertus, tum maximè dicam ne secundas quidem minus discriminis habere. Patris & senatus & ipsius imperii vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est, aut, quod æquè apud bonos miserũ est, occidere. Solatiũ proximi motus habebamus, incruentã vrbem & res sine discordia trãslatas. Prouisum adoptione videbatur vt ne post Galbam quidem bello locus esset. Nihil arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ: Neq; enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus est. Vitia, quibus solis gloriatur, euertêre imperiũ, etiã quũ amicũ imperatoris ageret. Habitúne & incessu, an ille muliebri ornatu meretur imperium? Falluntur quibus luxuria speciem liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare nesciet. Stupra nunc & comessationes & fœminarum cœtus voluit animo. Hæc principatus præmia putat, quorum libido ac voluptas penes ipsum sit, rubor ac dedecus penes omnes. Nemo enim vnquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani, me Galba consentientibus vobis, Cæsarem dixit. Si resp. & senatus & populus vana nomina sunt, vestra commilitones interest ne imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio aduersum duces suos audita est aliquando: vestra fides famáque illæsa ad hunc diem mansit. Et Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. Minus XXX transfugæ & desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret, imperium assignabunt? Admittitis exemplum, & quiescendo commune crimen facitis? Transcendet hæc licentia in prouincias, & ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebũt. Nec est plus quod pro cæde principis quàm quod innocẽtibus datur. Sed proinde à nobis donatiuo plus ob fidẽ quàm ab aliis pro facinore accipietis.

Orationes ex Q. Curtio collectæ.

CHARIDEMI ORATIO, Ex lib. III.

ARGVMENTVM.

Charidemus Atheniensis, exulans apud Darium Persarum regem, contracto ab eo numeroso exercitu aduersus Alexandrum Macedonum regem, sententiam de apparatu vniuerso rogatus, liberius quàm felicius respondet, sibi exercitum illum, etsi numero superiorem, tamen virtute longè inferiorem videri.

VErum, *inquit*, & tu forsan audire nolis, & ego, nisi nunc dixero, aliâs nequicquam confitebor. Hic tanti apparatus exercitus, hæc tot gentium & totius orientis excita sedibus suis moles, finitimis potest esse terribilis. Nitet purpura, auróque fulget, armis & opulentia, quantam qui oculis non subiecerint, animis cócipere non possent. Sed Macedonum acies torua sanè & inculta, clypeis hastísque immobiles cuneos, & cóferta robora virorum teget. Ipsi phalangem vocant peditum stabile agmen. Vir viro, armis arma conserta sunt, ad nutum monentis intenti, siqui signa, ordines seruare didicere. Quod imperatur omnes exaudiunt: obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam, non duces magis quàm milites callent. & ne auri argentíque studio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit. Fatigatis humus cubile est: cibus, quē occupati parant, satiat: tempora somni arctiora quàm noctis sunt. Iam Thessali equites, & Acarnanes AEtolíq;, inuicta bello manus, fundis (credo) & hastis igne duratis repellētur. Pari robore opus est. In illa terra quæ hos genuit, auxilia quærenda sunt. Argētum istud atque aurum ad conducendum militem mitte.

LEGATORVM DARII ORATIO ad Alexandrum, Ex lib. IIII.

ARGVMENTVM.

Darius & armis iam duobus præliis ab Alexandro victus & admiratione virtutis cómotus, nuntiata illi⁹ humanitate & lenitate ergà captiuas mulieres, in primis verò erga vxorem, cui ille mortuæ non secus ac cóiugi illacrymarat, legatos ad eum de pace mittit, qui æquis conditionibus, si ad eas adduci possit, cum eo transigant. Ii ad eum quum venissent, ad exponendam legationem hac oratione sunt vsi, qua eum & blandè prolixéque pollicendo, & grauiter commonefaciendo ad pacem flectere sunt conati.

DArium (*inquit*) vt pacem à te iam hoc tertio peteret, nulla vis subegit, sed iustitia & continentia tua expressit. Matrem, coniugem, liberósque eius, nisi quòd sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ earum quæ supersunt, curam haud secus quàm parens agens, reginas appellas, speciē pristinæ fortunæ retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darii fuit quum dimitteremur ab eo: & ille tamen vxorem, tu hostem luges. Iam in acie stares, nisi cura te sepulturæ eius moraretur. Ecquid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? Quid opus est armis inter quos odia sublata sunt? Antea imperio tuo finem destinabat Halyn amnem qui Lydiā terminat: nunc quicquid inter Hellespontum & Euphratem est, in dotem filiæ offert, quam tibi tradit. Ochum filium quem habes, pacis & fidei obsidem retine. Matrē & duas virgines filias redde. Pro tribus corporibus L millia talētûm auri precatur accipias. Nisi moderationem animi tui notam haberem, non dicerem hoc esse tempus quo pacem non dare solùm, sed etiam occupare deberes. Respice quantum post te reliqueris, intuere quātum petas. Periculosum est prægraue imperium: difficile est continere quod capere non possis. Vidésne vt nauigia quæ modum excedunt, regi nequeāt? Nescio an Darius ideo tam multa amiserit, quia nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciūt. Facilius est quædam vincere quàm tueri. Quàm hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quàm continent? Ipsa mors vxoris Darii te admonere potest, minus iam misericordiæ tuæ licere quàm licuit.

PARMENIONIS ORATIO AD ALEXANDRUM, Ex eodem lib.

ARGVMENTVM.

Parmenio magna apud regem gratia constitutus, adhibitus ad regis deliberationē, de legatorum Darii postulatione sentētiam dicit, qua Alexandro autor est vt ad eas pacis conditiones quas ferebat Darius descendat: pacem bello anteponat: & malit certa præmia à Dario accipere quàm bello maiora, at minus certa, quærere.

ANtè suasissem (*ait*) vt captiuos apud Damascum redimentibus redderes. *Ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis qui multi uincti uirorum fortium occupauerant manus.* Et nunc magnopere censerem vt vnam anum & duas puellas, itinerū agminúmque impedimenta, triginta millibus talētis auri permutes. *Opimum regnum occupari posse conditione, non bello: nec quenquam alium inter Istrum & Euphratem possedisse terras ingenti spatio interualloque discretas. Macedoniam quoque respiceret potius quàm Bactra & Indos intueretur.*

ALEXANDRI ORATIO AD LEGATOS Darii, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Refutato Parmenione respondet legatis Darii Alexander, qui pacis præmia, si pace vti vellet, obtulerant. Ea Alexander omnia & pacis conditiones repudiat duabus de causis: quòd Darii insidiis appetitus sit, & quòd sua iam & à se occupata, sibi offerantur. Se ita ab armis discessurum dicit, si ille se suáque omnia victoris arbitrio dedat.

NVntiate Dario gratiarum actionem apud hostem superuacaneam esse, & me quæ fecerim clementer & liberaliter, non amicitiæ eius tribuisse, sed naturæ meæ: nec aduersus calamitates, sed aduersus hostium vires contendere. Bellum cum captiuis & fœminis gerere non soleo: armatus sit oportet quem oderim. Quòd si saltem pacē bona fide peteret, deliberarem forsitan an darem. Verumenimuero quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem meam pecunia solicitet, ad internitionem mihi persequendus est, nō vt iustus hostis, sed vt percussor veneficus. Cōditiones verò pacis quas fertis, si accepero, victorem eum faciunt. Quæ post Euphratem sunt, liberaliter donat. Vbi igitur me affamini? nēpe obliti estis. nam vltra Euphratem sum. Summum ergo dotis quam promittit terminum castra mea transeunt. Hinc me depellite, vt sciam vestrum esse quod ceditis. Eadem liberalitate dat mihi filiam suam, nempe quam scio alicui seruorum suorum nupturam. Multum verò mihi præstat si me Mazæo generum præponit. Ite, nuntiate regi vestro, & quę amisit & quæ adhuc habet, præmia esse belli. hoc regente vtriusque terminos regni, id quenque habiturum quod proximæ lucis assignatura fortuna est: & me in Asiam non venisse vt ab aliis acciperem, sed vt aliis darem. Si secundus, & non par mihi vellet haberi, facerem forsitan quæ petit. Cæterùm nec mundus duobus solibus potest regi, nec duo summa regna saluo statu terrarum potest habere. Proinde aut deditionem hodie, aut in crastinum, bellum paret: nec aliam sibi quàm expertus est, polliceatur fortunam.

DARII ORATIO AD MILITES, Ex libro IIII.

ARGVMENTVM.

Dimicaturus acie iā tertiùm aduersus Macedonas Darius, suos ad prælium præsenti animo capessendum hortatur, propositis iis quæ in deliberando grauissima sunt, salutis coniugum, liberorum, libertatis defensione: de quibus omnibus aut amittendis, aut recuperandis hoc prælio decernant. Clades acceptas commemorat, quò illis res redierit ostendit. Et ne superiorum cladium recordatio debilitet animos, extenuat ac despicit virtutē, res gestas, vires Alexandri. Denique mixtis cohortatione precibus eos animat.

TErrarum (*inquit*) quas Oceanus hinc alluit, illinc claudit Hellespontus, paulo antè domini, iam nō de gloria, sed de salute, & (quod saluti præponitis) de libertate pugnandum est. Hic dies imperium quo nullum amplius vidit ætas, aut constituet aut finiet. Apud Granicum minima virium parte cū hoste certauimus. In Cicilia victos

Syria poterat excipere. Magna munimenta regni Tigris atque Euphrates erant. Vetum est eò vnde pulsus ne fugæ quidem locus est. Omnia tã diutino bello exhausta post tergum sunt. Non incolas suos vrbes, non cultores habent terræ. Coniuges quoque, & liberi sequuntur hanc aciem, parata hostibus præda, nisi pro charissimis pignoribus corpora opponimus. Quod mearum fuit partium, exercitum, quem penè immensa planities vix caperet, comparaui: equos, arma distribui: cõmeatus ne tantæ multitudini deessent, prouidi: locum, in quo acies explicari posset, elegi. Cætera in vestra potestate sunt: audete modò vincere, famámque (infirmissimum aduersus fortes viros telum) contemnite. Temeritas est quam adhuc pro virtute timuistis: quæ vbi primum impetum effudit, velut quædam animalia amisso aculeo, torpet. Hi verò campi deprehendêre paucitatem quam Ciliciæ montes absconderant. Videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam & exhaustam. Nam vltimi quos locauit auersos, terga iam præbent. Obteri, me hercule, equorum vngulis possunt, etiam si nihil præter falcatos currus emisero, & bello vicerimus si vincimus prælio. Nam ne illis quidem ad fugam locus est. Hinc Euphrates, illinc Tigris prohibet inclusos: & quæ antea pro illis erant, in contrarium conuersa sunt. Nostrum mobile & expeditum agmen est, illud præda graue. Implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eadémque res & causa victoriæ erit & fructus. Quòd si quem è vobis nomen gentis mouet, cogitet Macedonum illic arma esse, non corpora. Multum enim sanguinis inuicem hausimus, & semper grauior in paucitate iactura est. Nam Alexander quantuscunque ignauis & timidis videri potest, vnum animal est: &, si quid mihi creditis, temerariũ & vecors, adhuc nostro pauore, quàm sua virtute felicius. Nihil autem potest esse diuturnum cui nõ subest ratio. Licet felicitas aspirare videatur, tamen ad vltimum temeritati non sufficit. Præterea breues & mutabiles vices rerum sunt, & fortuna nunquam simpliciter indulget. Forsitan ita dii fata ordinauerũt, vt Persarum imperium, quod secundo cursu per c c x x x annos ad summum fastigium euexerant, magno motu concuterent magis quàm affligerent, admoneréntque nos fragilitatis humanæ, cuius nimia in prosperis rebus obliuio est. Modò Græcis vltrò bellũ inferebamus, nunc in sedibus nostris propulsamus illatum. Iactamur inuicem varietate fortunæ. Videlicet imperium, quod mutuò affectamus, vna gens non capit. Cæterùm etiamsi spes non subesset, necessitas tamen stimulare deberet. Ad extrema peruẽtum est. Matrem meam, duas filias, Ochum in spem huius imperii genitũ, illos principes, illã sobolẽ regiæ stirpis, duces vestros, regũ instar vinctos habet: nisi quod in vobis est, ipse ego maiore parte captiuus sum. Eripite viscera mea ex vinculis, restituite mihi pignora, pro quibus ipse mori non recuso. Parentem, liberos (nam coniugem in illo carcere amisi) credite nunc omnes extendere ad vos manus, implorare patrios deos, opem vestram, misericordiam, fidem exposcere, vt seruitute, vt compedibus, vt precario victu ipsos liberetis. An creditis æquo animo iis seruire quorũ reges esse fastidiunt? Video admoueri hostium aciem: sed quo propius discrimen accedo, hoc minus iis quæ dixi, possum esse cõtentus. Precor vos per deos patrios æternúmque ignem qui præfertur altaribus, fulgorémque solis intra fines regni mei orientis, per æternam memoriam Cyri, qui ademptum Medis Lydísque imperium primus in Persidem intulit, vendicate ab vltimo dedecore nomen gentémque Persarum. Ite alacres & spe pleni, vt quam gloriam accepistis à maioribus vestris, posteris relinquatis. In dextris vestris iam libertatem, opem, spẽ futuri temporis geritis. Effugit mortem, quisquis contempserit: timidissimum quenque consequitur. Ipse non patrio more solum, sed etiam vt conspici possim, curru vehor: nec recuso quo minus imitemini me, siue fortitudinis exemplum, siue ignauiæ fuero.

EVCTEMONIS CYNAEI ORATIO,
Ex libro v.

ARGVMENTVM.

Græci captiui ad quater mille, quum crudelissimè essent à Persis accepti, & fœda corporum laceratione detur pati, se in Alexandri fidem, qui tum eas partes vincendo peragrabat, contulerunt, dubii tamen quid potissimum ab eo contenderent. Qua de re quũ anceps esset consilium, aut in iis locis considendi, aut patriæ repetendæ, dictæ sunt in vtranque partem sententiæ. Euctemoni huic placet in iis regionibus habitandi domiciliũ

ab Alexandro postulare, tum quia imbecillitas corporum iactationem viæ ferre nõ possent, tum quia ita deformati ne honestè quidem in suorum conspectũ prodire possent.

HI qui modò ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus, vt nunc simplicitas nostra est, supplicia quorum nos pudeat magis an pœniteat, incertum est, ostentare Græciæ velut lætum spectaculum cupimus. At ii optimè miserias ferunt, qui abscondunt: nec vlla est tam familiaris infelicibus patria quàm solitudo, & status prioris obliuio. Nam qui multum in suorũ misericordia ponunt, ignorant quàm celeriter lacrymæ inarescant. Nemo fideliter diligit quem fastidit: nam & calamitas querula est, & superba felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet, quum de aliena deliberat: & nisi mutuò essemus miseri, olim alius alii potuissemus esse fastidio. Quid mirum est fortunatos semper parem quærere? Obsecro vos, olim vita defuncti, quæramus locum in quo hæc semesa membra obruamus: vbi horribiles cicatrices cælet exilium. Ingrati prorsus coniugibus quas iuuenes duximus, reuertemur. Liberi in flore & ætatis & rerum agnoscent, & fratres, ergastuli detrimenta? Et quota pars nostri tot obire terras potest? Procul Europa in vltima orientis relegati, senes, debiles, maiore membrorum parte mutilati, tolerabimus scilicet quæ armatos & victores fatigauerunt? Coniuges demum, quas captis sors & necessitas vnicum solatium applicuit, paruósque liberos, trahimus nobiscum, an reliquimus? Cum his venientes nemo agnoscere volet. Relinquemus ergo extemplo præsentium pignora, quum incertum sit an visuri sumus ea quæ petimus? Inter hos latendum est qui nos miseros nosse cœperunt.

THEATI ATHENIENSIS ORATIO,
Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Vltrò citróque, vt diximus, res est inter Græcos agitata, manerent an patriam reuisserent. Contrariæ sententiæ illi superiori autor est Theatus Atheniensis. Profectionem enim suadet posthabita deformitatis illius verecundia, itineris verò laboribus præ desiderio patriæ neglectis, & locorum in quibus essent, feritate proposita. Quanuis autem hæc oratio obliqua sit, quia tamen est ἀντιλογικὴ respondens videlicet superiori, non visa est prætereunda.

N*Eminem pium habitu corporis suos æstimaturum, utique sæuitia hostis, non natura, calamitosos. Dignum esse omni malo qui erubesceret fortunæ: tristem enim de mortalitate ferre sententiam, & desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit. Deos (quod ipsi nunquam ausi optare forent) offerre patriã, cõiuges, liberos, & quicquid homines uel uita æstimant, uel morte redimunt: quin illi ex hoc carcere erũperent. Aliũ domi esse cæli haustũ, alium lucis aspectum. mores, sacra, linguæ commercium etiam à barbaris expeti, quæ ingenita ipsi omissuri sint sua sponte, non ob aliud tam calamitosi quàm quod illis carere coacti essent. Se certè rediturum ad penates & in patriam, tantoque beneficio regis usurum. si quos contubernii liberorúmque quos seruitus coegisset agnoscere, amor detineret, relinquerent, quibus nil patria charius est.*

DARII ORATIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Darius, quũ iam ter aduerso Marte pugnasset, exiguas haberet tãtarum cladium reliquias, sed ne satis quidem eas exploratæ fidei, tæderétque eum diuturnæ fugæ, quod in summa rerum desperatione fieri assolet, statuit postremo prælio de rerum summa decernere. Verùm quia id non antè poterat quàm suorum animos partim tentasset, partim confirmasset, hac oratione est vsus, qua labantes aliorum animos retinere & cõciliare, aliorum ægros consolari, omnium infirmos corroborare conatur. Suadet igitur vt tot calamitates vno vel secundo vel aduerso prælio finiant. Sibi quidem certam esse ostendit hoc vno certamine aut emori aut clades acceptas sarcire.

SI me cum ignauis (*inquit*) & pluris qualemcunque vitam morte honesta æstimantibus fortuna iunxisset, tacerem potius quàm frustra verba consumerem: sed maiore quàm vellem documento & virtutem vestram & fidem expertus, magis etiam conniti debeo vt dignus talibus amicis sim, quàm dubitare an vestri similes adhuc sitis. Ex tot millibus quæ sub imperio fuerunt meo, bis victum, bis fugientem persequuti

estis.Fides vestra & constantia,vt regem me esse credam,facit.Proditores & trãsfugæ in vrbibus meis regnant,non hercule qui tanto honore digni habeantur,sed vt præmiis eorum vestri solicitentur animi.Meam tamen fortunam quàm victoris maluistis sequi:dignissimi quibus si ego non possim,dii pro me gratiam referant, & mehercule referent. Nulla erit tam surda posteritas,nulla tam ingrata fama,quæ nõ in cælũ vos debitis laudibus ferat.Itaque etiamsi consilium fugæ,à qua multùm abhorret animus, agitassem, vestra tamen virtute fretus obuiam issem hosti.Quousq; enim in regno exulabo, & per fines imperii mei fugiam externum & aduenam regem,quum liceat experto belli fortunã aut reparare quæ amisi,aut honesta morte defungi? Nisi fortè satius est expectare victoris arbitrium,& Mazæi & Mithrenis exemplo precarium accipere regnum nationis vnius,vt iam malit ille gloriæ suæ quàm iræ obsequi. Nec dii siuerint vt hoc decus mei capitis, aut demere mihi quisquã,aut condonare possit,ne hoc imperium viuus amittã. Idémque erit regni mei qui & spiritus finis. Si hic animus,si hæc lex, nulli non parta libertas est:nemo è vobis fastidium Macedonum,nemo vultum superbũ ferre cogetur. Sua cuique dextera aut vltionem tot malorum pariet,aut finem.Equidem quàm versabilis fortuna sit,documentum ipse sum.Nec immeritò mitiores vices eius expecto. Sed si iusta ac pia bella dii auersantur,fortibus tamen viris licebit honestè mori. Per ego vos decora maiorum qui totius orientis regna cum memorabili laude tenuerunt, per illos viros quibus stipendium Macedonia quondam tulit,per tot nauium classes in Græciã missas,per tot trophæa regum,oro & obtestor, vt nobilitate vestra gẽtisque dignos spiritus capiatis,vt eadem constantia animorum qua præterita tolerastis, experiamini quicquid deinde sors tulerit. Me certè in perpetuum, aut victoria egregia nobilitabit, aut pugna.

NABARZANIS ORATIO, Ex eod.lib.

ARGVMENTVM.

Darii orationi qua se in aciem descẽdere velle dixit,ab vno Nabarzane,qui inter purpuratos erat,reclamatum est.Is enim,vt qui primùm regem in vinculis habere, deinde imperii reliquias inuadere cum participe eiusdem sceleris Besso moliretur, hac autem dimicatione conatus suos auerti videret, regem ab eo conflictu deterrere voluit. Autor igitur est Dario perfidiosus suasor vt tantisper se imperio abdicet, dum alter susceptis gubernaculis feliciter rem gerat,& inclinatam restituat.Cæterùm ad Bessum conscium sceleris satrapen,sua sententia summam rerum defert.

SCio me(*inquit*)sententiam esse dicturum prima specie haud quaquam auribus tuis gratam: sed medici quoque grauiores morbos asperis remediis curant: & gubernator,vbi naufragium timet,iactura quicquid seruari potest,redimit. Ego tamen non vt damnum quidem facias,suadeo,sed vt te ac regnum tuum salubri ratione conserues. Diis aduersis bellum inimus,& pertinax fortuna Persas vrgere nõ desinit. Nouis initiis & hominibus opus est.Auspicium & imperium alii trade interim, qui tandiu rex appelletur,donec Asia decedat hostis: victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autẽ breui futurũ ratio promittit.Bactra intacta sunt:Indi & Sagæ in tua potestate:tot populi,tot exercitus,tot equitum peditúmque millia ad renouandum bellum vires paratas habent, vt maior belli moles supersit quàm exhausta sit.Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam?Fortium virorum est magis mortem contemnere quàm odisse vitã. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui compelluntur ignaui:ac virtus nihil inexpertum omittit.Itaque vltimum omnium mors est,ad quam non pigrè ire satis est.Proinde si Bactra,quod tutissimum receptaculum est,petimus,præfectum regionis eius Bessum,regẽ temporis gratia,statuamus.Compositis rebus, iusto regi tibi fiduciarium restituet imperium.

ALEXANDRI ORATIO, Ex libro VI.

ARGVMENTVM.

Inclinatis iam animis multitudinis ad requietẽ laboriosæ militiæ optandam,accesserat sparsus sine autore quidem,sed ex diuturniorum statiuorum occasione excitatus missionis rumor.Qui etsi temere percrebuerat,tamen tanta fuerat omnium auiditate

acceptus

acceptus, vt iam totis castris à gregariis militibus reditus cōpararetur. Quæ res non mediocriter Alexādrū vix ea ingressum quæ animo & spe præceperat, perculit. Itaq; procedibus per errorem incusatis, illis ipsis autoribus vulgus ab eo errore & cupiditate deducere hac oratione statuit. Qua leniter obiurgat milites quòd immaturum suarum victoriarum fructum velint percipere. Duas exponit consilii sui causas, cur nōdum incœptis desistat. Neque quæ parta sint retineri posse, nisi subactis hostibus qui supersint: & his domitis, multo vberiores victoriæ fructus ostendi & sese offerre. Hæc nisi pacata teneri non posse: pacata verò secum multo his plura esse allatura. Eos præterea ad persequendas de percussoribus Darii pœnas impellit.

MAgnitudinem rerum quas gessimus, milites, intuētibus vobis, minimè mirum est, & desiderium quietis & satietatem gloriæ occurrere: vt omittā Illyricos, Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam, Achæos, Pelopōnesum, quorum alia ductu meo, alia imperio auspicióq; perdomui. Ecce orsi bellum ad Hellespōntum, Ionas, AEolidē seruitio barbariæ impotentis exemimus. Cariam, Lydiam, Cappadociā, Phrygiam, Paphlagoniā, Pamphyliā, Pisides, Ciliciam, Syriā, Phœnicē, Armeniam, Persidē, Medos, Parthienem habemus in potestate. Plures prouincias complexus sum quàm alii vrbes ceperunt: & nescio an enumeranti mihi quasdam ipsarum rerū multitudo subduxerit. Itaq; si crederem satis certā esse possessionem terrarū quas tanta velocitate domuimus, ego verò milites ad penates meos, ad parentem sororésq; & cæteros ciues, vel renitentibus vobis erūperem, vt ibi potissimùm parta vobiscum laude & gloria fruerer, vbi nos vberrima victoriæ præmia expectāt, liberorū, coniugū, parētúmq; lætitia, pax, quies, rerū per virtutem partarū secura possessio. Sed in nouo & (si verū fateri volumus) precario imperio, adhuc iugū eius rigida ceruice subeūtibus barbaris, tēpore (milites) opus est, dum mitioribus ingeniis imbuuntur, & efferatos mollior consuetudo permulcet. Fruges quoque maturitatem statuto tēpore expectant, adeo etiam illa sensus omnis expertia, tamen sua lege mitescunt. Quid creditis tot gentes alterius imperio ac nomine assuetas, non sacris, non moribus, nō cōmercio linguæ nobiscū cohærentes, eodem prælio domitas esse quo victæ sunt? Vestris armis continentur, nō suis moribus: sed qui præsentes metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas & inclusas, quia ipsarū natura non potest, longior dies mitigat. Et adhuc sic ago tanquā omnia subacta sint armis quæ fuerūt in ditione Darii. Hyrcaniam Nabarzanes occupauit. Bactra non possidet solùm parricida Bessus, sed etiam minatur. Sogdiani, Dahæ, Massagetæ, Sacæ, Indi sui iuris sunt. Omnes hi simul, si terga nostra viderint, sequentur. Illi enim eiusdem nationis sunt, nos alienigenæ & externi. Suis autem quique parent placidius, etiā quū is præest qui magis timeri potest. Proinde aut quæ cepimus, omittenda sunt: aut quæ nō habemus, occupāda. Sicut in corporib⁹ ægris, milites, nihil quod nociturum est medici relinquūt, sic nos quicquid obstat imperio, recidamus. Parua sæpe scintilla cōtēpta magnū excitauit incendiū. Nil tutò in hoste despicitur: quē spreueris, valētiore negligētia facies. Ne Dari⁹ quidē hæreditariū Persarū accepit imperiū, sed in sedē Cyri beneficio Bagoæ castrati hominis admissus: ne vos magno labore credatis Bessum vacuū regnū occupaturū. Nos verè peccauimus milites, si Dariū ob hoc vicimus vt seruo eius traderemus imperiū, qui vltimū ausus scelus, regē suū etiā externæ opis egentē, certè cui nos victores pepercissemus, quasi captiuū in vinculis habuit, ad vltimū, ne à nobis cōseruari posset, occidit. Hunc vos regnare patiemini? quē equidē crucifixū videre festino, omnibus regibus gētibúsq; fidei quam violauit, meritas pœnas soluentem. At hercule si mox eundem Græcorū vrbes, aut Hellespontū vastare nuntiatū erit vobis, quo dolore afficiemini, Bessum præmia vestræ occupasse victoriæ? Tūc ad repetēdas res festinabitis, tunc arma capietis. Quanto autē præstat territū adhuc, & vix mētis suæ cōpotē opprimere? Quatridui nobis iter superest, qui tot proculcauimus niues, tot amnes superauimus, tot mōtiū iuga trāscurrimus: non mare illud quod exæstuans iter fluctibus occupat, eūtes nos moratur: nō Ciliciæ fauces & angustiæ includūt: plana omnia & prona sunt, in ipso limine victoriæ stamus. Pauci nobis fugitiui, & domini sui interfectores supersunt. Egregiū mehercule opus, & inter præmia gloriæ vestræ numerādū, posteritati famæq; tradetis: Dariisquoq; hostis, finito post mortē eius odio, parricidas vos vltos: neminē impiū effugisse manus vestras. Hoc perpetrato, quātò creditis Persas obsequentiores fore, quū intellexerint vos pia bella suscipere, & Bessi sceleri, non nōmini suo, irasci?

CRATERI ORATIO, Ex eodē lib.

ARGVMENTVM.

Macedones aliquot inierant regis sui de medio tollendi consilium. Sed re per indices patefacta, comprehensi sunt, & oppressa coniuratio. Verùm quia erant in ea coniuratione aliquot clari & nobiles, noluit Alexander quicquā in eos nisi ex amicorū sententia statuere. Ad eos igitur cōuocatos rē detulit. Ex quibus Craterus, in paucis regi charus sententiā rogatus, censuit more maiorū in eos esse animaduertendū. Nec quia illustres essent, idcirco dignitati potius eorū quàm capiti regis esse parcendū. Magnitudinē periculi proponit, & audaciam parricidarum, quæ licentiæ contagione serpet longius nisi in his cohibeatur.

VTinam (*inquit*) in principio quoq; huius rei nobiscū deliberasses. Suasissemus, si Philotæ velles ignoscere, paterere potius ignorare eū quantū deberet tibi, quàm vsque ad mortis metum adductum, cogeres potius de periculo suo quàm de tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit: tu nō semper Philotæ poteris ignoscere. Nec est quòd existimes, eum qui tantum facinus ausu est, venia posse mutari. Scit eos qui misericordiam consumpserunt, amplius sperare nō posse. At ego etiāsi ipse vel pœnitentia vel beneficio tuo victus, quiescere volet, patrem eius Parmenionē tanti ducem exercitus, & inueterata apud milites tuos autoritate, haud multùm infra magnitudinis tuæ fastigium positum, scio non æquo animo salutem filii sui debiturū tibi. Quædam beneficia odimus. Meruisse mortem, cōfiteri pudet. Superest vt malit videri iniuriā accepisse quàm vitam. Proinde scio tibi cum illis de salute esse pugnandū. Satis hostiū superest, ad quos persequendos ituri sumus. Latus à domesticis hostibus muni. Hos si submoueas, nihil metuo ab externo. *Hæc Craterus. Nec cæteri dubitabant quin coniurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi autor aut particeps.* Quem enim pium & bonæ mētis, non amicum modò, sed ex vltima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, nō protinus ad regem fuisse cursurum? nec Ceballini quidem exemplo qui ex fratre comperta ipsi nuntiasset. Parmenionis filium præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum, simulasse etiam non vacasse sermoni suo regem, ne index alium internuntium quæreret. Nicomachum religione quoque deûm adstrictum, conscientiam suam exonerare properasse. Philotam consumpto per ludum iocúmque penè toto die, grauatum esse pauca verba ad caput regis pertinentia, tam longo & forsitan superuacuo inserere sermoni. At enim si non credidisset talia deferētibus pueris, cur igitur extraxisset biduum, tāquam indicio haberet fidem? Dimittendum fuisse Ceballinum, si dilationem eius damnabat. In suo quenque periculo magnum animum habere, quum de salute regis timeretur, credulos esse debere, vana quoque deferenteis admittere. *Omnes igitur quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse decernunt.*

PHILOTAE ORATIO, Ex eod. libro.

ARGVMENTVM.

Philotas erat clarissimi Macedonis Parmenionis filius. Is nō coiuerat quidē cū cōiuratis illis, vt vim regi omnes afferrēt: sed rē ad se delatā per indicē, vt modò attigimus, silētio præteriit, pollicitus tamē se ad regē perlaturū, admonētémq; illū & vrgētē vt ad regē deferret, eludebat & aliud ex alio excusabat. Admonebatur autē hîc insidiarū pótissimùm, quòd ex cohorte regia erat, & præter cæteros clar⁹, magnáq; apud regē gratia. Re igitur per alios patefacta, primùm ad causam dicēdā est accersitus ad regē solutus, pòst cōsultis à rege amicis, in vincula est cōiectus & ad cōcionē productus, graui⁹ etiā quàm cæteri est ab eo accusatus: & ex silētio cōiurationis reus peractus. Admissus tamē est etiā ad causam pro cōcione dicēdā: verùm aberat rex quū is pro se diceret. Hāc igitur tū pro se orationē habuit, qua inficiatur intētū à rege crimē: suspiciones diluit: argumēta conatur refellere: multa quæ in eū erāt inuidiose cōiecta reiicit. Purgat se crimine appetiti dominatus, quo insimulatus fuerat, & cogitati parricidii in regē. Patrē qui eadē laborabat inuidia, & crimine eodē premebatur, sed absens, etiā defendit. Vicē illius nō minus ac suā deflet: quòd reus sit atrocissimi criminis & particeps acerbissimi casus filii sui.

VErba (*inquit*) innocenti facile est, modum verborum misero tenere difficile. Itaq; inter optimam cōscientiā, & iniquissimā fortunā destitutus ignoro quomodo animo meo & tēpori pareā. Abest quidem optimus causæ meæ iudex: qui cur me ipse audire noluerit, nō me hercule excogito, quū illi vtiq; cognita causa tā damnare me liceat quàm absoluere: nō cognita verò, liberari ab absente nō possū, qui à præsente damnatus sum. Sed quanquam vincti hominis non superuacua solùm sed etiam inuisa

defensio est, quæ iudicem non docere videtur, sed arguere: tamē, vtcunque licet me dicere, memetipse non deseram, nec committam vt damnatus etiam mea sentētia videar. Equidem cuius criminis reus sim, non video. Inter coniuratos nemo me nominat. De me Nicomachus nihil dixit: Ceballinus plusquam audierat, scire non potuit. Atqui cōiurationis caput me fuisse credit rex. Potuit ergo Dymnus eum præterire quem sequebatur? præsertim quum quærenti socios vel falsò fuerim nominandus, quò facilius qui tentabatur posset impelli. nō enim detecto facinore nomen meum præteriit, vt posset videri socio pepercisse Nicomachus, quem taciturum arcana de semetipso credebat cōfessus, aliis nominatis me vnum subtrahebat. Quæso, commilitones, si Ceballinus non me adisset, nihil me de coniuratis scire voluisset, num hodie dicerem causam nullo me nominante? Dymnus sanè & viuat adhuc, & velit mihi parcere: quid cæteri qui de se cōfitebūtur? me videlicet subtrahēt? Maligna est calamitas, & verè noxius, quū suo supplicio crucietur, acquiescit alieno. Tot conscii ne in equuleum quidem impositi verum fatebuntur? Atqui nemo parcit morituro, nec cuiquam moriturus, vt opinor. Ad verum crimen, & ad vnum reuertendum mihi est. Cur rem delatam ad te tacuisti? cur tam securius audisti? Hoc qualecunque est, confesso mihi, vbicunque es, Alexander remisisti: dexteram tuam amplexus, reconciliati pignus animi, conuiuio quoq; interfui. Si credidisti mihi, absolutus sum: si pepercisti, dimissus. Vel iudicium tuū serua. Quid hac proxima nocte qua digressus sum à mensa tua feci? Quod nouum facinus delatum ad te mutauit animum tuum. Graui sopore acquiescebam, quum me malis indormiētem meis inimici vinciendo excitarunt. Vnde & parricidæ & proditori tam alti quies somni? Scelerati conscientiā, obstrepente quum dormire non possint, agitant eos furiæ, non cogitato modò, sed & consummato parricidio. At mihi securitatē primùm innocentia mea, deinde dextera tua obtulerant. Non timui ne plus alienæ crudelitati apud te liceret quàm clementiæ tuæ. Sed ne te mihi credidisse pœniteat, res ad me deferebatur à puero qui non testem, non pignus indicii exhibere poterat, impleturus omnes metu, si cœpisset audiri. Amatoris & scorti iurgio interponi aures meas credidi infelix, & fidem eius suspectam habui, quòd non ipse deferret, sed fratrem potius subornaret. Timui ne negaret mandasse se Ceballino, & ego viderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. Sic quoque quum læserim neminem, inueni qui mallet perire me quàm incolumē esse. Quid inimicitiarū creditis accepturū fuisse, si insontes lacessissem? At enim Dymnus se occidit. Num igitur facturū eum diuinare potui? Minimè. Ita quod solum indicio fidem fecit, id me quum à Ceballino interpolatus sum, mouere non poterat. At hercule si conscius Dymno tanti sceleris fuissem, biduo illo proditos esse nos dissimulare non debui. Ceballinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit: deinde post delatū indiciū quid opperiturus erā? Cubiculū regis solus intraui ferro quidē cinctus. Cur distuli facin⁹? an sine Dymno nō sum ausus? Ille igitur princeps cōiurationis fuit. Sub illius vmbra Philotas latebā, qui regnū Macedonū affecto. Ecquis è vobis corruptus est donis? quē ducē quem præfectū impēsius colui? Mihi quidē obiicitur quòd societatē patrii sermonis aspernér, quòd Macedonū mores fastidiam. Sic ego imperio quod dedignor immineo. Iāpridē natiuus ille sermo cōmercio aliarū gētiū exoleuit: tā victoribus quàm victis peregrina lingua discēda est. Nō mehercule ista me magis lædūt quàm quòd Amyntas Perdiccæ filius insidiat⁹ est regi: cū quo quòd amicitia fuerit mihi, nō recuso defendere, si fratrē regis nō oportuit diligi à nobis. Sin autē in illo fortunæ gradu positū etiā venerari necesse erat, vtrū quæso, quòd nō diuinaui, reus sum? An impiorū amicis insontib⁹ quoq; moriēdū est? Quod si æquū est, cur tādiu viuo? si iniustū, cur nūc demū occidor? At enim scripsi misereri me eorū quib⁹ viuēdū esset sub eo qui se Iouis filiū crederet. Fides amicitiæ, veri cōsilii periculosa libertas, me decepistis: vos, quæ sentiebā, ne reticerē impulistis. Scripsisse me hoc fateor regi, nō de rege: nō enim faciebā inuidiā, sed pro eo timebā. Dignior mihi Alexander videbatur qui Iouis stirpem tacitus agnosceret quàm qui prædicatione iactaret. Sed quoniā oraculi fides certa est, sit deus causæ meæ testis. Retinete me in vinculis, dum cōsulitur Ammonius in arcanum & occultum scelus. Interim qui regem nostrum dignatus est filiū, neminem eorum qui stirpi suæ insidiati sunt, latere patietur. Si certiora oraculis creditis esse tormēta, ne hanc quidē exhibēdæ veritatis fidē deprecor. Solent rei capitis adhibere vobis parētes. Duos fratres ego nuper amisi, patrē nec ostēdere possum: nec inuocare audeo, quum & ipse tāti criminis reus sit. Parum est enim tot

modò liberorum parentem, in vnico filio acquiescentem, eo quoque orbari, ni ipse in rogum meum imponitur. Ergo charissime pater, & propter me morieris & mecũ. Ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam extinguo. Quid enim me procreabas infelicem aduersantibus diis? An vt hos ex me fructus perciperes qui te manent? Nescio adolescentia mea miserior sit, an senectus tua. Ego in ipso robore ætatis eripior, tibi carnifex spiritum adimet, quem si fortuna expectare voluisset, natura poscebat. Admonuit me patris mei mētio quàm timidè & cunctáter, quæ Ceballinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim quum audisset venenum à Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epistola scripta, quominus medicamentum biberet quòd medicus dare constituerat. Num creditum est patri meo? num vllam autoritatem eius literæ habuerunt? Ego ipse quoties quæ audieram detuli, cum ludibrio credulitatis repulsus sum. Sic & quũ indicam⁹ inuisi, & quũ tacemus, suspecti sumus. Quid facere nos oportet? *Quũm que vnus è circunstatium turba exclamasset, Benemeritis non insidiari:* Philotas, Rectè (*inquit*) quisquis es, dicis. Itaque si insidiatus sum, pœnam non deprecor: & finem facio dicendi, quoniam vltima verba gratia sunt visa auribus vestris.

AMYNTAE ORATIO, Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Amyntas Macedo, non fuerat quidē nominatus inter cōiuratos neque ab indice neque à reis quũ in tormētis essent, sed suspicione vrgebatur ob nimiā cũ Philota cōiunctionē, & quòd frater eius profugerat. Itaque ab rege vinciri iussus, necato Philota, productus statim in cōcionē fuit. Crimini data est cũ Philota arcta necessitudo & recens cũ eo cōgressus, aliquot dictorũ procacitas, equi scribæ imperāti ferociùs denegati, matris Alexādri ipsius literæ quibus vt sibi ab hoc caueret filiũ monebat. Admissus ad causā dicēdā Amyntas, diluit ea crimina omnia, sed præposterè, orsus à grauissimo, de iis quæ in regē intēperanter esset debacchatus. Defēsionis hæc est summa: Procacitatē purgat, excusata impotentia animi et linguæ quam durissimi labores militibus crebrius afferant: cōiunctionem cũ Philota nō excusat, sed si quid est culpæ, eā omnē ab rege dicit sustineri qui hũc ornādo, fecisset vt eius amicitiā omnes appeterent. Recusationem equorum confert in penuriā. Suspiciones matris deriuat in illius simultatē quā ipse officiosè in regem faciendo in se concitasset. Fugam fratris purgat illius ipsius interuētu.

QValiscunque (*inquit*) exitus nos manet, rex, confitemur prosperum euentum tibi debituros, tristiorem fortunæ imputaturos. Sine præiudicio dicimus causam: liberis corporibus animisque habitũ etiā in quo te comitari solemus, reddidisti. Causam non possumus, fortunam timere desinemus. Te quæso, permittas mihi id primum defendere quod à te vltimum obiectum est. Nos, rex, sermonis aduersus maiestatē tuā habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem iampridem vicisse te inuidiam, nisi periculum esset ne alia malignè dicta crederes blanda oratione purgari. Cæterùm etiamsi militis tui vel in agmine deficientis & fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo ægri & vulnera curantis, aliqua vox asperior esset accepta, merueramus fortibus factis vt malles eā tempori nostro imputare quàm animo. Quum quid accidit tristius, omnes rei sunt: corporibus nostris, quæ vtique non odimus, infestas admouemus manus: parētes liberis si occurrant, & ingrati & inuisi sunt. Contrà quũ donis honoramur, quũ præmiis onusti reuertimur, quis ferre non potest? Quis illam animorũ alacritatē continere? Militantiũ nec indignatio nec lætitia moderata est. Ad omnes affectus impetu rapimur. Vituperamus, laudamus, miseremur, irascimur. Vtcunque præsens mouet affectio, modò Indiam adire & oceanum libet, modò coniugũ & liberorum patriæque memoria occurrit. Sed has cogitationes, has inter se colloquentium voces, signum tuba datum finit. In suos ordines quisque currimus, & quicquid irarum in tabernaculo cōceptum est, in hostium effunditur capita. Vtinam Philotas quoque intra verba peccasset. Proinde ad id reuertar propter quod rei sumus. Amicitiam quæ nobis cũ Philota fuit, adeo non eo inficias, vt expetisse quoq; nos, magnósq; ex ea fructus percepisse confitear. An verò Parmenionis quē tibi proximũ esse voluisti, filiũ, omnes penè amicos tuos dignatione vincentem cultum à nobis esse miraris? Tu hercule (si verũ audire vis) rex, huius nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit vt ad Philotam decurrerent qui placere vellēt tibi? Ab illo trāditi, ad hũc gradũ amicitiæ tuæ ascēdimus. Is apud te fuit, cuius gratiā expetere & iram timere possemus. An non propemodũ in tua verba tui omnes te præeunte iurauimus, eosdem nos inimicos amicósq; habituros esse quos tu haberes? hoc sacramento

pietatis obstricti aduersaremur, scilicet quem tum omnibus præferebas. Igitur si hoc crimen est, tu paucos innocentes habes, imò hercule neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt: sed totidem quot volebant, esse non poterant. Ita si à consciis amicos non diuidis, nec ab amicis quidem separabis illos qui idem esse voluerunt. Quod igitur conscientiæ affertur indicium? vt opinor, quia pridie familiariter & sine arbitris loquutus est nobiscum. At ego purgare non possem, si pridie quicquam ex vetere vita ac more mutassem. Nunc verò si vt omnibus diebus, illo quoq; qui suspectus est, fecimus, consuetudo diluet crimen. Sed equos Antiphani non dedimus, & pridie quàm Philotas detectus est, hæc mihi cũ Antiphane res erat. Qui si nos suspectos facere vult, quòd illo die equos nõ dedimus, semetipsum quòd eos desiderauerit, purgare nõ poterit. Anceps enim crimen est inter retinẽtẽ & exigentem, nisi quòd melior est causa suum non tradentis quàm poscentis alienum. Cæterùm, rex, equos decem habui, è queis Antiphanes octo iam distribuerat iis qui amiserãt suos. Omnino duos ipse habebã, quos quum vellet abducere homo superbissimus, certè iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar. Nec inficias eo liberi hominis animo loquutũ esse me cum ignauissimo, & hoc vnum militiæ suæ vsurpante vt alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est vt verba mea eodem tempore & Alexandro excusem & Antiphani. At hercule mater de nobis inimicis tuis scripsit. Vtinam prudentius esset solicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret. Quare enim nõ adscribit metus sui causam? Denique non ostendit autorem, quo facto dictóue nostro mota, tam trepidas tibi literas scripsit. O miseram conditionem meam cui forsitan non periculosius est tacere quàm dicere. Sed vtcunque cessura res est, malo tibi defensionem meam displicere quàm causam. Agnosces autem quæ dicturus sum: quippe meministi quũ me ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te multos integros iuuenes in domo tuæ matris abscondi. Præcepisti igitur mihi ne quem præter te intuerer, sed detrectãtes militiam perducerem ad te. Quod equidem feci, & liberius quàm expediat mihi, exequutus sum imperium tuum. Gorgiam & Hecatæum & Gorgatam, quorum bona opera vteris, inde perduxi. Quid igitur iniquius est quàm me, qui, si tibi non paruissem, iure daturus fui pœnas, nunc perire quia parui? Neque enim vlla alia matri tuæ persequendi nos causa est quàm quòd vtilitatem tuam muliebri præposuimus gratiæ. VI millia Macedonum peditum, & DC equites adduxi, quorum pars sequutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem. Sequitur ergo vt quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem qui iræ eius nos obtulisti.

COBARIS ORATIO,
Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Bessus Darii percussor deliberat inter scyphos cum familiaribus quemadmodum Alexandro persequenti resistant. Ipse sentẽtiã suã aperit, vt fuga salutem quærant, seque in remotas Asiæ partes, & profundorum fluminum diuortiis diuisis abdant, vbi se illis naturæ munimentis tueantur. Eunt in hanc sententiam alii: vnus Cobares, saniore mẽte hoc consilium improbat, & Besso autor est vt se Alexãdro dedat & eius arbitrio permittat. Hoc pacto spẽ affulgere aliquam incolumitatis quæ in fuga nulla relicta sit.

NAtura (*inquit*) mortaliũ hoc quoq; nomine praua & sinistra dici potest, quòd in suo quisque negotio hebetior est quàm in alieno. Turbida facta sunt consilia eorum qui sibi suadent. Obstat aliis metus, aliis cupiditas, nõnũquã naturalis eorum quæ cogitaueris amor: nam in te superbia nõ cadit. Expertus es vnumquenque quod ipse repererit, aut solum aut optimum ducere. Magnum onus sustines capite regium insigne. Hoc aut moderatè perferẽdũ est, aut (quod abominor) in te ruet. Consilio, non impetu opus est. *Adiicit deinde quod apud Bactrianos uulgo usurpant, Canem timidum uehementius latrare quàm mordere. Altissima quæque flumina minimo sono labi. Quæ inserui ut qualiscunque inter barbaros potuit esse prudentia, traderetur. In his audientium suspensam dederat expectationem sui.*

Tum consilium aperit utilius Besso quam gratius. In vestibulo (*inquit*) regiæ tuæ velocissimus cõstat rex. Antè ille agmen quàm tu mensam istam mouebis. Nunc ab Tanai exercitum accerses,& armis flumina oppones. Scilicet quà tu fugiturus es, hostis sequi non potest. Iter vtrique commune est, victori tutius. Licet strenuum metum putes esse, velocior tamẽ spes est. Quin validioris occupas gratiam, dedisque te? Vtcunque cesserit, meliorem fortunam deditus quàm hostis habiturus. Alienum habes regnũ, quo facilius eo careas. Incipies forsitan iustus esse rex, quum ipse fecerit qui tibi & dare potest regnum & eripere. Consilium habes fidele quod diutius exequi superuacuum est. Nobilis equus vmbra quoque virgæ regitur, ignauus ne calcari quidem concitari potest.

ALEXANDRI ORATIO, Ex eodem lib.

ARGVMENTVM.

Alexander parabat expeditionem in Scythas, & Tanaim traiicere cogitabat: sed verebatur vt hoc consilium satis in vulgus militum probaretur. inuitis autem militibus id tentare, ne expedire quidem putabat. Causæ cur illi renuerent erãt hæ: quòd magna sanè moles negotii susciperetur in Scytharum oppugnatione, & quòd verebantur vt ne rex satis illam expeditionem obire ipse per infirmam valetudinem posset: quippe vixdũ emerserat ex grauissimi vulneris periculo. Agit igitur ipse cum ducibus, quibus in suã sentẽtiã pertractis, non dubitat quin consilium suum militibus quoque probet. Rationem consilii sui exponit, non ad imperii tantùm amplificationem, sed etiam ad eorum quæ subegerit defensionem sibi esse Scythas tentandos.

DIscrimen (*inquit*) me occupauit meliore hostium quàm meo tempore. Sed necessitas ante rationem est, maximè in bello, quo raro permittitur tempora eligere. Defecere Bactriani in quorum ceruicibus stamus, & quantum in nobis animi sit, alieno marte experiuntur. Haud dubia fortuna si omiserimus Scythas vltrò arma inferentes, contempti ad illos qui defecerunt, reuertemur. Si verò Tanaim transierimus, & vbique inuictos esse nos Scytharum pernicie ac sanguine ostenderimus, quis dubitabit patêre Europam victoribus? Fallitur qui terminos gloriæ nostræ metitur spatio quod transituri sumus. Vnus amnis interfluit: quem si traiicimus, in Europam arma proferimus. Et quanti æstimãdum est, dum Asiam subigimus, in alio quodammodo orbe trophæa statuere, & quæ tam longo interuallo natura videtur diremisse, vna victoria subitò committere? At hercule si paululum cessauerimus, in tergis nostris Scythæ hærebunt. An soli sumus qui flumina tranare possumus? Multa in nosmetipsos recidẽt, quibus adhuc vicimus. Fortuna, belli artem victos quoque docet. Vtribus amnem traiiciendi exẽplum fecimus nuper. hoc vt Scythæ imitari nesciant, Bactriani docebũt. Præterea vnus gentis huius adhuc exercitus venit, cæteri expectantur. Ita bellũ vitando alemus, & quod inferre possemus, accipere cogemur. Manifesta est consilii mei ratio. Sed an permissuri sint Macedones animo vti meo, dubito, quia ex quo hoc vulnus accepi, nõ equo vectus sum, non pedibus ingressus. Sed si me sequi vultis, valeo amici. Satis virium est ad toleranda ista. Aut si iam adest vitæ meæ finis, in quo tandem opere melius extinguar?

SCYTHAE LEGATI ORATIO, Ex eodem lib.

ARGVMENTVM.

Alexander habebat in animo, vti diximus, Scythis bellum inferre. Illi non erant nescii: sed colloquio & compositione prius quàm armis bellum propulsare voluerant. Itaque legationem ad Macedonem miserunt, quæ belli illati causas quæreret. Cuius hæc fuit oratio, tota collata ad Alexandrum commonendum, & à temeritate ad moderationem & prudentiam reuocandum. Docent igitur legati, Scythas & pacis & belli artes optimè callere. Itaque hos vt sibi beneuolentia adiungat potius quàm ad vim & ad arma vocet admonet. Imbecillam felicitatem & casus ancipites inculcant, multaque in hanc sententiam dicũt. Si debellentur, suam cladem sine vllo regis commodo esse posse, victoriam non sine maximo eius detrimento.

SI dii habitũ corporis tui auiditati animi parẽ esse voluissent, orbis te nõ caperet. Altera manu orientem, altera occidentem cõtingeres. Et hoc assequutus, scire velles vbi tanti numinis fulgor conderetur. Sic quoque concupiscis quæ non capis. Ab

Europa petis Asiam, ex Asia transis in Europam. Deinde si humanum genus omne superaueris, cum siluis & niuibus & fluminibus ferísque bestiis gesturus es bellũ. Quid tu? ignoras arbores magnas diu crescere, vna hora extirpari? Stultus est qui fructus earum spectat, altitudiné nõ metitur. Vide ne, dũ ad cacumé peruenire cõtendis, cũ ipsis ramis quos comprehenderis decidas. Leo quoque aliquando minimarum auium pabulũ fit: & ferrum rubigo consumit. Nihil tam firmum est cui periculum non sit etiam ab inualido. Quid nobis tecum est? nunquam terram tuam attigimus. Qui sis, vnde venias, licetne ignorare in vastis siluis viuentibus? Nec seruire vlli possumus, nec imperare desideramus. Dona à nobis data sunt (ne Scytharum gentem ignores) iugum boum, aratrum, & sagitta & patera. His vtimur & cũ amicis & aduersus inimicos. Fruges amicis damus, boum labore quæsitas, patera cum his vinum diis libamus: inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus. Sic Scythiæ regem, & postea Persarum Medorúmque superauimus, patuítque nobis iter vsque in AEgyptum. At tu qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium quas adisti, latro es. Lydiam cepisti, Syriam occupasti, Persidem tenes: Bactrianos habes in potestate, Indos petisti. Iam etiam ad pecora nostra auaras & instabiles manus porrigis. Quid tibi diuitiis opus est quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem, vt quo plura haberes, acrius quæ non habes, cuperes. Non succurrit tibi quàm diu circum Bactra hęreas? Dum illos subigis, Sogdiani bellare cœperunt. Bellum tibi ex victoria nascitur. Nam vt maior fortiórque sis quàm quisquam, tamẽ alienigenam dominum nemo pati vult. Transi modò Tanaim, scies quàm latè pateat, nunquam tamẽ consequêris Scythas. Paupertas nostra velocior erit quàm exercitus tuus qui prædam tot nationum vehit. Rursus quum procul abesse nos credes, videbis in tuis castris. Eadẽ velocitate & sequimur & fugimus. Scytharum solitudines, Græcis etiã prouerbiis audio eludi. Nos deserta & humano cultu vacua, magis quàm vrbes & opulentos agros sequimur. Proinde fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica est, nec inuita teneri potest. Salubre consilium sequens, quod præsens tempus ostẽdit melius, impone felicitati tuæ frenos: facilius illam reges. Nostri sine pedibus dicunt esse fortunã, quæ manus & pinnas tantùm habet. Quum manus porrigit, pinnas quoque comprehendere non sinit. Denique si deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: sin autem homo es, id quod es, semper esse te cogita. Stultum est eorum meminisse propter quæ tui obliuisceris. Quibus bellum nõ intuleris, bonis amicis poteris vti. Nam & firmissima est inter pares amicitia: & videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. Quos viceris, amicos tibi esse caue credas. Inter dominũ & seruum nulla amicitia est: etiam in pace, belli tamen iura seruantur. Iurando gratiam Scythas sancire ne credideris. Colendo fidem iurant. Græcorum ista cautio est, qui facta consignant, & deos inuocant: nos religionem in ipsa fide nouimus. Qui non reuerẽtur homines, fallunt deos. Nec tibi amico opus est de cuius beneuolentia dubites. Cæterùm nos & Asiæ & Europæ custodes habes. Bactra, nisi diuidat Tanais, cõtingimus. Vltra Tanaim vsque ad Thraciam colimus. Thraciæ Macedoniam coniunctam esse fama est. Vtrique imperio tuo finitimos, hostes an amicos velis esse considera.

ALEXANDRI ORATIO AD TRECENTOS MILITES, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

In Sogdianis petra erat expugnatu difficillima. Patebat enim in altitudinem stadia 30, in orbem verò 150: vndequaque ardua & prærupta, ne callibus quidem vllis per uia. Vnus qui ad cacumen ducebat aditus & angustus limes, ab hostibus tenebatur. Insederant enim petram triginta hominum millia. Alexander aduersus impedimenta omnia & naturæ & artificii enitens, ne huic quidem difficultati cedere voluit, & quoniã vis non valuisset, dolo statuit aggredi. Hoc igitur commentus est ad eludendos hostes stratagema. Negotium dat ducibus vt trecentos expeditos iuuenes conquirant exercitatæ pernicitatis, qui rem pecuariam in montibus exercuerint, ac proinde assueuerint in præcipitiis & locis deuiis insistere. His, terrorem incutere hostibus parabat. Qui vt cõuenerunt, hac oratione quid fieri velit exponit. Rationem illis ad cacumen perueniẽdi

aperit. Hortatur vt strenuè rem aggrediātur, & aduersus omnes difficultates luctentur. Denique addit animos propositis præmiis amplissimis: itáque eos dimittit,

VObiscum (*inquit*) ô iuuenes & mei æquales, vrbium inuictarum antè munimenta superaui, montium iuga perenni niue obruta emensus sum, angustias Ciliciæ intraui, Indiæ sine lassitudine vim frigoris sum perpessus. Et mei documenta vobis dedi, & vestra habeo. Petra quam videtis vnum aditū habet, quem barbari obsidēt, cætera negligunt. Nullæ vigiliæ sunt nisi quæ castra nostra spectant. Inuenietis viam si solerter rimati fueritis aditus ferenteis ad cacumen. Nihil tam altè natura constituit, quò virtus non possit eniti. Experiendo quæ cæteri desperauerunt, Asiam habemus in potestate. Euadite in cacumen: quod quum cœperitis candidis velis signum mihi dabitis: ego copiis admotis hostem in nos à vobis conuertam. Præmium erit ei qui primus occupauerit verticem, talenta x: vno minus accipiet qui proximus ei venerit: eadémq; ad x homines seruabitur portio. Certum habeo vos non tam liberalitatem intueri meam quàm voluntatem.

CALLISTHENIS ORATIO, Ex lib. VIII.

ARGVMENTVM.

Cleo assentator Alexādri in conuiuio sermonem captato opportuno tempore intulit, non eum quidem præsente rege, sed cupiente & omnia exaudiente è loco abdito. Ibi ex composito vt à rege maiorem iniret gratiam, eum laudibus in cælum cœpit tollere, & diuinos honores meritis eius inter cœnā decernere, obscuréque libertatis defensores, & nimio regis fastui infensos, perstringere. Eorum facilè erat princeps Olynthius Callisthenes, nobilis & idē philosophus, qui tum assentatoris leuitatem & procacitatē dissimulare non potuit. Itaque hanc habuit in procerum conuiuio orationem, qua adulatoris illam cupiditatem notat. Regem nullo modo carpit, sed tantæ ambitionis suspicione prudenter liberat, quam illi sua oratione Cleo affingebat.

SI rex (*inquit*) sermoni tuo affuisset, nullius profectò vox responsuri tibi desideraretur: ipse enim peteret ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres, neu rebus felicissimè gestis inuidiam tali adulatione contraheres. Sed quoniā abest, ego tibi pro illo respondeo, nullum esse eundem & diuturnum & præcocē fructum: cælestésque honores non dare te regi sed auferre. Interuallo enim opus est vt credatur deus, sempérque hanc gratiam magnis viris posteri reddunt. Ego autem seram immortalitatem precor regi, vt vita diuturna sit & æterna maiestas. Hominem consequitur aliquando, nūquam comitatur diuinitas. Herculem modò & patrem Liberū cōsecratæ immortalitatis exēpla referebas. Credísne illos vnius cōuiuii decreto deos factos? Prius ab oculis mortalium amolita natura est quàm in cælum fama perueheret. Scilicet ego & tu Cleo deos facimus? A nobis diuinitatis suæ autoritatem accepturus est rex? Potentiam tuam experiri libet. Fac aliquem regem, si deum potes facere: facilius est imperium dare quàm cælum. Dii propitii sine inuidia quæ Cleo dixit, audierint, eodémque cursu quo fluxere res, ire patiantur. Nostris moribus velint nos esse contentos. Non pudet patriæ nec desidero ad quem modum rex mihi colendus sit discere. Quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges queis viuamus, accipiamus.

HERMOLAI ORATIO, Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Hermolaus nobilis adolescens ex cohorte regia acerbiore regis animaduersione irritatus, impulsore Sostrato, consilium regis per insidias opprimendi cum aliquot consciis iniit. Statuit dolorem vlcisci suum. Res ab indice prolata est. Conscii sceleris capti, verberibus torti & necati sunt præter eum qui indicium fecerat. Solus Hermolaus causam dixit audiente militum corona. Eius est hæc oratio, qua non inficiatur factum, sed facti æquitatem defendit. Sibi enim cōstitutum fuisse de medio tollere nō regem, sed crudelem & multorum iam cæde contaminatum tyrannum, fastidiosum, crudelem, superbum, suorum sanguine & vulneribus gloriam sibi quærentem, denique indignum qui ingenuis imperet, & liberorum hominum vtatur opera.

NOS verò (*inquit*) quoniam quasi nescias quæris, occidendi te consilium iniuimus, quia non vt ingenuis imperare cœpisti, sed quasi in mancipia dominaris. Primus

ex omnibus pater ipsius Sopolis, parricidam etiam parentis sui clamitans esse, consurgit, & ad os manu obiecta, scelere & malis insanientem ultrà negat audiendum. Rex inhibito patre, dicere Hermolaum iubet quæ ex magistro didicisset Callisthene. Et Hermolaus, Vtor (*inquit*) beneficio tuo, & dico quæ nostris malis didici. Quota pars Macedonũ sæuitiæ tuæ superest: quotus quisq; nõ è vilissimo sanguine? Attalus & Philotas & Parmenio & Lyncestes, Alexãder & Clytus, quantũ ad hostes pertinet, viuunt, stant in acie: te clypeis suis protegunt & pro gloria tua, pro victoria vulnera accipiunt. quibus tu egregiam gratiam retulisti. Alius mensam tuam sanguine suo aspersit, alius ne simplici quidem morte defunctus est. Duces exercituum tuorum in equuleũ impositi. Persis quos vicerant fuere spectaculo. Parmenio indicta causa trucidatus est per quem Attalum occideras. Inuicem enim miserorum vteris manibus ad expetenda supplicia. Et quos paulo antè ministros cædis habuisti, subitò ab aliis iubes trucidari. *Obstrepunt subinde cũcti Hermolao. Pater supremum strinxerat ferrum, percussurus haud dubiè, ni inhibitus esset à rege: (quippe Hermolaũ dicere iussit) petiitque ut causas supplicii augẽtem patiẽter audirent. AEgre ergo coercitis, rursus Hermolaus*, Quàm liberaliter (*inquit*) pueris rudibus ad dicendum agere permittis: & Callisthenis vox carcere inclusa est, quia solus potest dicere. Cur enim non producitur quum etiam confessi audiuntur? nempe quia liberam vocẽ innocentis audire metuis, ac ne vultum quidem pateris. Atqui nihil eum fecisse contendo. Sunt hìc qui mecum rem pulcherrimam cogitauerunt. Nemo est qui conscium fuisse nobis Callisthenem dicat, quum morti olim destinatus sit à iustissimo & patiẽtissimo rege. Hæc ergo sunt Macedonum præmia, quorum vt superuacuo & sordido abuteris sanguine. At tibi x x x millia mulorum captiuum aurum vehũt, quum milites nihil domum præter gratuitas cicatrices relaturi sint. Quæ tamen omnia tolerare potuimus, antequam nos barbaris dederes, & nouo more victores sub iugum mitteres. Persarum te vestis & disciplina delectat, patrios mores exosus es. Persarum ergo non Macedonum regem occidere voluimus: & te transfugam, belli iure persequimur. Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere venerarique te vt deum: tu Philippũ patrem auersaris: & si quis deorum ante Iouem haberetur, fastidires etiam Iouem. Miraris si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? Quid speramus ex te quibus aut insontibus moriendũ est, aut (quod tristius morte est) in seruitute viuendũ? Tu quidem si emendari potes, multum mihi debes: ex me enim scire cœpisti quod ingenui homines ferre nõ possunt. De cætero parce, quorũ orbam senectutem suppliciis ne oneraueris. Nos iube duci, vt quod ex tua morte petieramus consequamur ex nostra.

ALEXANDRI ORATIO. Ex eod. lib.

ARGVMENTVM.

Patefacta Hermolai coniuratione in Alexandrum, sequebatur vt is perduellionis pœnam subiret, & plecteretur. Sed ne indicta causa periret, produci eum ad concionem Alexander voluit. Productus causas suscepti facinoris protulit has: sæuitiam regis & supplicia illustrium virorum, sordes atque auaritiam in militibus remunerandis: fastidium eius & despicatum suorum ad alios ornandos. Obiecta hæc partim vitia partim crimina diluit hac oratione Alexander, & ad singula sigillatim respondet. Ad primum, exempla suppliciorum in facinorosos, & eos conuictos rerum capitalium, fuisse edita: ad secundũ, se suæ liberalitatis locupletes habere testes omnes Macedones, quorũ tenuitas in summam opulentiam munificentia sua sit mutata: in tertium, se diuinos honores esse aucupatum vt maiorem metum inferret gentibus suo nomine. Quòd verò exteras nationes amplexetur, pertinere id ad imperii stabilitatem. Esse enim stabiliora quæ beneuolẽtia continentur quàm quæ metu.

QVàm falsa sint (*inquit*) quæ iste tradita à magistro suo, dixit, patientia mea ostẽdet. Confessum enim vltimum facinus, tamen vt vos quoque, non solùm ipse, audiretis, expressi non imprudens, quum permisissem huic latroni dicere, visurũ eum rabie qua compulsus est, vt me quem parentis loco colere debet, vellet occidere. Nuper quum procacius se in venatione gessisset, more patrio & ab antiquissimis Macedoniæ regibus vsurpato, eum castigari iussi. Hoc & oportet fieri, & vt à tutoribus pupilli, à maritis vxores, seruis quoq; huius pueros ætatis verberare cõcedimus. Hæc est sæuitia in ipsum mea quam impia cæde voluit vlcisci. Nam in cæteros qui mihi permittunt vti ingenio

meo, quàm mitis sim, non ignoratis: commemorare superuacuum est. Hermolao parricidarum supplicia non probari, quum eadem ipse meruerit, minimè hercule admiror. Nam quum Parmenionem & Philotã laudat, suæ seruit causæ. Lyncestem verò Alexandrum bis insidiatum capiti meo à duobus indicibus liberaui. Rursus conuictum, per biennium tamen distuli, donec vos postularetis vt tandem debito supplicio scelus lueret. Attalum antequam rex essem, hostem meo capiti fuisse meministis. Clytus vtinam non coegisset me sibi irasci: cuius temerariam linguam probra dicentem mihi & vobis, diutius tuli quàm ille eadem me dicentem tulisset. Regum ducúmque clementia non ipsorum modò, sed etiam in illorum qui parẽt, ingeniis sita est. Obsequio mitigantur imperia: vbi verò reuerentia excessit animis, & summa imis confundimus, vi opus est vt vim repellamus. Sed ego quid mirer istũ crudelitatem mihi obiecisse qui auaritiã exprobrare ausus sit? Nolo singulos vestrûm excitare, ne inuisam liberalitatem meam faciam, si pudori vestro grauem fecero. Totum exercitum aspicite, qui paulo antè nihil præter arma habebat, nunc argenteis cubat lectis. Mensas auro onerant, greges seruorũ ducũt, spolia de hostibus sustinere nõ possunt. At enim Persæ quos vicimus in magno honore sũt apud me quidẽ: moderationis meæ certissimũ indiciũ est quòd ne victis quidem superbè impero. Veni enim in Asiam, non vt funditus euerterẽ gentes, nec vt dimidiam partem terrarum solitudinem facerem, sed vt illos quoque quos bello subegissem victoriæ meæ non poeniteret. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui superbè habiti, rebellassent. Non est diuturna possessio in quam gladio inducimur. Beneficiorũ gratia sempiterna est. Si habere Asiam, non transire volumus, cũ his communicanda est nostra clemẽtia. Horum fides stabile & æternum faciet imperiũ & sanè plus habemus quàm cupimus. Insatiabilis autem auaritiæ est, adhuc implere velle quod iam circunfluit. Veruntamen eorum mores in Macedonas trãsfundo. In multis enim gentibus esse video quæ non erubescamus imitari: nec aliter tantum imperiũ aptè regi potest quàm vt quædam & tradamus illis, & ab iisdem discamus. Illud penè dignum risu fuit, quod Hermolaus postulabat à me vt auersarer Iouem, cuius oraculo agnoscor. An etiam quid dii respondeant, in mea potestate est? Obtulit nomẽ filii mihi: recipere, ipsis rebus quas agimus, haud alienum fuit. Vtinam Indi quoque deum esse me credant. Fama enim bella constant, & sæpe etiam quod falsò creditum est, veri vicem obtinuit. An me luxuriæ indulgentem putatis arma vestra auro argentóque adornasse? Assuetis nihil vilius hac videri materia, volui ostendere: Macedonas inuictos cæteris nec auro quidem vinci. Oculos ergo primùm eorum sordida omnia & humilia spectantium capiam: & docebo, nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse. quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, & Macedonas, rege adempto, deuictis gentibus dedere. At nunc mones me vt vestris parentibus parcam. Non oportebat quidem vos scire quid de his statuissem, quò tristiores periretis, siqua vobis parentũ memoria & cura est. Sed olim istum morem occidendi cum scelestis insontes, propinquos parentésque, solui: & profiteor in eodem honore futuros omnes eos in quo fuerunt. Nam tuum Callisthenem, cui vni vir videris, quia latro es, scio cur produci velis, vt corã his probra quæ modò in me iecisti, modò audisti, illius quoq; ore referantur. Quẽ, si Macedo esset, tecum introduxissem, dignissimum te discipulo magistrum: nunc Olynthio non idem iuris est.

ALEXANDRI AD MILITES ORATIO, Ex libro IX.

ARGVMENTVM.

Alexander longa iam terrarum spatia vincendo emensus, nondum tamen ad metam aspirauerat quàm laboribus suis proposuerat, & plura animo erat complexus. Habebat enim in animo non prius conquiescere quàm ad oceanum Indicum victor peruenisset, vt idem limes suas victorias, & orbem terrarum definiret. Sed sciebat nõ esse eundem animum suis: neque id illi obscurè ferebant. Non ignorabat quin eos tædium laboriosæ & tam diuturnæ militiæ cepisset. Itaque relanguescentes animos conatur hac oratione instaurare & reuocare. Commemorat res gestas: præ his reliquias quæ supersunt, nihili esse faciendas ostendit. Vix aliud restat e nisi vt reliquias suarũ victoriarũ

persequantur. Labores qui adeundi relinquantur, esse leues & breues: præmia verò amplissima & perpetua. Ad extremum quum videret eos penitus despondisse animos, nec vllam vocem mittere testem suæ comprobationis, vehementi vtitur querela qua suorum ignauiam incusat.

NON ignoro milites, multa quæ terrere vos possent, ab incolis Indiæ per hos dies de industria esse iactata. Sed non est improuisa vobis mêtientium vanitas. Sic Ciliciæ fauces, sic Mesopotamiæ campos, Tigrim & Euphratem, quorum alterum vado transiuimus, alterum ponte terribilem fecerant Persæ. Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia illa tradente, maiora sunt vero. Nostra quoque gloria quum sit ex solido, plus tamen habet nominis quàm operis. Modò quis belluas offerentes mœniû speciē, quis Hydaspē amnē, quis cætera auditu maiora quàm vero, sustinere posse credebat? Olim hercule fugissemus ex Asia, si nos fabulæ debellare potuissent. Creditísne elephantorum greges maiores esse quàm vsquam armentorum sunt? quum & rarum sit animal, nec facilè capiatur, multóque difficilius mitigetur? Atqui eadem vanitas copias peditum equitúmque numerauit. Nam flumen quò latius fusum est, hoc placidius stagnat: quippe angustis ripis coercita, & in angustiorem alueum elisa, torrentes aquas inuehunt: contrà spatio aluei segnior cursus fit. Præterea in ripa omne periculum est, vbi applicantes nauigia hostis expectat. Ita quantumcunque flumen interuenit, idem futurum discrimen est euadentium in terram. Sed omnia ista vera esse fingamus. Vtrúmne vos magnitudo belluarum, an multitudo hostium terret? Quod pertinet ad elephantos, præsens habemus exemplum: in suos vehementius quàm in nos incurrerunt. Tam vasta corpora securibus falcibúsque mutilata sunt. Quid autem interest totidē sint, quot Porus habuit, an tria millia, quum vno aut altero vulneratis, cæteros in fugam declinare videamus? Deinde paucos quoque incommodè regunt, congregata verò tot millia ipsa se elidunt, vbi nec stare nec fugere potuerint inhabiles vastorum corporû moles. Equidem sic animalia ista contempsi vt quum haberem, ipse non opposuerim: satis gnarus, plus suis quàm hostibus periculi inferre. At enim equitum peditúmque multitudo vos commouet. Cum paucis enim pugnare soliti estis, & nunc primùm inconditam sustinebitis turbam. Testis aduersus multitudinem inuicti Macedonû roboris Granicus amnis & Cilicia inûdata cruore Persarum, & Arbella cuius campi deuictorum à nobis ossibus strati sunt. Serò hostium legiones numerare cœpistis, posteaquam solitudinem in Asia vincendo fecistis. Quum per Hellespontum nauigaremus, de paucitate nostra cogitandum fuit. Nunc nos Scythæ sequuntur, Bactriana auxilia præstò sunt. Dahæ, Sogdianíque inter nos militant: nec tamen illi turbæ confido. Vestras manus intueor, vestram virtutem, rerum quas gesturus sum, vadem prædémque habeo. Quandiu vobiscum in acie stabo, nec mei nec hostium exercitus meminero. Vos modò animos mihi plenos alacritatis ac fiduciæ adhibete. Non in limine operum laborúmque nostrorum, sed in exitu stamus. Peruenimus ad solis ortum & oceanum, nisi obstat ignauia: inde victores perdomito fine terrarum, reuertemur in patriā. Nolite (quod pigri agricolæ faciût) maturos fructus per inertiam amittere è manibus. Maiora sunt periculis præmia. diues eadem & imbellis est regio. Itaque non tam ad gloriam vos duco quàm ad prædam. Digni estis qui opes quas illud mare litoribus inuehit, referatis in patriam: digni qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis. Per vos gloriámque vestram qua humanum fastigium exceditis, pérque & mea in vos & in me vestra merita quibus inuicti côtendimus, oro, quæsóque ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum commilitonémque vestrum, ne dicam regem, deseratis. Cætera vobis imperaui, hoc vnum debiturus sum. Et is vos rogo, qui nihil vnquā vobis præcepi quin primus me periculis obtulerim, qui sæpe aciem clypeo meo texi. Ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem Liberúmque patrē, si inuidia abfuerit, æquabo. Date hoc precibus meis, & tandem obstinatum silentium rumpite. Vbi est ille clamor alacritatis vestræ index? Vbi est ille meorum Macedonû vultus? nam agnosco vos milites, nec agnosci videor à vobis. Surdas iamdudum aures pulso, auersos animos, & infractos excitare conor. *Quùm que illi in terrā demissis capitibus tacere perseuerarent*, Nescio quid (*inquit*) imprudens in vos deliqui, quòd me ne intueri quidem vultis. In solitudine mihi videor esse. Nemo respôdet, nemo saltem negat, quos alloquor. Quid autem postulo? vestram gloriam & magnitu-

dinem vindicamus. Vbi sunt illi quorum certamen paulo antè vidi contendētium, qui potissimùm vulnerati regis corpus exciperent? Desertus, destitutus sum, hostibus deditus. sed solus quoque ire perseuerabo. Obiicite me fluminibus & belluis, & illis gentibus quarum nomina horretis. Inueniam qui desertum à vobis sequantur. Scythæ Bactrianique erunt mecum, hostes paulo antè, nunc milites nostri. Mori præstat quàm precariò imperatorem esse. Ite reduces domos, ite deserto rege ouantes. Ego hîc à vobis desperatæ victoriæ, aut honestæ morti locum inueniam.

COENI ORATIO AD ALEXANDRVM,
Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Consternata concione ad proximam Alexandri orationem, & pertinaciter tacente, quòd nec assentiri regi vellent, nec præcisè denegare auderent, nec vllus communem caussam publicè susciperet, Cœnus vnus ducum processit in medium, & regē omnium verbis rogauit vt parceret defatigationi & imbecillitati omnium suorum, qui tot laboribus exhausti non possent militiæ molestias tolerare, præsertim quū se infinitus ostēderet labor si ea loca peteret. Seruire illum suæ gloriæ non posse incolumi exercitu quem tot annorum difficultates attriuissent.

DII prohibeant (*inquit*) à nobis impias mētes, & profectò prohibēt. Idē animus est tuis qui fuit semper: ire iusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro cōmēdare posteritati tuū nomē. Proinde si perseueras, inermes quoq; & nudi, & exāgues, vtcūque tibi cordi est, sequimur vel antecedimus. Sed si audire vis non fictas tuorum militū voces, rerum necessitudine vltima expressas, præbe quæso propitias aures, imperium atque auspicium tuum constantissimè sequutis, & quocunque pergis sequuturis. Vicisti, rex, magnitudine rerum, non hostes modò, sed etiam milites. Quicquid mortalitas capere poterat, impleuimus. Emēsis maria terrásque, melius nobis quàm incolis omnia nota sunt. Penè in vltimo mundi fine consistimus, in alium orbem paras ire, & Indiā quæris, Indis quoque ignotam. Inter feras serpentésque degentes eruere ex latebris & cubiculis suis expetis, vt plura quàm sol videt, victoria lustres. Digna prorsus cogitatio animo tuo, sed altior nostro. Virtus enim tua semper in incremēto erit, nostra vis in fine iā est. Intuere corpora exanguia, tot perfossa vulneribus, tot cicatricibus putrida. Iam tela hebetia sunt, iam arma deficiunt. Vestem Persicam induimus, quia domestica subuehi nō potest, in externum degenerauimus cultum. Quotocuique lorica est? quis equum habet? Iube quæri quàm multos serui ipsorum persequuti sunt, quid cuiq; supersit ex præda. Omnium victores, omnium inopes sumus: nec luxuria laboramus, sed bello. Instrumenta belli consumpsimus: hunc tu pulcherrimum exercitum nudum obiicies belluis? Quarum vt multitudinem augeant de industria barbari, magnum tamen esse numerū etiam ex mendacio intelligo. Quòd si adhuc penetrare in Indiam certū est, regio à meridie minus vasta est. Qua subacta, licebit decurrere in illud mare quod rebus humanis terminū voluit esse natura. Cur circuitu petis gloriam quæ ad manū posita est? Hîc quoque occurrit oceanus: nisi mauis errare, peruenimus quò tua fortuna ducit. Hæc tecum quàm sine te cum his loqui malui: non vt inirem circunstantis exercitus gratiam, sed vt vocem loquentium potius quàm vt gemitum murmurantium audires.

CRATERI AD ALEXANDRVM ORATIO,
Ex lib. x.

ARGVMENTVM.

Alexander ex grauissimo vulnere, & propè letali in Oxydracarum oppugnatione accepto, conualuerat. Sed quum esset infirmior, nec per imbecillitatem vsitata munia tutò obire posset, & tamen conaretur, neque omnino valetudini indulgeret, magnúmque esset ab ea audacia periculum, amici quibus de more statio pro prætorio erat, rogādi regis has partes tribuerunt Cratero, vt is sibi parceret. Qui cū illis ingressus, regi exposuit quàm omnes essent de eius salute soliciti. Ea anxietate ita se leuari posse, si rex seipse

seipse respiceret, nec ita præsentia pericula subiret, præsertim tenuioribus victoriæ præmiis propositis. Pollicetur ab omnibus paratam & strenuam operam. Omnia enim omnes, ne ille in apertum discrimen adducatur, esse facturos.

CRedisne (*inquit*) aduentu magis hostium, vt iam in vallo consisterent, quàm cura salutis tuæ, vt nunc est tibi vilis, nos esse solicitos? Quantalibet vis omnium gentium conspiret in nos, impleat armis virísque totum orbem, classibus maria consternat, inusitatas belluas inducat, tu nos præstabis inuictos. Sed quis deorum hoc Macedoniæ columen ac sidus diuturnum fore polliceri potest? quum tam auidè manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot ciuium animas trahere te in casum? Qui enim tibi superstes, aut optat esse aut potest? Eò peruenimus, auspicium atq; imperium sequuti tuũ, vnde, nisi te reduce, nulli ad penates suos iter est. Qui si adhuc de Persidis regno cũ Dario dimicares, & si nemo vellet, tamen ne admirari quidem posset tam promptæ esse te ad omne discrimen audaciæ. Nam vbi paria sunt periculum ac præmium, & secundis rebus amplior fructus est, & aduersis solatiũ maius. Tuo verò capite ignobilem vicum emi quis ferat, nõ tuorum modò militum, sed vllius etiam gentis barbaræ, qui tuã magnitudinem nouit? Horret animus cogitatione rei quam paulo antè vidimus. Eloqui timeo, inuicti corporis spolia inertissimas manus fuisse aucturas, nisi te interceptum misericors in nos fortuna seruasset. Totidẽ proditores, totidẽ desertores sumus, quot te non potuimus persequi. Vniuersos licet milites ignominia notes, nemo recusabit luere id quod ne admitteret, præstare non potuit. Patere nos, quæso, alio modo esse viles tibi. Quocunque iusseris, ibimus. Obscura bella & ignobiles pugnas nobis deposcimus. Temetipsum ad ea serua pericula quæ magnitudinem tuam capiunt. Citò gloria obsolescit in sordidis hostibus: nec quicquam indignius est quàm consumi eam vbi non possit ostendi.

ALEXANDRI AD AMICOS ORATIO,
Ex eodem libro.

ARGVMENTVM.

Respondet ad amicorum postulationem Alexander. Voluntatem plenam pietatis, obsequii ac beneuolentiæ, amplexatur. Eum sibi esse vitæ fructum docet quòd tam beneuolis & fidelibus comitibus vti sibi contingat. Quod verò de periculis vitandis dixissent, ita se interpretari, & de eo ita cogitare, vt quum gloriam imprimis adamarit, vt præ ea cætera nihili pendat, certũ sibi sit pro ea retinẽda atque augẽda, nullos labores, nulla pericula subterfugere. Quos habeat stimulos ad eam appetendam exponit. Proinde se gloriæ, non autem valetudinis & vitæ rationem habere velle. Monet vt ii suam illam solicitudinem ad intestinarum insidiarum propulsationem conuertant. Hanc sibi esse antiquiorem cautionem, & ipsis esse debere. Ad extremum aliquid de matris apotheosi mandat.

VObis quidem (*inquit*) ô fidissimi piissimíque ciuium atque amicorum, grates ago habeóque, nõ solùm eo nomine quòd hodie salutem meam vestræ præponitis, sed quòd à primordiis belli nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indiciũ omisistis: adeo vt confitendum sit, nũquam mihi vitam meam fuisse tam charã quàm esse cœpit, vt vobis diu frui possim. Cæterùm non eadem est cogitatio eorum qui pro me mori optant, & mea qui quidem hãc beneuolentiam vestram virtute meruisse me iudico. Vos enim diuturnum fructum ex me, forsitan etiam perpetuum percipere cupitis. Ego me metior nõ ætatis spatio, sed gloriæ. Licuit paternis opibus contẽto, intra Macedoniæ terminos per otium corporis expectare obscuram & ignobilem senectutem. Quãquã ne pigri quidẽ sibi fata disponũt, sed vnicũ bonũ diuturnã vitã æstimantes, sæpe acerba mors occupat. Verùm ego qui non annos meos sed victorias numero, si munera fortunæ bene cõputo, diu vixi. Orsus à Macedonia imperiũ, Græciã teneo: Thraciã, & Illyricos subegi: Triballis Medísq; imperito. Asiã quà Hellespõto, quà rubro mari alluitur, possideo. Iámq; haud procul absum à fine mũdi. Quem egressus, aliam naturam, alium orbem aperire mihi statui. Ex Asia in Europæ terminos momento vnius horæ transiui. Victor vtriusque regionis post nonum regni mei, post vicesimum atq; octauũ ætatis annum, videórne vobis in excolenda gloria, cui me vni deuoui, posse cessare? Ego

verò non deero, & vbicunque pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me credam. Dabo nobilitatem ignobilibus locis. Aperiam cunctis gentibus terras quas natura longè submouerat. In his operibus extingui, mihi (si fors ita feret) pulchrũ est. Ea stirpe sum genitus, vt multã prius quàm longam vitam debeam optare. Obsecro vos, cogitate nos peruenisse in terras quibus ob fœminæ virtutem celeberrimum nomẽ est. Quas vrbes Semiramis condidit? quas genteis redegit in potestatem? quanta opera molita est? Nondum fœminam æquauimus gloria, & iam nos laudis satietas cepit? Dii faueant. maiora adhuc restant. Sed ita nostra erunt quæ nondum attigimus, si nihil paruum duxerimus in quo magnæ gloriæ locus est. Vos modò me ab intestina fraude & domesticorũ insidiis præstate securum. Belli Martisque discrimen impauidus subibo. Philippus in acie tutior quàm in theatro fuit. Hostium manus sæpe vitauit, suorum effugere non valuit. Aliorum quoque regum exitus si reputaueritis, plures à suis quàm ab hoste interemptos numerabitis. Cæterùm quoniã olim rei agitatæ in animo meo, nũc promendæ occasio oblata est: mihi maximus laborum atque operum meorum erit fructus, si Olympias mater immortalitati consecretur quandocunque excesserit vita. Si licuerit, ipse præstabo hoc: si me præceperit fatum, vobis mandasse mementote.

ALEXANDRI AD MILITES ORATIO, Ex lib. x.

ARGVMENTVM.

Alexander missionem daturus erat militibus qui per ætatem emeriti essent, aut qui omnino per infirmitatẽ corporum militiæ labores sustinere non possent: sed eam sperabant vniuersi. Et quia tum longè in orientem processerat, veriti ne sedem imperii in Asia constitueret, quæ res optatam illis in patriam reuersionem eriperet, missionem omnes audacius & tumultuosius flagitare cœperunt, & iam aperrè impositos militiæ labores detrectare. Alexander eorum motuum insolens, vt qui alacri eorum semper opera & parata vsus esset, tum commotus est. Augebat indignationem obliuio recentis suæ erga eos liberalitatis. nam magnam vim auri ad eos ære alieno liberandos effuderat. Hac igitur oratione coercere illorum ferociam conatur. Cõmemorat sua erga eos beneficia, quorum eos obliuio ceperat. Quantum obsequium à militibus requiratur ostendit. Indignos esse opibus & gloria quam secum habent communem. Ad extremum exardescit ira, & eorum operam repudiat.

QVid hæc (*inquit*) repens consternatio, & tam procax atque effusa licentia denuntiat? Eloqui timeo, palàm certè rupistis imperium, & precariò rex sum, cui non alloquendi, non noscendi monendíque, aut intuendi vos ius reliquistis. Equidẽ quum alios dimittere in patriam, alios mecum paulo pòst deportare statuerim, tam illos acclamantes video qui abituri sunt, quàm hos cum quibus præmissos subsequi statui. Quid hoc est rei? Dispari in causa idem omnium clamor est. Peruelim scire vtrum qui discedunt, an qui retinentur, de me querantur. *Crederes uno ore omnes sustulisse clamorem, ita pariter ex tota concione responsum est, omnes queri. Tum ille,* Non hercule (*inquit*) potest fieri vt adducar querendi simul omnibus hanc causam esse quam ostenditis, in qua maior pars exercitus non est, vtpote quum plures dimiserim quàm retenturus sum. Subest nimirũ altius malum quod omnes auertit à me. Quando enim regem vniuersus exercitus deseruit? Ne serui quidem vno grege profugiunt dominos: sed est quidam in illis pudor à cæteris destitutos relinquendi. Verùm ego tam furiosæ consternationis oblit⁹, remedia insanabilibus conor adhibere. Omnem hercule spem quam ex vobis cõceperã damno: nec vt cum militibus meis, (iam enim esse desistis) sed vt cum ingratissimis, vt oportet, agere decreui. Secundis rebus quæ circunfluunt vos, insanire cœpistis, obliti status eius quem beneficio exuistis meo. Digni hercule qui in eodem consenescatis: quoniam facilius est vobis aduersam quàm secũdã regere fortunã. En tãdẽ Illyriorũ paulo antè & Persarũ tributariis, Asia & tot gentium spolia fastidio sunt. Modò sub Philippo seminudis amicula ex purpura sordẽt. Aurũ & argentũ oculi ferre non possunt. Lignea enim vasa desiderant, & ex cratibus scuta, rubiginémque gladiorum. Hoc cultu nitentes vos accepi & quingenta talenta æris alieni, quum omnis regia supellex haud amplius quàm sexaginta talentorũ sit, meorũ operũ fundamẽta, quibus tamẽ (absit inuidia) imperiũ maximæ terrarũ partis imposui. Asiæne pertæsum est quæ vos gloria rerũ gestarũ diis pares fecit? In Europam ire properatis, rege deserto, quũ pluribus vestrũm defuturum viaticũ

fuerit, ni æs alienum luissem? nempe in Asiatica præda: nec pudet profundo ventre deuictarum gentium spolia circunferentes reuertivelle ad liberos cõiugésque, quibus pauci præmia victoriæ potestis ostẽdere. Nam cæterorum, dum etiam spei vestræ obuiam istis, arma quoque pignori sunt. Bonis verò militibus cariturus sum, pellicum suarum cõcubinis, quibus hoc solum ex tantis opibus superest, quod impẽditur. Proinde fugiẽtibus me pateant limites, facessite hinc ocyus. Ego cum Persis abeũtium terga tutabor. Neminem teneo: liberate oculos meos ingratissimi ciues. Læti vos excipient parentes liberique sine vestro rege redeuntes? obuiam ibunt desertoribus transfugísque? Triumphabo mehercule de fuga vestra, & vbicunque ero expetã pœnas, hos, cum quibus me relinquitis, colẽdo præferendóque vobis. Iam autem scietis & quantum sine rege valeat exercitus, & quid opis in me vno sit

ALEXANDRI AD PEREGRINOS MILITES ORATIO, Ex eodem lib.

ARGVMENTVM.

Alexander stomacho & indignatione ardens, quod superior oratio docuit, repudiatis Macedonibus peregrinos milites sibi asciuit ad honores iis mãdandos. Eos vt beneficentia sibi adiunxerat, sic liberali hac oratione magis ac magis conciliat. Persarum laudat in reges suos obsequium & obedientiam. Neq; eã tũ primùm compertam sibi esse dicit, sed testimonium se sui iudicii dare. Decreuisse autem res maximas eis credere. Ad laudationem adiicit liberalitatis erga eos suæ commemorationem, quam sit nouorum beneficiorum & honorum splendidorum accessione cumulaturus.

QVVM ex Europa traiicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo me additurum esse sperabam. Nec deceptus sum quòd de his credidi famæ. Sed ad illa hoc quoq; accessit, quòd video fortes viros erga reges suos pietatis inuictæ. Luxu omnia fluere credideram, & nimia felicitate mergi in voluptates. At hercule munia militiæ hoc animorum corporúmque robore, æquè impigrè toleratis: & quum fortes viri sitis, non fortitudinem magis quàm fidem colitis. Hoc ego nõ nunc primùm profiteor, sed olim scio. Itaque & delectum è vobis iuniorum habui, & vos meorum militum corpori immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt vobis: obsequium verò & patientia imperii, longè præstantior est quàm cæteris. Ergo ipse Oxyatris Persæ filiam mecum in matrimonio iunxi, non dedignatus ex captiua liberos tollere. Mox deinde quum stirpem generis mei latius propagare cuperem, vxorem, Darii filiam, duxi: proximísque amicorum autor fui ex captiuis generandi liberos, vt hoc sacro fœdere omne discrimen victi & victoris excluderem. Proinde genitos esse vos mihi, non ascitos milites credite. Asiæ & Europæ vnum atque idem regnum est. Macedonum vobis arma do. Inueteraui peregrinã nouitatẽ: & ciues mei estis & milites. Omnia eundem ducunt colorem. Nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum est. Eiusdem iuris esse debent qui sub eodem rege victuri sunt.

PERDICCAE IN CONCIONE MILITUM ORATIO, Ex eodem lib.

ARGVMENTVM.

Mortuo Alexãdro primùm discordia inter principes est coorta: pòst grauissimi motus efferbuerunt. Quum enim de successore regni creando conuenissent, diu variatũ est sententiis, quum idoneus nemo & par tanto oneri inueniretur, ad quem gubernacula amplissimi imperii deferrent. Neque enim Alexander sobolem reliquerat: quanquam vterum gerebat Roxane vxor eius quam ex Persis duxerat: sed incertam prolem expectare alienum videbatur. Magnus negotiorum tumor impendebat, qui non erat nisi probato alicui committendus. Ad sententiam igitur dicendam admissus Perdicca, censet primùm vt iusta & diuini honores persoluantur Alexandro, deinde vt partus Roxanes expectetur, qui ad trimestre sperabatur. Successorem illum posthumum futurum regi legitimum.

EGO quidem (*inquit*) anulum quo ille regni atque imperii vires obsignare erat solitus, traditum ab ipso mihi, reddo vobis. Cæterùm quãquam nulla clades huic, qua affecti sumus, par ab iratis diis excogitari potest: tamen magnitudinem rerum quas

egit,intuentibus,credere licet tantum virum deos accommodasse rebus humanis, quorum sorte completa,citò repeterent eum suæ stirpi.Proinde quoniam nihil aliud ex eo superest quàm quod semper ab immortalitate subducitur, corpori nominíque quamprimum iusta soluamus,haud obliti in qua vrbe,inter quos simus, quali rege ac præside spoliati.Tractandum est,commilitones,cogitādúmque,vt victoriam partam inter hos de quibus parta est,obtinere possimus.Capite opus est.hócne vno an pluribus, in vestra potestate est.Illud scire debetis,militarem sine duce turbam corpus esse sine spiritu. Sextus mensis est ex quo Roxane prægnans est.Optamus vt marem enitatur: eius regnū diis approbantibus futurum,quando adoleuerit.Interim à quibus regi velitis,destinate.

PTOLEMAEI ORATIO,

ARGVMENTVM.

Ptolemæus procerum vnus,in eo concilio principum sententiam hāc dixit,se ab aliis dissentire qui dixissent.Hoc verò optimum sibi factu videri,vt senatus instituatur ex principibus,quorum decretis administretur imperium.

DIgna prorsus est soboles (*inquit*) quæ Macedonum imperet gēti, Roxanes vel Barsines filius,cuius nomen quoque in Europa dicere pigebit,maiore ex parte captiui.Cur Persas vicerimus,vt stirpi eorū seruiamus? quod iusti illi reges Darius & Xerxes tot millium agminibus tantísque classibus nequicquam petiuerunt. Mea sentētia hæc est,vt sede Alexandri in regia posita,qui consiliis eius adhibebantur,coeant quoties in commune consulto opus fuerit:eóque quod maior pars eorum decreuerit,stetur: duces præfectíque copiarum his pareant.

MELEAGRI ORATIO,

ARGVMENTVM.

In eodem principum consessu Meleager,seditiosus homo,turbulentam & inuidiæ in Perdiccam plenam sententiam dixit.Inuidebat enim homo leuis Perdiccæ dignitati, quam Aristonus quidam in eodem concilio euexerat,quum Perdiccæ principatum decreuerat.Hîc igitur illam Aristoni sententiam labefactat,& multitudinem ad vim vocat. Denique popularem se præbet,ne quisquam principum dignitate antecellat.

NEC dii siuerint (*inquit*) vt Alexandri fortuna tantíque regni fastigium in istos humeros ruat:homines certè non ferent. Nihil dico de nobilioribus quàm hic est, sed de viris tantùm quibus inuitis nihil perpeti necesse est.Nec verò interest Roxanes filium,quādocūque genitus erit,an Perdiccam regem habeatis,quum iste sub tutelæ specie regnum occupaturus sit.Itaque nemo ei rex placet nisi qui nondum natus est.Et in tanta omnium festinatione,non iusta modò,sed etiam necessaria, exactos mēses solus expectat, & iam diuinat marem esse conceptum , quem vos dubitatis paratum esse,vel subdere?Si mediusfidius Alexander hunc nobis regem pro se reliquisset, id solum ex his quæ imperasset,non faciendum esse censerē.Quin igitur ad diripiendos thesauros discurritis?harum enim opum regiarum vtique populus est hæres.

sequens oratio quæ prætermissa fuit,suo loco reponenda est post Crateri orationem p.166.

ALEXANDRI ORATIO, Ex lib. VI.

ARGVMENTVM.

Alexander ex amicorū sentētia cōpertū scelus intestinum,quo penè oppressus fuerat, ad cōcionē defert,tum vt secunda multitudinis voluntate quæstio in coniuratos exerceatur: tum etiā quia illustres sunt,vt illis apud exercitum inuidiam cōflet,à se verò auertat si in eos acerbè animaduertat. Hæc igitur oratio primùm querelā habet indignissimi facinoris comparati à reis coniurationis. Pòst inuehitur præcipuè in eum qui sibi patefactum scelus silentio texerat & fouerat: eúmque eiusdem insimulat criminis.

PEnè (*inquit*) milites paucorū hominū scelere vobis erept⁹ sum.Deūm prouidētia & misericordia viuo:conspectúsq; vester venerabilis cogit vt vehementius parricidis irascerer:quoniam spiritus,imò vitæ meæ, vnus fructus est, tot fortissimis viris de me optimè meritis referre adhuc gratiam posse. *Interrupit orationem militū gemitus, obor-*

tæque sunt omnibus lacrymæ. Tum rex inquit, Quanto maioré in animis vestris motũ excitabo quũ tanti sceleris autores ostendero, quorũ mẽtioné adhuc reformido, & tãquã salui esse possint, nominibus abstineo? Sed vincenda est memoria pristinæ charitatis, & coniuratio impiorũ ciuiũ detegenda. Quomodo auté tantum nefas sileã? Parmenio illa ætate, tot meis, tot parẽtis mei meritis deuinctus, omniũ nobis amicorũ vetustissimus, ducẽ tanto sceleri se præbuit. Minister eius Philotas Leucolaũ & Demetriũ, & hunc Dymnũ cuius corpus aspicitis, cæterósq; eius amẽtiæ comites in caput meũ subornauit. *Fremitus undique indignãtium querentiũ que tota concione obstrepebat, qualis solet esse multitudinis, & maximè militaris, ubi aut studio agitur aut ira. Nicomachus deinde & Metron & Ceballinus producti, quæ quisque detulerat, exponunt. Nullius eorũ indicio Philotas in participes sceleris destinabatur. Itaque indignatione pressa, uox indicum silẽtio excepta est. Tum rex,* Qualis (*inquit*) ergo animi vobis videtur, qui huius rei delatum indicium idipsum suppressit? quod non fuisse vanum, Dymni exitus declarat. Incertam rem deferens, tormenta non timuit. Ceballinus ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, vt eò vbi lauabar irrumperet. Philotas solus nihil timuit, nihil credidit. O magni animi virum! Iste regis periculo quum moneretur, vultum non mutaret? indicem tantæ rei solicitus non audiret? Subest nimirum silentio facinus, & auida spes regni præcipitem animum ad vltimum nefas inpulit. Pater Mediæ præest: ipse apud multos copiarum duces meis præpotens viribus, maiora quàm capit, sperat. Orbitas quoq; mea, quòd sine liberis sum, spernitur. sed errat Philotas. In vobis liberos, parẽtes, consanguineos habeo. vobis saluis orbus esse non possum. *Epistolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem & Philotam scripserat, recitat, haud sanè indicium grauioris consilii ferentem. Nanque summa eius hæc erat, Primùm uestri curam agite, deinde uestrorum: sic enim quæ destinauimus, faciemus. Adiecitque rex, sic esse scriptam, ut siue ad filios peruenisset, à consciis posset intelligi; siue intercepta esset, falleret ignaros.* At enim Dymnus quum cæteros participes sceleris indicaret, Philotam non nominauit. Hoc quidem illius non innocentiæ, sed potẽtiæ indiciũ est, quòd sic ab iis timetur etiã à quibus prodi potest, vt dum de se fateantur, illum tamẽ celent. Cæterùm Philotam ipsius indicat vita. Hic Amyntæ qui mihi consobrinus fuit, & in Macedonia capiti meo impias comparauit insidias, socium se & conscium adiunxit. Hic Attalo, quo grauiorem inimicum non habui, sororem suam in matrimonium dedit. Hic, quum scripsissem ei pro iure tam familiaris vsus atque amicitiæ, qualis sors edita esset Iouis Ammonis oraculo, sustinuit scribere mihi, se quidem gratulari quòd in numerum deorum receptus essem, cæterùm misereri eorum quibus viuendum esset sub eo qui modum hominis excederet. Hæc sunt animi etiam pridem alienati à me, & inuidentis gloriæ meæ indicia: quæ equidem milites, quandiu licuit, in animo meo pressi. Videbar enim mihi partem viscerũ meorum abrumpere, si in quos tam magna contuleram, viliores mihi facerem. Sed iam non verba punienda sunt, linguæ temeritas peruenit ad gladios. Hos (si mihi creditis) Philotas in me acuit: si ipsum dimisero, quò me conferam milites? cui caput meum credam? Equitatui, optimæ exercitus parti, principibus nobilissimæ iuuentutis vnum præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei eius tutelæque commisi: patrem in idẽ fastigium, in quo me ipsi posuistis, admoui. Mediam, qua nulla opulentior regio est, tot ciuium sociorúmque millia imperio eius ditioníque subieci. Vnde præsidium petieram, periculum existit. Quàm feliciter in acie occidissem potius hostis præda, quàm ciuis victima. Nunc seruatus ex periculis quæ sola timui, in hæc incidi quæ timere non debui. Soletis identidem à me milites petere vt saluti meæ parcam. Ipsi mihi præstare potestis quod suadetis vt faciã. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio: inuitis vobis saluus esse nolo, volentibus nõ possum nisi vindicor.

Ex Iulii Capitolini Albino.

CLODII ALBINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Codius Albinus præerat Romanis legionibus in Britannia, imperante Romæ Commodo. De huius Cõmodi morte quum falsus nũtius ad exercitum venisset, essétque ab eo Albinus cæsar appellatus, sed aduersarios haberet potentes, hanc habuit concionem apud exercitum: qua rem integram & reip. gubernacula senatui reseruari ac permitti ostendit oportere: siue quia ita ipse sentiret, siue (quod est vero similius) quia sibi eam commendationem & suffragationem futuram sperabat ad imperium potiundum.

SI senatus P.R. suum illud vetus haberet imperium, nec in vnius potestate res tanta consisteret, non ad Vitellios, neque ad Nerones, neque ad Domitianos publica fata venissent: in imperio consulari nostræ illæ gentes Ceioniorum, Albinorum, Posthumiorũ: de quibus patres vestri (qui & ipsi ab auis suis audierãt) multa didicerunt. Et certè Africam Romano imperio senatus adiunxit: Galliam senatus subegit, & Hispanias: orientalibus populis senatus dedit leges. Parthos tentauit senatus: & subegisset, nisi tam auarum principem Romano exercitui fortuna reipublicæ tunc dedisset. Britãnias Cæsar subegit, certè senator, nondum tamen dictator. Hic ipse Commodus quanto melior fuisset si timuisset senatum? Et vsque ad Neronem quidem senatus autoritas valuit, qui sordidum & impurum principem damnare nõ timuit, quum sententiæ in eum dictæ sunt qui vitæ necísque potestatem atque imperium tũc tenebat. Quare commilitones, ego cæsareum nomen quod mihi Commodus detulit, nolo: dii faxint vt ne alii quidem velint. Senatus imperet, prouincias diuidat: senatus nos cõsules faciat. Et quid dico senatus? vos ipsi & patres vestri. eritis enim ipsi senatores.

Ex AElii Lampridii Diadumeno.

MACRINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Romani Antoninorum nomen venerabantur, & inuiti in alterius verba ab hoc nomine alieni iurabant. Quum igitur Bassiani Antonini mors esset allata, qui hoc nomine erat populo charissimus, & penes quem antea summa rerum fuerat, summum dolorẽ ex ea cepit multitudo. Macrinus id tẽporis imperator, qui ex eo genere & nomine non esset, & tamen filio imperium tradere cuperet, cõcionem statim habuit: ad eam filium produxit: quem vt ei commendaret, Antoninum eum nuncupauit, cui iam tum imperium illis mòdò libentibus desponderet, quòd speraret propagatione augusti illius nominis chariorem eum illis futurum. Addit de amplissimo donatiuo, quod se repræsentare, & idem in posterum prodere velle dicit.

VIdetis commilitones, & me ætatis prouectæ, & Diadumenum puerum: quem diu principem, si dii faueant, habebitis. Intelligo præterea desiderium ingens Antonini nominis apud vos manere: quare quoniam mihi per conditionem fragilitatis humanæ nõ multum superesse videtur ad vitam, hunc puerum Antoninum vobis autoribus nuncupo, diu vobis Antoninum repræsentaturum. *Acclamatum, Macrine imperator, dii te seruent, Antonine Diadumene, dii te seruent. Antoninum diuum omnes rogamus. Iupiter optime maxime Macrino & Antonino uitam. Tu scis Iupiter, Macrinus uinci non potest: tu scis Iupiter, Macrinus uinci non potest. Antoninum habemus, omnia habemus. Antoninum nobis dii dederunt patrem: Antoninus dignus imperio. Macrinus imperator dixit,* Habete igitur cõmilitones, pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & solitas promotiones, sed geminatas: dii faciant vt hæc sæpius fiant. Dabimus autem per cuncta quinquennia id quod hodie deputauimus.

DIADVMENI ORATIO,

ARGVMENTVM.

Excipit patris orationem Diadumenus per adoptionem Antoninus dictus. Gratias

agit militibus & patris & suo nomine: seque nec officio nec promissis patris & largitioni defuturum ostendit.

POST *hoc ipse puerulus* Diadumenus *Antoninus imperator dixit,* Gratias ago vobis commilitones quòd me imperio donastis & nomine, siquidem dignos & me & patrẽ meũ duxistis quos imperatores Romanos diceretis, & quibus committeretis rempub. Et pater meus quidem curabit ne desit imperio: ego autẽ elaborabo ne desim nomini Antoninorum. Scio enim me Pii, me Marci, me Veri suscepisse nomen, quibus satisfacere perdifficile est. Interim tamen causa imperii, causa nominis, id omne quòd pater, & tantundem promitto, honoribus (vt venerandus Macrinus pater præsens promisit) duplicatis.

Ex AElii Lampridii Alex. Seuero.

ALEXANDRI SEVERI ORATIO,

ARGVMENTVM.

Alexander Seuerus in locum spurcissimi hominis Heliogabali (cuius etiã effugerat insidias) à senatu & populo Romano fuit subrogatus. In eum quum verbis amplissimis summos honores Romani congessissent, & Antonini præterea venerando nomine ornassent, & senatus frequens conuenisset, gratias senatui egit hac oratione: quæ quidem licet faustis acclamationibus sæpius interpellata sit, tamẽ oratio perpetua habẽda est, quum à proposito non discedat. Hic gratias agit collatorum honorum, quorum, vt grauissimi illius nominis accepti, indignum se confitetur. Nomen enim illud amplissimæ dignitatis in se minimè quadrare, nec à se sustineri posse. Tamen daturum operã ne ea spes eos fallat. Appellationem verò Magni, quam illi senatus obtrudebat, constanter repudiat.

GRatias vobis P.C. non nunc primùm, sed & de cæsareo nomine, & de vita seruata, & augusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate, & proconsulari imperio: quæ omnia nouo exemplo vno die in me contulistis. *Et quum diceret, acclamatum, Hæc suscepisti, Antonini nomen suscipi mereatur, senatus Antonini mereatur, Antonine auguste dii te seruent, dii te Antoninum conseruent: monetæ nomen Antonini reddatur. Tẽpla Antoninorũ Antoninus consecret. Aurelius Alexãder augustus,* Ne quæso P.C. ne me ad hãc certaminis necessitatẽ vocetis, vt ego cogar tãto nomini satisfacere, quũ etiã hoc ipsum nomẽ, licet peregrinũ, tamẽ grauare videatur. Hæc enim nomina insignia onerosa sunt. Quis enim Ciceronem diceret mutũ? quis indoctũ Varronẽ? quis impiũ Metellũ? Et (vt hoc dii auertant) quis non æquitatem nomina ferat digerentem in clarissimam spem dignitatum? *Item acclamata quæ suprà. Item imperator dixit,* Antoninorum nomen (vel iam numen potius) quale fuerit meminit vestra clementia. si pietatem, quid Pio sanctius? si doctrinam, quid Marco prudentius? si innocẽtiam, quid Vero simplicius: si fortitudinem, quid Bassiano fortius? Nam nunc Commodi meminisse nolo, qui hoc ipso deterior fuit quòd cum illis moribus Antonini nomen obtinuit. Diadumenus autem nec tempus habuit, nec ætatem, & arte patris hoc nomen incurrit. *Item acclamatum ut supra. Itẽ imperator dixit,* Nuper certè P.C. meministis, quum ille omnium non solùm bipedũ, sed etiã quadrupedũ spurcissimus, Antonini nomen præferret, & in turpitudine atque luxuria Nerones, Vitellios, & Commodos vinceret, qui gemitus omnium fuerint, quũ per populi & honestorum coronas vna vox esset, hunc nõ ritè Antoninum dici, & per hãc pestem tantum violari nomen. *Et quum diceret, acclamatum est, Dii mala prohibeant. Hæc te imperante non timemus, de his te duce securi sumus. Vicisti uitia, uicisti crimina, uicisti dedecora. Antonini nomen ornauisti: certi sumus, bene præsumimus, nos te & à pueritia probauimus & nunc probamus. Item imperator,* Neque ego P.C. idcirco timeo istud venerabile omnibus nomen accipere, quòd verear ne in hæc vitia delabatur vita, aut quòd nominis pudeat: sed primùm displicet alienæ familiæ nomen assumere, dein de quòd grauari me credo. *Et quum hæc diceret, acclamatum est ut suprà. Item dixit,* Si enim Antonini nomen accipio, possum & Traiani, possum & Titi, possum & Vespasiani: *& quũ diceret acclamatum est, Quomodò augustus, sic & Antoninus. Tunc imperator,* Video P.C. quid vos moueat ad hoc nobis addendum. Augustus primus.

primus est autor imperii,& in eius omnes velut quadam adoptione aut iure hæreditario succedimus. Antonini ipsi augusti dicti sunt. Antoninus idem Pius Marcum & item Verum iure adoptionis vocauit: Commodo autem hæreditarium fuit, susceptum Diadumeno, affectatũ in Bassiano, ridiculũ in Aurelio. *Et quũ diceret, acclamatũ est, Alexãder auguste, dii te seruẽt uerecũdiæ tuæ, prudẽtiæ tuæ, innocẽtiæ tuæ, castitati tuæ. Hinc intelligimus qualis futurus sis: hinc probamus. Tu facies ut senatus bene principes eligat, tu facies optimum esse iudicium senatus. Alexander auguste dii te seruent. Templa Antoninorum Alexander augustus dedicet. Cæsar noster, augustus noster, imperator noster, dii te seruent. Vincas, ualeas, multis annis imperes. Alexãder imperator dixit,* Intelligo P.C. me obtinuisse quod volui, & id acceptum refero, plurimas gratias & agens & habens, enisurus vt & hoc nomen quod in imperium detulimus, tale sit vt ab aliis desideretur, & bonis vestræ pietatis iudiciis offeratur. *Post hæc acclamatum est, Magne Alexander, dii te seruent. Si Antonini nomen repudiasti, Magni prænomen suscipe. Magne Alexãder dii te seruent. Et quum sæpius dicerent, Alexander augustus ait,* Facilius fuit P.C. vt Antoninorum nomen acciperem: aliquid enim vel affinitati deferrem, vel consortio nominis imperialis. Magni verò nomen cur accipitur? quid enim iam magnum feci? quum id Alexander post magna gesta, Pompeius verò post magnos triumphos acceperit. Quiescite igitur venerandi patres, & vos ipsi magnifici vnũ me de vobis esse cẽsete potius quàm Magni nomen ingerite. *Post hæc acclamatum est, Aureli Alexander auguste, dii te seruent, & reliqua ex more.*

EIVSDEM ALEX. ORATIO.

ARGVMENTVM.

Alexander Seuerus expeditionem Persicam parans, quum Antiochiam venisset, & dissolutam militarem disciplinam inuenisset, & nonnullorum militũ flagitiosam mollitiem comperisset, vinculis eos coercere statuit. Id quum iniquo animo multitudo ferret, concionem habuit hanc, qua grauiter increpauit eam licentiam, & seueram disciplinam sibi in militia placere ostendit. Inuectus est vehementer in frugalitatis & modestiæ deprauationem. Ibi exasperata concio admurmurauit atque alloquuta est. Ille austerius etiam & acrius quàm antea obiurgauit, minásque obiurgationi addidit. Quibus quum non reprimeretur illorum ferocia, sed ingrauesceret potius, exautoratum exercitum dimisit.

Commilitones (si tamen ista vobis quæ à vestris facta sunt displicent) disciplina maiorum remp. tenet: quæ si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittemus. Neque enim sub nobis ista facienda sunt quæ sub impura illa bestia nuper facta sunt. Milites Romani, vestri socii, mei contubernales & commilitones, amãt, potant, lauant, Græcorum more etiam quidam se instituunt: hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam supplicio? *Tumultus post hoc ortus est. Atque iterum,* Qui in concione estis, vocem in bello contra hostem, non contra imperatorem vestrum necessariam emittite: certè campi ductores vestri hanc vos docuerunt cõtra Sarmatas & Germanos ac Persas emittere, non contra eum qui acceptam à prouincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis necessariam, ne vos hodie omnes vno ore atque vna voce Quirites dimittam: & incertum, an Quirites. Non enim digni estis qui vel Romanæ plebis sitis, si ius Romanum non agnoscitis. *Et quum uehementius fremerent ac ferro quoque minarentur,* Deponite (*inquit*) dextras contra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim vnum hominem occideritis, nõ nobis deerit resp. non senatus, non P.R. qui de vobis vindicet. *Quum nihilominus post ista fremerent, exclamauit,* Quirites discedite, atque arma deponite.

EIVSDEM ALEX. ORATIO.

ARGVMENTVM.

Alexander Seuerus potitus victoria aduersus Persas in vrbem rediit, & in senatu res bello gestas exposuit: victoriam gratulatus est, belli difficultatem demonstrauit, commoda victoriæ docuit, supplicationem diis ob eam victoriam sua sententia decreuit.

Persas P. C. vicimus. Longa eloquentia opus non est, tantùm scire debetis quæ illorũ arma fuerint, qui apparatus. Iam primùm elephanti septingenti, iidémque turriti,

cum sagittariis & onere sagittarũ. Ex his trecentos cepimus, ducenti interfecti iacent, decem & octo perduximus. Falcati currus mille: sed adducere interfectorum animalium currus ducentos potuimus: sed id quia & fingi poterat, facere supersedimus. Centum & viginti millia equitum fudimus: cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decē millia in bello interemimus: eorum armis nostros armauimus. Multos Persarum cepimus eosdémq; vendidimus. Terras Interamnanas, Mesopotamiæ scilicet, neglectas ab impura illa bellua recepimus. Artaxerxem potentissimum regem tam re quàm nomine, fusum fugauimus, ita vt eum terra Persarum fugientem videret: & quà ducta fuerant quondam signa nostrorum, eà rex ipse signis effugerit relictis. Hæc sunt P.C. gesta. Eloquentia opus non est: milites diuites redeunt, laborem in victoria nemo sentit. Vestrum est supplicationem decernere, ne diis videamur ingrati.

Ex Iulii Capitolini Maximinis duobus.

MAXIMINI ORATIO,

ARGVMENTVM.

Quum omnium arderent in Maximinum odia ob eius immanitatem & truculentiam, defecissẽtque ab eo Afri, qui imperatores duos Gordianos crearāt, & eorum factum Romanus senatus confirmasset, & senatusconsulto hostem Maximinum iudicasset, essẽtque id ad Maximinũ in castra perlatum, eo nuntio perculsus & penè exanimatus est: & diu excruciatus, tandem conuocato exercitu, concionem hanc habuit agresti homine dignam. Hîc cōqueritur iniurias senatus, inuehitur in perfidiam omnium, & ad ius suum repetendum exercitum conatur animare.

COmmilitones, rem notam vobis proferimus. Afri fidem fregerunt. quid dicam fregerunt? nam quando tenuerunt? Gordianus, senex debilis & morti vicinus, sumpsit imperium. Sanctissimi autem P.C. illi, qui & Romulum & Cæsarem occiderunt, me hostem iudicauerunt, quum pro his pugnarem & ipsis vincerem: nec solùm me, sed etiam vos & omnes qui mecum sunt, quos & senatui acceptissimos, & sibi aduersissimos esse credebant. Quare factum est (vt diximus) vt Gordianum adolescentulum principem peteret, qui statim factus est. Nec prius permissi sunt ad palatium stipati armatis ire quàm nepotem Gordiani cæsaris nomine nuncuparent, & Gordianos patrem ac filium, augustos vocarent. Ergo si viri estis, si vires habetis, eamus contra senatum & Afros: quorum omnium bona vos habebitis.

Ex Iulii Capitolini Gordianis tribus.

MAVRICII AFRI ORATIO,

ARGVMENTVM.

Quum vexarēt Africam prouinciam impotentes & crudeles quæstores crudelissimi imperatoris Maximini, Afri quendam eorum facto impetu oppresserunt, & quemadmodum Maximini vim propulsarent, séque penitus liberarent, consilium inierunt. In eorum concilio hîc Mauricius sententiam dixit, ita libertatem recuperari posse, si ad virum singularem Gordianum imperium detulissent. Causas affert, quia expediat id & facile sit.

GRatias habeo diis immortalibus, ciues, quòd occasionem dederunt, & quidem necessariam, prouidendi nobis contra hominem furiosissimum Maximinum. Nos enim qui procuratorem eius moribus & vita cōsimilem occidimus, nisi facto imperatore salui esse non possumus. Quocirca si placet quoniam non longè est nobilissimus vir proconsul cum filio consulari legato, quorum vtrique mortem pestis illa est minata, sublata de vexillis purpura, imperatores eos dicemus, adhibitísque insignibus, Romano iure firmabimus.

MAXIMINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Huius orationis argumentũ est idem quod eius quæ est ab hac tertia. Est enim oratio Maximini imperium retinere conantis quod consensus Romanorum & prouinciarum aliquot eripere volebat.

SAcrati commilitones, imò etiam mei consecranei, & quorum mecum plerique verè militastis, dum nos in Germania Romanam defendimus maiestatem, dum nos Illyricum à barbaris vindicamus, Afri fidem Punicam præstiterunt. Nam duos nobis Gordianos (quorum alter senio ita affectus est vt non possit assurgere, alter ita luxurie perditus vt debilitatem habeat pro senectute) imperatores fecerunt. Et nec hoc parũ est, sed factum Afrorum nobilis ille senatus agnouit, & pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos xx viros statuerunt, & omnes velut contra hostes sententias protulerunt. Quinimo agite vt viros decet. Properandum est ad vrbem. Nam & xx viri consulares contra nos lecti sunt, quibus resistendum est nobis fortiter agẽtibus, vobis feliciter dimicantibus.

Ex Iulii Capitolini Maximo & Balbino.

SENATORIS CVIVSDAM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Aduentabat ad vrbem Maximinus fremens & vindicta ardens, vlturus proscriptionem suam & abdicationem imperii. Patres consultabant cum de aliis tum de illius impetu refutando. Hic senator, cuius nomen non est proditum, sententiã dixit qua conatus est mentes eorum ab omni alia cogitatione ad hanc vnam de depulsione tanti periculi traducere.

MInora nos solicitant, & propè aniles res feruentissimo tempore tractamus in curia. Quid enim opus est de restitutione templorũ, de basilicæ ornatu, de thermis Titianis, de exædificatione amphitheatri agere, quum immineat Maximinus, quem hostem mecum antè dixistis: Gordiani duo, in quibus præsidium fuerat, interempti sint, neque in præsenti vllum sit auxilium quo respirare possimus? Agite igitur P. C. principes dicite, (Quid moramini) ne dũ singulatim pertimescitis, in timore potius quàm in virtute opprimamini.

VECTII SABINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Eiusdem argumenti cuius & superior. Nam quùm quasi quoddam interregnum Romæ esset, & sententiæ in senatu essent de imperio alicui tradendo, quùmque periculi magnitudo tum vt diligenter, tum vt citò prouideretur postularet, Vectius hic rogato vt sibi dicere liceret, ostẽdit & quid res postularet, & quid ipse sentiret. Maturato enim opus esse, & primo quoque tempore succurrendum esse reip. Se autem iis autorem esse vt duo creentur principes, vnus qui vrbanam rem, alter qui bellicam administret.

SCio P. C. hanc rebus nouis inesse oportere constantiam, vt rapienda sint consilia nõ quærenda: verbis quinetiam plurimis abstinendum sit atque sententiis, vbi res perurgent. Ceruices suas quisque respiciat, vxorem ac liberos cogitet, auitas patriásque fortunas: quibus omnibus imminet Maximinus, natura furiosus, truculentus, immanis: causa verò (vt sibi videtur) satis iusta, truculentior. Ille quadrato agmine, castris vbiq; positis, ad vrbem tendit: vos sedendo & consultando diem teritis. Longa oratione opus non est: faciendus est imperator, imò faciẽdi sunt principes: vnus qui res domesticas, alter qui bellicas curet: vnus qui in vrbe resideat, alter qui obuiam cum exercitu latronib9 pergat. Ego principes dico, vos firmate, si placet: sin minus, meliores ostendite. Maximũ igitur atque Balbinũ: quorũ vnus in re militari tãtus est vt nobilitatem generis splendore virtutis allexerit: alter ita clarus nobilitate est, vt & morum lenitate reip. sit necessarius, & vitæ sanctimonia, quam à prima ætate in studiis semper ac literis tenuit. Habetis

ſententiam P.C. mihi fortaſſe periculoſiorem quàm vobis: ſed nec vobis ſatis tutam, ſi non aut alios aut hos principes feceritis.

Ex Trebellii Poll. Valeriano patre & filio.

DECII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Summo conſenſu ſenatus Valerianum cenſorem crearat. Eum honorem quum ei renũtiaret ex ſenatuſconſulto conſul Decius, hac ad eum oratione eſt vſus, qua gratulatus eſt ei tantum honorem, & tãtum de eius ſinceritate & integritate iudicium ſenatus, atque ei ius cenſoriæ poteſtatis omne expoſuit.

FElicem te (*inquit*) Valeriane ſenatus ſententia, imò animis atque pectoribus. Totius orbis humani ſuſcipe cenſuram quam tibi detulit Romana reſp. quam ſolus mereris, iudicaturus de moribus noſtris. Tu æſtimabis qui manere in curia debeãt, tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges, tu cenſibus modum pones, tu vectigalia firmabis, diuides ſtatum, reſpublicas recenſebis: tibi legum ſcribendarum autoritas dabitur, tibi de ordinibus militum iudicandum eſt: tu arma reſpicies, tu de noſtro palatio, tu de iudicibus, tu de præfectis eminentiſſimis iudicabis. Excepto denique præfecto vrbis Romæ, exceptis COSS. ordinariis, & ſacrorum rege ac maxima virgine Veſtaliũ, (ſi tamen incorrupta permanebit) de omnibus ſententias feres. Laborabũt autem etiã illi vt tibi placeant de quibus non potes iudicare.

VALERIANI AD DECIVM RESPONSIO,

QVæſo ſanctiſſime imperator, ne ad hanc me neceſſitatem alliges, vt ego iudicem de populo, de militibus, de ſenatu, de omni penitus orbe, iudicibus & tribunis, ac ducibus. Hæc ſunt propter quæ auguſtum nomen tenetis: apud vos cenſura deſedit, non poteſt hoc implere priuatus. Veniam igitur eius honoris peto, cui vita impar eſt confidentia, cui tempora ſic repugnant vt cenſuram hominum natura non quærat.

Ex Trebellii Poll. triginta tyrannis.

BALISTAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Eligendus erat imperator qui in locum Valeriani in vincula abducti & Gallieni extruſi ſuccederet. Et quoniam Macrianus prudentia, nobilitate, opibus facilè anteſtaret, ſuadet ei hac oratiuncula Baliſta vt imperium capeſſat.

MEA ætas & profeſſio & voluntas longè ab imperio abſunt, & ego (quod negare non poſſum) bonum principem quæro. Sed quis tandem eſt qui Valeriani locum poſſit implere, niſi talis qualis tu es ô Macriane, fortis, conſtans, integer, probatus in rep. & (quod maximè ad imperium pertinet) diues? Arripe igitur locũ meritis tuis debitum: me profectò quandiu voles, vteris tu cum rep. Tantùm bene agas, vt te Romanus orbis factum principem gaudeat.

MACRIANI AD BAL. RESPONSIO.

ARGVMENTVM.

Reſpondet Baliſtæ Macrianus. Quominus imperium ſuſcipiat, vt is ſuadebat, excuſat ætatem, imbecillitatem, mutatum vitæ genus. Suadet vt firma & vigenti ætate eligantur plures qui munia imperatoria ſtrenuè exequi poſſint.

FAteor Baliſta, imperium prudenti non fruſtra eſt. Volo enim reip. ſubuenire, atque illam peſtem à legum gubernaculis dimouere: ſed non hoc in me ætatis eſt. Senex ſum, ad exemplum equitare non poſſum. Lauandum eſt mihi frequentius, edendũ

delicatius: diuitiæ me iamdudum ab vsu militiæ retraxerunt. Iuuenes aliqui sunt quærēdi, nec vnus, sed duo vel tres fortissimi, qui ex diuersis partibus orbis Rom. rempublicā restituant, quam Valerianus fato, Gallienus vitæ suæ genere perdiderunt. *Post hæc intellexit eum Balista sic agere ut de suis filiis uideretur cogitare, atque adeo sic aggressus est,* Prudentiæ tuæ rempublicam tradimus. Da igitur liberos tuos Macrianum & Quietum fortissimos iuuenes, olim tribunos à Valeriano factos: qui Gallieno imperante, quòd boni sunt, salui esse nō possunt. *Tunc ille ubi intellectum se esse comperit,* Do (*inquit*) manus, de meo stipendium militi duplex daturus: tu tantùm præfecti mihi studium, & annonam in necessariis locis præbe. Iam ego faxim vt Gallienus sordidissimus fœminarū omniū, duces sui parentis intelligat.

Orationes ex Amm. Marcellino collectæ.

CONSTANTII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Constantius imperator bellum pro Gallorum defensione Germanis, qui hîc Alemāni vocantur, intulerat. Ii non tam cæsaris viribus quàm superstitione territi miserunt qui bellum deprecaretur, veniam iniuriarum posceret, pacem æquis conditionibus peteret. Inclinabatur animus cæsaris in pacem æquam, sed verebatur ne ea parum grata esset exercitui, qui iam magnam spem victoriæ conceperat si flumen traiecisset. Idcirco exercitum conuocauit, orationémque hanc in eo habuit, & auiditatem illam pugnæ concedendo, & aliqua ex parte assentiendo, multúmque militibus tribuendo, sedauit: pacisque vtilitatem, ancipites martis casus bellique crudeles exitus proposuit.

NEmo, quæso, miretur, si post exudatos labores itinerum longos, congestósque affatim commeatus, fiducia vestri ductante, barbaricos pagos aduentās, velut mutato repentè consilio ad placidiora diuerti. Pro suo enim loco & animo quisque vestrûm reputans, id inuenit verum quòd miles vbique (licet membris vigentibus firmus) se solum vitámque propriam circumspicit & defendit, imperator verò, officiorū, dum æquus omnibus alienæ custos salutis, nihil non ad sui spectare tutelam rationes populorum cognoscit, & remedia cuncta quæ status negotiorum admittit, arripere debet alacriter secunda numinis voluntate delata. Vt in breue igitur conferam, & ostendam qua ex causa omnes vos simul adesse volui, commilitones mei fidissimi, accipite æquis auribus quæ succinctius explicabo: veritatis enim sermo est simplex. Arduos vestræ gloriæ gradus, quos fama per plagarum quoque accolas extremarum diffundit, excellenter accrescens, Alemānorū reges & populi formidantes, per oratores quos videtis, summissis ceruicibus concessionem præteritorum poscunt & pacem: quam vt cunctator & cautus vtiliúmque monitor, si vestra voluntas adest, tribui debere censeo, multa cōtemplās. Primò vt martis ambigua declinentur, dein vt auxiliatores pro aduersariis asciscamus, quod pollicentur: tum autem, vt incruenti mitigemus ferociæ flatus perniciosos sæpe prouinciis: postremò id reputantes quòd non ille hostis vincitur solus qui cadit in acie, pondere armorum oppressus & virium, sed multò tutius etiam tuba tacente, sub iugō mittitur voluntarius, qui sentit expertus, nec fortitudinem in rebelles, nec lenitatem in supplices animos deesse. In summa, tanquā arbitros vos quid suadetis opperior, vt princeps tranquillus temperanter adhibere modum allapsa felicitate decernens. Non enim inertiæ sed modestiæ humanitatique (mihi credite) hoc quod rectè consultum est assignabitur.

EIVSDEM ORATIO,

ARGVMENTVM.

Infesti erant Gallis perpetuis incursionibus & vexationib⁹ finitimi barbari, & in dies ingrauescebat id malum. Ea res solicitum habebat Constātium cupidiorē pacis quàm

belli

belli hominem. Qui quòd maius sibi onus imponi videret quàm quod sustinere se posse confideret, eã iniit sui subleuãdi rationem, vt Iulianum fratrem patruelem asciscerct in societatem imperii. Ea cooptatio vt rata haberetur, aduocauit præfectos militares, & in eorum conuentu hæc concionatus est. Docet quæ sibi causa sit illius allegendi, & eã illis probare conatur. Neque enim à se solo res commodè geri posse, nec ad eam societatem adiungi quenquam hoc digniorem. Quocirca Iulianum ipsum multis ornat laudibus: ad quem, accepta concionis comprobatione, orationem conuertit, eum cooptat, insignia imperii imponit, laudat, hortatur, imperium & rem Romanam illi commendat, imperatoris officia in militia & in acie exponit.

QVia igitur vestrum quoque fauorem adesse fremitus indicat lætus, adulescens vigoris tranquilli, cuius temperati mores imitandi sunt potius quàm prædicandi, ad honorem propetatum exurgat: cuius præclaram indolem bonis artibus institutam hoc ipso plenè videor exposuisse quòd elegi. Ego eum præsente nutu Dei cælestis amictu principali velabo. *Dixit, moxque indutum auita purpura Iulianum, & cæsarem cum exercitus gaudio declaratum, his alloquitur contractiore uultu submœstum,* Recepisti primæuus originis tuæ splendidum florem, amantissime mihi omnium frater: aucta gloria mea confiteor, qui iustus in deferenda superiori potestate nobilitati mihi propinquæ, quàm ipsa potestate videor esse sublimis. Adesto igitur laborum periculorúmque particeps, & tutelam ministerii suscipe Galliarum, omni beneficentia partes leuaturus adflictas, & si hostibus congredi sit necesse, fixo gradu consiste inter signiferos ipsos, audendi in tempore consideratus hortator, pugnantes accendens præeũdo cautissimè, turbatósque subsidiis fulciens, modestè increpans desides, verissimus testis adfuturus industriis & ignauis. Proin vrgente rei magnitudine, perge vir fortis ducturus viros itidem fortes. Aderimus nobis vicissim amoris robusta constantia, militabimus simul, vnà orbem pacatum (deus modò velit quod oramus) pari moderatione pietatéque recturi. Mecum vbique videberis præsens, & ego tibi quodcunque acturo non deero. Ad summa mihi propera sociis omnium votis, velut assignatam tibi ab ipsa rep. stationem cura peruigili defensurus.

IVLIANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Iulianus quicum Constãtinus cõmunicauerat imperium, quum copias aduersus Germanos duceret, iámque in conspectu esset hostis, & plurimùm referret ad rem bene gerendam, vt miles integer in aciem descenderet, præsertim in ea locorum asperitate & cæli intemperie, neque eius rei facultas superioribus aliquot diebus esset iis data, conuocato exercitu suadet, hoc loco, vt castris communitis, ad requiescendum & ad curanda corpora spatium omnes sumant. Principium positum est in auertenda suspicione ignauiæ: reliqua oratio habet expositionem consilii.

VRget ratio salutis tuendæ communis (vt parcissimè dicam) non iacentis animi cæsarem vos hortari & orare commilitones mei, vt adulta robustáque virtute cõfisi, cautiorem viam potius eligamus ad toleranda vel ad depellenda quæ sperantur, quàm præproperam & ancipitem. Vt enim in periculis virtutem impigram esse cõuenit & audacem, ita quum res postulat, regibilem & consultam. Quod igitur censeo, si arbitrium affuerit vestrum, iustáque sustinet indignatio, paucis absoluã. Iam dies in meridiem vergit: lassitudine nos itineris fatigatos scrupulosi tramites excipient & obscuri, nox senescente luna nullis sideribus adiuuanda, terræ protinus æstu flagrantes, nullis aquarum subsidiis fultæ: quas si dederit quisquam commodè posse transire, ruentibus hostiũ examinibus post otium cibiq; refectionem & potus, quid nos agimus, quo vigore, inedia, siti, laboréque membris marcentibus occurramus? Ergo quoniam negotiis difficillimis sæpe dispositio tempestiua prospexit, & statum nutantium rerum recto consilio in bonam partem accepto aliquoties diuina remedia repararunt, hîc quæso vallo fossáque circundati, diuisis vigiliis quiescamus: somnóque & victu congruis potiti pro tempore (pace Dei sit dictum) triumphaturas aquilas & vexilla victricia, primo lucis moueamus exordio.

CONSTANTII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Partis de ferocissimis hostium aliquot victoriis, Constantius Cæsar statuit domum reuerti: & quoniam missio paulò pòst esset facienda, placuit, dum coactæ adhuc erant copiæ, illis eas victorias gratulari. Itaque conuocatis omnibus, hanc ibi concionem habuit. In hac militem laudat: hostes, vel subactos vel fractos vel repressos saltem perhibet, & quas de iis victorias reportent. Postremò quas vtilitates & quantas de iis victoriis percipiant, ostendit: quadruplex enim commodum ad eos redire probat.

HOrtatur recordatio rerum gloriosè gestarum omni iucunditate viris fortibus gratior, admodum verecundè replicare quæ diuinitus delata sorte vincendi, & ante prælia, & in ipso correximus feruore pugnarum, Romanæ rei fidissimi defensores. Quid enim tam pulchrum tamque posteritatis memoriæ iusta ratione mandandũ, quàm vt miles strenuè factis, ductor prudenter consultis exultet? Persultabat Illyricum furor hostilis, absentiam nostram inanitate tumenti despiciens, dum Italos tueremur & Gallos: variisque discursibus vastabat extima limitum: nunc cauatis roboribus, aliquoties peragrans pedibus flumina, non congressibus nec armis fretus aut viribus, sed latrociniis assuetus occultis, astu & ludificandi varietate iam inde ab instituta gente, nostris quoque maioribus formidatus: quæ longiùs disparati, quæ ferri poterant tulimus, leuiores iacturas efficacia ducum vetari posse sperantes: vbi verò per licentiam scandens in maius ad funestas prouinciarum clades erepsit & crebras, communitis aditibus Rheticis, tutelâque peruigili Galliarum securitate fundata, terrore nullo relicto post terga venimus in Pannoniam, vt placuit numini sempiterno, labentia firmaturi: cunctisque paratis (vt nostis) vere adulto egressi arripuimus negotiorum maximas moles: primùm ne struendo textis compagibus ponti telorum officeret multitudo: quo opera leui perfecto, visis terris hostilibus & calcatis, obstinatis ad mortẽ animis conatos resistere Sarmatas absque nostrorum dispendio strauimus, parique petulantia ruentes in agmina nobiliũ legionum Quados Sarmatis adiumenta ferentes attriuimus. Qui post ærumnosa dispendia inter discursus & repugnandi minaces anhelitus, quid nostra valeat virtus experti, manus ad dimicandum aptatas armorum abiecto munimine pone terga vinxerunt: restaréque solam salutem contemplantes in precibus, affusi sunt vestigiis augusti clemẽtis, cuius prælia sæpe compererant exitus habuisse felices. His sequestratis, Limigantes quoque fortitudine superauimus pari: interfectisque pluribus, alios periculi declinatio adegit suffugia petere latebrarũ palustriũ. Hisque secundo finitis euentu, lenitatis tempus aderat tempestiuæ. Limigãtes ad loca migrare compulimus longè discreta, ne in perniciem nostrorum se cõmouere possent vlteriùs: & pepercimus plurimis, & Zizaim præfecimus liberis, dicatum nobis futurum & fidum, plus æstimantes creare quàm afferre barbaris regem: hoc decore augente solennitatem, quòd iisdem quoque rector tributus, antehac electus est & acceptus. Quadruplex igitur præmium, quod vnus procinctus absoluit, nos quæsiuimus & resp. primò vltione parta de grassatoribus noxiis, deinde quot vobis abundè sufficient ex hostibus captiuis. His enim virtutem oportet esse contẽtam, quæ sudore quæsiuit & dexteris: nobis amplas facultates opum, quæ sunt magni thesauri, integra omnium patrimonia, nostri labores & fortitudo seruauerint. Hoc enim boni principis mẽti, hoc successibus congruit prosperis. Postremò ego quoque hostilis vocabuli spolium præ me fero, secundi Sarmatici cognomentum, quòd vos vnum idémque sentientes mihi (ne sit arrogans dicere) meritò tribuistis.

IVLIANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Reuocabatur à Constãtio exercitus Gallicanus, cui Iulianus præerat, quòd in oriente imminebant & iam vexabant Romanum imperium Parthi. Id iniquo animo tulit miles, quòd iam tot confectis stipendiis in laboriosissimam militiam amandaretur, & plerique è sedibus patriis abstracti, in longinquas terras traherentur. Augebat eum dolo-

rem, quòd à Iuliano quem ferebant oculis omnes, acerbè diuelleretur. Iulianus hac cõcione eos placare est conatus, cum iis de causis, tum verò etiam quòd honorifica imperii insignia repudiasset. Hic præclara facinora Germanicæ illius expeditionis effert laudibus, & quantum illorum virtuti acceptum ferat Romanum imperium, pauca per eandem assentationem loquutus, ostendit ita se rem militarem velle constituere vt præmia & honores virtuti, non alii dignitati decernantur & tribuantur. Hoc ille iure suo facere poterat, vtpote particeps imperii.

RES ardua poscit & flagitat, propugnatores mei reique publicæ fortes & fidi, qui mecum pro statu prouinciarum vitam sæpius obiecistis, quoniam cæsarem vestrum firmo iudicio ad potestatum omnium culmen sustulistis, perstringere pauca summatim, vt remedia permutatæ rei iusta colligantur & cauta. Vixdum adolescens specie tenus purpuratus (vt nostis) vestræ tutelæ nutu cælesti commissus, nunquam à proposito rectè viuẽdi deiectus sum: vobiscum in omni labore perspicuus, quum disper sa gentium confidẽtia, post ciuitatum excidia, peremptáque innumera hominum millia, pauca quæ semiintegra sunt relicta, cladis immensitas persultaret. & retexere superfluum puto quoties hyeme cruda rigentique cælo, quo tempore terræ ac maria opere martio vacant, indomitos antea cum iactura virium suarum repulimus Alemannos. Id sanè nec prætermitti est æquum nec taceri, quòd quum prope Argentoratum illuxisset ille beatissimus dies, vehens quodammodo Gallis perpetuam libertatem, inter confertissima tela me discurrente, vos vigore vsúsque diuturnitate fundati, velut incitatos torrentes hostes abruptiùs inundantes, superastis ferro prostratos, vel fluminis profundo submersos, paucis relictis nostrorum, quorum exequias honestauimus celebri potius laude quàm luctu. Post quæ, opinor, tanta & talia nec posteritatem tacituram de vestris in rempublicam meritis in gentibus cunctis, si plenè, quem altiore fastigio maiestatis ornastis, virtute grauitatéque, siquid aduersum ingruerit, defendatis. Vt autem rerum integer ordo seruetur, præmiáque virorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio præripiat clandestina, id sub reuerenda consilii vestri facie statuo, vt neque ciuilis quisquam iudex nec militiæ rector, alio quodam præter merita suffragante ad potiorẽ veniat gradum, non sine detrimento pudoris eo qui pro quolibet petere tentauerit discessuro.

IVLIANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Cœperat inuidere Iuliano Constantius, & alienum ab eo animum habere, nec cum eo amplius, sed cum barbaris principibus sua communicare consilia. Suboluit Iuliano clandestinum aliquid agitari: inuestigauit, deprehendit barbarum quem sciebat à se esse auerso animo, & mali aliquid parare, & cum Constantio facere, vinciendum curauit. Deinde optimum factũ iudicauit occupare & munire prouincias, à quibus propè aberat. Sed nesciebat quàm firmos haberet animos militum. Explorandos simul sibi eos & confirmandos putauit. Ea re hanc apud eos concionẽ habuit, quá repetita præclarè gestorum memoria, & honorum quibus ab iis esset cumulatus: monet esse maturãdũ, vt prouincias firmis præsidiis teneant, néue colligendarum virium spatium hostibus largiantur. Quæ opus sunt, curæ sibi ea fore: in præsentia postulare vt militiæ sacramẽtum redintegretur.

IAmdudum tacita deliberatione vos æstimo, magni commilitones, rerum gestarum excitos amplitudine, hoc opperiri consilium, vt euentus qui sperantur, perpendi possint & præcaueri. Plus enim audire quàm loqui militem decet, actibus coalitum gloriosis: nec alium spectatæ æquitatis sentire rectorem quàm eum qui & laudari dignè poterit & probari. Vt igitur quæ proposui abiectis absoluam, aduertite oro beneuolè, quæ sermone breui percurram. Arbitrio Dei cælestis, vobis inter ipsa iuuentæ rudimenta permixtus, irruptiones Alemannorum assiduas & Francorum, populandíque iugem licentiam fregi, & vigore communi Romanis agminibus quoties libet Rhenum peruium feci, contra rumorum fremitus gentiúmque validarum violentos excursus stando immobilis, virtutis vestræ nimirum firmamento confisus. Et hæc laborum quos ex-

hausimus, Galliæ spectatrices post funera multa iacturásque recreatæ diuturnas & graues, posteritati per ætatum examina commendabunt. At nunc quum autoritate vestri iudicii, rerúmque necessitate compulsus, ad augustum elatus sum culmen, Deo vobisque fautoribus, si fortuna cœptis adfuerit, altiùs affectabo maiora, id præ me ferens, quòd exercitui cuius æquitas armorúmque claruit magnitudo, & domi moderatus visus sum & tranquillus, & in crebritate bellorum contra conspiratas gentium copias cōsideratus & cautus. Vt igitur aduersa præueniamus mentium societate iunctissima, sequimini viam consiliúmque salutare, vt puto, quum integritas rerum intentioni nostræ voluntatíque respondeat: & dum maioribus vacant præsidiis regiones Illyricæ, impræpedito cursu tendentes, Daciarum interim fines extimos occupemus, exinde quid agi oporteat bonis successibus instruendi: vtque est mos fidentium ducum, iuramento quæso concordiam spondete mansuram & fidem, operam nauaturo sedulam & solitam nequid agatur inconsultum & segne, & producturo, siquis exegerit, incorruptam conscientiam meam, quòd nihil voluntate præter ea quæ in commune conducunt, aggrediar aut tentabo. Illud sanè obtestor & rogo, obseruate ne impetu gliscentis ardoris in priuatorum damna quisquam vestrûm exiliat, id cogitans quòd ita nos illustrarunt hostium innumeræ strages, vt indemnitas prouinciarum & salus, exemplis virtutum peruulgatæ.

CONSTANTII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ex illa Iuliani cautione & apparatu quem superiore concione habuimus, grauissima bella inter duos consortes imperii, Constantium & Iulianum, exarserunt. Nam quum se eo apparatu peti sensisset Constantius: ac pòst aperto marte se oppugnari vidisset, contraxit exercitum. Verùm id tempotis ancipiti malo premebatur. Vrgebat enim ab occidente Iulianus, ab oriente rex Persarum. Hic tamen non ita multo pòst quàm copias eduxerat, pedē retulit, & magno metu Cōstātiū liberauit. Is hoc expeditior, parabat se vt occurreret Iuliano. Quem vt validioribus viribus adoriretur, suorum sibi animos cōfirmandos censuit. Id hac concione effecit. Nam repetita commemoratione nefarii hominis, cui quum res maximas credidisset, is tamen se sceleratè gessisset, ad Iulianum venit, quem perfidia etiam illo sceleratiorē ostendit. Queritur illius ingratū animū, fœdam proditionem, nefarios conatus: aduersus eum animos suorum conatur incendere: eísque optati exitus spem ostendit, quòd perfidos homines calamitosi exitus maneāt.

SOlicitus semper nequid re leui vel verbo committā inculpatæ parū congruens honestati, vtque cautus nauigandi magister clauos pro fluctuum motu erigens vel inclinans, compellor nunc apud vos amantissimi viri cōfiteri meos errores, quin potius (si dici liceat verum) humanitatem quam credidi negotiis communibus profuturā. Proinde vt facilius sciri possit quæ sit hui⁹ cōcilii cōuocādi materia, accipite quæso æquis auribus & secundis. Gallum patruelem tempore quo confundendis rebus pertinaciter Magnentius inhærebat, quē obruêre vestræ virtutes, potestate cæsaris sublimatum ad orientis præsidium misi. Qui quum à iustitia per multa visu relatúque nefaria defecisset, arbitrio punitus est legum. Atque vtinam hoc contenta esset inuidia, turbarum acerrima concitatrix: & angebat nos vna, sed secura doloris præteriti recordatio. At nūc aliud accidit, ausim dicere præteritis mœstius, quod per fortitudinem nobis ingenitam adiumenta cælestia coercebunt. Iulianus, quem dum circumfrementes Illyricum nationes exteras oppugnatis, tuendis præfecimus Galliis, leuium confidentia præliorum, quæ cū Germanis gessit semermibus, vt vecors elatus, ascitis in societatem superbam auxiliaribus paucis, feritate spéque postrema ad perniciosam audaciam promptis in noxam publicam conspirauit, æquitate calcata, parente nutricéque orbis Romani: quam tumentes spiritus tanquam fauillas effecturam deinde, vt scelestè lætorum vltricem, & ipse expertus, & docente antiquitate facilè credo. Quid igitur superest nisi vt turbinibus excitis occurramus, subcrescentis rabiem belli antequam pubescat validius celeritatis remediis oppressuri? Nec enim dubium fauore numinis summi præsente, cuius perenni suffragio damnantur ingrati, ferrum impiè præparatum ad eorum interitum esse vertendum, qui non lacessiti, sed aucti beneficiis pluribus, ad insontium pericula surrexerunt.

Vt enim mea mens auguratur, iustitiáque rectis consiliis affutura promittit, spondeo quòd si vétum fuerit cominus, ita pauore torpescent, vt nec oculorum vestrorum vibratæ lucis ardorem, nec barritus sonum perferant primum.

VALENTINIANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Valentinianus fuerat quidem omnium suffragiis in exercitu nominatus imperator. Sed quia erat paulo obscuriore loco ortus, & principiò magnificentiam & splendorem quendam captabat, adhæsit hominum fastidiis vt iam illius pœniteret, & quum ad res gerendas accederet, velletque à concione auspicari, primùm murmur concionis, deinde liberior reclamatio oriretur, vt propè ad conuitium res veniret. Erat autem ille concionis reclamantis sensus vt alium creari placeret. Valentinianus minimè hoc metu perculsus quum se confirmasset, & audientiam grauitate sibi fecisset, hanc habuit concionem, qua & illos motus sedaret, & autoritatem ad reliquum tempus colligeret. Hîc beneuolentiam conciliat commemoratione beneficii & iudicii eorum quo nominatus fuerat imperator. Pòst, cur collegam nondum sibi asciscat, rationem affert. Sibi id curæ fore, & totius imperii administrationem, prætereáque res præclarè cessuras pollicetur. Postremò vt suis commodis seruiant admonet.

EXulto prouinciarum fortissimi defensores, & præ me fero, sempérque laturus sum, nec speranti nec adpetenti moderamina orbis Rom. mihi, vt potissimo omnium, vestras detulisse virtutes. Quod erat igitur in manu positum vestra, nondum electo imperii formatore, vtiliter & gloriosè complestis, adscito in honorum verticem eo quẽ ab ineunte adolescentia ad hanc vsque ætatis maturitatẽ splẽdidè integréque vixisse experiundo cognostis. Proinde pacatis auribus accipite quæso simplicioribus verbis quod conducere arbitror in commune. Adhiberi oportere in omnes casus socia potestate collegam, contemplatione poscente multiplici, nec ambigo nec repugno, curarum aceruos & mutationes varias accidentium ipse quoque vt homo formidans. Sed studẽdum est concordiæ viribus totis, per quam res quoque minimæ conualescunt. Quod impetrabitur, facilè, si patientia vestra cum æquitate consentiens, id mihi quod mearum est partium concesserit libens. Dabit enim (vt spero) fortuna cõsiliorum adiutrix bonorũ, quantum efficere & consequi possum, diligenter scrutanti temperamentum. Vt enim sapientes definiunt, non modò in imperio, vbi pericula maxima sunt & creberrima, verùm etiam in priuatis quotidianísque rationibus, alienum ad amicitiam quum iudicauerit quisquam prudens, adiungere sibi debebit, non quum adiunxerit, iudicare. Hæc cum lætiorum spe polliceor: vos firmitatem factorum retinentes & fidem, dum hyberna patitur quies, animorum reparate vigorem atque membrorum, ob nũcupationem augustam debita protinus accepturi.

PROCOPII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Habuit hanc orationem Procopius in procinctu & in ipso penè conflictu. Nam is quum desciscendi à Valentiniano & Valente cæsaribus, esset autor, & magnam vim hominum in factionem suam pertraxisset, iurassentque illi in eius verba, & conductis copiis congressurus esset cũ cæsariano Valentis exercitu, comprehendit quendam sibi notum, & eum hac oratione cohortatus est, cúmque eo commilitones eius, vt Valentinianum desererent, qui malis artibus in locum Constantii inuasisset.

EN (*inquit*) cana Romanorum exercituum fides, & regionibus firmis iuramenta cõstricta. Placet fortissimi viri pro ignotis tot suorum consurrexisse mucrones: vtque Pannonius degener, labefactans cuncta & proterens, imperio quod ne votis quidẽ concipere ausus est vnquam potiatur, ingemiscere nos vestris nostrísque vulneribus. quin potius sequimini culminis summi prosapiam, non vt rapiat aliena, sed in integrũ maiestatis auitæ restituatur, arma iustissima commouentem.

VALENTINIANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

AEtate iam affecta Valentinianus, & graui morbo afflictatus, laborabat vt Gratianus filius in ipsius locum succederet. Competitores erant non pauci. Ita ambibant vt incli-

Conciones ſeu orationes ex Græcis hiſtoricis excerptæ.

CVM INTERPRETATIONE Latina.

Orationes seu conciones ex Herodoto excerptæ.

Ex libro primo, qui Clio inscribitur.

ORATIO SANDANIDIS.

ARGVMENTVM.

Parabat expeditionem in Cappadoces & Persas Crœsus. Accedit eius dissuasor Sandanis Lydus, summa vir inter suos existimatione prudentiæ. Docet eam expeditionem esse periculosam, propter illorum hominum duritiem & feritatem: nec vtilem, etiam in victoria, propter eorundem tenuitatem.

Ὦ βασιλεῦ, ἐπ' ἄνδρας τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζεαι, οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι· σιτέονται δὲ οὐκ ὅσα ἐθέλουσι, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχέην. πρὸς δὲ, οὐκ οἴνῳ διαχρέωνται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσι. οὐ σῦκα δὲ ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. τοῦτο μὲν δὴ, εἰ νικήσεις, τί σφέας ἀπαιρήσεαι, τοῖσι γε μηδέν; τοῦτο δὲ, ἢν νικηθῇς, μάθε ὅσα ἀγαθὰ ἀποβαλέεις. γευσάμενοι γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, περιέξονται, οὐδὲ ἀπωστοὶ ἔσονται. ἐγὼ μέν νυν θεοῖσι ἔχω χάριν, οἳ οὐκ ἐπὶ νόον ποιέουσι Πέρσῃσι στρατεύεσθαι ἐπὶ Λυδούς.

EADEM LATINE,

Henrico Steph. interprete.

Scin' tu verò rex aduersus quale hominũ genus expeditionem pares? Quibus suæ braccæ, coriaceæ, cætera quoque vestimenta, coriacea sunt: qui non quibus volunt cibis, sed quos sua illis aspera regio suppeditat, vescuntur: qui vino minimè vtuntur, sed aquæ sunt potores: qui ne ficus quidem habent quas esitent: quibus denique nihil rerum bonarum est. Hos si quidem superaueris, quid eis eripies, quum nihil possideant? sin ab iis superatus fueris, quot bonorũ iacturam clades ea tibi allatura sit, tecum reputato. Quũ enim semel bona nostra gustauerint, ita illis adhærescent vt auelli nulla ratione possint. Ad me quidem certè quod attinet, diis habeo gratiam quòd Persarum animis nullum suscipiendi expeditionem aduersus Lydos desiderium indunt.

CONCIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Moliebatur defectionem Persarum à Medis Cyrus: proinde contracto exercitui, cui certo die laboriosum pensum imposuerat, postridiéque eius diei liberale epulum præbuerat, duræ & cõtrà iucundæ vitæ vias ostendit: hortatúrque vt se autorem libertatis alacri animo sequantur.

Ἄνδρες Πέρσαι, οὕτω ὑμῖν ἔχει· βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι, ἔσται τάδε τε καὶ ἄλλα μυρία ἀγαθὰ, οὐδένα πόνον δουλοπρεπέα ἔχουσι· μὴ βουλομένοισι δὲ, εἰσὶ ὑμῖν πόνοι τῷ χθιζῷ παραπλήσιοι ἀναρίθμητοι. νῦν ὦν ἐμέο πειθόμενοι, γίνεσθε ἐλεύθεροι. αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς, τάδε ἐς χεῖρας ἄγεσθαι· καὶ ὑμέας ἥγημαι ἄνδρας Μήδων εἶναι οὐ φαυλοτέρους, οὔτε τἆλλα, οὔτε τὰ πολέμια. ὡς ὦν ἐχόντων ὧδε, ἀπίστασθε ἀπ' Ἀστυάγεος τὴν ταχίστην.

EADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

In eo statu sunt res vestræ, Persæ, vt si quidem mihi dicto audiẽtes esse velitis, & hæc & alia infinita percepturi bona sitis, nullúmque seruilem laborem passuri: sin nolitis, manent vos innumeri similes hesterno labores. Quamobrem mihi auscultando, fiatis liberi. Nam præterquam quòd ego diuina quadam sorte natus ista vobis in manus afferre videor, vos nequaquam Medis in bellicis rebus, sicut nec in cæteris, inferiores esse arbitror. Quæ quum ita sint, primo quoque tempore ab Astyage deficite.

ORATIO LEGATI MASSAGETARVM.

ARGVMENTVM.

Laceſſita à Cyro Tomyris regina Maſſagetarum, legationem ad eum mittit, quæ primùm moneat vt cœptis deſiſtat: deinde, ſi adduci nequeat, pares cōditiones ferat belli vel in ſuis vel in Maſſagetarum finibus gerendi.

Ὦ Βασιλεῦ Μήδων, παῦσαι σπεύδων τὰ σπεύδεις. οὐ γὰρ ἂν εἰδείης εἴ τοι ἐς καιρὸν ἔσται ταῦτα τελεόμενα. παυσάμενος δὲ, βασίλευε μετὰ τῆς σεωυτοῦ, καὶ ἡμέας ἀνέχευ ὁρέων ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομεν. οὐκ ὦν ἐθελήσεις ὑποθήκῃσι τῇσδε χρέεσθαι, ἀλλὰ πάντων μᾶλλον ἢ δι᾽ ἡσυχίης εἶναι; σὺ δὲ εἰ μεγάλως προθυμέαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε, μόχθον μὲν τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν ποταμὸν, ἄφες· σὺ δὲ, ἡμέων ἀναχωρησάντων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερέων ὁδὸν, διάβαινε ἐς τὴν ἡμετέρην. εἰ δὲ ἡμέας βούλεαι ἐσδέξασθαι μᾶλλον ἐς τὴν ὑμετέρην, σὺ τὠυτὸ τοῦτο ποίεε.

EADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

DEſine Medorum rex operibus his laborem impendere. haud enim ſcire poſſis an vbi perfecta fuerint, vtilitatem tibi ſint allatura. Vbi autem deſieris, regnum in tuos obtine: miniméque tibi graue ſit nos itidem in noſtros imperium obtinentes videre. Quid? nullúmne admonitionibus noſtris locum relinques, ſed omnia paci & quieti antepones? Atqui, ſi laceſſendi tentandíque bello Maſſagetas tanto deſiderio teneris, agedum, quem perfers in cōſternendo pontibus fluuiō laborem omittito, & nobis tridui itinere ab eo digreſſis, in regionem noſtram traiicito: aut ſi nos in veſtram libet potius recipere, hoc ipſum facito.

ORATIO CROESI.

ARGVMENTVM.

Auditam Maſſagetarum legationem Cyrus retulit ad proceres. Ii vna voce ſuadebāt Cyro, vt in ſuis potius quàm in hoſtium finibus præliaretur. Crœſus, qui ad id cōcilium erat adhibitus, in contraria ſententia ſe eſſe oſtendit. Plurimum enim Cyri intereſſe vt in hoſtili agro potius quàm in ſuo dimicaret. Ita enim & cladem leuiorem, ſi vincatur, & victoriam ampliorem, ſi vincat, eſſe habiturum. Simul illi ſtrategematis rationem aperit.

Ὦ Βασιλεῦ, εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ἐπεί με Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν. τὰ δέ μοι παθήματα, τὰ ἐόντα ἀχάριστα, μαθήματα γέγονε. εἰ μὲν ἀθάνατος δοκέεις εἶναι, καὶ στρατιῆς τοιαύτης ἄρχειν, οὐδὲν ἂν εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμὲ σοὶ ἀποφαίνεσθαι. εἰ δ᾽ ἔγνωκας ὅτι ἄνθρωπος καὶ σὺ εἶς καὶ ἑτέρων τοιῶνδε ἄρχεις, ἐκεῖνο πρῶτον μάθε, ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπηίων ἐστὶ πρηγμάτων, περιφερόμενος δὲ, οὐκ ἐᾷ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. ἤδη ὦν γνώμην ἔχω περὶ τοῦ προκειμένου πρήγματος, τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι. εἰ γὰρ ἐθελήσομεν ἐσδέξασθαι τοὺς πολεμίους ἐς τὴν χώρην, ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κίνδυνος ἔνι. ἑσσωθεὶς μὲν, προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι νικῶντες Μασσαγέται, οὐ τὸ ὀπίσω φεύξονται, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀρχὰς τὰς σὰς ἐλῶσι· νικῶν δὲ, οὐ νικᾷς τοσοῦτον ὅσον, εἰ διαβὰς ἐς τὴν ἐκείνων, νικῶν Μασσαγέτας, ἕποιο φεύγουσι. τὠυτὸ γὰρ ἀντιθήσω ἐκείνῳ, ὅτι νικήσας τοὺς ἀντιουμένους, ἐλᾷς ἰθὺς τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριδος. χωρίς τε τοῦ ἀπηγημένου, αἰσχρόν τε καὶ οὐκ ἀνασχετὸν, τὸν Κῦρόν γε τὸν Καμβύσεω γυναικὶ εἴξαντα ὑποχωρῆσαι τῆς μάχης. νῦν ὦν μοι δοκέει, διαβάντα προελθεῖν ὅσον ἂν ἐκεῖνοι ὑπεξίωσι. ἐνθεῦτεν δὲ τάδε ποιεῦντας πειρᾶσθαι ἐκείνων περιγίνεσθαι. ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι, καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. τούτοισι ὦν τοῖσι ἀνδράσι τῶν προβάτων ἀφειδέως πολλὰ κατακόψαντας καὶ σκευάσαντας, προθεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ ἡμετέρῳ δαῖτα· πρὸς δὲ, καὶ κρητῆρας ἀφειδέως οἴνου ἀκρήτου, καὶ σιτία παντοῖα. ποιήσαντας δὲ ταῦτα, ὑπολειπομένους τῆς στρατιῆς τὸ φλαυρότατον, τοὺς λοιποὺς αὖτις ἐξαναχωρέειν ἐπὶ τὸν ποταμόν. ἢν γὰρ ἐγὼ γνώμης μὴ ἁμάρτω, κεῖνοι ἰδόμενοι ἀγαθὰ πολλὰ, τρέψονται πρὸς αὐτὰ, καὶ ἡμῖν τὸ ἐνθεῦτεν λείπεται ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

EQuidem tibi, rex, etiam antea dixi, quandoquidem Iupiter tibi me tradidit, quicquid animaduertero errati in tua domo, id omne me pro viribus auerſurū. Nam mei caſus, etſi ingrati, mihi tamen extitere diſciplinæ. Si tibi eſſe videris immortalis, & eiuſmodi exercitui præeſſe, nihil eſt opus vt meam tibi dicam ſententiam: ſin verò te quoque agnoſcis hominem eſſe, & aliis talibus præeſſe, illud in primis diſci-

to, humanarum rerum circulum esse, qui rotatus, semper eosdem fortunatos esse non finit. Ideoque de hac quam proposuisti re secus ego atque isti sentio. Si enim hostes in hanc terram volemus excipere, id tibi ex hoc periculum erit, ne fugatus, omne amittas imperium: quia haud dubiè victores Massagetæ non se retrò fuga recipient, sed tuas prouincias adorientur. Victor autem tu non adeo multum vincis, quàm multum si trâiiciês in terram illorũ, victis Massagetis instabis fugientibus. Hoc enim pro illo substituito consilium, vt victo hoste, rectà pergas ad subigendum Tomyridis regnum, & quidem sine duce. Turpe est enim atque intolerabile, Cyrum Cambysis filium mulieri cedentem, detrectare pugnam. Itaque mihi placet, traiectis copiis procedere eo vsque dum illi in occursum prodeant: atque dehinc ita faciendo dare operam vt illos superemus. Nanque, vt ego audio, Massagetæ bonorum sunt Persicorum insueti, & magnorum commodorum expertes. His ergo viris propone in nostris castris magnam instructarum epularum copiam, magna vi pecorum interfecta, cum magna etiam vi poculorum vini meri, atque omnis cibariorum generis. Hoc vbi fecerimus, imbecillissimis quibusque militum ibi relictis, cum reliquis ad flumẽ nos recipiamus. Tantis enim bonis conspectis, illi (nisi me fallit opinio) se ad ea conuertent: vnde nobis superérit facultas magnas res perpetrandi.

Ex libro tertio, qui Thalia inscribitur.

ORATIO FILIAE PERIANDRI.

ARGVMENTVM.

Relegatus à Patre Periandro Corinthiorum rege Lycophron, & ab eodem ad regni hæreditatem reuocatus, paternum nuntium repudiauit. Allegata deinde ad eundem soror, hac oratiuncula apud eum vsa idem illud suasit.

Ὦ Παῖ, βούλεαι τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσεῖν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς διαφορηθέντα, μᾶλλον ἢ αὐτός σφε ἀπελθὼν ἔχειν; ἄπιθι εἰς τὰ οἰκία· παῦσαι σεωυτὸν ζημιῶν. φιλοτιμίη κτῆμα σκαιόν. μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰῶ. πολλοὶ τῶν δικαίων τὰ ἐπιεικέστερα προτιθεῖσι. πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μητρῷα διζήμενοι, τὰ πατρῷα ἀπέβαλον. τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν, πολλοὶ δὲ αὐτῆς ἐρασταί εἰσι· ὁ δὲ, γέρων τε ἤδη καὶ παρηβηκώς. μὴ δῷς τὰ σεωυτοῦ ἀγαθὰ ἄλλοισι.

EADEM LATINE, Laur. Valla interprete.

Fili, mauis tyrannidem recidere in alios, & domum patris tui ad alienos dispergi, quàm tu ipse habere illuc reuersus? Redi quæso ad penates, desine tibimet officere. Læua possessio est peruicacia: noli malũ medicari malo. Multi mãsuetiora iustioribus præponunt: multi materna sectantes, paterna perdiderunt. Lubrica res est tyrannis, cuius multi sunt amatores. Pater, senex est prouectæque ætatis: tua ipsius bona ne aliis tradas.

ORATIO CAMBYSIS.

ARGVMENTVM.

Cambyses Persarum rex, exterritus insomnio, quo cuidam Smerdi regnum portendebatur, & quòd ei frater erat eo nomine, immisso percussore fratrem de medio sustulerat. Pòst quum absentis eius regnum occuparet quidam Smerdis, ementitus stirpe regis filium, se ad hominem opprimendum comparat. Sed morbo præuertitur: ex quo quum certam mortem expectaret, conuocatos suos hac oratione est affatus, qua cædem fratris flebiliter confessus, eos ad vindicanda impostoris consilia incitat, addita, si secus faxint, imprecatione.

Ὦ Πέρσαι, καταλελάβηκέ με, τὸ πάντων μάλιστα ἔκρυπτον πρηγμάτων, τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι. ἐγὼ γὰρ ἐὼν ἐν Αἰγύπτῳ εἶδον ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ, τὴν μηδαμὰ ὄφελον ἰδεῖν· ἐδόκεον δέ μοι ἄγγελον ἐλθόντα ἐξ οἴκου ἀγγέλλειν, ὡς Σμέρδις ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήιον θρόνον, ψαύσειε τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ. δείσας δὲ μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχὴν πρὸς τοῦ ἀδελφεοῦ, ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα. ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηίῃ φύσι οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι, ἀποτρέπειν. ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος Πρηξάσπεα ἀποπέμπω ἐς Σοῦσα ἀποκτενέοντα Σμέρδιν. ἐξεργασθέντος δὲ κακοῦ τοσούτου, ἀ-

δεῶς διαιτώμην, οὐδαμᾶ ἐπιδεξάμενος μή ποτέ τις μοι, Σμέρδιος ὑπεραιρημένου, ἄλλος ἐπαναςαίη ἀνθρώπων. παντὸς δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἁμαρτὼν, ἀδελφεοκτόνος τε οὐδὲν δέον γέγονα, καὶ τῆς βασιληίης οὐδὲν ἧσσον ἐςέρημαι. Σμέρδις γὰρ δὴ ἦν ὁ μάγος, τόν μοι ὁ δαίμων προέφαινε ἐν τῇ ὄψει ἐπαναςήσεσθαι. τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐργαςαί μοι, καὶ Σμέρδιν τὸν Κύρου μηκέτι ὑμῖν ἐόντα λογίζεσθε, οἱ δὲ ὑμῖν μάγοι κρατέουσι τῶν βασιληΐων· τόν τε ἔλιπον ἐπίτροπον τῶν οἰκίων, καὶ ὁ ἐκείνου ἀδελφεὸς, Σμέρδις. τὸν μὲν νυν μάλιστα χρῆν ἐμεῦ αἰσχρὰ πρὸς τῶν μάγων πεπονθότος τιμωρέειν ἐμοὶ, οὗτος μὲν ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἑωυτοῦ οἰκηϊοτάτων. τούτου δὲ μηκέτι ἐόντος, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν ὦ Πέρσαι γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι γενέσθαι τελευτῶν τὸ βίον. καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων, καὶ πᾶσι ὑμῖν καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν, ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσι αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ἀπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε καὶ σθένεϊ τεῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι. καὶ ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι, καὶ γυναῖκές τε καὶ ποίμνια τίκτοιεν, ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέροισι· μηδ' ἀνασωσαμένοισι ἀρχὴν, μηδ' ἐπιχειρήσασι ἀνασώζειν, τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέομαι ὑμῖν γενέσθαι. καὶ πρὸς ἔτι τούτοισι τὸ τέλος Περσέων ἑκάστῳ ἐπιγενέσθαι οἷον ἐμοὶ ἐπιγέγονε.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

QVod maximè occultum volebam Persæ, id cogor apud vos efferre. ego enim quum apud AEgyptum agerem, inter quietem visum vidi, quod quidem minimè visum oportuit. Videbatur mihi nuntius quidam domo adueniens nuntiare, Smerdin in regio sedentem solio, cælum capite contingere. Ex quo veritus ne à fratre exuerer principatu, properantius quàm prudentius feci. Neque enim in hominis natura situm est auertere quod euẽturum est. Itaq; demẽs ego Prexaspẽ Susa ad Smerdin interimendũ misi. Quo tanto scelere perpetrato, securius degebã: nequaquã coniectans fore vt Smerdi sublato, alius quispiam mortalium in me exurgeret. Vnde prorsus euentu rerum frustratus, & parricida fratris incassum extiti, & nihilominus regno exutus sum. nam Smerdis magus, erat is quem dæmon mihi per quietem demonstrauit in me arma sumpturum. Hoc opus quum ego perpetrarim, iam vobis Smerdin Cyri nõ superesse existimetis, sed magos vobis regnum occupasse: quorum alterũ rerum domesticarum procuratorem reliquerã, alter, eius frater est Smerdis. Quem igitur decebat præcipuè vicem meam vlcisci, indigna à magis passi, is immerita morte à proximis suis affectus est. Quum verò iste superstes non sit, hoc mihi secundo loco relinquitur in primis necessarium, vt vobis mandata dem de iis quæ mihi vita excedenti præstari volo. Hæc igitur à vobis extremùm peto, per regios deos obtestans cum omnes vos, tũ maximè Achæmenidas qui adestis, ne per socordiam permittatis vt imperium rursus redeat ad Medos. Sed si dolo occupatum est, illud dolo surripiatis: sin vi præreptum, vi recuperetis. Hæc vobis facientibus & tellus fructum proferat, vxorésque & pecua pariant, in omne tempus libertate fruentibus: secus facientibus, cõtraria his quæ dixi imprecor: & præterea vnicuique Persarum eum finem qualis mihi contigit.

ORATIO DARII.

ARGVMENTVM.

Smerdis magus paucissimis consciis in nomen & dignitatem regiam irrepserat. Sed quum aliquot Persarum principibus ea fraus suboluisset, deinde verò comperta esset, hi consilium illius interimendi inierunt. In eorum concilio erat Darius, qui, quum res impedita aliis videretur, hac oratione tentandam nihilominus & perfacilem sibi videri ostendit.

ΟΤάνη, ἢ πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι, ἔργῳ δέ· ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά τε, ἔργον δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται. ὑμεῖς δὲ ἴςε φυλακὰς τὰς κατεςεώσας, ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν. τοῦτο μὲν γὰρ, ὑμέων ἐόντων τοιῶνδε, οὐδεὶς ὅςις οὐ παρήσει, τὰ μέν κου καταιδεόμενος ἡμέας, τὰ δέ κου καὶ δειμαίνων. τοῦτο δὲ, ἔχω αὐτὸς σκῆψιν εὐπρεπεστάτην, τῇ πάρειμι· φὰς ἄρτι τε ἥκειν ἐκ Περσέων, καὶ βούλεσθαί τι ἔπος παρὰ τοῦ πατρὸς σημῆναι τῷ βασιλεῖ. ἔνθα γάρ τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. τοῦ γὰρ αὐτοῦ γλιχόμεθα οἵ τε ψευδόμενοι, καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρεώμενοι. οἱ μέν γε ψεύδονται τότε ἐπεάν τι μέλλωσι τοῖσι ψεύδεσι πείσαντες κερδήσεσθαι· οἱ δ' ἀληθίζονταί τι, ἵνα τῇ ἀληθείῃ ἐπισπάσωνται κέρδος, καί τις μᾶλλον σφίσι ἐπιτράπηται. οὕτω οὐ ταὐτὰ ἀσκέοντες, τῶυτοῦ περιεχόμεθα. εἰ δὲ μηδὲν κερδήσεσθαι μέλλοιεν, ὁμοίως ἂν ὅ, τε ἀληθιζόμενος, ψευδὴς εἴη, καὶ ὁ ψευδόμενος, ἀληθής. ὃς ἂν μέν νυν τῶν

λουρῶν ἑκὼν παρίῃ, αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσται· ὃς δ' καὶ ἔπειτα ὠσάμενοι ἔσω, ἔργου ἐχώμεθα.
ἂν ἀντιβαίνειν πειρᾶται, δεικνύσθω ἐνθαῦτα ἐὼν πολέμιος.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

MVlta sunt, Otanes, quæ nequeunt oratione declarari, sed facto: alia, quæ oratione declarari possunt, sed vnde nihil clari operis existit. Vos verò nostis, excubias quæ dispositæ sunt, haudquaquam difficiles esse ad penetrandum. Nam quũ nos tales simus, nemo non, quisquis ille sit, cedet nobis, partim ob reuerẽtiam, partim ob timorem. Adde quòd habeo prætextum accõmodatissimum cui innitamur: siquidem è Persis venisse me dicam, ac velle quædam à patre mandata regi nuntiare. Vbi enim expedit mendaciũ dicere, dicatur. Nam idem optamus quique mendacium dicimus, quique veritatem. quippe quum ii qui mentiuntur, tunc mentiantur quum persuadendo sunt quippiam lucri facturi: & qui verum dicunt, ideo dicant vt verum dicendo aliquod lucrum consequantur. Et alius huc, alius illuc magis propensus est. ita non idem factitando, idem tamen obtinemus. quòd si nihil lucri faciendum esset, peræquè & verax foret mendax, & mendax, verax. Quod autem ad ianitores attinet, siquis eorum libenter cedet nobis, vtilius ei suo tempore erit: siquis resistere conabitur, vt erit hostis, ita tunc pro hoste habeatur: deinde intro irrumpentes, rem transigamus.

OTANIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Oppresso mago, qui Persarum errore abusus erat ad regnum occupandum, quia interregnum erat, consultant proceres quid facto opus sit, & quod genus administrandæ reipub. sit saluberrimum. In his Otanes populare imperium cæteris anteponit omnibus. In quam sententiam hæc eius est habita oratio, quæ potissimum regii & popularis imperii contentionem habet.

ἘΜοὶ δοκέει ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον μηκέτι γενέσθαι. οὔτε γὰρ ἡδὺ, οὔτε ἀγαθόν. εἴδετε μὲν γὰρ τὴν Καμβύσεω ὕβριν ἐπ' ὅσον ἐπεξῆλθε, μετεσχήκατε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου ὕβριος. κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν τὸν ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσειε. ἐγγίνεται μὲν γάρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν· φθόνος δὲ ἀρχῆθεν ἐμφύεται ἀνθρώπῳ. δύο δ' ἔχων ταῦτα, ἔχει πᾶσαν κακότητα. τὰ μὲν γὰρ ὕβρει κεκορημένος ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα, τὰ δὲ φθόνῳ. καίτοι ἄνδρα γε τύραννον, ἄφθονον ἔδει εἶναι, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθά· τὸ δ' ὑπεναντίον τούτου ἐς τοὺς πολιήτας πέφυκε. φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν· διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι ἡγέεται. ἀναρμοστότατον δὲ πάντων· ἤν τε γὰρ αὐτὸν μετρίως θωυμάζῃς, ἄχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται· ἤν τε θεραπεύῃ τις κάρτα, ἄχθεται, ἅτε θωπείαν ἡγούμενος. τὰ δὲ δὴ μέγιστα ἔρχομαι ἐρέων· νόμαιά τε κινέει πάτρια, καὶ βιᾶται γυναῖκας, κτείνει τε ἀκρίτως. πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην, δεύτερα δὲ, τούτων τῶν ὁ μούναρχος, ποιέει οὐδέν. πάλῳ μὲν γὰρ ἀρχὰς ἄρχει, ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει, βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει. τίθεμαι ὦν γνώμην, μετέντας ἡμέας μουναρχίην, τὸ πλῆθος ἀέξειν. ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα.

EADEM LATINE,

Henr. Steph. interprete.

EQuidem vt posthac nostrum vnus rerum solus potiatur, autor nequaquam fuerim: quoniam id neque iucundum, neque vtile est. Nam quò progressa sit Cambysis insolentia vidistis, & magi quoque insolentiam experti estis. Quî autem, obsecro, sub vnius dominatu res bene cõstitutæ esse rectè & ordine administrari queãt, quum ei pro libidine agere omnia impunè liceat? & quum hic dominatus sit eiusmodi qui virum omnium alioqui optimum de pristinis curis cogitationibúsque dimouere possit? Etenim ad inuidam iam inde ab initio homini ingenitam, accedit ex præsentibus bonis insolentia. Quæ duo quum habet, malorum omnium fontem habet: quippe qui ex insolentia qua turget, ad multa facinora, ad multa etiam ex inuidia prorum-

pat. Nam eum quidem qui solus rerum potitur, ab omni inuidia remotum esse deceret, vtpote qui omnia bona possideat: sed ita se erga populares suos gerit vt qui planè cõtrario præditus est ingenio. siquidem eorum optimis quibusque qui superstites sunt, inuidet, pessimis autem delectatur: criminationibus etiam & calumniis locum dare, optimum esse censet. Et (quod est quiddam maximè secum dissidés) si quidem eum non valde suspicias, infensus est quòd non impensè colatur: sin impensè quis eum colat, eo cultu tanquam assentatione offenditur. Vt autem ad ea mala quæ omnium grauissima sunt, veniam, iura patria euertit, mulierum est stuprator, indemnatorũ interfector. At quum dominatur populus, primùm quidem nomen obtinet omnium pulcherrimum, isonomian, (*id est iuris æquabilitatem*) deinde verò nihil eorum agit quæ is penes quem vnum est summa rerum, agere solet. Sortitur enim populus magistratus, & administrationis rationes refert, suáque consilia inter se cõmunicant. Quamobrem censeo nobis, missum facientibus vnius dominatum, populum euehẽdum esse. in eo enim nihil desiderare possumus.

ORATIO MEGABYZI.

ARGVMENTVM.

Sententiam dixit in eodem concilio Megabyzus, placeréque sibi ostendit quòd superiori sententia regnum videbat abrogari: sed nequaquam sibi probari, quòd is rerum summam ad populum deferret: eique generi paucorum dominatum anteponit.

ΤΑ μὲν Ὀτάνης εἶπε τυραννίδα παύων, λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα· τὰ δ᾽ ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε. ὁμίλου γὰρ ἀχρηίου οὐδέν ἐστι ἀξυνετώτερον, οὐδὲ ὑβριστικώτερον. καὶ τυράννου ὕβριν φεύγοντας ἄνδρας, ἐς δήμου ἀκολάστου ὕβριν πεσέειν, ἐστὶ οὐδαμῶς ἀνασχετόν. ὁ μὲν γὰρ εἴ τι ποιέει, γινώσκων ποιέει· τῷ δὲ οὐ γινώσκειν ἔνι. κῶς γὰρ ἂν γινώσκοι ὃς οὔτ᾽ ἐδιδάχθη, οὔτε οἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ᾽ οἰκήιον; ὠθέει τε ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου, χειμάρρῳ ποταμῷ ἴκελος; δήμῳ μέν νυν οἳ Πέρσῃσι κακὸν νοέουσι, οὗτοι χράσθων· ἡμεῖς δὲ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἐπιλέξαντες ὁμιλίην, τούτοισι περιθείωμεν τὸ κράτος. ἐν γὰρ δὴ τούτοισι καὶ αὐτοὶ ἐνεσόμεθα. ἀρίστων δὲ ἀνδρῶν εἰκὸς ἄριστα βουλεύματα γίνεσθαι.

EADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

EA quidem quæ Otanes ad abolendam tyrannidem (*id est vnius dominatum*) pertinentia dixit, à me quoque dicta sunto: sed quòd ad summam rerum populo deferendam hortatur, in eo certè ab optima aberrauit sententia. Futili enim multitudine nihil est amentius, nihil insolentius. Atqui nos, dum tyranni insolẽtiam fugimus, in populi petulantis insolentiam incidere, omnino intolerabile fuerit. Ille enim, siquid facit, quid faciat intelligit: at hic nulla intelligẽtia præditus est. Ecqua enim præditus esse possit, qui neque edoctus est, neque quicquam eorum quæ honesta sunt, aut sibi cõuenientia, cognitum habet? sed in negotia quæ gerenda sunt irruens, ea sine vllo consilio protrudit, torrenti similis? Quamobrem qui Persis malè consultum cupiunt, ii populare imperium experiantur: at nos præstantissimorum virorum delecto cœtu, imperium illis tradamus. in eorum enim & ipsi numero erimus. Ac profectò vt præstantissimorum præstantissima consilia sint, rationi consentaneum est.

ORATIO DARII.

ARGVMENTVM.

Tertio loco sententiam dicit Darius, qua regium imperium probat. Præstare enim alii grauitate, stabilitate, commoditate regendæ reip.

ἘΜοὶ δὲ τὰ μὲν εἶπε Μεγάβυζος ἐς τὸ πλῆθος ἔχοντα, δοκέει ὀρθῶς λέξαι· τὰ δ᾽ ἐς ὀλιγαρχίην, οὐκ ὀρθῶς. τριῶν γὰρ προκειμένων, καὶ πάντων τῷ λόγῳ ἀρίστων ἐόντων, δήμου τε ἀρίστου καὶ ὀλιγαρχίης καὶ μουνάρχου, πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω. ἀνδρὸς γὰρ ἑνός τοῦ ἀρίστου οὐδὲν ἄμεινον ἂν φανείη. γνώμῃ γὰρ τοιαύτῃ χρεώμενος ἐπιτροπεύοι ἂν ἀμωμήτως τοῦ πλήθεος, σιγῷτό τε ἂν βουλεύματα ἐπὶ δυσμενέας ἄνδρας οὕτω μάλιστα. ἐν δὲ ὀλιγαρχίῃ, πολλοῖσι

ἀρετὴν

φιλοτιμίην ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινόν, ἔχθεα ἴδια ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι. αὐτῶν γὰρ ἕκαστος βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι, γνώμῃσί τε νικᾶν, ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται, ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται· ἐκ δὲ τῶν στασίων, φόνος· ἐκ δὲ τοῦ φόνου, ἀπέβη ἐς μουναρχίην. καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε ὅσον ἐστὶ τοῦτο ἄριστον. δήμου τε αὖ ἄρχοντος, ἀδύνατα μὴ οὐ κακότητα ἐγγίνεσθαι. κακότητος τοίνυν ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινά, ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι, φιλίαι δὲ ἰσχυραί. οἱ γὰρ κακοῦντες τὰ κοινά, συγκρύψαντες ποιεῦσι. τοῦτο δὲ τοιοῦτο γίνεται, ἐς ὃ ἂν προστάς τις τοῦ δήμου, τοὺς τοιούτους παύσῃ. ἐκ δὲ αὐτῶν, θωμάζεται οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου. θωμαζόμενος δὲ ἀν' ὧν ἐφάνη μούναρχος ἐών. καὶ ἐν τούτῳ δηλοῖ καὶ οὗτος ὡς ἡ μουναρχίη κράτιστον. ἑνὶ δὲ ἔπει πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν, κόθεν ἡμῖν ἐλευθερίη ἐγένετο, καὶ τοῦ δόντος; κότερα παρὰ τοῦ δήμου, ἢ ὀλιγαρχίης, ἢ μουνάρχου; ἔχω τοίνυν γνώμην, ἡμέας ἐλευθερωθέντας διὰ ἕνα ἄνδρα, τὸ τοιοῦτο περιστέλλειν. χωρίς τε τούτου, πατρίους νόμους μὴ λύειν ἔχοντας εὖ. οὐ γὰρ ἄμεινον.

EADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

AT mihi, quæ Megabyzus de ſtatu dominatus popularis dixit, rectè dicta eſſe videntur: at quæ de paucorum dominatu, non item. Si enim tres proponantur ſtatus, quorum vnuſquiſque ſuo in genere ſit præſtantiſſimus, dominatus populi, paucorum dominatus, & vnius, hunc longè antecellere dico. viro enim quopiam optimo nihil vtilius comperiri queat. Eo ſiquidem animo præditus, populo ita præerit vt in nullam reprehenſionem incurrat, & conſilia hoſtibus minimè enuntientur. At verò in paucorum dominatu, quum in commune ſinguli virtutis ſuæ ſpecimen edere conantur, tunc graues inimicitiæ concipiuntur. Dum enim quiſque caput eſſe, & primum ſuam ſententiam locum obtinere cupit, in graues inimicitias incidunt: ex quibus ſeditiones oriuntur, ex his autem homicidia: tandémque per hæc ad vnius dominatum deuenitur. vnde hunc ſtatũ lõgè eſſe præſtantiſſimũ apparet. Nam contrà, ſi penes populum ſit imperium, fieri nullo modo poteſt quin interueniat improbitas. At quum adminiſtrationi reipub. interuenit improbitas, non inimicitiæ ſed firmæ amicitiæ gignuntur. Quoniam qui ſe improbè in reip. adminiſtratione gerunt, alii aliorum improbitatem celant. Id autem tantiſper fit, dum aliquis poteſtatem in populum adeptus, tales homines compeſcuerit. Quas ob res illum ſuſpicit etiam & in pretio habet populus. Dum autem in pretio eſt, euadit repentè dominator omnium. Quo facto & hic, vnius dominatum, ſtatum eſſe omnium optimum declarat. Atque vt vno verbo omnia cõplectar, vnde & cuius munere libertatem habemus? à populóne, an à paucorum, an ab vnius dominatu? Quum igitur vnius viri opera libertatem conſequuti ſimus, hunc dominatus vnius viri ſtatum nobis amplectendum tuendúmque cenſeo: ac præterea minimè committendum vt patrias leges, quæ bonæ ſunt, labefactemus. minimè enim hoc expedit.

MAEANDRII CONCIO.

ARGVMENTVM.

Polycrates Samiorum tyrannus in expeditionem proficiſcens, Mæandrio cuidam regnum fiduciarium commiſerat. Illo mortuo Mæandrius quum Ioui liberatori delubrum conſecraſſet, hanc de abdicanda tyrannide concionem apud ciues habuit.

Ἐμοί, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς, σκῆπτρον καὶ δύναμις πᾶσα ἡ Πολυκράτεος ἐπιτέτραπται, καί μοι παρέχει νῦν ὑμέων ἄρχειν. ἐγὼ δὲ τὰ τῷ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω. οὔτε γάρ μοι Πολυκράτης ἤρεσκε δεσπόζων ἀνδρῶν ὁμοίων ἑωυτῷ, οὔτε ἄλλος ὅστις τοιαῦτα ποιέει. Πολυκράτης μέν νυν ἐξέπλησε μοῖραν τὴν ἑωυτοῦ· ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν τιθείς, ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω. τοσάδε μέντοι δικαιῶ γέρεα ἐμεωυτῷ γενέσθαι· ἐκ μέν γε τῶν Πολυκράτεος χρημάτων ἐξαίρετα ἓξ τάλαντά μοι γενέσθαι. ἱερωσύνην δὲ πρὸς τούτοισι αἱρεῦμαι αὐτῷ τέ μοι καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινομένοισι τοῦ Διὸς τοῦ ἐλευθερίου, τῷ αὐτός τε ἱερὸν ἱδρυσάμην, καὶ τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν περιτίθημι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

MIhi ſceptrum atque omnis põtẽtia Polycratis (vt vos etiam noſtis) demandata fuit: in meo quoque arbitrio ſitum eſt vobis dominari: ſed quod in vicino re-

prehendo, id ipse quoad potero non faciam. Nam neque Polycrates placebat mihi, in viros sibiipsi pares dominatum habens, neque alius quispiam talia faciens. Et Polycrates quidem fatum suum expleuit: ego autem deposito in medium dominatu, iuris æquabilitatem suadeo: postulans iure optimo mihi ipsi hoc honoris tantummodo, vt è pecunia Polycratis sex demum talenta peculiariter mihi cedant. Et præterea Iouis liberatoris (cui ego templum extruxi) sacerdotium, tam meis in perpetuum liberis, quàm mihi, qui libertatem vobis restitui.

Ex libro quarto qui Melpomene inscribitur.

SCYTHAE CVIVSDAM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Scythæ ad longinquam & diuturnam expeditionem erant profecti: vxores interim seruis nupserant, prolémque susceperant. Quæ quum adoleuisset, reuertentes dominos patriæ aditu arcebat. Multis commissis prælijs, quum nihilo felicius res dominis procederet, quidam de iis autor fuit cōmilitonibus vt seruilia ingenia scuticis potius quàm armis terrerent: ita denique debellari posse. Ea sententia explicatur hac concione.

Οἷα ποιεῦμεν ἄνδρες Σκύθαι; δούλοισι τοῖσι ἡμετέροισι μαχόμενοι; αὐτοί τε ἐλάσσονες κτεινόμενοι γινόμεθα, καὶ ἐκείνους κτείνοντες, ἐλασσόνων τὸ λοιπὸν ἄρξομεν. νῦν ὦν μοι δοκέει, αἰχμὰς μὲν καὶ τόξα μετεῖναι, λαβόντα δὲ ἕκαστον τοῦ ἵππου τὴν μάστιγα, ἰέναι ἆσσον αὐτῶν. μέχρι μὲν γὰρ ὥρεον ἡμέας ὅπλα ἔχοντας, οἱ δὲ ἐνόμιζον ὅμοιοί τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν εἶναι· ἐπεὰν δὲ ἴδωνται μάστιγας ἀντὶ ὅπλων ἔχοντας, μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγνόντες τοῦτο, οὐκ ὑπομενέουσι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

QVidnam rei facimus viri Scythæ, cum nostris ipsorum seruis dimicantes? qui, & quum interficimur, ipsi pauciores efficimur: & illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur, hastis arcubúsque omissis, sumẽda esse flagella quibus equos verberamus, & ad illos propius eũdum. Nã quoad vident nos arma habẽtes, arbitrantur se similes nobis, atq; è similibus esse: vbi nos pro armis verbera tenentes viderint, tunc, se nostros seruos esse intelligentes, atque id agnoscentes, non perstabunt.

COIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Darius in Scythica expeditione Istrum ponte solutili iunxerat, trãsmissis copiis pontem iubet à tergo rescindi. Accedit dissuasor eius consilii Coes Mitylenæus, qui ponti illius opportunitatem hac oratiuncula docuit.

Ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ γῆν γὰρ μέλλεις στρατεύεσθαι, τῆς οὔτε ἀρηρομένον φανήσεται οὐδὲν, οὔτε πόλις οἰκεομένη· σὺ νῦν γεφύρην ταύτην ἔα κατὰ χώρην ἑστάναι, φυλάκους αὐτῆς λιπὼν τούτους οἵπερ μιν ἔζευξαν. καὶ ἤν τε κατὰ νόον πρήξωμεν εὑρόντες Σκύθας, ἔσται ἄποδος ἡμῖν· ἤν τε μή σφεας εὑρεῖν δυνώμεθα, ἥ γε ἄποδος ἡμῖν ἀσφαλής. οὐ γὰρ ἔδεισά κω μὴ ἑσσωθέωμεν ὑπὸ Σκυθέων μάχῃ, ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ δυνάμενοι σφέας εὑρεῖν, πάθωμέν τι ἀλώμενοι. καὶ τάδε λέγειν φαίη τις ἄν με ἑωυτοῦ εἵνεκεν, ὡς καταμένω· ἐγὼ δὲ γνώμην μὲν τὴν εὕρισκον ἀρίστην σοι, βασιλεῦ, ἐς μέσον φέρω· αὐτὸς μέντοι ἕψομαί τοι, καὶ οὐκ ἂν λειφθείην.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

QVum aduersus eam terram rex facias expeditionem in qua fertur nihil arari, nullas vrbes coli, sinito nunc pontem hoc loci stare, relictis ad eius tutelam custodibus iis qui eum contexuerunt: per quem siue ex sentẽtia rem geremus, Scythis inuentis, siue illos inuenire nequibimus, tutus nobis sit reditus. Neque enim vereor ne prælio commisso à Scythis superemur, sed potius ne eis non inuẽtis, aliquid

patiamur errabundi. At enim credat me quispiam mea ipsius causa hæc dicere, vt hîc subsistam: ego verò, quod in tuam rem esse sentio, rex, id in medium profero. ipse te sequi volo, neque hîc relinqui.

ORATIO LEGATI SCYTHARVM.

ARGVMENTVM.

Scythæ bello petiti à Dario, miserunt qui finitimas regiones & Scythici nominis omnes solicitarent. Eius legationis hæc fuit oratio, qua commonentur illi vt rem suam agi credant: in magno omnes & communi periculo se esse sciant, itáque se gerant.

Ὑμεῖς ὦν μηδενὶ τρόπῳ ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι περιίδητε ἡμέας διαφθαρέντας, ἀλλὰ τὠυτὸ νομίσαντες, ἀντιάζωμεν τὸν ἐπιόντα. οὐκῶν ποιήσετε ταῦτα; ἡμεῖς μὲν πιεζόμενοι, ἢ ἐκλείψομεν τὴν χώρην, ἢ μένοντες ὁμολογίῃ χρησόμεθα. τί γὰρ πάθωμεν μὴ βουλομένων ὑμέων τιμωρέειν; ὑμῖν δὲ οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ ἔσται ἐλαφρότερον. ἥκει γὰρ ὁ Πέρσης οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας ἢ καὶ ἐπὶ ὑμέας. οὐδέ οἱ καταχρήσει ἡμέας καταστρεψαμένῳ, ὑμέων ἀπέχεσθαι. μέγα δὲ ὑμῖν λόγων τῶνδε μαρτύριον ἐρέομεν. εἰ γὰρ ἐπ' ἡμέας μούνους ἐστρατηλάτεε ὁ Πέρσης, τίσασθαι τῆς πρόσθε δουλοσύνης βουλόμενος, χρῆν αὐτὸν πάντων τῶν ἄλλων ἀπεχόμενον, οὕτω ἰέναι ἐπὶ τὴν ἡμετέρην· καὶ ἂν ἐδήλου πᾶσι ὡς ἐπὶ Σκύθας ἐλαύνει, καὶ οὐκ ἐπὶ τοὺς ἄλλους. νῦν δὲ ἐπεί τε τάχιστα διέβη τήνδε τὴν ἤπειρον, τοὺς αἰεὶ ἐμποδὼν γινομένους ἡμεροῦται πάντας. τούς τε δὴ ἄλλους ἔχει ὑπ' ἑωυτῷ Θρήϊκας, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἡμῖν ἐόντας πλησιοχώρους Γέτας.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

PRoinde vos nolite vllo pacto de medio cedere, sinentes ad perniciem nos deuenire: sed idem sentientes, obuiam eamus inuadenti. quod nisi facitis, nos in vltimũ discrimẽ adducti, aut regionem deseremus, aut manentes deditionem faciemus. Quid enim cladẽ subeamus, nolẽtibus vobis auxilio nobis esse? Quanquam nõ commodius agetur vobiscum, aduersus quos non minus venit Persa quàm aduersus nos: neque, nos subegisse contentus, à vobis abstinebit. Cuius rei magnum hinc accipite documentum, quòd, si nobis solis inferret ille bellum, animo superioris seruitutis vlciscẽdæ, debebat à cæteris hominibus abstinere, & sic in nostram tendere regionem, ostendens omnibus se aduersum alios ire: at nunc, vbi primùm traiecit in hanc continentẽ, vt quisque sibi occurrit, pacat: cæteros, veluti Thraces & nobis cõfines Getas, suo subiectos imperio habet.

SCYTHARVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Scytharum legati aliquot populos exorarant, ab aliis repudiati, quorum hæc est oratio, qua ad legationis postulata respondent. Negãt causam suam agi, proinde auxilium recusant.

Εἰ μὲν μὴ ὑμεῖς ἔατε οἱ πρότερον ἀδικήσαντες Πέρσας, καὶ ἄρξαντες πολέμου, τούτων δεόμενοι τῶν νῦν δέεσθε, λέγοντες ἂν ἐφαίνεσθε ἡμῖν ὀρθά, καὶ ἡμεῖς ὑπακούσαντες τὠυτὸ ἂν ὑμῖν ἐπρήσσομεν. νῦν δὲ ὑμεῖς τε ἐς τὴν ἐκείνων ἐσβαλόντες γῆν, ἄνευ ἡμέων, ἐπεκρατέετε Περσέων, ὅσον χρόνον ὑμῖν ὁ θεὸς παρεδίδου· καὶ ἐκεῖνοι, ἐπεί σφεας ὡυτὸς θεὸς ἐγείρει, τὴν ὁμοίην ὑμῖν ἀποδιδοῦσι. ἡμεῖς δὲ οὔτε τι τότε ἠδικήσαμεν τοὺς ἄνδρας τούτους οὐδέν, οὔτε νῦν πρότεροι πειρησόμεθα ἀδικέειν. ἢν μέντοι ἐπίῃ, καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέρην ἄρξηται ἀδικέων, καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεθα. μέχρι δὲ τοῦτο ἴδωμεν, μενέομεν παρ' ἡμῖν αὐτοῖσι. ἥκειν γὰρ δοκέομεν οὐκ ἐπ' ἡμέας Πέρσας, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀδικίης γινομένους.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

SI vos in iniuria facienda ac bello inferendo priores non fuissetis, rectè videremini precari quæ precamini: & nos vestris precibus morẽ gerentes, idem quod vos ageremus: nunc vos sine nobis illorũ terram ingressi, imperitastis Persis, quoad deus vobis indulsit: illi itidem, quandoquidem eos idem deus in vos excitat, vicem vobis reddunt. At nos neque tunc quicquam intulimus iniuriæ his viris, neque nunc quicquam conabimur priores inferre. Quòd si hic nostram regionem inuaserit, & prior

iniuriam fecerit, nos haudquaquã tolerabimus: id donec cernamus, apud nosmet ipsos manebimus. neque enim in nos venire Persæ videntur, sed in eos qui fuerunt autores iniuriæ.

INDATHYRSI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Darius Scythas persequens, qui se in solitudines & interiorem Scythiam abdiderant, miserat caduceatorem ad regem eorum Indathyrsum, qui denuntiaret vt vel acie dimicaret, vel mandata faceret, & glebam cum aqua domino mitteret. Ad eam denuntiationem respondet Scytha, se, quòd pugnam adhuc detrectarit, non metu, sed ratione fecisse: seruire verò diis Scythas, præterea nemini.

Οὕτω τὸ ἐμὸν ἔχει ὦ Πέρσα, ἐγὼ οὐδένα κω ἀνθρώπων δείσας ἔφυγον, οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν σε φεύγω. οὐδέ τι νεώτερόν εἰμι ποιήσας νῦν ἢ καὶ ἐν εἰρήνῃ ἐώθεα ποιέειν. ὅτι δὲ οὐκ αὐτίκα μάχομαί τοι, ἐγὼ καὶ τοῦτο σημανέω. ἡμῖν οὔτε ἄστεα, οὔτε γῆ πεφυτευμένη ἐστὶ, τῶν πέρι δείσαντες μὴ ἁλώῃ ἢ καρῇ, τάχιον συμμίσγοιμεν ἂν ἐς μάχην ὑμῖν. εἰ δὲ δέοι πάντως ἐς τοῦτο κατὰ τάχος ἀπικνέεσθαι, τυγχάνουσι ἡμῖν ἐόντες τάφοι πατρώϊοι· φέρετε, τούτους ἀνευρόντες, συγχέειν πειρᾶσθε αὐτοὺς, καὶ γνώσεσθε τότε εἴτε ὑμῖν μαχησόμεθα περὶ τῶν τάφων, εἴτε καὶ οὐ μαχησόμεθα. πρότερον δὲ, ἢν μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ, οὐ συμμίξομέν τοι. ἀμφὶ μὲν μάχῃ τοσαῦτα εἰρήσθω. δεσπότας δὲ ἐμοὺς, Δία τε ἐγὼ νομίζω, τὸν ἐμὸν πρόγονον, καὶ Ἱστίην τὴν Σκυθέων βασίλειαν, μούνους εἶναι. σοὶ δὲ ἀντὶ μὲν δώρων γῆς τε καὶ ὕδατος, δῶρα πέμψω τοιαῦτα οἷά σοι πρέπει ἐλθεῖν. ἀντὶ δὲ τοῦ ὅτι δεσπότης ἔφησας εἶναι ἐμὸς, κλαίειν λέγω.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

SIC se res meæ habent, ô Persa, vt neque vllũ mortalium ego metuens antè fugerim, neque nunc fugiam te, neque quicquã faciam diuersum nunc atque in pace facere consueueram. Quòd autem non protinus tecum ineo prælium, huius rei te certiorem faciam. Nobis neque oppida sunt, neque agri culti, quos inuadi aut vastari metuentes, properemus vobiscum cõferre pugnam. Ad quam si opus est continuò deuenire, sunt paterna sepulchra, quæ vos quum nacti fueritis, agedum tentate labefactare: & tũc intelligetis, pugnaturi vobiscum simus pro sepulchris, nécne: prius autem (nisi nos ratio traxerit) tecum prælium non conseremus. Hactenus, quod ad pacem pertinet, dictum sit. Quod autẽ ad cætera, ego solos mihi heros arbitror, Iouem progenitorem meũ, & solium Scytharũ regium. Tibi autem pro terra & aqua, quæ dono poscis, mittam quæ decet ad te venire dona: pro eo quòd herum te meum esse dixisti, iubeo te flere.

Ex libro quinto, qui Terpsichore inscribitur.

ARISTAGORAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Naxii aliquot patria pulsi exorauerant Aristagoram Mileti præfectum, vt is reciperet se ad eos restituendos omnia esse facturum. Itaque agit ille cum Artapherne totius oræ maritimæ præfecto. Docet classe opus esse non ita magna: stipendia verò esse in promptu. Posse eum, si rem tentet, non Naxo tantùm sed & cæteris Cycladibus potiri.

Σὺ ὧν ἐπὶ ταύτην τὴν χώρην στρατηλάτεε, κατάγων εἰς αὐτὴν τοὺς φυγάδας ἐξ αὐτῆς. καί τοι ταῦτα ποιήσαντι τοῦτο μὲν ἐστὶ ἕτοιμα παρ' ἐμοὶ χρήματα μεγάλα πάρεξ τῶν ἀναισιμωμάτων τῇ στρατιῇ. ταῦτα μὲν γὰρ δίκαια ἡμέας τοὺς ἄγοντας παρέχειν· τοῦτο δὲ, νήσους προσκτήσεαι βασιλέϊ, αὐτήν τε Νάξον, καὶ τὰς ἐκ ταύτης ἠρτημένας, Πάρον τε καὶ Ἄνδρον, καὶ ἄλλας τὰς Κυκλάδας καλευμένας. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος, εὐπετέως ἐπιθήσεαι Εὐβοίῃ, νήσῳ μεγάλῃ τε καὶ εὐδαίμονι, οὐκ ἐλάσσονι Κύπρου, καὶ κάρτα εὐπετέϊ χειρωθῆναι. ἀποχρῶσι δὲ ἑκατὸν νέες ταύτας πάσας χειρώσασθαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

PRoinde tu aduersus hanc regionem ducito exercitum, exules illuc reducẽs. Quod facienti tibi magnæ sunt penes me in expedito pecuniæ, præter illas quæ in exercitum erogabuntur. has enim æquũ est nos præbere, qui aduẽtus vestri autores fu-

mus: & te inſulas regi acquirere, ipſam Naxum, & quæ ex hac pendent, Parum & Andrum, cæteráſque quæ Cyclades nominantur. Vnde proficiſcens, haud difficilè inuades Euboeam, inſulam magnam ac beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilem ſanè ad capiendum, centum omnino nauibus ad has omnes occupandas ſuffecturis.

EIVSDEM ARISTAGORAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ariſtagoras Mileſiorum tyrannus, autor defectionis ab rege Perſarum in Ionia, quò firmiorem factionem Ionum redderet, ad Lacedæmonios ſolicitandos eſt profectus, quorum regem Cleomenem conuenit, & eſt hac oratione affatus: eúmque ad belli Perſici ſocietatem pertrahere eſt conatus, propoſitis belli quidem gerendi facultatibus, geſti verò emolumentis.

Κλεόμενες, σπουδὴν μὲν τὴν ἐμὴν μὴ θωυμάσῃς τῆς ἐνθαῦτα ἀπίξιος. τὰ κατήκοντα γάρ ἐστι τοιαῦτα. Ἰώνων παῖδας δούλους εἶναι ἀντ᾽ ἐλευθέρων· ὄνειδος καὶ ἄλγος μέγιστον μὲν αὐτοῖσι ἡμῖν, ἔτι δὲ τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὅσῳ προεστέατε τῆς Ἑλλάδος. νῦν ὦν πρὸς θεῶν τῶν Ἑλληνίων ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ τῆς δουλοσύνης, ἄνδρας ὁμαίμονας. εὐπετέως δὲ ὑμῖν ταῦτα χωρέειν οἷά τε ἐστί. οὔτε γὰρ οἱ βάρβαροι ἄλκιμοί εἰσι· ὑμεῖς τε τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκετε ἀρετῆς πέρι. ἥ τε μάχη αὐτέων ἐστὶ τοιήδε. τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα· ἀναξυρίδας δὲ ἔχοντες ἔρχονται ἐς τὰς μάχας, καὶ κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι. οὕτω εὐπετέες χειρωθῆναί εἰσι. ἔστι δὲ καὶ ἀγαθὰ τοῖσι τὴν ἤπειρον ἐκείνην νεμομένοισι, ὅσα οὐδὲ τοῖσι συνάπασι ἄλλοισι, ἀπὸ χρυσοῦ ἀρξαμένοισι, ἄργυρος καὶ χαλκὸς καὶ ἐσθὴς ποικίλη, καὶ ὑποζύγιά τε καὶ ἀνδράποδα· τὰ θυμῷ βουλόμενοι, αὐτοὶ ἂν ἔχοιτε. κατοίκηνται δὲ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ὡς ἐγὼ φράσω. Ἰώνων μὲν τῶνδε οἵδε Λυδοί, οἰκέοντές τε χώρην ἀγαθὴν, καὶ πολυαργυρώτατοι ἐόντες. (δεικνὺς δ᾽ ἔλεγε ταῦτα ἐς τὴν τῆς γῆς περίοδον, τὴν ἐφέρετο ἐν τῷ πίνακι ἐντετμημένην) Λυδῶν δὲ (ἔφη λέγων ὁ Ἀρισταγόρης) οἵδε ἔχονται, Φρύγες οἱ πρὸς τὴν ἠῶ, πολυπροβατώτατοί τε ἐόντες ἁπάντων τῶν ἐγὼ οἶδα καὶ πολυκαρπότατοι. Φρυγῶν δὲ ἔχονται Καππαδόκαι, τοὺς ἡμεῖς Συρίους καλέομεν. τούτοισι δὲ πρόσουροι Κίλικες, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν τήνδε, ἐν ᾗ ἥδε Κύπρος νῆσος κέεται, οἳ πεντακόσια τάλαντα βασιλέϊ τὸν ἐπέτειον φόρον ἐπιτελεῦσι. Κιλίκων δὲ τῶνδε ἔχοντ᾽ Ἀρμένιοι οἵδε, καὶ οὗτοι ἐόντες πολυπρόβατοι. Ἀρμενίων δὲ, Ματιηνοὶ, χώρην τήνδε ἔχοντες. ἔχεται δὲ τούτων γῆ ἥδε Κισσίη· ἐν τῇ δὴ παρὰ ποταμὸν τόνδε Χοάσπην κείμενά ἐστι τὰ Σοῦσα ταῦτα, ἔνθα βασιλεύς τε μέγας δίαιταν ποιέεται, καὶ τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ ἐνθαῦτά εἰσι. ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν, θαρσέοντες ἤδη τῷ Διὶ πλούτου πέρι ἐρίζετε. ἀλλὰ περὶ μὲν χώρης ἄρα οὐ πολλῆς, οὐδὲ οὕτω χρηστῆς, καὶ οὔρων σμικρῶν, χρεών ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι πρός τε Μεσσηνίους, ἐόντας ἰσοπαλέας, καὶ Ἀρκάδας τε καὶ Ἀργείους· τοῖσι οὔτε χρυσοῦ ἐχόμενόν ἐστι οὐδὲν, οὔτε ἀργύρου, τῶν πέρι καί τινα ἐνάγει προθυμίη μαχόμενον ἀποθνήσκειν. παρεὸν δὲ τῆς Ἀσίης πάσης ἄρχειν εὐπετέως, ἄλλο τι αἱρήσεσθε;

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Ne meum in conficiendo hoc ad vos itinere ſtudium admireris Cleomenes. de eo enim nunc agitur vt Iones ex liberis ſerui fiant. Quod cum nobis ipſis dedecus dolórque maximus eſt, tum inter cæteros vobis, eo præſertim nomine quòd Græciæ præeſtis. Proinde nunc per deos Græcos eripite Iones à ſeruitute, conſanguineos veſtros. Quod facile eſt ad præſtādum: nam neque barbari, ſunt viri ſtrenui, & vos in ſummum rei bellicæ per virtutem euaſiſtis. Eorúmque pugna talis eſt, arcus & breue ſpiculum. quinetiam braccas induti & pileis capita operti in pugnam prodeūt. adeo eos ſuperare facile eſt. Adhæc, tantum bonorum eſt iis qui eam incolunt continentem, quantum non eſt cæteris vniuerſis, tum auri (vt ab hoc incipiamus) tum argenti, tum æris, tum variæ veſtis, tum iumentorum, tum mancipiorum: quibus vos, ſi potiri libuerit, potiemini. Sunt quoque inter ſe confines, vt ego diſſeram. His Ionibus confines ſunt Lydi, qui terram incolunt tum aliarum rerum tum verò argēti feraciſſimam. (*Hæc autem dicebat oſtendens in ambitu terræ in tabella quam attulerat deſcripto*) Lydis verò (*dicebat Ariſtagoras*) cōfines ſunt hi Phryges, auroram verſus, pecorū copia & terræ vbertate, omnium quos ego noui longè beatiſſimi. Phrygibus confines ſunt Cappadoces, quos nos Syros appellamus. His confines ſunt Cilices, huius maris accolæ, vbi hæc Cyprus inſula eſt ſita, qui tributū annuum regi pendūt quingenta talenta. His Cilicibus confines ſunt hi Armenii, & ipſi re pecuaria abundantes. Armeniorū hāc regionē contingunt Matieni, quorū terræ Ciſſia hæc cōfinis eſt: in qua iuxta fluuiū hūc Choaſpem ſita ſunt hæc Suſa, vbi rex magnus domiciliū habet, atq; hîc pecuniarum theſauri ſunt.

Hanc vos vrbem si animosè ceperitis, iam cum Ioue de diuitiis licet certetis. Neque verò operæpretium est vos suscipere prælia pro terra neque multa, neque ita feraci, & pro exiguis finibus, aduersus Messenios, vestros cõsortes, & Arcades & Argiuos, quibus nihil est neque auri neque argenti: quarum rerum cupiditate quis inducitur ad mortem periclitandam: at quum offeratur occasio totius Asiæ facilè potiundæ, aliud quippiam præoptabitis?

LACEDAEMONIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienſium res exactis regibus cœperant esse secundiores, sed Lacedæmoniis inuisæ: qui, quòd illorum incrementa æquis oculis aspicere non poterant, Hippiam Pisistrati filium, ad quem eiiciendum ipsi operam Atheniensibus nauarant, è Troade quũ acciuissent, & ad idem concilium socios adhibuissent, apud eos omnes ista verba fecerunt, vt se Hippiæ restituendi autores & duces esse velle profiterentur.

Ἄνδρες σύμμαχοι, συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. ἐπαρθέντες γὰρ κιβδήλοισι μαντηίοισι, ἄνδρας ξείνους ἐόντας ἡμῖν τὰ μάλιστα, καὶ ἀναδεκομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, τούτους ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάσαμεν. καὶ ἔπειτα ποιήσαντες ταῦτα, δήμῳ ἀχαρίστῳ παρεδώκαμεν τὴν πόλιν· ὃς ἐπεί τε δι' ἡμέας ἐλευθερωθεὶς ἀνέκυψε, ἡμέας μὲν καὶ τὸν βασιλῆα ἡμέων περιυβρίσας ἐξέβαλε, δόξαν δὲ φύσας αὐξάνεται· ὥς τε ἐκμεμαθήκασι μάλιστα μὲν οἱ περίοικοι αὐτέων, Βοιωτοὶ καὶ Χαλκιδέες, τάχα δέ τις καὶ ἄλλος ἐκμαθήσεται ἁμαρτών. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνα ποιήσαντες ἡμάρτομεν, νῦν πειρησόμεθα σφέας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι τίσασθαι. αὐτοῦ γὰρ δὴ τοῦδε εἵνεκε τόνδε τε Ἱππίην μετεπεμψάμεθα καὶ ὑμέας ἀπὸ τῶν πολίων, ἵνα κοινῷ τε λόγῳ καὶ κοινῷ στόλῳ ἐσαγαγόντες αὐτὸν ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀποδῶμεν τὰ ἀπελόμεθα.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Agnoscimus viri socii nos haud rectè egisse, qui ementitis oraculis inducti, viros qui erãt nostri in primis hospites, quíque in animũ inducebãt præbere nobis Athenas obnoxias, è patria eiecimus. Et quũ hæc fecerimus, tamẽ ingrato populo vrbẽ tradidimus: qui posteaquã per nos liberatus, animo erigi cœpit, nos regémque nostrũ per contumeliã eiecit: atque adeo superbia inflatus, suam potentiã auget: vt & iam didicerunt potissimùm quidem finitimi eorum Bœoti & Chalcidenses: discet verò fortasse & alius quem peccare contigerit. Quare, quoniam in illis agendis peccauimus, nũc demus operam vt illuc vnà vobiscum euntes, supplicium de illis sumamus. Hac enim de causa Hippiam & vos è sua quosque vrbe accersiuimus, vt publico consensu & communi exercitu reducentes hunc Athenas, reddamus ei quæ abstulimus.

SOSICLIS CORINTHII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Non probabant Lacedæmoniorum consilium socii, in his respondet Corinthius Sosicles, non posse se adduci vt id consilium laudet. Neque enim æquum esse vt liberæ ciuitates opprimantur, ab iis præsertim qui ipsi libertatis retinendæ sunt studiosissimi. Vsu autem & periculo suo comprobasse Corinthios nihil esse tam dirum quàm tyrannidem, satis verbosa narratione ostendit.

Ἦ δὴ ὅ, τε οὐρανὸς ἔσται ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετέωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄνθρωποι νομὸν ἐν θαλάσσῃ ἕξουσι, καὶ οἱ ἰχθύες τὸν πρότερον ἄνθρωποι· ὅτε ὑμεῖς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἰσοκρατίας καταλύοντες, τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας κατάγειν παρασκευάζεσθε· τοῦ οὔτε ἀδικώτερον οὐδέν ἐστι κατ' ἀνθρώπους, οὔτε μιαιφονώτερον. εἰ γὰρ δὴ τοῦτό γε δοκέει ὑμῖν εἶναι χρηστὸν ὥστε τυραννεύεσθαι τὰς πόλιας, αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι, οὕτω καὶ τοῖσι ἄλλοισι δίζεσθε κατιστάναι. νῦν δὲ αὐτοὶ ἄπειροι ἐόντες τυράννων, καὶ φυλάσσοντες δεινότατα τοῦτο ἐν τῇ Σπάρτῃ μὴ γενέσθαι, παραχρᾶσθε ἐς τοὺς συμμάχους. εἰ δὲ αὐτοῦ ἔμπειροι ἔατε, κατάπερ ἡμεῖς, εἴχετε ἂν περὶ αὐτοῦ γνώμας ἀμείνονας συμβάλλεσθαι ἤπερ νῦν. Κορινθίοισι γὰρ ἦν πόλιος κατάστασις τοιήδε. ἦν ὀλιγαρχίη, καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνεμον τὴν πόλιν· ἐδίδοσαν δὲ καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων. Ἀμφίονι δὲ ἐόντι τούτων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυγάτηρ χωλή· οὔνομα δέ οἱ ἦν Λάβδα. ταύτην (Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γῆμαι) ἴσχει

Ἠετίων ὁ Ἐχεκράτεος, δήμου μὲν ἐκ Πέτρης ἐών, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθης τε καὶ Καινείδης. ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικός, οὐδὲ ἐξ ἄλλης παῖδες ἐγίνοντο. ἐστάλη ὦν ἐς Δελφοὺς περὶ γόνου. ἐσιόντα δὲ αὐτὸν ἰθέως ἡ Πυθίη προσαγορεύει τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι,

Ἠετίων, οὔτις σε τίει πολύτιτον ἐόντα.
Λάβδα κύει· τέξει δὲ ὀλοίτροχον, ἐν δὲ πεσεῖται
Ἀνδράσι μουνάρχοισι, δικαιώσει δὲ Κόρινθον.

ταῦτα χρησθέντα τῷ Ἠετίωνι ἐξαγγέλλεταί κως τοῖσι Βακχιάδῃσι, τοῖσι τὸ μὲν πρότερον γενόμενον χρηστήριον ἐς Κόρινθον ἦν ἄσημον, φέρον τε ἐς τὠυτὸ καὶ τὸ τοῦ Ἠετίωνος, καὶ λέγον ὧδε,

Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα
Καρτερόν, ὠμηστήν· πολλῶν δ᾽ ὑπὸ γούνατα λύσει.
Ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε Κορίνθιοι, οἳ περὶ καλὴν
Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.

τοῦτο μὲν δὴ τοῖσι Βακχιάδῃσι πρότερον γενόμενον, ἦν ἀτέκμαρτον. τότε δὲ τῷ Ἠετίωνι γενόμενον ὡς ἐπύθοντο, αὐτίκα καὶ τὸ πρότερον συνῆκαν, ἐὸν συνῳδὸν τῷ Ἠετίωνος. συνέντες δὲ καὶ τοῦτο, εἶχον ἐν ἡσυχίῃ ἐθέλοντες τὸν μέλλοντα Ἠετίωνι γίνεσθαι γόνον διαφθεῖραι. ὡς δ᾽ ἔτεκε ἡ γυνή, τάχιστα πέμπουσι σφέων αὐτέων δέκα ἐς τὸν δῆμον ἐν τῷ κατοίκητο Ἠετίων, ἀποκτενέοντας τὸ παιδίον. ἀπικόμενοι δὲ οὗτοι ἐς τὴν Πέτρην, καὶ παρελθόντες ἐς τὴν αὐλὴν τὴν Ἠετίωνος, αἴτεον τὸ παιδίον. ἡ δὲ Λάβδα εἰδυῖά τε οὐδὲν τῶν εἵνεκα ἐκεῖνοι ἀπικοίατο, καὶ δοκέουσά σφεας φιλοφροσύνης τοῦ πατρὸς εἵνεκα αἰτέειν, φέρουσα ἐνεχείρισε αὐτέων ἑνί. τοῖσι δὲ ἄρα ἐβεβούλευτο κατ᾽ ὁδόν, τὸν πρῶτον αὐτέων λαβόντα τὸ παιδίον προσουδίσαι. ἐπεί τε ὦν ἔδωκε φέρουσα ἡ Λάβδα, τὸν λαβόντα τῶν ἀνδρῶν θείῃ τύχῃ προσεγέλασε τὸ παιδίον· καὶ τόν, φρασθέντα τοῦτο, οἶκτός τις ἴσχει ἀποκτεῖναι. κατοικτείρας δὲ παραδιδοῖ τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ τῷ τρίτῳ. οὕτω δὴ διεξῆλθε διὰ πάντων τῶν δέκα παραδιδόμενον, οὐδενὸς βουλομένου διεργάσασθαι. ἀποδόντες ὦν ὀπίσω τῇ τεκούσῃ τὸ παιδίον, καὶ ἐξελθόντες ἔξω, ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων, ἀλλήλων ἅπτοντο καταιτιώμενοι· καὶ μάλιστα τοῦ πρώτου λαβόντος, ὅτι οὐκ ἐποίησε κατὰ τὰ δεδογμένα. ἐς ὃ δή σφι χρόνου ἐγγινομένου, ἔδοξε αὖτις παρελθόντας πάντας τοῦ φόνου μετίσχειν. ἔδει δὲ ἐκ τοῦ Ἠετίωνος γόνου Κορίνθῳ κακὰ ἀναβλαστεῖν. ἡ Λάβδα γὰρ πάντα ταῦτα ἤκουε ἑστεῶσα πρὸς τῇσι θύρῃσι. δείσασα δὲ μή σφι μεταδόξῃ, καὶ τὸ δεύτερον λαβόντες τὸ παιδίον ἀποκτείνωσι, φέρουσα κατακρύπτει ἐς τὸ ἀφραστότατόν οἱ ἐφαίνετο εἶναι, ἐς κυψέλην· ἐπισταμένη ὡς εἰ ὑποστρέψαντες ἐς ζήτησιν ἀπικοίατο, πάντα ἐρευνήσειν μέλλοιεν. τὰ δὴ καὶ ἐγίνετο. ἐσελθοῦσι γὰρ καὶ διζημένοισι αὐτοῖσι ὡς οὐκ ἐφαίνετο, ἐδόκεε ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ λέγειν πρὸς τοὺς ἀποπέμψαντας, ὡς πάντα ποιήσειαν τὰ ἐκεῖνοι ἐνετείλαντο. οἱ μὲν δὴ ἀπελθόντες ἔλεγον ταῦτα. Ἠετίωνι δὲ μετὰ ταῦτα ὁ παῖς ηὐξάνετο· καί οἱ διαφυγόντι τοῦτον τὸν κίνδυνον, ἀπὸ τῆς κυψέλης ἐπωνυμίην Κύψελος οὔνομα ἐτέθη. ἀνδρωθέντι δὲ καὶ μαντευομένῳ Κυψέλῳ ἐγένετο ἀμφιδέξιον χρηστήριον ἐν Δελφοῖσι, τῷ πίσυνος γενόμενος ἐπεχείρησέ τε καὶ ἔσχε Κόρινθον. ὁ δὲ χρησμὸς ὅδε ἦν,

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει,
Κύψελος Ἠετίδης, βασιλεὺς κλειτοῖο Κορίνθου,
Αὐτὸς καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

τὸ μὲν δὴ χρηστήριον τοῦτο ἦν. τυραννεύσας δὲ ὁ Κύψελος, τοιοῦτος δή τις ἀνὴρ ἐγένετο. πολλοὺς μὲν Κορινθίων ἐδίωξε, πολλοὺς δὲ χρημάτων ἀπεστέρησε, πολλῷ δ᾽ ἔτι πλείστους τῆς ψυχῆς. ἄρξαντος δὲ τούτου ἐπὶ τριήκοντα ἔτεα καὶ διαπλέξαντος τὸν βίον εὖ, διάδοχός οἱ τῆς τυραννίδος ὁ παῖς Περίανδρος γίνεται. ὁ τοίνυν Περίανδρος κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἦν ἠπιώτερος τοῦ πατρός· ἐπεί τε δὲ ὡμίλησε δι᾽ ἀγγέλων Θρασυβούλῳ τῷ Μιλήτου τυράννῳ, πολλῷ ἔτι ἐγένετο Κυψέλου μιαιφονώτερος. πέμψας γὰρ ἐπὶ Θρασύβουλον κήρυκα, ἐπυνθάνετο ὅντινα τρόπον ἀσφαλέστερον καταστησάμενος τῶν πρηγμάτων, κάλλιστα τὴν πόλιν ἐπιτροπεύοι. Θρασύβουλος δὲ τὸν ἐλθόντα παρὰ τοῦ Περιάνδρου ἐξῆγε ἔξω τοῦ ἄστεος. ἐσβὰς δὲ ἐς ἄρουραν ἐσπαρμένην, ἅμα τε διεξήιε τὸ λήιον, ἐπειρωτῶν τε καὶ ἀναποδίζων τὸν κήρυκα κατὰ τὴν ἀπὸ Κορίνθου ἄπιξιν· καὶ ἐκόλουε αἰεὶ ὅκως τινὰ ἴδοι τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα τῶν ἄλλων, κολούων δέ, ἔρριπτε· ἐς ὃ τοῦ ληίου τὸ κάλλιστόν τε καὶ βαθύτατον διέφθειρε τρόπῳ τοιούτῳ. διεξελθὼν δὲ τὸ χωρίον, καὶ ὑποθέμενος ἔπος οὐδέν, ἀποπέμπει τὸν κήρυκα. νοστήσαντος δὲ τοῦ κήρυκος ἐς τὴν Κόρινθον, ἦν πρόθυμος πυνθάνεσθαι τὴν ὑποθήκην ὁ Περίανδρος. ὁ δὲ οὐδέν ἔφη Θρασύβουλον ὑποθέσθαι· θωυμάζειν τε αὐτοῦ παρ᾽ οἷόν μιν ἄνδρα ἀποπέμψειε, ὡς παραπλῆγά τε καὶ τῶν ἑωυτοῦ σινάμωρον· ἀπηγεόμενος τά περ πρὸς Θρασυβούλου ὀπώπεε. Περίανδρος δὲ συνιεὶς τὸ ποιηθέν, καὶ νόῳ ἴσχων ὥς οἱ ὑπετίθετο Θρασύβουλος τοὺς ὑπειρόχους τῶν ἀστῶν φονεύειν, ἐνθαῦτα δὴ πᾶσαν κακότητα ἐξέφαινε ἐς τοὺς πολιήτας. ὅσα γὰρ Κύψελος ἀπέλιπε κτείνων τε καὶ διώκων, Περίανδρός σφεα ἀπετέλεσε. μιῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπέδυσε πάσας τὰς Κορινθίων γυναῖκας, διὰ τὴν ἑωυτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν. πέμψαντι γάρ οἱ ἐς Θεσπρωτοὺς ἐπ᾽ Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλους ἐπὶ τὸ νεκυομαντήιον παρακαταθήκης πέρι ξεινικῆς, οὔτε σημανέειν ἔφη ἡ Μέλισσα ἐπιφανεῖσα, οὔτε κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη. ῥιγοῦν τε γὰρ καὶ εἶναι γυμνή. τῶν γάρ οἱ συγκατέθαψε ἱματίων ὄφελος εἶναι οὐδὲν οὐ κατακαυθέντων. μαρτύριον δέ οἱ εἶναι ὡς ἀληθέα ταῦτα λέγει, ὅτι ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν Περίανδρος τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε. ταῦτα δὲ ὡς ὀπίσω ἀπηγγέλθη τῷ Περιάνδρῳ (πιστὸν γάρ οἱ ἦν τὸ συμβόλαιον, ὃς νεκρῇ ἐούσῃ Μελίσσῃ ἐμίγη) ἰθέως δὴ μετὰ τὴν ἀγγελίην κήρυγμα ἐποιήσατο, ἐς τὸ Ἥραιον ἐξιέναι πάσας τὰς Κορινθίων γυναῖκας. αἱ μὲν δὴ ὡς ἐς ὁρτὴν ἤισαν κόσμῳ τῷ καλλίστῳ χρεώμεναι· ὁ δ᾽ ὑποστήσας τοὺς δορυφόρους, ἀπέδυσέ σφεας πάσας ὁμοίως, τάς τ᾽ ἐλευθέρας καὶ τὰς ἀμφιπόλους. συμφορήσας δὲ ἐς ὄρυγμα, Μελίσσῃ ἐπευχόμενος κατέκαιε. ταῦτα δέ οἱ ποιήσαντι, καὶ τὸ δεύτερον πέμψαντι, ἔφραζε τὸ εἴδωλον τὸ Μελίσσης ἐς τὸν κατέθηκε χῶρον τοῦ ξείνου τὴν παρακαταθήκην. τοιοῦτο μὲν ἐστὶ ὑμῖν ἡ τυραννὶς ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τοιούτων ἔργων. ἡμέας δὲ αὐτοὺς τοὺς Κορινθίους τότε αὐτίκα θῶυμα μέγα εἶχε, ὅτι ὑμέας εἴδομεν μεταπεμπομένους Ἱππίην, νῦν τε δὴ καὶ μεζόνως θωυμάζομεν λέγοντας ταῦτα. ἐπιμαρτυρόμεθά τε ἐπικαλεόμενοι ὑμῖν θεοὺς τοὺς Ἑλληνίους, μὴ κατιστάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλιας. οὐκ ὦν ἢν μὴ παύσησθε, ἀλλὰ πειρήσησθε παρὰ τὸ δίκαιον κατάγοντες Ἱππίην, ἴστε ὑμῖν Κορινθίους γε οὐ συναινέοντας.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

NVnc profectò cælum ſub terra erit, terráque cælo ſupereminebit, homines mare incolent, piſces domicilium prius hominum accipient: quum vos Lacedæmo-

nii, rebus publicis euersis, tyrannides in vrbes reducere conemini. quibus nihil in rebus humanis nec magis iniustum est, nec magis sanguinarium. Quòd si bonum vobis videtur ciuitates subesse tyrannidi, ipsi vobis primi tyrannum constituite, atque ita vt aliis constituatis operam date. At nunc ipsi tyrannorum expertes, & ne id in Sparta contingat, vehementissimè cauentes, hoc in socios studetis efficere: qui si essetis, vt nos sumus, experti, meliorem quàm nunc facitis, de hac re sententiam proponeretis. Talis erat Corinthiis vrbis status vt penes paucos imperium esset. quum igitur ii qui Bacchiadæ cognominabantur, ciuitatis gubernacula tenerent, & vltro citróque matrimonia inter se contraherent, contigit vt vni ex his, qui Amphion vocabatur, filia nasceretur quæ clauda esset, nomine Labda. Eam (quòd nullus Bacchiadarum ducere vellet) duxit Eetion, Echecratis filius, è Petra quidem tribu, sed oriundus à Lapithe ac Cæneo. Qui quum neque ex hac muliere, neque ex alia tolleret liberos, missus est Delphos ad consulendum de prole: eum introeuntem statim Pythia his versibus compellauit,

Eetion, te nemo (licet sis tantus) honorat.
Conceptum pariet saxum graue Labda, monarchos
Qui cadet in ciues, emendabítque Corinthum.

Hoc oraculum quod Eetioni redditum est, eodem tendebat quò alterum antea Bacchiadis redditum, haud prius intellectum quàm hoc renuntiatum est, in hæc verba,

Concipit in petris aquila, enixura leonem
Robustum, sæuum, genua & qui multa resoluet.
Hæc bene nunc animis versate Corinthia proles,
Qui colitis pulchram Pirenem, altámque Corinthum.

Id oraculum quum ad eam diem fuisset indeprehensum, simulatque ex hoc Eetionis patuit eódem vtrũque pertinere, silentio suppressere, animo futurũ Eetionis filium extinguendi. Et vt primùm mulier enixa est, miserunt è suo numero decẽ viros ad tribũ in qua habitabat Eetiõ, qui puerũ extinguerẽt. Isti, postquam ad Petram peruenere & ad Eetionis atriũ accessere, puerum petunt. Labda cur venissent ignara, paternæque beneuolentiæ causa venisse eos rata, affert filium, & in vnius eorum manum porrigit. Erat autem inter viam cõstitutum, vt qui primus eorum puerũ cepisset, is humi illum allideret. Verùm diuina quadam fortuna puer ei viro cui à Labda traditus erat, arrisit: quam rem illi consideranti miseratio subiit pueri occidendi. Sic misertus, alteri tradidit, & ille tertio: atque ita deinceps per manus traditus infans, per omnes decem transiit: ac nemine interimere volente, rursus matri est redditus. Illi egressi, atque ante ianuam stãtes, alius alium incusabant castigabántque: sed primum præcipuè, qui ex conuento nõ fecisset. donec interiecto spatio placitum est vt rursus introgressi, omnes fierent participes cædis. Sed necesse erat ex Eetionis stirpe germinari Corintho perniciem. nam Labda stans pro foribus, hæc omnia exaudiebat: eóque metuens ne illi immutata voluntate, acceptum rursus puerũ interimerent, asportauit, & in mensura frumentaria occuluit. qui locus visus est minimè inuestigabilis: quum sciret illos, si redirent ad inuestigãdum puerum, omnia scrutaturos: vt & contigit. Nam introgressis & scrutãtibus vbi nõ apparuit, visum est eis abeundum, atque iis à quibus missi essent, dicendum se cuncta quæ illi mãdassent perpetrasse: atque ita reuersi dixerunt. Post hæc Eetionis filio crescẽti impositum est nomen Cypselo, ob periculum hoc quod deuitauerat in cypsela, *id est mensura frumentaria.* Vbi autem in virilem adoleuit ætatem, consulenti oraculum Delphis, anceps est redditum, quo fretus Corinthum aggressus occupauit. Oraculum autem hoc erat,

Vir locuples nostras hic qui descendit ad ædes
Cypselus Eetides, claræ rex esto Corinthi,
Ipse, & eo nati, sed nulli deinde nepotes.

Et oraculum quidem, hoc erat. Cypselus verò tyrannide potitus, talis extitit vt Corinthiorum multos insequutus sit, multos pecunia, longè plurimos anima priuauerit. Cui, quum triginta regnasset annos, bene vita defuncto successit in tyrannide filius Periander, qui inter initia mitius agebat quàm pater: sed vbi per nuntios consuetudinem habuit cum Thrasybulo Mileti tyranno, multo magis quàm pater cruetus effectus est.

Miſſo enim præcone Thraſybulum interrogauit qua ratione ipſe rebus tutius cõſtitutis,ciuitatem pulcherrimè gubernaret. Thraſybulus, eo qui à Periandro miſſus erat, extra oppidum educto, ingreſſus eſt rus quoddam ſatum, & vnà cum eo ſegetem interambulans ſciſcitabatur hominem de ſuo aduentu è Corintho, detruncans atque abiiciens vt quanque videbat ſpicam inter alias extantem: donec ſegetem formoſiſſimam atque denſiſſimam hunc in modum corrupit: prædiúmque illud peruagatus, nullo verbo reddito præconem remiſit. Reuerſus Corinthum præco, auido præceptionis audiendæ Periandro negauit ſibi quippiam reſpondiſſe Thraſybulum, & mirari quòd ſe ad virum veſanum Periander miſiſſet, & ſua ipſius deſtruentem, exponítque quæ ex Thraſybulo vidiſſet. Periander id quod à Thraſybulo actum erat intelligens, atque interpretans ſibi ab illo præceptum vt eminentiſſimos quoſque popularium interimeret, tunc verò omnem in ciues ſæuitiam exercuit, interficiendo ac perſequendo conſumans id quod à Cypſelo fuerat omiſſum. Atque adeo die vno vniuerſas mulieres Corinthias exuit, propter Meliſſam vxorem ſuam. nam quum ad Theſprotos, qui ſunt ad flumen Acherontem, miſiſſet nuntios ſciſcitatum necyomanteon (*id eſt mortuorum oraculum*) de hoſpitis depoſito, Meliſſa apparens negauit ſe indicaturam aut dicturam vbinam depoſitum eſſet collocatum, quoniam ipſa algeret, quia nuda eſſet. nihil enim ſibi prodeſſe veſtes cum quibus ſepulta fuiſſet, vtpote non concrematas. Cuius rei, quòd vera loqueretur, teſtimonio foret quòd Periander in frigidum furnum panes ingeſſiſſet. Hæc Periandro renuntiata, ob illud argumentum fidem fecere, quòd ipſe cum Meliſſa quanuis defuncta, coierat. Itaque ſtatim poſt eum nuntium per præconem edixit vt omnes Corinthiæ mulieres ad Iunonis templum prodirent. Eò, tanquam ad diem feſtũ, quàm ornatiſſimè poterant quum iſſent mulieres iſtæ, diſpoſitis clàm ſatellitibus, eas omnes ſine diſcrimine exuit, ingenuas pariter & ancillas, atque *eas veſtes* ad foueam comportatas, Meliſſam precando, cremauit. Hæc vbi fecit, & nuntios iterum eoſdem miſit, tunc ei Meliſſæ idolum (*hoc eſt inanis imago*) expoſuit vbinam depoſitum hoſpitis collocaſſet. Huiuſmodi eſt tyrannis, Lacedæmonii, vobis, & talium operum. Eoque nos Corinthios cum magna admiratio cepit, ſimulatque vidimus vos accerſiſſe Hippiam, tum verò maior nunc, dum iſta dicitis. Propterea deos Græcorum inuocantes, teſtamur apud vos ne velitis tyrannides in ciuitatibus conſtituere, quas non extinguitis, ſed excitatis præter æquitatem, dum Hippiam reducitis: in quo ſcitote Corinthios vobis non aſſenſuros.

HISTIAEI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Fratres erant Hiſtiæus & Ariſtagoras: ille ex cohorte regia Darii, hic Mileſiorum tyrannus, ſed fratris opera eum honorem adeptus: idémque autor defectionis totius Ioniæ à Dario: ſed particeps erat conſiliorum Hiſtiæus. nam cum fratre per clandeſtinos nuntios rem illam agitarat. Accepta Ioniæ defectione Darius cœpit Hiſtiæum illius inſimulare, quòd diceret ab eo fuiſſe traditam Ariſtagoræ Miletum. Purgat crimen callidè admodum Hiſtiæus, & ſibi prouinciam debellandorum Ionum vinciendique Ariſtagoræ depoſcit, quò longius videatur ab eius conſilii ſocietate abhorrere.

Βασιλεῦ, κοῖον ἐφθέγξαο ἔπος; ἐμὲ βουλεῦσαι πρῆγμα ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀναχήσειν; τί δ' ἂν ἐπιδιζήμενος ποιέοιμι ταῦτα; τεῦ δὲ ἐνδεὴς ἐών; ᾧ πάρα μὲν πάντα ὅσαπερ σοί, πάντων δὲ πρὸς σέο βουλευμάτων ἐπακούειν ἀξιεῦμαι; ἀλλ' εἴπερ τι τοιοῦτον οἷον σὺ εἴρηκας, πρήσσει ὁ ἐμὸς ἐπίτροπος, ἴσθι αὐτὸν ἐπ' ἑωυτοῦ βαλλόμενον πεποιηκέναι. ἀρχὴν δὲ ἔγωγε οὐδὲ ἐνδέκομαι τὸν λόγον, ὅκως τι Μιλήσιοι καὶ ὁ ἐμὸς ἐπίτροπος νεώτερον πρήσσουσι περὶ πρήγματα τὰ σά. εἰ δ' ἄρα τι τοιοῦτο ποιεῦσι, καὶ σὺ τὸ ἐὸν ἀκήκοας, ὦ βασιλεῦ, μάθε οἷον πρῆγμα ἐργάσαο, ἐμὲ ἀπὸ θαλάσσης ἀνάσπαστον ποιήσας. Ἴωνες γὰρ οἴκασι ἐμεῦ ἐξ ὀφθαλμῶν σφι γενομένου, ποιῆσαι τῶν πάλαι ἵμερον εἶχον. ἐμέο δ' ἂν ἐόντος ἐν Ἰωνίῃ, οὐδεμία πόλις ὑπεκίνησε. νῦν ὦν ὡς τάχος με ἄφες πορευθῆναι ἐς Ἰωνίην, ἵνα τοι κοινά τε πάντα καταρτίσω ἐς τὠυτό, καὶ τὸν Μιλήτου ἐπίτροπον τοῦτον, τὸν ταῦτα μηχανησάμενον ἐγχειρίδετον παραδῶ. ταῦτα δὲ κατὰ νόον τὸν σὸν ποιήσας, θεοὺς ἐπόμνυμι τοὺς βασιληΐους, μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι τὸν ἔχω κιθῶνα, καταβήσομαι ἐς Ἰωνίην, πρὶν ἄν τοι Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην δασμοφόρον ποιήσω.

EADEM LATINE,
Laur. Valla interprete.

QVódnam rex protulisti verbum? méne consulere rem quæ tibi sit quippiam siue multum siue parum molestiæ allatura? Quid mihi quærens ista facerem? aut cuius rei indigens? cui omnia adsunt quæ tibi? quem tu omnium consiliorum tuorum communione dignaris? Quòd si istud quod ais egit procurator meus, sic habeto, id eum fecisse suo consilio. Principio rationem istam non admitto, Milesios ac meum procuratorem quippiam rerum nouarum fecisse aduersus statum tuum: siquid tamen huiusmodi faciunt, & tu id quod est audisti, rex, intellige quid rei egeris quòd me à mari ablegãdum putasti. nam Iones id agere aggressi sunt postquã ego ex ipsorum conspectu sum amotus, cuius aggrediendi iampridem libidine tenebantur: quòd si ego in Ionia fuissem, nulla profectò se ciuitas commouisset. Proinde nũc properè dimitte me, vt in Ioniam contendam, illic omnia negotia tibi in integrum restituturus, & hunc Mileti procuratorẽ, harum rerum machinatorem, in tuam potestatem redacturus. Hæc quum ex animi tui sententia confecero, iuro per deos regios me non prius exuturum hanc vestem, qua indutus in Ioniam descendam, quàm Sardiniam insulam maximam tibi tributariam reddam.

Ex libro sexto qui inscribitur Erato.

PERSARVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Petebant ingenti classe Miletum Persæ, Iones occurrebant contracta classe, minore quidem sed instructiore, vt Persæ diffiderent posse expugnari Miletum. Dolis itaque rem aggrediuntur, dántque negotium hac oratione satrapis qui ex Ioniæ vrbibus pulsi ad Persas confugerant, vt singuli suos colloquio tentent, conentúrque spe & metu eos ad deditionem faciendam compellere.

Ἄνδρες Ἴωνες, νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω τὸν βασιλῆος οἶκον. τοὺς γὰρ ἑωυτοῦ ἕκαστος ὑμέων πολιήτας πειράσθω ἀποσχίζων ἀπὸ τοῦ λοιποῦ συμμαχικοῦ. προϊσχόμενοι δὲ, ἐπαγγείλασθε τάδε, ὡς πείσονταί τε ἄχαρι οὐδὲν, διὰ τὴν ἀπόστασιν, οὐδέ σφι οὔτε τὰ ἱρὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπρήσεται· οὐδὲ βιαιότερον ἕξουσι οὐδὲν ἢ πρότερον εἶχον. εἰ δὲ ταῦτα μὲν μὴ ποιήσουσι, οἱ δὲ πάντως διὰ μάχης ἐλεύσονται, τάδε σφι λέγετε ἐπηρεάζοντες, τά περ σφέας κατέξει· ὡς ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ ἐξανδραποδιεῦνται, καὶ ὡς σφέων τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν, τὰς δὲ παρθένους ἀνασπάστους ἐς Βάκτρα, καὶ ὡς τὴν χώρην ἄλλοισι παραδώσομεν.

EADEM LATINE,
Laur. Valla interprete.

VIri Iones, nunc alicuius vestrum in regiam domum beneficia appareant. Suos enim populares quisque vestrum conetur abducere à reliquis sociis, eliciendo illos hac promissione, nihil eos, quòd rebellarint, molestiæ sensuros, nullas eorum vel sacras vel priuatas ædes incensum iri, nihil violentius quàm antea passuros. sin minus ista facere, sed omnino decernere prælio voluerint, hæc eis damna dicite euentura, quæ certè euenient: ipsos prælio victos in seruitutem rapiendos, liberos eorum à nobis castrandos, virgines in Bactra asportandas, terram aliis tradendam.

DIONYSII PHOCAEI DVCIS CONCIO.

ARGVMENTVM.

Coacta erat ingens classis Ionum & Æolum, sed pari iure erant omnes, necdum belli summa ad vllum erat delata. Dionysius Phocæus, licet ex ea vrbe esset quæ paucissimas omnino naues armasset, tamen hortatur socios omnes, periculi sui admonitos, & ad spẽ libertatis excitatos, vt se ducem eius belli creent: & in eam sententiam hæc ab eo concio est habita.

Ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτῃσι. νῦν ὦν ὑμέες, ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι, παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται, οἷοί τε δὲ ἔσεσθε ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους εἶναι ἐλεύθεροι· εἰ δὲ μαλακίῃ τε καὶ ἀταξίῃ διαχρήσεσθε, οὐδεμίαν ὑμέων ἔχω ἐλπίδα, μὴ οὐ δώσειν ὑμέας δίκην τῷ βασιλέϊ τῆς ἀποστάσιος. ἀλλ' ἐμοί τε πείθεσθε, καὶ ἐμοὶ ὑμέας αὐτοὺς ἐπιτρέψατε. καὶ ὑμῖν ἐγώ, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, ὑποδέκομαι ἢ οὐ συμμίξειν τοὺς πολεμίους, ἢ συμμίσγοντας πολλὸν ἐλασσώσεσθαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Quoniam in ſummo ancipiti res noſtræ ſunt, viri Iones, vt aut liberi ſimus aut ſerui, & quidem tanquam fugitiui, ſi vultis deuitare calamitates, ſubeundus eſt vobis impræſentiarum labor: ita ſuperatis hoſtibus liberi eſſe poteritis. ſin autem ignaui fueritis, & ab ordine receſſeritis, nullam veſtri ſpem habeo quominus pœnas regi rebellionis detis. Sed aſſentiamini mihi, & voſipſos mihi permittite, & ego, diis & æquo iuuantibus, recipio vobis, aut non concurſuros hoſtes, aut, ſi cócurrent, multo inferiores futuros.

LEVTYCHIDIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Æginetis pœnas irrogaturi iuerant reges Spartani Cleomenes & Leutychides. Æginetæ cum his ita tranſegerunt, vt ſuæ ciuitatis primarios viros apud eos deponerent apud quos Spartanis regibus commodum eſſet. Placuit Athenis deponi. Non ita multo poſt, quũ eorum alter Leutychides depoſitũ repetitum iuiſſet, repudiatus eſt ab Athenienſibus, quòd ii dicerent non eſſe vni reſtituendum id quod à duobus depoſitum eſſet. Leutychides tentauit poſſétne monendo eos flectere: & apud eos hãc orationem habuit, qua denegati depoſiti luculentum exemplum profert, docétque fraudi ſemper eſſe iis qui fidem fallant.

Ὦ Ἀθηναῖοι, ποιέετε μὲν ὁκότερα βούλεσθε αὐτοί. καὶ γὰρ ἀποδιδόντες, ποιέετε ὅσια, καὶ μὴ ἀποδιδόντες, τὰ ἐναντία τουτέων. ὁκοῖον μέντοι τι ἐν τῇ Σπάρτῃ συνηνείχθη γενέσθαι περὶ παρακαταθήκης, βούλομαι ὑμῖν εἶπαι. λέγομεν ἡμεῖς οἱ Σπαρτιῆται γενέσθαι ἐν τῇ Λακεδαίμονι, κατὰ τρίτην γενεὴν τὴν ἀπ' ἐμέο, Γλαῦκον Ἐπικυδείδεος παῖδα. τοῦτον τὸν ἄνδρα φαμὲν τά τε ἄλλα πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα, καὶ δὴ καὶ ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης πέρι πάντων ὅσοι τὴν Λακεδαίμονα τοῦτον τὸν χρόνον οἴκεον. συνενειχθῆναι δέ οἱ ἐν χρόνῳ ἱκνευμένῳ τάδε λέγομεν. ἄνδρα Μιλήσιον ἀπικόμενον ἐς Σπάρτην, βούλεσθαί οἱ ἐλθεῖν ἐς λόγους, προϊσχόμενον τοιάδε, Εἰμὶ μὲν Μιλήσιος, ἥκω δὲ τῆς σῆς, Γλαῦκε, δικαιοσύνης βουλόμενος ἀπολαῦσαι. ὡς γὰρ δὴ ἀνὰ πᾶσαν μὲν τὴν ἄλλην Ἑλλάδα, ἐν δὲ καὶ περὶ Ἰωνίην τῆς σῆς δικαιοσύνης ἦν λόγος πολλός, ἐμεωυτῷ λόγους ἐδίδουν, καὶ ὅτι ἐπικίνδυνός ἐστι αἰεί κοτε ἡ Ἰωνίη, ἡ δὲ Πελοπόννησος ἀσφαλέως ἱδρυμένη, καὶ διότι χρήματα οὐδαμὰ τοὺς αὐτούς ἐστι ὁρᾶν ἔχοντας. ταῦτά τε ὦν ἐπιλεγομένῳ καὶ βουλευομένῳ ἔδοξέ μοι τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίης ἐξαργυρώσαντα θέσθαι παρὰ σοί, εὖ ἐξεπισταμένῳ ὥς μοι κείμενα ἔσται παρὰ σοὶ σόα. σὺ δή μοι καὶ τὰ χρήματα δέξαι, καὶ τάδε τὰ σύμβολα σῶζε λαβών. ὃς δ' ἂν ἔχων ταῦτα ἀπαιτέῃ, τούτῳ ἀποδοῦναι. ὁ μὲν δὴ ἀπὸ Μιλήτου ἥκων ξεῖνος τοσαῦτα ἔλεξε. Γλαῦκος δὲ ἐδέξατο τὴν παρακαταθήκην ἐπὶ τῷ εἰρημένῳ λόγῳ. χρόνου δὲ πολλοῦ διελθόντος ἦλθον ἐς τὴν Σπάρτην τούτου τοῦ παραθεμένου τὰ χρήματα οἱ παῖδες. ἐλθόντες δὲ ἐς λόγους τῷ Γλαύκῳ, καὶ ἀποδεικνύντες τὰ σύμβολα, ἀπαίτεον τὰ χρήματα. ὁ δὲ διωθέετο, ἀντυποκρινόμενος τοιάδε, Οὔτε μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτε με περιφέρει οὐδὲν εἰδέναι τουτέων τῶν ὑμεῖς λέγετε. βούλομαί τε ἀναμνησθεὶς ποιέειν πᾶν τὸ δίκαιον. καὶ γὰρ εἰ ἔλαβον, ὀρθῶς ἀποδοῦναι· καὶ εἴ γε ἀρχὴν μὴ ἔλαβον, νόμοισι τοῖσι Ἑλλήνων χρήσομαι ἐς ὑμέας. ταῦτα ὦν ὑμῖν ἀναβάλλομαι κυρώσειν ἐς τέταρτον μῆνα ἀπὸ τοῦδε. οἱ μὲν δὴ Μιλήσιοι συμφορὴν ποιεύμενοι ἀπαλλάσσοντο ὡς ἀπεστερημένοι τῶν χρημάτων. Γλαῦκος δὲ ἐπορεύετο ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ. ἐπειρωτῶντα δὲ αὐτὸν τὸ χρηστήριον εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα ληΐσεται, ἡ Πυθίη μετέρχεται τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι,

Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτω
Ὅρκῳ νικῆσαι, καὶ χρήματα ληΐσσασθαι.
Ὄμνυ, ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα,
Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες,
Οὐδὲ πόδες, κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα·
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος, συγγνώμην τὸν θεὸν παραιτέετο αὐτῷ ἴσχειν τῶν ῥηθέντων. ἡ δὲ Πυθίη ἔφη, τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύναται. Γλαῦκος μὲν δὴ μεταπεμψάμενος τοὺς Μιλησίους ξείνους, ἀποδιδοῖ σφι τὰ χρήματα. τοῦ δὲ εἵνεκα ὁ λόγος, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅδε ὡρμήθη λέγεσθαι ἐς ὑμέας, εἰρήσεται. Γλαύκου νῦν οὔτε τι ἀπόγονόν ἐστιν οὐδέν, οὔτ' ἱστίη οὐδεμία νομιζομένη εἶναι Γλαύκου, ἐκτέτριπταί τε πρόρριζος ἐκ Σπάρτης. οὕτω ἀγαθὸν μηδὲ διανοέεσθαι περὶ παρακαταθήκης ἄλλο γε, ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι.

EADEM LATINE,
Laur. Valla interprete.

FAcite Athenienses vtrum ipsi vultis, si reddetis, sanctè facturi: è contrario, si non redditis. Qualis autem res circa depositum contigerit Spartæ, volo referre: Dicimus nos Spartiatæ fuisse tertia abhinc ætate quendam Glaucum Epicydidis filium, qui cum aliis summis laudibus excellebat, tum iustitia inter omnes optimè audiebat qui per id tempus Lacedæmonem incolebant. Et huic procedente tempore contigisse vt vir quidam Milesius Spartã venerit, hominis conueniendi gratia, atque ita sit alloquutus, Ego sum vir Milesius, qui ad tuam, Glauce, fruendam iustitiam venio. Nam quũ esset tua fama celebris cum per omnem aliam Græciam, tum verò per Ioniam; apud memetipsum ratiocinatus sum, Ionia quidem semper obnoxia periculis est: Peloponnesus autem tutò fundata, & ob id videre licet eosdem homines nihil habere pecuniarum. Hæc reputanti mihi atque consultanti visum est dimidium mei census in pecuniã redactum deponere penes te, quòd probè intelligo hæc penes te deposita mihi incolumia fore: tu verò has pecunias accipe, & hanc notam quam vnà custodi: quam notam quisquis habens reposcet pecuniam, ei reddito. Hæc hospes qui Mileto venerat dixit: atque ea conditione depositum Glaucus accepit. Multo deinde tempore interiecto, filii eius qui pecuniam deposuerat, Spartam veniunt, Glaucum conueniunt: exhibitáque nota, pecuniam reposcunt. Ille enimuero repellere homines, atque his verbis è contrario respondere, Neque istius rei quicquam reminiscor, neque ad me pertinet scire quæ dicitis. Volo tamẽ reminiscens, quicquid iustum fuerit, facere, &, si accepi, iure optimo reddere: sin à principio non accepi, Græcorum legibus in vos vti. ad quòd confirmandu[m] præstituo vobis tempus hinc ad quatuor mẽses. Ita Milesii facta iactura, tanquam fra[u]dati pecunia, discessere, & Glaucus Delphos se contulit ad oraculum consultandu[m]. Cui consultanti an ὅρκῳ, *id est iureiurando*, pecuniam prædaretur, Pythia respondit versibus,

Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus
Sic horco vicisse, interuertisséque nummos:
Deiera, & euorcum quoniam manet exitus idem.
Ast horci natus, qui nomine, qui manibus, qui
Nullis est pedibus, rapidè aduenit, vsque adeò dum
Conuoluens omnem perdat prolémque domúmque:
Cum sobole euorci melius sed postea agetur.

His auditis Glaucus veniam sibi eorum quæ dixisset vt daret, deum obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem pollere, tentare deum & facere. Tunc Glaucus accitis Milesiis hospitibus pecuniam reddidit. Cur autem hæc oratio apud vos instituta est, dicetur: Glauci nunc nulla superest neque soboles neque domus, quæ illius censeatur: sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonum est nihil aliud de deposito cogitare quàm vt repetentibus reddatur.

MILTIADIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienses eductis aduersus Persas copiis in campos Marathonios, deliberabant prælium committerent, nécne. Res à ducibus belli, qui decem erant, agitabatur. Vincebat eorum sententia quibus acie decernere non placebat. Vnus erat reliquus cui summa belli erat commissa, quem Atheniẽses πολέμαρχον vocabãt, & id imperium tum obtinebat Callimachus. Is vtri sententiæ accessisset, eam ratam esse oportebat. Miltiades vnus de decẽ, qui dimicandi autor erat, eum est hac oratione hortatus, vt quoniam res in eius suffragio vertebatur, & eo discrimine salus populi Atheniensis agebatur, videret ne rem Atheniensem perditum iret. saluam enim, si pugna detrectetur, esse non posse.

Inte

Ἐν σοὶ νῦν Καλλίμαχε ἐστὶ ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθέρας ποιήσαντα, μνημόσυνον λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, οἷον οὐδὲ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων λείπουσι. νῦν γὰρ δή, ἐξ οὗ ἐγένοντο, Ἀθηναῖοι ἐς κίνδυνον ἥκουσι μέγιστον. καὶ ἢν μέν γε ὑποκύψωσι τοῖσι Μήδοισι, δέδοκται τὰ πείσονται, παραδεδομένοι Ἱππίῃ· ἢν δὲ περιγένηται αὕτη ἡ πόλις, οἵη τε ἐστὶ πρώτη τῶν Ἑλληνίδων πολίων γενέσθαι. κῶς ὦν δὴ ταῦτα οἷά τε ἐστὶ γενέσθαι, καὶ κῶς σε ἐπὶ τουτέων ἀνήκει τῶν πρηγμάτων τὸ κῦρος ἔχειν, νῦν ἔρχομαι φράσων. ἡμέων τῶν στρατηγῶν ἐόντων δέκα, δίχα γίνονται αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν, κελευόντων, τῶν δὲ οὔ, συμβάλλειν. ἢν μέν νυν μὴ συμβάλλωμεν, ἔλπομαί τινα στάσιν μεγάλην ἐμπεσοῦσαν διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρονήματα, ὥστε μηδίσαι· ἢν δὲ συμβάλλωμεν πρίν τι καὶ σαθρὸν Ἀθηναίων μετεξετέροισι ἐγγενέσθαι, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, οἷοί τε εἰμὲν περιγενέσθαι τῇ συμβολῇ. ταῦτα ὦν πάντα ἐς σὲ νῦν τείνει, καὶ ἐκ σέο ἤρτηται. ἢν γὰρ σὺ γνώμῃ τῇ ἐμῇ προσθῇ, ἔστι τοι πατρίς τε ἐλευθέρη, καὶ πόλις πρώτη τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβουλὴν ἕλῃ, ὑπάρξει τοι τῶν ἐγὼ κατέλεξα ἀγαθῶν τἀναντία.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

In te nunc Callimache situm est, vtrum in seruitutem Athenæ redigantur, an tu, eas liberando, memoriā tui in omne æuum relinquas, qualē ne Harmodius quidē atque Aristogiton reliquerunt. Nā Athenienses nunc in maximū omnium ex quo nati sunt venêre discrimen: qui si Medis succumbant, palam est quæ passuri sint, traditi Hippiæ: sin autē superent, poterit hæc ciuitas vrbiū Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri possint, & quomodo ad te harū rerū arbitrium redeat, nunc exponā. Nostræ, qui duces sumus, bifariæ sunt sententiæ de prælio committendo: aliis id suadentibus, aliis dissuadētibus. Qui nisi præliū committimus, vereor ne magna existat seditio, quæ mentes eorum solicitet ad sentiendū cum Medis: sin pugnamus antequam aliquid vi[illegible]ii in nonnullis Atheniensiū subeat, possumus diis æquis cum victoria discedere. Hæc [illegible]nnia ad te tendunt, & abs te dependent: qui si meæ sententiæ accesseris, erit & tibi pa[illegible] libera, & ciuitas omnium Græcarum princeps: sin accesseris sententiæ dissuaden[illegible]m pugnam, eorum quæ recensui bonorum tibi contraria existent.

Ex libro septimo qui Polymnia inscribitur.

ORATIO XERXIS.

ARGVMENTVM.

Xerxes agitans de illa sua in Græciam expeditione consilia, principes conuocauit, & apud eos consilii sui rationem exposuit: dicere deinceps iussit quid quisque sentiret, ita tamen vt iam ratam sibi esse & constitutā rem illam ostenderet, nec cordi futuram eius orationē qui contrà censuisset. Consilii ratio est, duas esse causas quæ ad Græciā subigēdam ipsum impellant, memoriam acceptarum ab Atheniensibus iniuriarum & inueteratum in eos odium. Deinde cupiditate amplificandi imperii, quo in studio nolit vlli maiorum concedere.

Ἄνδρες Πέρσαι, οὔτ' αὐτὸς κατηγήσομαι νόμον τόνδε ἐν ὑμῖν τιθείς, παραδεξάμενός τε αὐτῷ χρήσομαι. ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν πρεσβυτέρων, οὐδαμά κω ἠτρεμήσαμεν, ἐπείτε παρελάβομεν τὴν ἡγεμονίην τήνδε παρὰ τῶν Μήδων, Κύρου κατελόντος Ἀστυάγεα. ἀλλὰ θεός τε οὕτω ἄγει, καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πολλὰ ἐπέπουσι συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἄμεινον. τὰ μέν τοι Κῦρός τε καὶ Καμβύσης, πατήρ τε ἐμὸς Δαρεῖος, κατεργάσαντο, καὶ προσεκτήσαντο ἔθνεα, ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι. ἐγὼ δὲ, ἐπείτε παρέλαβον τὸν θρόνον, τοῦτο ἐφρόντιζον ὅκως μὴ λείψομαι τῶν πρότερον γενομένων ἐν τιμῇ τῇδε, μηδὲ ἐλάσσω προσκτήσωμαι δύναμιν Πέρσῃσι. φροντίζων δὲ εὑρίσκω, ἅμα μὲν κῦδος ἡμῖν τε προσγινόμενον, χώρην τε τῆς νῦν ἐκτήμεθα οὐκ ἐλάσσονα, οὐδὲ φαυλοτέρην, παμφορωτέρην δὲ ἅμα δὲ τιμωρίην τε καὶ τίσιν γινομένην. διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν ὑπερθέωμαι ὑμῖν. μέλλω ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, ἐλᾶν στρατὸν διὰ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἵνα Ἀθηναίους τιμωρήσωμαι, ὅσα δὴ πεποιήκασι Πέρσας τε καὶ πατέρα τὸν ἐμόν. ὁρᾶτε μέν νυν καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν Δαρεῖον ἰθύοντα στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους. ἀλλ' ὁ μὲν τετελεύτηκε, καὶ οὐκ ἐξεγένετο αὐτῷ τιμωρήσασθαι· ἐγὼ δὲ ὑπέρ τε ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων Περσέων οὐ πρότερον παύσομαι, πρὶν ἢ ἕλω τε καὶ πυρώσω τὰς Ἀθήνας· οἵ γε ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες, πρῶτα μὲν ἐς Σάρδις ἐλθόντες ἅμα Ἀρισταγόρῃ τῷ Μιλησίῳ, δούλῳ δὲ ἡμετέρῳ ἀπικόμενοι, ἐνέπρησαν τά τε ἄλσεα καὶ τὰ ἱερά· δεύτερα δὲ ὑμέας οἷα ἔρξαν ἐς τὴν σφετέρην ἀποβάντας, ὅτε Δᾶτίς τε καὶ Ἀρταφέρνης ἐστρατήγεον, τὰ ἐπίστασθέ κου πάντες. τουτέων μέντοι εἵνεκα ἀνάρτημαι ἐπ' αὐτοὺς στρατεύεσθαι. ἀγαθὰ δὲ ἐν αὐτοῖσι τοσάδε εὑρίσκω, ἀναλογιζόμενος, εἰ τούτους τε καὶ τοὺς τούτοισι πλησιοχώρους καταστρεψόμεθα, οἳ Πέλοπος τοῦ Φρυγὸς νέμονται χώρην, γῆν τε τὴν Περσίδα ἀποδέξομεν τῷ Διὸς αἰθέρι ὁμουρέουσαν. οὐ γὰρ δὴ χώρην γε οὐδεμίαν κατόψεται ὁ ἥλιος ὅμουρον ἐοῦσαν τῇ ἡμετέρῃ, ἀλλά σφεας πάσας ἐγὼ ἅμα ὑμῖν μίαν χώρην θήσω, διὰ πάσης διεξελθὼν τῆς Εὐρώπης. πυνθάνομαι γὰρ ὧδε ἔχειν, οὔτε τινὰ πόλιν ἀνδρῶν οὐδεμίαν, οὔτε ἔθνος οὐδὲν ἀνθρώπων ὑπολείπεσθαι, τὸ ἡμῖν οἷόν τε ἔσται ἐλθεῖν ἐς μάχην, τουτέων τῶν κατέλεξα ὑπεξαραιρημένων. οὕτω οἵ τε ἡμῖν αἴτιοι ἕξουσι δούλιον ζυγόν, οἵ τε ἀναίτιοι. ὑμεῖς δ' ἄν μοι τάδε ποιέοντες χαρίζοισθε· ἐπεὰν ὑμῖν σημήνω τὸν χρόνον, ἐς τὸν ἥκειν δεῖ, προθύμως πάντα τινὰ ὑμέων χρήσει παρεῖναι. ὃς ἂν δὲ ἔχων ἥκῃ πα-

παρεσκευασμένον στρατὸν κάλλιστα, δώσω οἱ δῶρα τὰ τιμιώτατα νομίζεται εἶναι ἐν ἡμετέρῳ. ποιητέα μέν νυν ταῦτά ἐστι οὕτω. ἵνα δὲ μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δοκέω, τίθημι τὸ πρῆγμα ἐς μέσον. γνώμην κελεύων ὑμέων τὸν βουλόμενον ἀποφαίνεσθαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VIri Persæ, equidem ego non ero huius instituti autor, sed ab aliis traditi imitator. Nam, quemadmodum à maioribus natu accipio, ex quo imperium hoc à Medis eripuimus, Astyage per Cyrum amoto, nunquam conquieuimus, sed ita Deus nos agit, & multa nobis sibi obsequentibus in melius confert. Atque ea quidem quæ Cyrus Cambysésque ac pater meus fecere, quas gentes imperio addidere, non attinet referre apud probè scientes: ego autem posteaquam hanc sedem accepi, dedi operam ne ab iis qui hoc honore sunt functi degenerarem, néve minus potentiæ Persis acquirerem. Quod animo versans, inuenio nobis accessuram gloriam pariter ac honorem, & regionem neque inferiorem neque deteriorem ea quam recuperauimus, sed feraciorem, vnà cum vltione iniuriæ atque vindicta. Ideóque nunc ego vos contraxi, vt id quod agere constitui vobis exponerem. Constituo, iuncto Hellesponto, copias per Europam traducere in Græciam, vt Atheniensium vlciscar iniurias quas cum Persis aliis, tum patri meo intulere. Noratis autem & Darium aduersus hos viros bellum mouere destinasse: verùm ei morte præuento non contigit vt illos vlcisceretur. Ego verò eius vicem aliorúmque Persarum vlciscens, non prius desinam quàm expugnauero incenderóque Athenas: cuius ciues & me & patrem meum priores iniuria affecerunt: primùm quum Sardis vnà cum Aristagora Milesio seruo nostro venientes cremauerunt, lucósque ac delubra: deinde in vos quid fecerint, terram suam ingressos, quum Datis & [...]taphernes duces fuere, omnes scitis. Harum gratia rerum irritor ad inferendum bellum: quos atque ipsorum finitimos, regionem Pelopis Phrygis incolentes, si in [...]statem redegerimus, tot bona futura esse ratiocinãdo cõperio. Terram Persidem [...]ri Iouis conterminam reddemus. Nullam enim regionem spectabit sol finitima[...]stræ, sed ego omnem permensus Europam, vnà vobiscum cunctas regiones in v[...] redigam. Nam ita rem habere audio, nullam reliquam esse hominum neque ciuita[...] neque gentem, quæ nobiscum dimicare possit. Ita subactis iis quos dixi, & qui nos [...]cessierunt, iugum seruile sustinebunt. In quo si mihi vos gratificari volueritis, vbi tempus vobis indicauero quo vos præsto esse oporter, tunc vnusquisque debebit impigrè adesse: quorũ qui ornatissimis cum copiis aderit, eum donabo iis quæ in nostra domo pretiosissima habẽtur. Et hæc quidem ita agenda sunt. Sed ne solus videar in concilio sententiam dicere, rem pono in medio, iubẽs vnicuique quamlibet sententiam dicere.

ORATIO MARDONII.

ARGVMENTVM.

Sedebat in illo Persarũm concilio Mardonius, homo mirifica ambitione elatus, quique Græciæ imperium sibi iam desponderat. Accedit igitur vehementissimus eius expeditionis hortator. Docet esse eius suscipiendæ causas grauissimas, & administrãdæ facultates amplissimas. Oratio in qua assentatoris leuitas graphicè depingitur.

ὮΔέσποτα, οὐ μόνον εἷς τῶν γενομένων Περσέων ἄριστος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐσομένων· ὃς τά τε ἄλλα λέγων ἐπίκεο ἄριστα καὶ ἀληθέστατα, καὶ Ἴωνας τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένους οὐκ ἐάσεις καταγελάσαι ἡμῖν, ἐόντας ἀναξίους. καὶ γὰρ δεινὸν ἂν εἴη πρῆγμα, εἰ Σάκας μὲν καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας καὶ Ἀσσυρίους, ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα, ἀδικήσαντα Πέρσας οὐδέν, ἀλλὰ δύναμιν προσκτᾶσθαι βουλόμενοι, καταστρεψάμενοι, δούλους ἔχομεν· Ἕλληνας δὲ ὑπάρξαντας ἀδικίης, οὐ τιμωρησόμεθα. τί δείσαντες; κοίην πλήθεος συστροφήν; κοίην δὲ χρημάτων δύναμιν; τῶν ἐπιστάμεθα μὲν τὴν μάχην, ἐπιστάμεθα δὲ τὴν δύναμιν ἐοῦσαν ἀσθενέα· ἔχομεν δὲ αὐτέων παῖδας, καταστρεψάμενοι τούτους, οἳ ἐν τῇ ἡμετέρῃ κατοικημένοι, Ἴωνές τε καὶ Αἰολέες καὶ Δωριέες καλέονται. ἐπειρήθην δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη ἐπελαύνων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους, ὑπὸ πατρὸς τοῦ σοῦ κελευσθείς. καί μοι μέχρι Μακεδονίης ἐλάσαντι, καὶ ὀλίγον ἀπολιπόντι ἐς αὐτὰς Ἀθήνας ἀπικέσθαι, οὐδεὶς ἠντιώθη ἐς μάχην. καίτοι ἐώθασι Ἕλληνες (ὡς πυνθάνομαι) ἀβουλότατα πολέμους ἵστασθαι ὑπό τε ἀγνωμοσύνης καὶ σκαιότητος. ἐπεὰν γὰρ ἀλλήλοισι πόλεμον προείπωσι, ἐξευρόντες τὸ κάλλιστον χωρίον καὶ λειότατον, ἐς τοῦτο κατιόντες μάχονται· ὥστε σὺν κακῷ μεγάλῳ οἱ νικῶντες ἀπαλλάσσονται. περὶ δὲ τῶν ἑσσουμένων οὐδὲ λέγω ἀρχήν. ἐξώλεες γὰρ δὴ γίνονται. τοὺς χρεὸν, ἐόντας ὁμογλώσσους, κήρυξί τε διαχρεωμένους καὶ ἀγγέλοισι καταλαμβάνειν τὰς διαφοράς, καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι. εἰ δὲ πάντως ἔδεε πολεμέειν πρὸς ἀλλήλους, ἐξευρίσκειν χρὴ τῇ ἑκάτεροί εἰσι δυσχειρωτότατοι, καὶ ταύτῃ πειρᾶν. τρόπῳ τοίνυν οὐ χρηστῷ Ἕλληνες διαχρεώμενοι, ἐμέο ἐλάσαντος μέχρι Μακεδονίης γῆς, οὐκ ἦλθον ἐς τούτου λόγον ὥστε μάχεσθαι. σοὶ δὲ δὴ μέλλει τίς, ὦ βασιλεῦ, ἀντιώσεσθαι πόλεμον προσφέρων, ἄγοντι καὶ πλῆθος τὸ ἐκ τῆς Ἀσίης καὶ νέας τὰς ἁπάσας; ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο θά-

νος αὐτίκα τὰ Ἑλλήνων πρήγματα. εἰ δὲ ἄρα ἐγὼ ψευσθείην γνώμῃ, καὶ ἐκεῖνοι ἐπαρθέντες ἀβουλίῃ ἔλθοιεν ἡμῖν ἐς μάχην, μάθοιεν ἂν ὡς εἰμὲν ἀνθρώπων ἄριστοι τὰ πολέμια. ἔστω δ' ὦν μηδὲν ἀπείρητον. αὐτόματον γὰρ οὐδέν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Domine, tu verò non modò superioribus Persis, sed etiam venturis es præstátior. qui cum alia & optima & verissima cõmemoras, tùm verò quòd Iones qui Europam incolunt, non sines habere ludibrio nos, minus quàm ipsi sunt ludibrio dignos. Etenim res indigna est si Sacas & Indos & AEthiopes & Assyrios, aliásque multas ac grandes nationes, quæ nihil Persas læsere, tamen potentiæ prolatandæ gratia in prouincias redegimus: Græcos, qui nos lacessere iniuria inceperunt, non vlciscemur. Quidnam metuentes? quas illorum copias? quam pecuniarum vim? Eorum pugnam nouimus, eorum nouimus vires esse imbecilles: eorum quos subegimus, liberos penes nos habemus, hos qui domi nostræ habitantes, Iones & AEoles & Dores appellantur. Quos ipse quoque expertus sum, quum eis iussu patris tui intuli bellum: ac mihi, quum in Macedoniam vsque processissem, & penè vsque ad ipsas Athenas, nemo pugnaturus occurrit. Quanquam consueuere Græci (vt audio) incõsultissimè inire bella, propter imperitiam ac sinisteritatem. Nam quum bellum inter eos indictũ est, in locum quem pulcherrimum planissimúmque inuenere, descendentes, ibi prælia faciunt: ita vt magno cum suo malo victores inde discedant: deuicti (ne longius repetam) ad internecionem deueniunt. Quos oportebat, quum sint eiusdem linguæ, interpositis caduceatoribus ac nuntiis dirimere controuersias, & omnia alia potius agere quàm pugnare: at, si necesse habent inter se omnino pugnare, locum aliquem inuenire vtrisque expugnatu difficillimum, & ibi fortunam belli tentare. Hoc itaque ritu haud probo vtentes Græci, nunquam mecum verbis egerunt de dimicando, quum Macedonia tenus processissem. Tibi autem, rex, quis obuiam venturus est bellandi causa, copias Asiæ atque omnem classem agenti? non eò audaciæ procedent (vt reor) Græcorum res. Quòd si me fallit opinio, & illi vecordia elati ad pugnandum nobiscum venient, discant nos esse in re bellica præstátissimos hominum. Nihil igitur sit quod nón experiamur. Nam sua sponte nihil fit, sed omnia ab experimento hominibus fieri consuerunt.

ARTABANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Adhibitus ad eandem deliberationem Artabanus Xerxis patruus, tacentibus aliis, quibus neque consilium Xerxis neque Mardonii sententia probabatur, vnus vtrique contradicere est ausus: regémque est affatus: & quàm pernicioso vteretur consilio, docuit. & partim Scythicæ expeditionis, partim proximæ cladis in Græcia acceptæ exemplo commemorato, quàm lubricæ sint res magnæ ostendit: eúmque ab instituto deterrere est conatus. Ad Mardonium deinde se conuertit, liberéque increpauit, quòd regem in perdita consilia detruderet. Grauis sententiis oratio, personæ reique congruens.

Ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθεισέων μὲν γνωμέων ἀντιέων ἀλλήλῃσι, οὐκ ἔστι τὴν ἀμείνω αἱρεόμενον ἑλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρῆσθαι. λεχθεισέων δὲ ἔστι, ὥσπερ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον, αὐτὸν μὲν ἐπ' ἑωυτοῦ οὐ διαγινώσκομεν· ἐπεὰν δὲ παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἀμείνω. ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ, Δαρείῳ, ἠγόρευον μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ Σκύθας, ἄνδρας οὐδαμόθι γῆς ἄστυ νέμοντας. ὁ δέ, ἐλπίζων Σκύθας τοὺς νομάδας καταστρέψεσθαι, ἐμοί τε οὐκ ἐπείθετο· στρατευσάμενός τε, πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς τῆς στρατιῆς ἀποβαλών, ἀπῆλθε. σὺ δέ, ὦ βασιλεῦ, μέλλεις ἐπ' ἄνδρας στρατεύεσθαι πολλὸν ἀμείνονας ἢ Σκύθας, οἳ κατὰ θάλασσάν τε ἄριστοι καὶ κατὰ γῆν λέγονται εἶναι. τὸ δὲ αὐτοῖσι ἔνεστι δεινόν, ἐμέ σοι δίκαιόν ἐστι φράζειν. ζεύξας φῂς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐλᾶν στρατὸν διὰ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἑλλάδα. καὶ δὴ συνήνεικε ἢ καὶ κατὰ γῆν ἢ καὶ κατὰ θάλασσαν ἑσσωθῆναι, ἢ καὶ κατ' ἀμφότερα. οἱ γὰρ ἄνδρες λέγονται εἶναι ἄλκιμοι. πάρεστι δὲ καὶ σταθμώσασθαι, εἰ στρατιήν γε τοσαύτην σὺν Δάτι καὶ Ἀρταφέρνεϊ ἐλθοῦσαν ἐς τὴν Ἀττικὴν χώρην, μοῦνοι Ἀθηναῖοι διέφθειραν. οὔκων ἀμφοτέρῃσι ἐχώρησαν· ἀλλ' ἢν τῇσι νηυσὶ ἐμβάλωσι, καὶ νικήσαντες ναυμαχίῃ, πλέωσι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἔπειτα λύσωσι τὴν γέφυραν, τοῦτο δή, βασιλεῦ, γίνεται δεινόν. ἐγὼ δὲ οὐδεμιῇ σοφίῃ οἰκηίῃ αὐτὸς συμβάλλομαι ταῦτα. ἀλλ' οἷόν κοτε ἡμέας ὀλίγου ἐδέησε καταλαβεῖν πάθος, ὅτε πατὴρ σὸς ζεύξας Βόσπορον τὸν Θρηίκιον, γεφυρώσας δὲ ποταμὸν Ἴστρον, διέβη ἐπὶ Σκύθας. τότε παντοῖοι ἐγένοντο Σκύθαι, δεόμενοι Ἰώνων λῦσαι τὸν πόρον, τοῖσι ἐπετέτραπτο ἡ φυλακὴ τῶν γεφυρέων τοῦ Ἴστρου. καὶ τότε γε Ἱστιαῖος ὁ Μιλήτου τύραννος εἰ ἐπέσπετο τῶν ἄλλων τυράννων τῇ γνώμῃ, μηδὲ ἠντιώθη, διέργαστο ἂν τὰ Περσέων πρήγματα. καίτοι καὶ λόγῳ ἀκοῦσαι δεινόν, ἐπ' ἀνδρί γε ἑνὶ πάντα τὰ βασιλέος πρήγματα γεγενῆσθαι. σὺ ὦν μὴ βου-

λεύου ἐς κίνδυνον μηδένα τοιοῦτον ἀπικέσθαι, μηδεμιῆς ἀνάγκης ἐούσης. ἀλλ' ἐμοὶ πείθεο· νῦν μὲν τὸν σύλλογον τόνδε διάλυσον, αὖτις δέ, ὅταν τοι δοκέῃ, προσκεψάμενος ἐπὶ σεωυτοῦ, προαγόρευε τά τοι δοκέει εἶναι ἄριστα. τὸ γὰρ εὖ βουλεύεσθαι, κέρδος μέγιστον εὑρίσκω ἐόν. εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναί τι θέλει, βεβούλευται μὲν οὐδὲν ἧσσον εὖ, ἕσσωται δὲ ὑπὸ τῆς τύχης τὸ βούλευμα. ὁ δὲ βουλευσάμενος αἰσχρῶς, εἴ οἱ ἡ τύχη ἐπίσποιτο, εὕρημα εὕρηκε, ἧσσον δὲ οὐδέν οἱ κακῶς βεβούλευται. ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῷα κεραυνοῖ ὁ θεός, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι· τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα ἀεὶ καὶ δένδρεα; τὰ τοιαῦτα ἐπισκήπτει βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. οὕτω δὴ καὶ στρατὸς πολλὸς ὑπὸ ὀλίγου διαφθείρεται κατὰ τοιόνδε· ἐπεάν σφι ὁ θεὸς φθονήσας φόβον ἐμβάλῃ, ἢ βροντήν· δι' ὧν ἐσφάλησαν ἀναξίως ἑωυτῶν. οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑωυτόν. ἐπειχθῆναι μὲν νυν πᾶν πρῆγμα, τίκτει σφάλματα, ἐκ τῶν ζημίαι μεγάλαι φιλέουσι γίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ ἐπισχεῖν ἔνεστι ἀγαθά, εἰ μὴ παραυτίκα δοκέοντα εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χρόνον εὕροι τις ἄν. σοὶ μὲν δὴ ταῦτα, ὦ βασιλεῦ, συμβουλεύω. σὺ δέ, ὦ παῖ Γωβρύεω Μαρδόνιε, παῦσαι λέγων λόγους ματαίους περὶ Ἑλλήνων, οὐκ ἐόντων ἀξίων φλαύρως ἀκούειν. Ἕλληνας γὰρ διαβάλλων, ἐπαίρεις αὐτὸν βασιλῆα στρατεύεσθαι· αὐτοῦ δὲ τούτου εἵνεκα δοκέεις μοι πᾶσαν προθυμίην ἐκτείνειν. μή νυν οὕτω γένηται. διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον, ἐν τῇ δύο μέν εἰσι ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος. ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδικέει, οὐ παρεόντων κατηγορέων· ὁ δὲ ἀδικέει, ἀναπειθόμενος πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμάθῃ. ὁ δὲ δὴ ἀπεὼν τοῦ λόγου τάδε ἐν αὐτοῖσι ἀδικέεται, διαβληθείς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου, καὶ νομισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι. ἀλλ' εἰ δὴ δεῖ γε πάντως ἐπὶ τοὺς ἄνδρας τούτους στρατεύεσθαι, φέρε, βασιλεὺς μὲν αὐτὸς ἐν ἤθεσι τοῖσι Περσέων μενέτω, ἡμέων δὲ ἀμφοτέρων παραβαλλομένων τὰ τέκνα, στρατηλάτεε αὐτὸς σύ, ἐπιλεξάμενός τε ἄνδρας τοὺς ἐθέλεις, καὶ λαβὼν στρατιὴν ὁκόσην τινὰ βούλεαι. καὶ ἢν μὲν τῇ σὺ λέγεις, ἀναβαίνῃ βασιλέϊ τὰ πρήγματα, κτεινέσθων οἱ ἐμοὶ παῖδες, πρὸς δὲ αὐτοῖσι καὶ ἐγώ. εἰ δὲ τῇ ἐγὼ προλέγω, οἱ σοὶ ταῦτα πασχόντων, σὺν δέ σφι καὶ σύ, ἢν ἀπονοστήσῃς. εἰ δὲ ταῦτα μὲν ὑποδύνειν οὐκ ἐθελήσεις, σὺ δὲ πάντως στράτευμα ἀνάξεις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀκούσεσθαί τινά φημι τῶν αὐτοῦ τῇδε ὑπολειπομένων Μαρδόνιον μέγα τι κακὸν ἐξεργασάμενον Πέρσας, ὑπὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων διαφορεύμενον, ἤκου ἐν γῇ τῇ Ἀθηναίων, ἢ σέ γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίων· εἰ μὴ καὶ ἄρα καὶ πρότερον κατ' ὁδόν, γνόντα ἐπ' οἵους ἄνδρας ἀναγνώσκεις στρατεύεσθαι βασιλῆα.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

REX, nisi diuersæ inter se sententiæ dicantur, non potest quis eligere meliore sed necesse habet ea quæ dicta est, vti: at quum plures dictæ sunt, licet tanqu aurum purum deligere: quod per se discerni quum nequeat, comparatum c altero discerni potest. Ego patri tuo Dario, eidémque fratri meo, suadebam ne su aduersus Scythas expeditionem, viros nulla vsquam oppida incolẽtes: sed ille spe Scythas Nomades se subacturum, mihi non est assensus: itaque sumpta expeditio multis & egregiis viris de exercitu amissis abscessit. Tu verò, rex, bellũ inferre destin viris multo quàm Scythæ sunt præstantioribus, quique & mari & terra optimi esse dicuntur. quibus in rebus quid durum sit, hoc me tibi iustum est promere. Iuncto pontibus Hellesponto ais te copias per Europam in Græciam deducturum: atqui eos conuenit aut in terra aut in mari aut vtrobique abs te superari. siquidem feruntur viri esse fortes. Cuius rei licet hinc argumentum capi: Si tot copias ductu Datis & Artaphernis Atticam regionem ingressas soli Athenienses profligauerunt, ergo non vtraque in parte successit. Quòd si iidem conscensis nauibus pugna nauali victores ad Hellespontum nauigent, ac deinde pontem soluant, hoc durum fuerit rex. Neque verò hoc ex mea vnius priuata prudentia coniecto, sed eo casu quo aliquando parum abfuit quin opprimeremur, quum pater tuus iuncto Bosphoro Thracio, ac flumine Istro pontibus commisso, traiecit ad Scythas: eum traiectum Scythæ omnino institere precari Iones, quibus custodia pontium delegata erat, vt interscinderent. Quo tempore si Histiæus Mileti tyrannus aliorum sententiæ accessisset, ac non contradixisset, actum erat de rebus Persarum. Atqui res est dictu quoque horribilis, omnem regis statum in vno viro positum fuisse. Quare noli tu vllum tale adire discrimen, nulla subsistente necessitate: sed mihi potius obtempera: hunc cœtum in præsens missum facito, iterúmque dum tibi videbitur, re apud teipsum considerata, edicito quod optimum esse arbitraberis. Bene enim consultare, comperio maximum esse lucrum. Nam etiam siquid è contrario euenturum est, nihilo tamẽ minus bene consultum est, superauítque fortuna cõsilium: at qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit, ille est quidem voti compos, nihilo tamen minus malè consilium cepit. Vides vt prægrandia animalia fulmine deus ferit, nec finit insolescere, parua verò nihil lædit? vides vt magna semper ædificia magnásque arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim deus eminentissima quæque deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties deus iis quibus inuidet, aut metum incutit aut tonitruum. Propterea quidam

ſecus ac dignitas ſua poſtulabat, in calamitatem inciderunt, quia deus neminem alium quàm ſeipſum ſinit magnificè de ſe ſentire. Omnis res properando parit errores, vnde magna detrimenta fieri adſolent: in cunctando autem bona inſunt, ſi non talia quæ ſtatim videantur eſſe bona, certè quæ ſuo tempore bona quis eſſe comperiat. Et hoc quidem tibi, rex, ſuadeo. Tu verò Gobryæ fili, Mardoni, deſine loqui ſtulta de Græcis, haud dignis qui malè audiant. Nam Græcis detrahendo, ipſum regem vis excitare ad bellum illis inferendum, ad quod tu omni auiditate contendis: quod abſit vt fiat. Detractio nanque, importuniſſima res eſt, in qua duo ſunt qui iniuriam faciunt: vnus cui iniuria fit. Qui enim detrahit, iniurius eſt, quòd non præſentem accuſat: item qui huic credit, iniurius eſt, quòd prius credit quàm rem compertam habeat: & illi cui abſenti detrahitur, ob id fit iniuria quòd ab altero inſimulatur vt malus, ab altero talis putatur. Quòd ſi omnino bellum his viris inferre oportet, agedum, rex ipſe permaneat domi apud Perſas, noſtrum amborum liberi deponantur: tu in expeditionem ito; delectis quos velis viris ac quantiſcunque velis copiis: &, ſi ex ſententia tua res ſuccedent regi, interimantur liberi mei, & inſuper ego: ſin ſuccedat vt ego dico, interimantur tui, & inſuper tu, ſi redieris. Quòd ſi hanc ſubire conditionem recuſas, cupiſque in Græciam prorſus deducere exercitum, affirmo fore vt aliqui eorũ qui hîc relinquentur, audiant Mardonium poſt allatam Perſis magnam aliquam calamitatem, à canibus volucribuſque diſcerpi, aut in Athenienſium ſolo aut in Lacedæmoniorum: niſi fortè antea inter viam, tunc agniturum aduerſus quales viros ſuades regi vt moueat bellum.

XERXIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Non tulit fidelis ſuaſoris orationem liberam Xerxes, qui, quod ad principes referebat, iam deliberatum & conſtitutum habebat. Itaque indignatione & ſtomacho elatus, in eum eſt hac oratione inuectus, ſimulque cauſas eius belli ſe habere æquiſſimas, conatus eſt probare.

Ἀρτάβανε, πατρὸς εἷς τοῦ ἐμοῦ ἀδελφεός. τοῦτό σε ῥύσεται μηδένα ἄξιον μισθὸν λαβεῖν ἐπέων ματαίων. καίτοι ταύτην τὴν ἀθυμίην προστίθημι ἐόντι κακῷ τε καὶ ἀθύμῳ, μήτε συστρατεύεσθαι ἐμοί γε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, αὐτοῦ τε μένειν ἅμα τῇσι γυναιξί. ἐγὼ δὲ καὶ ἄνευ σέο, ὅσα περ εἶπα, ἐπιτελέα ποιήσω. μὴ γὰρ εἴην ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, τοῦ Ἀρσάμεος, τοῦ Ἀριαράμνεω, τοῦ Τεΐσπεος, τοῦ Κύρου, τοῦ Καμβύσεω, τοῦ Ἀχαιμένεος γεγονώς, μὴ τιμωρησάμενος Ἀθηναίους. εὖ ἐπιστάμενος ὅτι εἰ ἡμεῖς ἡσυχίην ἄξομεν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι· ἀλλὰ καὶ μάλα στρατεύσονται ἐπὶ τὴν ἡμετέρην, εἰ χρὴ σταθμώσασθαι τοῖσι ὑπαργμένοισι ἐξ ἐκείνων, οἳ Σάρδις τε ἐνέπρησαν, καὶ ἤλασαν ἐς τὴν Ἀσίην. οὐκ ὦν ἐξαναχωρέειν οὐδετέροισι δυνατῶς ἔχει, ἀλλὰ ποιέειν ἢ παθέειν προκέεται ἀγών, ἵνα ἢ τάδε πάντα ὑπὸ Ἕλλησι, ἢ ἐκεῖνα πάντα ὑπὸ Πέρσῃσι γένηται. τὸ γὰρ μέσον οὐδὲν τῆς ἔχθρης ἐστί. καλὸν ὦν προπεπονθότας ἡμέας τιμωρέειν ἔτι γίνεται, ἵνα καὶ τὸ δεινὸν τὸ πείσομαι, τοῦτο μάθω, ἐλάσας ἐπ' ἄνδρας τούτους, τούς γε καὶ Πέλοψ ὁ Φρύξ, ἐὼν ἐμῶν πατέρων δοῦλος, κατεστρέψατο οὕτω, ὡς καὶ ἐς τόδε αὐτοί τε ὥνθρωποι, καὶ ἡ γῆ αὐτέων, ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμένου καλέονται.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

ARtabane, quòd patris mei frater es, hoc te ſubleuat ne dignam ſtulta oratione mercedem recipias. Hac tamẽ te notabo ignominia, quia inſtrenuus es & ignauus, ne comes ſis meæ in Græciam expeditionis, ſed hîc vnà cum fœminis maneas. ego etiam ſine te quæ dixi conficiam. Neque enim fuerim Darii filius, (qui fuit Hyſtaſpis, qui fuit Arſamis, qui fuit Ariaramnis, qui fuit Teiſpei, qui fuit Cyri, qui fuit Cãbyſis, qui fuit Achæmenis filius) niſi Athenienſes vltus fuero: probè intelligens, ſi nos quieuerimus, non quieturos illos, ſed noſtrã terrã cum exercitu inuaſuros: prout colligere licet ex iis quæ illi facere cœperunt, qui & Sardis incenderunt, & Aſiam incurſarunt. Itaq; neutris fas eſt recedere, ſed vtriſque propoſitum eſt certamẽ aut agendi aut patiendi: vt aut hæc omnia ſub Græcis, aut illa omnia ſub Perſis ſint. Medium enim inimicitiarum nullum eſt. Quare honeſtum erit nos iam iniuria laceſſitos exigere vltionem, vt quam calamitatem paſſurus ſum intelligam, profectus aduerſus eos viros quos etiam Pelops Phryx, noſtrorũ maiorum ſeruus, ita ſubegit vt ad hoc vſque tempus & ipſi homines & eorum regio ab illius qui ſubegit cognomine appellentur.

EIVSDEM XERXIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ex eo concilio cuius modò meminimus, digressum Xerxem pœnituit ferociæ, & cõsilii quod inierat: itáque apud eosdem illos postea verba facit.

Ἄνδρες Πέρσαι, συγγνώμην μοι ἔχετε ὅτι ἀγχίστροφα βουλεύομαι. φρενῶν τε γὰρ ἐς τὰ ἐμεωυτοῦ πρῶτα οὔκω ἀνήκω· καὶ οἱ παρηγορεόμενοι κεῖνα ποιέειν, οὐδένα χρόνον μευ ἀπέχονται. ἀκούσαντι μέντοι μοι τῆς Ἀρταβάνου γνώμης, παραυτίκα μὲν ἡ νεότης ἐπέζεσε, ὥστε ἀεικέστερα ἀπορρῖψαι ἔπεα ἐς ἄνδρα πρεσβύτερον, ἢ χρεών. νῦν μέντοι συγνούς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. ὡς ὦν μεταδεδογμένῳ μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἥσυχοί ἐστε.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Viri Persæ, veniam mihi date dicenti contrariam superiori sententiam. Nam & ego nondum ad summum quò perueniendum est mihi prudentiæ perueni: & qui vt illud faciam suadent, nullo vnquam à me tempore abscedunt. Eóque mihi Artabani sententiam audienti, confestim iuuentus efferbuit vt verba in virum grãdem natu effunderem petulantiora quàm debui. Nunc itaque agnoscens erratum meum, vtar illius sententia: & quoniam reuocaui expeditionis sumendæ sententiam, vos quieti estote.

EIVSDEM XERXIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Abiecerat expeditionis consilium Xerxes: pòst verò vidit in somnis qui disertè ediceret vt eam expeditionem repeteret. Visum retulit ipse ad Artabanum, iussitque vt ipse periculum faceret, ecquid idem in somnis videre posset.

Ἀρτάβανε, ἐγὼ τὸ παραυτίκα μὲν οὐκ ἐσωφρόνεον, εἴπας ἐς σὲ μάταια ἔπεα χρηστῆς εἵνεκα συμβουλῆς· μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων. ἔγνων δὲ ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα τὰ σὺ ὑπεθήκαο. οὐκ ὦν δυνατός τοι εἰμὶ ταῦτα ποιέειν βουλόμενος. τετραμμένῳ γὰρ δὴ καὶ μετεγνωκότι ἐπιφοιτῶν ὄνειρον φαντάζεταί μοι, οὐδαμῶς συνεπαινέον ποιέειν με ταῦτα· νῦν δὲ καὶ διαπειλῆσαν οἴχεται. εἰ ὦν θεός ἐστι ὁ ἐπιπέμπων, καί οἱ πάντως ἐν ἡδονῇ ἐστι γενέσθαι στρατηλασίην ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐπιπτήσεται καί σοι τὠυτὸ τοῦτο ὄνειρον, ὁμοίως ὡς καὶ ἐμοὶ ἐντελλόμενον. εὑρίσκω δ' ὧδ' ἂν γινόμενα ταῦτα, εἰ λάβοις τὴν ἐμὴν σκευὴν πᾶσαν, καὶ ἐνδὺς, μετὰ τοῦτο ἵζοιο ἐς τὸν ἐμὸν θρόνον, καὶ ἔπειτα ἐν κοίτῃ τῇ ἐμῇ κατυπνώσειας.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Artabane, ego statim quum in te bene consulentem mihi, stultis verbis inuectus sum, non fui compos mentis: sed non multo pòst pœnitens, cognoui id mihi esse faciendum quod tu præcipiebas. Tamen id volens exequi nõ possum. nam mihi iam animo immutato, & prioris sententiæ pœnitenti apparuit in somnis visio, dissuadens omnino hoc quod posterius facere constitueram: quinetiam nunc interpositis minis abscessit. Quòd si deus est qui insomnium misit, eíque prorsus est cordi expeditonem sumi aduersus Græciam, continget hoc tibi quod mihi insomnium, itidem vt mihi præcipiens. Quod ita fore coniecto, si omnem meum ornatum sumas, eóque indutus in sella mea considеas, & deinde in cubili meo capias somnum.

ARTABANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet ad superiorem. Nam Xerxes ad Artabanũ retulerat de insomnio, & excusata superioris orationis acerbitate, iusserat periculi causa faciendi vt ipse regia veste amictus in regio solio somnum caperet, tentarétque an idem in somnis videre posset. Artabanus de contumeliosa oratione respondet, quid sibi in ea doleret. De insomnio præfatus aliquid ad eius rei fidem eleuandam, placere dixit, vti regi videretur, ita illud elicere conari.

Ἶσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἐμοὶ κέκριται, φρονέειν τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι. τὰ δὲ καὶ ἀμφότερα περιήκοντα ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίαι σφάλλουσι· κατάπερ τὴν πάντων χρησιμωτάτην ἀνθρώποισι θάλασσαν πνεύματα φασὶ ἀνέμων ἐμπίπτοντα, οὐ περιορᾶν φύσει τῇ ἑωυτῆς χρῆσθαι. ἐμὲ δὲ ἀκούσαντα πρὸς σεῦ κακῶς, οὐ τοσοῦτον ἔδακε λύπη, ὅσον, γνωμέων δύο προκειμένων Πέρσῃσι, τῆς μὲν ὕβριν αὐξούσης, τῆς δὲ καταπαυούσης, καὶ λεγούσης ὡς κακὸν εἴη διδάσκειν τὴν ψυχὴν πλέον τι δίζεσθαι αἰεὶ ἔχειν τοῦ παρεόντος, τουτέων προκειμένων γνωμέων, ὅτι τὴν σφαλερωτέρην σεωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι ἀναιρέο. νῦν ὦν ἐπειδὴ τέτραψαι ἐπὶ τὴν ἀμείνω, φής τοι μετιέντι τὸν ἐπ' Ἕλληνας στόλον, ἐπιφοιτᾶν ὄνειρον θεοῦ τινος πομπῇ, οὐκ ἐῶντός σε καταλύειν τὸν στόλον. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτά ἐστι θεῖα, ὦ παῖ. ἐνύπνια γὰρ τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλανημένα, τοιαῦτά ἐστι οἷά σε ἐγὼ διδάξω, ἔτεσι σεῦ πολλοῖσι πρεσβύτερος ἐών. πεπλανῆσθαι αὗται μάλιστα ἐώθασι αἱ ὄψιες τῶν ὀνειράτων, τά τις ἡμέρης φροντίζει. ἡμεῖς δὲ τὰς πρὸ τῆς ἡμέρας ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας. εἰ δὲ ἄρα μή ἐστι τοῦτο τοιόνδε οἷον ἐγὼ διαιρῶ, ἀλλά τι τοῦ θεοῦ μετέχον, σὺ πᾶν αὐτὸ συλλαβὼν εἴρηκας. φανήσεται γὰρ δὴ κἀμοὶ ὡς καὶ τοι διακελευόμενον. φανῆναι δὲ οὐδὲν μᾶλλόν μοι ὀφείλει ἔχοντι τὴν σὴν ἐσθῆτα, ἢ οὐ καὶ τὴν ἐμήν· οὐδέ τι μᾶλλον ἐν κοίτῃ τῇ σῇ ἀναπαυομένῳ, ἢ οὐ καὶ ἐν τῇ ἐμῇ· εἴπερ γε καὶ ἄλλως ἐθέλει φανῆναι. οὐ γὰρ δὴ ἐς τοσοῦτό γε εὐηθείης ἀνήκει τοῦτο, ὅ, τι δή κοτέ ἐστι τὸ ἐπιφαινόμενόν τοι ἐν τῷ ὕπνῳ, ὥστε δόξει, ἐμὲ ὁρῶν, σὲ εἶναι, τῇ σῇ ἐσθῆτι τεκμαιρόμενον. εἰ δὲ ἐμὲ μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιήσεται, οὐδὲ ἀξιώσει ἐπιφανῆναι, οὔτε ἢν τὴν ἐμὴν ἐσθῆτα ἔχω, οὔτε ἢν τὴν σήν, οὐδὲ ἐπιφοιτήσει, τοῦτο μαθητέον ἤδη ἐστί. εἰ γὰρ δὴ ἐπιφοιτήσει γε συνεχέως, φαίην ἂν καὶ αὐτὸς θεῖον εἶναι. εἰ δέ τοι οὕτω δέδοκται γίνεσθαι, καὶ οὐκ οἷά τε αὐτὸ παρατρέψαι, ἀλλ' ἤδη ἵημι ἐν κοίτῃ τῇ σῇ κατυπνῶσαι. φέρε, τουτέων ἐξ ἐμεῦ ἐπιτελευμένων, φανήτω καὶ ἐμοί. μέχρι δὲ τούτου τῇ παρεούσῃ γνώμῃ χρήσομαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Apud me, Rex, tantũdem valet bene ſentire per ſe, & alteri bonam dicenti ſententiam accedere: quæ ambo tibi quum adſint, malorum tamen hominum colloquia te deprauant: quemadmodum mare, quod eſt hominibus omnium vtiliſſimum, ferunt ab ingruentibus ventorum flatibus non ſini natura ſua vti. Ego verò [q]uum ex te malè audiui, non tam meam dolui vicem quàm tuam: qui, quum propoſi[ti e]ſſent duæ ſententiæ Perſis, vna quæ detrimentum augeret, altera quæ tolleret, dicés [pern]iciosum eſſe imbui animum vſu plura ſemper expetendi: his propoſitis ſententiis, [e]legiſti eam quæ & tibi ipſi & Perſis eſt periculoſior. Nunc autem quum ad te, muta[tus] in melius conſilio de ſumenda aduerſus Græcos expeditione, ais acceſſiſſe inſomniũ, alicuius dei nutu, quod te vetat dimittere exercitum: hoc non res diuina eſt, fili. inſomnia enim iſta ſunt, quæ adeuntia homines fruſtrantur: quemadmodũ ego te docebo, multis quàm tu annis natu grandior. Conſuerunt ipſa ſomniorum viſa plerunque fruſtrari ob ea quæ quis per diem mente agitauit. Nos autem nudiuſtertius expeditionem hanc inter manus & quidem vehementer habuimus. Quòd ſi hoc non eſt cuiuſmodi ego dico, ſed aliquid diuini habens, tu ipſe omnia in ſumma dixiſti. Apparebit enim vt tibi, ita & mihi, eadem iubens. Verùm nihilo magis apparere mihi debebit tuũ amictum gerenti, quàm nõ gerenti, ſed meũ: neque magis quieſcẽti in tuo toro, quàm non, ſed in meo: ſi etiam aliâs vult ſe exhibere. Neque eò veſaniæ peruenit illud quicquid eſt quod ſeſe obtulit in ſomnis, vt me cernens putet eſſe te, ducto è veſtibus argumento. Id autem ſi me contemptui habebit, profectò nec aſpectu ſuo dignabitur, ſiue mea gerentem veſtimenta, ſiue tua, ſed te adibit: quod iam animaduertendum eſt. Nã ſi frequentius acceſſerit, ipſe quoque fatebor diuinum eſſe. Cæterùm ſi ita tibi agẽdum videtur, neque id reuocari poteſt, en ad cubandum in tuo cubili pergo. Age, mihi quoque, quum iſta fecero, appareat. hac tantùm conditione tuæ ſententiæ acquieſcam.

ARTABANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Cohæret cum ſuperiore, & argumentum inde repetendum. Artabanus quum in ſomnis idem viſum habuiſſet, ſe ire in regis ſententiam dixit, autorémque eſſe expeditionis, à qua eum antè reuocabat.

Ἐγὼ μὲν, ὦ βασιλεῦ, οἷα ἄνθρωπος ἰδὼν τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων, οὐκ ἔων σε τὰ πάντα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν, ἐπιστάμενος ὡς κακὸν εἴη τὸ πολλῶν ἐπιθυμέειν, μεμνημένος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρου στόλον ὡς ἔπρηξε, μεμνημένος δὲ καὶ τὸν ἐπὶ Αἰθίοπας τὸν Καμβύσεω, συστρατευόμενος δὲ καὶ Δαρείῳ ἐπὶ

Σκύθας. ἐπιστάμενος ὦν ταῦτα, γνώμην εἶχον, ἀτρεμίζοντά σε μακαριστὸν εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμή, καὶ Ἕλληνας (ὡς ἔοικε) φθορή τις καταλαμβάνει θεήλατος, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς τράπομαι, καὶ τὴν γνώμην μετατίθεμαι. σὺ δὲ σήμηνον μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ πεμπόμενα, χρῆσθαι δὲ κέλευε τοῖσι ἐκ σέο πρώτοισι προειρημένοισι ἐς τὴν παρασκευήν. ποίεε δὲ οὕτω, ὅκως τοῦ θεοῦ παραδιδόντος, τῶν σῶν ἐνδεήσει μηδέν.

EADEM LATINE,
Laur. Valla interprete.

EGo certè, rex, qui multos quorum res ampliores essent, ab illis quorum res angustiores erant, superatos vidissem, te per omnia morem ætati gerere non sinebam: gnarus rem esse malam multa concupiscere: memoria tenens quomodo cum exercitu Cyri contra Massagetas actum esset, quomodo cum exercitu Cambysis contra Aethiopes: qui etiã cum Dario militaui aduersus Scythas. Hæc sciẽs ego, sentiebam te, si quiesceres, omniũ hominum beatissimum. Sed quoniam diuinus quidam instinctus est, & Græcos clades quædam (vt videtur) missa diuinitus manet, ego quoque cedo, ac sentẽtiam muto. Tu verò quæ diuinitus missa sunt, indicato Persis, iubetóque vt iis quæ ad apparatum pertinentia antè præceperas, operam dent. Et ita agito vt nihil tuorum, deo tribuente, desit.

XERXIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Xerxes iunctum pontib. Hellespontum transmissurus, conuocatos proceres Persarum hortatur auitæ gloriæ recordatione, & spe illius amplificandæ, vt strenuè suas quisque in ea expeditione partes tueantur.

Ὦ Πέρσαι, τῶνδ' ἐγὼ ὑμέων χρηίζων ὑμέας συνέλεξα, ἄνδρας τε γίνεσθαι ἀγαθούς, καὶ μὴ καταισχύνειν τὰ πρόσθεν ἐργασμένα Πέρσῃσι, ἐόντα μεγάλα τε καὶ πολλοῦ ἄξια· ἀλλ' εἷς τε ἕκαστος καὶ οἱ σύμπαντες προθυμίην ἔχωμεν. ξυνὸν γὰρ τοῦτο πᾶσι ἀγαθὸν σπεύδεται. τῶνδε δὲ εἵνεκα προαγορεύω ἀντέχεσθαι τοῦ πολέμου ἐντεταμένω[s]· γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπ' ἄνδρας στρατευόμεθα ἀγα[thoús], τῶν ἢν κρατήσωμεν, οὐ μή τις ἡμῖν ἄλλος στρατὸς ἀντισ[tē] ἀνθρώπων. νῦν δὲ διαβαίνωμεν, ἐπευξάμενοι τοῖσι θ[eoîsi] τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι.

EADEM LATINE,
Laur. Valla interprete.

PErsæ, ego vos, quorum opera mihi opus est, contraxi, vt viri præstantes existatis, néve res hactenus gestas à Persis magnas præclarásque dedecoretis: sed cum singuli, tum vniuersi exhibeamus nos alacres. commune enim hoc hominibus bonum est, strenuos esse. Eáque de re vos censui præmonendos, ad bellum constanter tolerandum. nam (vt ego audio) aduersus viros egregios tendimus: quos si superauerimus, nullus vnquam nobis alius exercitus obstabit. Nunc igitur deos præsides terræ Persidis precati, transeamus.

DEMARATI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Xerxes lustrato exercitu, immensis copiis elatus, percontatus est Demaratum Lacedæmonium, qui apud Persas exulabat, ecquid putaret tantis copiis Græcos aut velle, aut posse resistere. Is exorato prius vt sibi pace regis liberè verba facere liceret, respondit de solis Lacedæmoniis, non dubitare se quin regi essent occursuri vel cum exigua manu.

Ὦ Βασιλεῦ, κότερα ἀληθείῃ χρήσωμαι πρὸς σέ, ἢ ἡδονῇ; ὁ δέ μιν ἀληθείῃ χρῆσθαι ἐκέλευε, φὰς οὐδέν οἱ ἀηδέστερον ἔσεσθαι, ἢ πρότερον ἦν. ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε Δημάρητος, ἔλεγε τάδε· Βασιλεῦ, ἐπειδὴ ἀληθείῃ διαχρήσασθαι πάντως με κελεύεις, ταῦτα λέγοντα, τὰ μὴ ψευδόμενός τις ὕστερον ὑπὸ σεῦ ἁλώσεται· τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι, ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη, καὶ νόμου ἰσχυροῦ. τῇ διαχρεωμένη ἡ Ἑλλάς, τήν τε πενίην ἀπαμύνεται καὶ τὴν δεσποσύνην. αἰνέω μὲν νυν πάντας Ἕλληνας, τοὺς περὶ κείνους τοὺς Δωρικοὺς χώρους οἰκημένους, ἔρχομαι δὲ λέξων οὐ περὶ πάντων τούσδε τοὺς λόγους, ἀλλὰ περὶ Λακεδαιμονίων μούνων. πρῶτα μέν, ὅτι οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους, δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλλάδι. αὖτις δέ, ὡς ἀντιώσονταί τοι ἐς μάχην, καὶ ἢν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες πάντες τὰ σὰ φρονέωσι. ἀριθμοῦ δὲ πέρι, μὴ πύθῃ ὅσοι τινὲς ἐόντες ταῦτα ποιέειν οἷοί τε εἰσι. ἤν τε γὰρ τύχωσι ἐξεστρατευμένοι χίλιοι, οὗτοι μαχέσονταί τοι, ἤν τε ἐλάσσονες τούτων, ἤν τε καὶ πλεῦνες.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VTra apud te rex vtar? veritaténe an iucunditate? (*Ille, vt veritate vteretur iubere: neque enim sibi ob id eum minus iucundum fore quàm antea fuisset. Hoc vbi Demaratus audiuit.*) Quoniam me iubes rex omnino veritatem proloqui, ea dicam quæ nemo, nisi mentiens, apud te postea carpet. Græcia semper quidem alumna fuit paupertatis, hospes virtutis, quam à sapientia acciuit, & à seuera disciplina: quã vsurpans Græcia, & paupertatem tuetur & dominatum. Ita laudo quidem omnes Græcos qui Dorica illa loca vel circa incolunt: sed non de cunctis eis verba faciam, verùm de Lacedæmoniis solis. Iam primùm nego fieri posse vt tuam orationem admittant, afferentem Græciæ seruitutem: deinde *annuo* venturos tibi obuiam ad pugnadum, etiamsi cæteri Græci omnes sentiant tecum. Neque verò de numero eorum quæras, quot illi sint qui hoc facere possint. nam si in exercitu eorum mille fuerint, ii tecum cõgredientur: & item siue pauciores siue plures.

XERXIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Excipit Demarati orationem Xerxes; & illius confidentiam in Græcorum fortitudine commemoranda fidenter ipse eludit. Nam inito suorum & Græcorum numero, & vtrorumque facta contentione, ostẽdit disciplina primùm, deinde verò numero lõge esse Græcos inferiores.

ΔΗμάρητε, οἷον ἐφθέγξαο ἔπος· ἄνδρας χιλίους στρατιῇ τοσῇδε μαχέσασθαι; ἄγε εἰπέ μοι, σὺ φῂς τουτέων τῶν [illegible]ρῶν αὐτὸς βασιλεὺς γενέσθαι; σὺ ὦν ἐθελήσεις αὐτίκα [illegible] πρὸς ἄνδρας δέκα μαχέσασθαι; καί τι εἰ τὸ πολιτι[illegible]ν πᾶν ἐστὶ τοιοῦτον οἷον σὺ διαιρέεις, σέ γε τὸν κείνων βα[illegible]πρέπει πρὸς τὸ διπλήσιον ἀντιτάσσεσθαι, κατὰ νόμους [illegible]μετέρους. εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς [illegible]μῆς ἀντάξιός ἐστι, σέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον. καὶ οὕτω μὲν ὀρθοῖτ' ἂν ὁ λόγος ὁ παρὰ σεῦ εἰρημένος· εἰ δὲ τοιοῦτοί τε ἐόντες, καὶ μεγάθεα τοσοῦτοι, ὅσοι σύ τε καὶ οἱ παρ' ἐμὲ φοιτῶσι Ἑλλήνων ἐς λόγους, αὐχέετε τοσοῦτον, ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. ἐπεὶ φέρε ἴδω παντὶ τῷ εἰκότι κῶς δυναίατο χίλιοι, ἢ καὶ μύριοι, ἢ καὶ πεντακισμύριοι, ἐόντες γε ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως, καὶ μὴ ὑπ' ἑνὸς ἀρχόμενοι, στρατῷ τοσῷδε ἀντιστῆναι. ἐπεί τοι πλεῦνες περὶ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα ἢ χίλιοι, ἐόντων κείνων πέντε χιλιαδέων. ὑπὸ μὲν γὰρ ἑνὸς ἀρχόμενοι κατὰ τρόπον τὸν ὑμέτερον, γενοίατ' ἂν δειμαίνοντες τοῦτον, καὶ παρὰ τὴν ἑωυτῶν φύσιν ἀμείνονες· καὶ ἴοιεν ἀναγκαζόμενοι μάστιγι ἐς πλεῦνας ἐλάσσονες ἐόντες· ἀνειμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλεύθερον, οὐκ ἂν ποιέειν τουτέων οὐδέτερα. δοκέω δὲ ἔγωγε καὶ ἀνισωθέντας πλήθει, χαλεπῶς ἂν Ἕλληνας Πέρσῃσι μούνοισι μάχεσθαι. ἀλλὰ παρ' ἡμῖν μὲν μούνοισι τοῦτό ἐστι τὸ σὺ λέγεις. ἔστι γε μέντοι οὐ πολλὸν, ἀλλὰ σπάνιον. εἰσὶ γὰρ Περσέων τῶν ἐμῶν αἰχμοφόρων, οἳ ἐθελήσουσι Ἑλλήνων ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ μάχεσθαι, τῶν σὺ ἐὼν ἄπειρος, πολλὰ φλυηρέεις.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

DEmarate, quódnam extulisti verbum? mille omnino viros cum tanto exercitu congressuros? Agedum, dic mihi, nónne teipsum ais istorum virorum fuisse regem? Vísne igitur sine mora tu cum decem viris dimicare? Quòd si vestri populares omnes tales sunt quales tu prædicas, profectò secundum vestra instituta debes tu, qui illorum es rex, duplum præstare quàm singuli eorum: qui si denis è meo exercitu pares sint, iure abs te posco vt viginti sis par: ita verba quæ dixisti, comprobabuntur. Atqui si tales sunt illi ac tantilla statura qualis quãtúsque tu, ac cæteri Græci qui in colloquium meũ venerunt, videte ne, quũ tantopere gloriamini, frustra id insolentérque faciatis. Nam, age, intelligam quocũque argumento, vnde fieri queat vt mille aut decẽ millia atque quinquaginta millia hominum, qui præsertim sint omnes liberi, nec vnius imperio subiecti, tanto exercitui obsisterent: quum simus nos plures quàm milleni ad singulos eorum, si fuerint quinque millia. Nam sub vno (quemadmodum apud nos fit) imperatore milites, illius metu, etiam contra suam ipsorum naturam meliores efficiuntur, adactique verberibus, vel pauciores aduersus plures eunt: iidem, remisso libero sibi arbitrio, neutrum horum facerẽt. Adeo opinor Græcos, etiam pares numero Persis, ægrè cum eis solis certaturos. Quinimo istud apud nos solos est quod ais: verùm

non ita multum, sed rarum. Sunt enim è Persis meis satellitibus qui velint cum ternis Græcis pariter dimicare: quorum tu inexpertus, multa blateras.

DEMARATI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet Xerxi Demaratus, prius suam erga eum fidem testificatus, verè se quæ dicat, eloqui. De Lacedæmoniorum animis & disciplina quid contrà sentiat, ostendit.

Ὦ Βασιλεῦ, ἀρχῆθεν ἠπιστάμην ὅτι ἀληθείῃ χρεώμενος οὐ φίλα τοι ἐρέω. σὺ δ' ἐπεὶ ἠνάγκασας λέγειν τῶν λόγων τοὺς ἀληθεστάτους, ἔλεγον τὰ κατήκοντα Σπαρτιήτῃσι. καί τοι ὡς ἐγὼ τυγχάνω τὰ νῦν τάδε ἐστοργὼς ἐκείνους, αὐτὸς μάλιστα ἐξεπίστεαι, οἵ με τιμήν τε καὶ γέρεα ἀπελόμενοι πατρῷα, ἄπολίν τε καὶ φυγάδα πεποιήκασι· πατὴρ δὲ σὸς ὑποδεξάμενος, βίον τέ μοι καὶ οἶκον δέδωκε. οὔκων εἰκός ἐστι ἄνδρα τὸν σώφρονα εὐνοίην φαινομένην διωθέεσθαι, ἀλλὰ στέργειν μάλιστα. ἐγὼ δὲ οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι οἷός τε εἶναι μάχεσθαι, οὔτε δυοῖσι, ἑκών γε εἶναι οὐδ' ἂν μουνομαχέοιμι· εἰ δὲ ἀναγκαίη εἴη, ἢ μέγας τις ὁ ἐποτρύνων ἀγὼν, μαχοίμην ἂν πάντων ἥδιστα ἑνὶ τουτέων τῶν ἀνδρῶν οἳ Ἑλλήνων ἕκαστος φησὶ τριῶν ἄξιος εἶναι. ὡς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι, κατὰ μὲν ἕνα μαχεόμενοι, οὐδαμῶν εἰσι κακίονες ἀνδρῶν, ἁλέες δὲ, ἄριστοι ἀνδρῶν ἁπάντων. ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες, οὐ πάντα ἐλεύθεροί εἰσι. ἔπεστι γάρ σφι δεσπότης, νόμος· τὸν ὑποδειμαίνουσι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοί, σέ. ποιεῦσι γῶν τὰ ἂν ἐκεῖνος ἀνώγῃ. ἀνώγει δὲ τωὐτὸ αἰεὶ, οὐκ ἐῶν φεύγειν οὐδὲν πλῆθος ἀνδρῶν ἐκ μάχης, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξει, ἐπικρατέειν, ἢ ἀπόλλυσθαι. σὺ δὲ, εἰ φαίνομαι ταῦτα λέγων φλυηρέειν, τἆλλα σιγᾶν ἐθέλω τὸ λοιπόν· νῦν δὲ ἀναγκασθεὶς ἔλεξα. γένοιτο μέν τοι κατὰ νόον τοι βασιλεῦ.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Intelligebam, rex, ab initio me vera dicentem, non iucundum tibi futurum: sed qui tu dicere me verissima coegisti, dixi quæ erant è dignitate Spartanorum. Quanquam ipse optimè intelligis quantopere nũc illos ego amẽ, qui me honore & dignation[illegible] terna exutum, extorrem profugúmque fecerunt: quem pater tuus exceptum, vic domicilio donauit. Quare non est credibile virũ prudentẽ respuere beneuolentiã e ratã, sed maximè obseruare. Ego autẽ neque cum decem promittã me posse dimic neque cum duobus: ac ne singulari quidem certamine volens certauerim: at si ne fuerit, aut vehemens discrimen institerit, libentissimè cum vno quolibet istorum minum dimicarem, qui se singulos aiunt idoneos ad certandum cum ternis Græcorũ. Etenim Lacedæmonii, pugnando cum singulis, non sunt illi quidem cæteris deteriores viris: at conferti, cunctorum virorum sunt excellentissimi. Nam licet sint liberi, nõ tamen sunt vsquequaque liberi: quippe quibus præest domina lex, quam multo magis metuunt quàm tui te. Faciunt ergo quæcunque illa cogit. cogit autem idem semper, vetans semper ex eos acie fugere quantamuis hominũ multitudinẽ: sed iubens vt ordinẽ non deserentes, aut vincant aut occumbant. Hæc ego loquens, si tibi blaterare videor, volo posthac in cæteris silentium agere. Hactenus loquutus sum coactus: tibi verò ex sententia contingat, rex.

ORATIO LEGATORVM GRAECIAE.

ARGVMENTVM.

Quum iam aduentaret in Græciam Xerxes cum numeroso illo exercitu, miserunt de communi consilio Athenienses & Lacedæmonii qui solicitarent ad societatem belli Gelonem, ea tempestate Syracusarum tyrannum & totius Siciliæ florentissimum. Illi eò quum venissent, tyrannum sui communisque periculi commonefactum, hac oratione ad suas quoque belli partes suscipiendas sunt hortati.

Ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ τούτων σύμμαχοι, παραλαμψομένους σε πρὸς τὸν βάρβαρον. τὸν γὰρ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάντως κου πυνθάνεαι, ὅτι Πέρσης ἀνὴρ μέλλει ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἐπάγων πάντα τὸν ἠῷον στρατὸν ἐκ τῆς Ἀσίης, στρατηλατέειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· πρόσχημα μὲν ποιεύμενος ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, ἐν νόῳ δὲ ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. σὺ δὲ δυνάμιός τε ἥκεις μεγάλης, καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα ἄρχοντί γε Σικελίης. βοήθει τε τοῖσι ἐλευθεροῦσι τὴν Ἑλλάδα καὶ συνελευθέρου. ἁλὴς μὲν γὰρ γενομένη πᾶσα ἡ Ἑλλὰς, χεὶρ μεγάλη συνάγεται, καὶ ἀξιόμαχοι γινόμεθα τοῖσι ἐπιοῦσι· ἢν δὲ ἡμέων οἱ μὲν καταπροδιδῶσι, οἱ δὲ μὴ θέλωσι τιμωρέειν, τὸ δὲ ὑγιαῖνον τῆς Ἑλλάδος ᾖ ὀλίγον, τοῦτο δὲ ἤδη δεινὸν γίνεται, μὴ πέσῃ

πᾶσα ἡ Ἑλλάς. μὴ γὰρ ἐλπίσῃς, ἢν ἡμέας καταστρέψηται ὁ Πέρσης, μάχῃ κρατήσας, ὡς οὐκὶ ἥξει παρά σέ γε, ἀλλὰ πρὸ τούτου φύλαξαι. βοηθέων γὰρ ἡμῖν, σεωυτῷ τιμωρέεις. τῷ δὲ εὖ βουλευθέντι πρήγματι, τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

LAcedæmonii pariter & Athenienses eorúmque socii nos misêre ad te in societatē assumendum aduersus barbarum. Nam prorsus audisti bellum Græciæ inferre, iūcto pontibus Hellesponto, virum Persam, secum omnes Eoas ex Asia copias ducentem: per simulationem belli Athenis inferendi nos inuadentem, quum in animo habeat omnem Græciam redigere in suam potestatem. Tu igitur, cui magna potentia adest, nec minima Græciæ portio, quum sis Siciliæ princeps, ferto opem iis qui Græciā à seruitute vindicant, eámque vnà cum illis liberato. Coacta enim cuncta Græcia, erimus magna manus, pugnáque pares inuadentibus nos. quòd si è nobis alii proditores fuerint, alii otiosi sedeant, id syncerum quod supererit Græciæ, exiguum erit: vnde periculum est ne omnis Græcia pessum eat. Neque enim speraueris Persam, si nos prælio superauerit, ad te non esse venturum: quinimo hoc antè caueris. nobis nanque opem ferendo, temetipsum tutaris. Rei bono consilio gestæ lætus plerunque est exitus.

GELONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet ad legatorum mandata Gelo: primúmque expostulat quòd antea repudiatus à Græcis, quum vltrò suas belli in barbaros partes deposceret, nunc idem repetatur. Deinde sua illis offert auxilia, sed ea lege vt ad se eius belli summa deferatur.

[illegible]νδρες Ἕλληνες, λόγον ἔχοντες πλεονέκτην, ἐτολμή[illegible]σατε ἐμὲ σύμμαχον ἐπὶ τὸν βάρβαρον παρακαλέον[illegible]ελθεῖν. αὐτοὶ δὲ, ἐμεῦ πρότερον δεηθέντος βαρβαρικοῦ [illegible] συνεπάψασθαι, ὅτε μοι πρὸς Καρχηδονίους νεῖκος συνῆπτο, ἐπισκήπτοντός τε τὸν Δωριέος τοῦ Ἀναξανδρίδεω πρὸς Αἰγεσταίων φόνον ἐκπρήξασθαι, ὑποτείνοντός τε τὰ ἐμπόρια συνελευθεροῦν, ἀπ᾽ ὧν ὑμῖν μεγάλαι ὠφέλειαί τε καὶ ἐπαυρήσιες γεγόνασι, οὔτε ἐμεῦ εἵνεκα ἤλθετε βοηθήσοντες, οὔτε τὸν Δωριέος φόνον ἐκπρηξόμενοι· τὸ δὲ κατ᾽ ὑμέας τάδε πάντα ὑπὸ βαρβάροισι νέμεται· ἀλλ᾽ εὖ γὰρ ἡμῖν καὶ ἐπὶ τὸ ἄμεινον κατέστη. νῦν δὲ ἐπειδὴ περιελήλυθε ὁ πόλεμος, καὶ ἀπῖκται ἐς ὑμέας, οὕτω δὴ Γέλωνος μνῆστις γέγονε. ἀτιμίης δὲ πρὸς ὑμέων κυρήσας, οὐκ ὁμοιώσομαι ὑμῖν, ἀλλ᾽ ἕτοιμός εἰμι βοηθέειν, παρεχόμενος διηκοσίας τε τριήρεας, καὶ δισμυρίους ὁπλίτας, καὶ δισχιλίην ἵππον, καὶ δισχιλίους τοξότας, καὶ δισχιλίους σφενδονήτας, καὶ δισχιλίους ἱπποδρόμους ψιλούς· σῖτόν τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλήνων στρατιῇ ἔστ᾽ ἂν διαπολεμήσωμεν, ὑποδέκομαι παρέξειν, ἐπ᾽ ᾧ στρατηγός τε καὶ ἡγεμὼν τῶν Ἑλλήνων γενήσομαι πρὸς τὸν βάρβαρον· ἐπ᾽ ἄλλῳ δὲ λόγῳ οὔτ᾽ ἂν αὐτὸς ἔλθοιμι, οὔτ᾽ ἂν ἄλλους πέμψαιμι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VIri Græci, insolentem habetis orationem, qui ausi estis me adire, hortantes ad ineūdam aduersus barbarum societatem, quum ipsi me orantem prius aduersus exercitum barbaricum recusaueritis socium. Nam dum mihi erat cum Carthaginēsibus certamen, incumbenti ad vltionem necis Doris Anaxandridæ filii de AEgestanis exigendam, offerebámque me adiutorem ad liberanda emporia, vnde vobis magna emolumenta atque voluptates prouenerant, vos neque mei adiuuandi, neque vltionis de nece Doriana exigendæ gratia venire voluistis. Itaque quantum in vobis est, omnia hæc à barbaris possidentur: verùm nobis hæc in melius reciderunt. Nunc quoniam circumuenit vos atque attigit bellum, ita demum Gelonis memoria facta est. Sed contemptus à vobis, non ero vestri similis: sed paratus sum ad opem ferendam ducentarum triremium, & viginti millium armatorum, ac duûm millium equitum, *totidémque ferentariorum*, totidémque leuis armaturæ, totidem sagittariorum, totidem funditorū. Sed & rem frumentariam cunctis Græciæ copiis, donec fuerit debellatum, suppeditaturum me recipio. Sed ea lege hæc polliceor, vt ego sim aduersus barbarū Græcorum imperator: aliter neque ipse venirem, neque alios mitterem.

GELONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ad Gelonis postulationem Lacedæmonius legatus stomacho & indignatione exarserat, negarátque hoc vnquam commissuros Spartanos vt peregrinum ducem sequerentur. Gelo vt mitius ageret, deintegro ita cum iis egit: partem imperii popoſcit, vt vel mari vel terra præesset.

Ὦ ξεῖνε Σπαρτιῆτα, ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ, φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμόν· σὺ μέντοι ἀποδεξάμενος ὑβρίσματα ἐν τῷ λόγῳ, οὔ με πείσεις ἀσχήμονα ἐν τῇ ἀμοιβῇ γενέσθαι. ὅκου δὲ ὑμεῖς οὕτω περιέχεσθε τῆς ἡγεμονίης, εἰκὸς καὶ ἐμὲ μᾶλλον ὑμέων περιέχεσθαι, στρατιῆς τε ἐόντα πολλαπλασίης ἡγεμόνα καὶ νηῶν πολὺ πλεύνων. ἀλλ' ἐπεί τε ὑμῖν ὁ λόγος οὕτω προσάντης κατίσταται, ἡμεῖς τι ὑπείξομεν τοῦ ἀρχαίου λόγου. εἰ τοῦ μὲν πεζοῦ ὑμεῖς ἡγέοισθε, τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐγώ· εἰ δὲ ὑμῖν ἡδονὴ τοῦ κατὰ θάλασσαν ἡγεμονεύειν, τοῦ πεζοῦ ἐγὼ θέλω. καὶ ἢ τούτοισι ὑμέας χρεών ἐστι ἀρέσκεσθαι, ἢ ἀπιέναι συμμάχων τοιῶνδε ἐρήμους.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

HOspes Spartiata, cõtumeliæ homini factæ solent irritare indignationem: verùm tu contumeliosis in me verbis inuehens, non tamen induces me ad vicem contumeliosè reddendam. Sed quando vos ita imperium amplectimini, multo me magis quàm vos decet illud amplecti, qui multo maiorum copiarum ac plurium nauium imperator sum. Cæterùm, quoniam ista oratio vestra in contrarium nititur, nos aliquantum à superiore nostra oratione decedemus: Si vos terrestribus copiis præfueritis, ego nauticis præero: sin vos mari imperitare iuuat, ego terrestribus copiis imperitare volo. Ex quo oportet vos aut alterutra harum rerum esse contentos, aut his sociis destitutos abscedere.

ATHENIENSIVM LEGATI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Non tulit postulata conditionémque à Gelone propositam Atheniensis legatus. Alienum enim esse à dignitate suæ ciuitatis, vt alii de principatu concederẽt præter Spartanos. Aut enim se, aut Spartanos rei naualis imperium meritò habituros.

Ὦ βασιλεῦ Συρηκουσίων, οὐκ ἡγεμόνος δεομένη ἡ Ἑλλὰς ἀπέπεμψεν ἡμέας πρὸς σέ, ἀλλὰ στρατιῆς. σὺ δὲ ὅκως μὲν στρατιὴν πέμψεις μὴ ἡγεύμενος τῆς Ἑλλάδος, οὐ προφαίνεις· ὡς δὲ στρατηγήσεις αὐτῆς, γλίχεαι. ὅσον μέν νυν παντὸς τοῦ Ἑλλήνων στρατοῦ ἐδέου ἡγέεσθαι, ἐξήρκεε ἡμῖν τοῖσι Ἀθηναίοισι ἡσυχίην ἔχειν, ἐπισταμένοισι ὡς ὁ Λάκων ἱκανός τοι ἔμελλε ἔσεσθαι, καὶ ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀπολογεύμενος· ἐπεί τε δὲ ἁπάσης ἀπελαυνόμενος, δέεαι τῆς ναυτικῆς ἀρχῆς ἄρχειν, οὕτω ἔχει τοι. οὐδ' ἢν ὁ Λάκων ἐπίῃ τοι ἄρχειν αὐτῆς, ἡμεῖς ἐπήσομεν· ἡμετέρη γάρ ἐστι αὕτη γε, μὴ αὐτέων βουλομένων Λακεδαιμονίων. τούτοισι μὲν οὖν ἡγέεσθαι βουλομένοισι οὐκ ἀντιτείνομεν, ἄλλῳ δὲ παρήσομεν οὐδενὶ ναυμαχέειν. μάτην γὰρ ἂν ὧδε πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν πλεῖστον εἴημεν ἐκτημένοι, εἰ Συρηκουσίοισι ἐόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσομεν τῆς ἡγεμονίης, ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων· τῶν καὶ Ὅμηρος ὁ ἐποποιὸς ἄνδρα ἄριστον ἔφησε ἐς Ἴλιον ἀπικέσθαι, τάξαι τε καὶ διακοσμῆσαι στρατόν. οὕτω οὐκ ὄνειδος ἡμῖν ἐστι οὐδὲν λέγειν τὰ τοιαῦτα.

EADEM LATINE,

Laur. Vallã interprete.

REx Syracusanorũ, Græcia nos ad te misit non imperatorum indiga, sed exercitus: tu verò præ te fers non missurum te exercitum, nisi sis Græciæ imperator: videlicet vt illi imperes affectas. Itaque quantum ad eam partem pertinet qua cuncto Græcorum exercitui præesse postulas, suffecerit nobis Atheniensibus silentium agere, intelligentibus Laconem fore idoneum ad reddendam pro vtrisque rationem: quantũ autem ad illud attinet, quòd poscis vt vniuersæ classi præsis, ita habeto: nos etiam, vt Lacon permittat, non esse permissuros præesse te classi. nostrum enim munus hoc est, nisi Lacedæmonii id velint: quibus præesse classi volentibus non contradiceremus, alteri verò concederemus nemini. Nam alioqui frustra plus nauium quàm cæteri Græci possideremus, si Syracusanis imperium cederemus, qui sumus Athenienses, & antiquissimæ originis, solique Græcorum qui nunquam solũ vertimus: & quibus virũ instruẽdo

ornandóqu

ornandóque exercitu aptissimum Homerus etiam versificator ait Ilium venisse: vt non sit dedecus nobis ista commemorare.

THESSALORVM LEGATORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Thessali in belli Persici apparatu mittunt ad commune Græciæ concilium, qui doceant in finibus suis esse aditum Persæ intercludendum. Id è re communi esse, à se autem solis effici non posse.

Ἄνδρες Ἕλληνες, δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν τὴν Ὀλυμπικὴν, ἵνα Θεσσαλίη τε καὶ ἡ σύμπασα ἡ Ἑλλὰς ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. ἡμεῖς μὲν νυν ἕτοιμοι εἰμὲν συμφυλάσσειν· πέμπειν δὲ χρὴ καὶ ὑμέας στρατιὴν πολλήν. ὡς εἰ μὴ πέμψετε, ἐπίστασθε ἡμέας ὁμολογήσειν τῷ Πέρσῃ. οὐ γάρ τοι προκατημένους τοσοῦτο πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος μούνους πρὸ ὑμέων δεῖ ἀπολέσθαι. βοηθέειν δὲ οὐ βουλόμενοι, ἀναγκαίην ἡμῖν οὐδεμίην οἷοί τέ ἐστε προσφέρειν· οὐδαμὰ γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων ἔφυ. ἡμεῖς δὲ πειρησόμεθα αὐτοὶ τινα σωτηρίην μηχανεώμενοι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VIri Græci, Olympicum ingressum custodiri expedit, vt Thessaliæ pariter atque omni Græciæ sit belli tutamen. Nos equidem ad custodiendum præparati sumus: sed vos quoque debetis multum illuc mittere copiarum: quas nisi mittatis, scitote nos pactionem inituros esse cum Persa. Neque enim decet nos adeo ante cæteram Græciam positos, pro vobis solos occumbere. Quibus ferre opem si recusatis, nullam potestis iniungere necessitatem. Nulla nanque fortior necessitas est quàm imbecillitatis. Itaque per nosmet aliqua ratione salutem nobis comparare conabimur.

DEMARATI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum aduersus Persas Lacedæmoniorum copiolæ quædam prodiissent, aditu Thermopylarum hostem prohibituræ, Xerxes insanire eos ratus, de ea re Demaratum interrogauit. Is, quid animi esset Lacedæmoniis, respondet.

Ὦ βασιλεῦ, πλῆθος μὲν πάντων τῶν Λακεδαιμονίων πολλὸν, καὶ πόλις πολλαί· τὸ δὲ θέλεις ἐκμαθέειν, εἰδήσεις. ἔστι ἐν τῇ Λακεδαιμονίῃ Σπάρτη πόλις ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων μάλιστα. καὶ οὗτοι πάντες εἰσὶ ὅμοιοι τοῖσι ἐνθάδε μαχεσαμένοισι. οἵ γε μὲν ἄλλοι Λακεδαιμόνιοι, τούτοισι μὲν οὐκ ὅμοιοι, ἀγαθοὶ δέ.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

MVltitudo, rex, Lacedæmoniorum omnium magna est, & ciuitates multæ: quod autem discere vis à me, scies. Est enim Lacedæmone vrbs Sparta octo millium ferme virorum, qui omnes iis qui hîc pugnauere, sunt similes: cæteri Lacedæmonii, non illis quidem similes, sed tamen viri sunt strenui.

EIVSDEM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Eiusdem est argumenti. Quum enim iam virtutis suæ Lacedæmonii in pugna specimen edidissent, stupens in tanta paucitate tantum inesse animi tantúmque roboris Xerxes, de eorum multitudine & domesticis viribus interrogat Demaratum, & qua via expugnari eos posse putet. Respondet is ad singula, & viã ad eos oppugnãdos aperit.

Ὦ βασιλεῦ, εἰ μὲν δὴ συμβουλεύεαί μοι προθύμως, δίκαιόν με ἐστὶ σοι φράζειν τὸ ἄριστον· εἰ τῆς ναυτικῆς στρατιῆς νέας τριηκοσίας ἀποστείλειας ἐπὶ τὴν Λάκαιναν χώρην. ἔστι δὲ ἐπ' αὐτῇ νῆσος ἐπικειμένη, τῇ οὔνομά ἐστι Κύθηρα, τὴν Χίλων ἀνὴρ παρ' ἡμῖν σοφώτατος γενόμενος, κέρδος μέζον ἔφη εἶναι Σπαρτιήτῃσι κατὰ τῆς θαλάσσης καταδεδυκέναι μᾶλλον ἢ ὑπερέχειν, αἰεί τι προσδοκῶν ἀπ' αὐτῆς τοιοῦτο ἔσεσθαι, οἷόν τι ἐγὼ ἐξηγέομαι· οὔτι τὸν σὸν στόλον προειδὼς, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως φοβεόμενος ἀνδρῶν στόλον. ἐκ ταύτης ὦν τῆς νήσου ὁρμεώμενοι, φοβεόντων τοὺς Λακεδαιμονίους. παροίκου δὲ πολέμου σοι ἐόντος οἰκηίου, οὐδὲν δεινοὶ ἔσονταί τοι, μὴ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἁλισκομένης ὑπὸ τοῦ πεζοῦ, βοηθέωσι ταύτῃ. καταδουλωθείσης δὲ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ἀσθενὲς ἤδη τὸ Λακωνικὸν μοῦνον λείπεται. ἢν δὲ ταῦτα μὴ ποιῇς, τάδε τοι προσδόκα ἔσεσθαι. ἔστι τῆς Πελοποννήσου Ἰσθμὸς στεινός· ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ πάντων

Πελοποννησίων συνομοσάντων ἐπί σοι, μάχας ἰσχυροτέρας ἄλλας τῶν γενομένων προσδέκεο ἔσεσθαί τοι· ἐκεῖνο δὲ ποιήσαντι, ἀμαχητὶ ὅ,τε Ἰσθμὸς οὗτος καὶ αἱ πόλιες προσχωρήσουσι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

QVum me, rex, libenter consulas, æquum est me tibi quod optimum sit exprimere. Id quod vis, hoc pacto fiet, si trecentas naues cum suis propugnatoribus in oram Lacedæmonicam mittas. Adiacet autem illi insula nomine Cythera: quam obrui mari, quàm extare, cõducibilius esse Lacedæmoniis Chilon aiebat, vir apud nos sapientissimus: videlicet expectans semper ab ea aliquid tale futurum quale nunc ego expono: non ille quidem tuam classem præuidens, sed quamcunque similiter extimescens. Ex hac igitur insula proficiscentes tui Lacedæmonios territent. Ita illi domestico occupati bello, neque tibi erunt infesti, neque cæteræ Græciæ, quum à tuis pedestribus copiis expugnabitur, auxilia ferent. Subacta autẽ reliqua Græcia, Lacones per se reddẽtur inualidi. Quod nisi feceris, hoc fore expecta: Est Peloponnesi arctus Isthmus, quo in loco Peloponnensibus omnibus coactis, alia tibi prælia superioribus atrociora futura prospicio. At si illud feceris, & Isthmus hic citra prælium & cæteræ ciuitates vltrò tibi se dedent.

ACHAEMENIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Xerxis erat frater Achæmenes, idémque illi concilio intererat. Is, siue inuidia in Demaratum, siue fide in fratrem commotus, contra ea dixit quæ Demaratus suaserat. Et quòd Demaratus autor erat vt, diuisa classe, mari oppugnarẽtur Lacedæmonii, & eorum copiæ distinerentur, vehementer dissuadet hac oratione, ne maritimas copias rex distrahat. Neque enim reliquam classem Græcis parem esse posse.

Ὦ Βασιλεῦ, ὁρέω σε ἀνδρὸς ἐνδεκόμενον λόγους, ὃς φθονέει τοι εὖ πρήσσοντι, ἢ καὶ προδιδοῖ πρήγματα τὰ σά. καὶ γὰρ δὴ τρόποισι τοιούτοισι χρεώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρουσι, τοῦ τε εὐτυχέειν φθονέουσι, καὶ τὸ κρέσσον στυγέουσι. εἰ δ᾽ ἐπὶ τῇσι παρεούσῃσι τύχῃσι, τῶν νέες νεναυηγήκασι τετρακόσιαι, ἄλλας ἐκ τοῦ στρατοπέδου τριηκοσίας ἀποπέμψεις περιπλώειν Πελοπόννησον, ἀξιόμαχοί τοι γίνονται οἱ ἀντίπαλοι. ἁλὴς δὲ ἐὼν ὁ ναυτικὸς στρατὸς, δυσμεταχείριστός τε αὐτοῖσι γίνεται, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἀξιόμαχοί τοι ἔσονται. καὶ πᾶς ὁ ναυτικὸς τῷ πεζῷ ἀρήξει, καὶ ὁ πεζὸς τῷ ναυτικῷ ὁμοῦ πορευόμενος. εἰ δὲ διασπάσεις, οὔτε σὺ ἔσεαι κείνοισι χρήσιμος, οὔτε ἐκεῖνοι σοί. τὰ σεωυτοῦ δὲ τιθέμενος εὖ, γνώμην ἔχω τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα, τῇ τε στήσονται τὸν πόλεμον, τά τε ποιήσουσι, ὅσοι τε πλῆθός εἰσι. ἱκανοὶ γὰρ ἐκεῖνοί γε αὐτοὶ ἑωυτῶν πέρι φροντίζειν εἰσὶ, ἡμεῖς δὲ ἡμέων ὡσαύτως. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἢν ἴωσι ἀντία Πέρσῃσι ἐς μάχην, οὐδὲν τὸ παρεὸν τρῶμα ἀκεῦνται.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

ANimaduerto te, rex, verba admittere viri qui tibi prosperè agẽti inuidet, aut etiã res tuas prodit. His enim moribus vti Græci gaudent, vt & fortunato inuideant, & meliorem oderint. Quòd si è præsenti conditione, quum naues quadringentæ naufragium fecerint, trecentas alias è cætera classe miseris ad obeundam Peloponnesum, profectò fient nobis aduersarii pares ad decertandum: at si coniuncta classis fuerit, inoppugnabilis reddetur, & ante omnia nobis illi impares erunt: simúlque omnis exercitus nauticus terrestri, & inuicem terrestris vnà iter faciens, nautico erit auxilio. Quos si distraxeris, neque tu illis vsui eris, neque illi tibi. Tu verò tua ipsius bene constitueris, si aduersariorum res apud te non agitaueris: hîc illi bellum sistent, hæc agent, tot numero sunt. Illi enim per sese ad sibiipsis prospiciendum sufficiunt, & nos itidem ad prospiciendum nobis. Quòd si Lacedæmonii aduersus Persas in pugnam ibũt, impendentem sibi cladem haudquaquam deuitabunt.

XERXIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum res in contrarias sententias esset agitata, Xerxes totius totius consilii moderator, se fratis potius vti velle consilio ostendit. Sed quod idem erat paulo in Demaratum acerbior, ipse animos eorum lenire conatur.

Ἀχαίμενες, εὖ τέ μοι δοκέεις λέγειν, καὶ ποιήσω ταῦτα. Δημάρητος δὲ λέγει μὲν τὰ ἄριστα ἔλπεται εἶναι ἐμοί, γνώμῃ μέντοι ἑσσοῦται ὑπὸ σεῦ. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνό γε ἐνδέξομαι, ὅκως οὐκ εὐνοέει τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι, τοῖσί τε λεγομένοισι πρότερον ἐκ τούτου σταθμώμενος, καὶ τῷ ἐόντι. ὅτι πολιήτης μὲν πολιήτῃ εὖ πρήσσοντι φθονέει, καὶ ἔστι δυσμενὴς τῇ σιγῇ· οὐδ᾽ ἂν συμβουλευομένου τοῦ ἀστοῦ, πολιήτης ἀνὴρ τὰ ἄριστά οἱ δοκέοντα εἶναι ὑποθέοιτο, εἰ μὴ πρόσω ἀρετῆς ἀνήκοι. σπάνιοι δ᾽ εἰσὶ οἱ τοιοῦτοι. ξεῖνος δὲ ξείνῳ εὖ πρήσσοντι ἐστὶ εὐμενέστατον πάντων, συμβουλευομένου τε ἂν συμβουλεύσειε τὰ ἄριστα. οὕτω ὦν κακολογίης πέρι τῆς ἐς Δημάρητον, ἐόντος ἐμοὶ ξείνου, περιέχεσθαί τινα τοῦ λοιποῦ κελεύω.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Rectè Achæmenes mihi videris dicere: quod & faciam. Demaratus, quod optimũ ille quidem mihi sperat esse, id suadet: eius tamen sententia à tua superatur. Neque verò illud admitto, eum nolle rebus meis bene consultum, vt ex iis quæ antea ab eo dicta sunt, & ex ipsa re coniecto. Quoniam ciuis quidem ciui secundis rebus prædito inuidet, eúmque tacito prosequitur odio. neque consilium peteti ciui dederit ciuis quod putat esse optimum, nisi summũ virtutis gradũ attingat quales pauci sunt. Hospes autem hospiti prospera fortuna vtenti omnium est beneuolentissimus, eíque consultanti optimè consulit. Quapropter ab insectatione qua in Demaratum vteris, hospitem meum, posthac abstinere te iubeo.

Ex libro octauo, qui inscribitur Vrania.

THEMISTOCLIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Captis incensisque Athenis à Xerxe, Græci alii, qui cum Atheniensibus nauales copias coniunxerant, & in Salamine consederant, seséque ad nauale prælium comparabant, consilium è re ipsa ceperunt, vt in suam quisque ciuitatem digressi, sua tutarentur, totámque Peloponnesum, cuius facilis videbatur defensio, si apud Isthmum ipsi depugnarent. Dissuadebat Themistocles. In ducibus erat Eurybiades Spartanæ classis præfectus. is quum quæ contra eam sententiam dicebantur à Themistocle, ad concilium Græcorum retulisset, Themistocles in eam sententiam multa verba fecit. qúmque cæteros non flecteret, ad Eurybiadem se conuertit, eúmque docuit quàm communis salutis interesset vt apud Salaminem non apud Isthmum pugna ederetur.

Ἐν σοὶ νῦν ἐστὶ σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ ναυμαχίην αὐτοῦ μένων ποιέεσθαι, μηδὲ πειθόμενος τουτέων τοῖσι λέγουσι ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆας. ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον ἀκούσας. πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων, ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυμαχήσεις, ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, νῆας ἔχουσι βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. τοῦτο δὲ, ἀπολέεις Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἴγιναν, ἤν περ καὶ τὰ ἄλλα εὐτυχήσωμεν. ἅμα γὰρ τῷ ναυτικῷ στρατῷ αὐτέων ἕψεται καὶ ὁ πεζὸς στρατός. καὶ οὕτω σφέας αὐτὸς ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, κινδυνεύσεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. ἢν δὲ τὰ ἐγὼ λέγω ποιήσῃς, τοσάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὑρήσεις· πρῶτα μὲν ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πρὸς πολλὰς, ἢν τὰ εἰκότα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαίνῃ, πολλὸν κρατήσομεν. τὸ γὰρ ἐν στεινῷ ναυμαχέειν, πρὸς ἡμέων ἐστὶ, ἐν εὐρυχωρίῃ δὲ πρὸς ἐκείνων. αὖτις δὲ Σαλαμὶς περιγίνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ γυναῖκες. καὶ μὴν καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι, τοῦ καὶ περιέχεσθαι μάλιστα χρεών. ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων, προναυμαχήσεις Πελοποννήσου, καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. οὐδέ σφεας, εἴ περ εὖ φρονέεις, ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. ἢν δέ γε καὶ τὰ ἐγὼ ἐλπίζω, γένηται, καὶ νικήσωμεν τῇσι νηυσὶ, οὔτε ὑμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέσονται οἱ βάρβαροι, οὔτε προβήσονται ἑκαστέρω τῆς Ἀττικῆς, ἀπίασί τε οὐδενὶ κόσμῳ. Μεγάροισί τε κερδανέομεν περιεοῦσι, καὶ Αἰγίνῃ καὶ Σαλαμῖνι, ἐν τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γενέσθαι. Οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι, ὡς τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι· μὴ οἰκότα δὲ βουλευομένοισι, οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηίας γνώμας.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

IN te nunc situm est seruare Græciam, si mihi accedens, nauale hîc prælium facias, & non horum quibusdam credens, classem ad Isthmum abducas. vtrunque enim, quum audieris, inter se comparato. Si ante Isthmum confliges, in patenti pelago dimicabis, vbi nobis minimum expedit, naues habētibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo etiamsi in aliis feliciter nobiscum agatur, tamen amittes Salaminem & Megara & AEginam. Nam illos vnà comitabitur suus pedester exercitus: atque ita tu eos in Peloponnesum ages, omnémque Græciam in discrimen adduces. Sin autem id feceris quod suadeo, hæc in eo reperies commoda. Primùm si in arcto confli-xerimus nos paucæ naues cum multis, profectò si æqua belli contingent, multo superiores erimus: quoniam in arcto oppugnare, pro nobis est, in spatioso, pro illis. Præterea Salamis seruatur, vbi nostri nunc liberi collocati sunt & vxores. Est & alia hîc causa propter quam item debes præcipuè hîc manere, quòd pro Peloponneso & Isthmo pugnabis: quò caue (si sapis) ne istos ducas. Quòd si id quod spero continget, vt classe vincamus, barbari neque ad Isthmum nobis aderunt, neque vsquam longius ab Attica procedent, sed nullo ordine abibunt: vnde nobis lucrifaciemus quæ seruauerimus, Megara, AEginámque, atque Salaminem, apud quam credibile est nos hostibus fore superiores. Consilia enim agitantibus hominibus rationi consentanea ferè prospere cedit: secus facientibus ne deus quidem vult adesse, & humanæ sententiæ indulgere.

ARTEMISIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Retulerat ad regulorum concilium Xerxes, classe nécne putarent decertari expedire. In eam sententiam ab omnibus partibus ibatur, vt pugnari placeret. Sola Artemisia, quæ in iis castris militabat, dissuasit regi hac oratione, quòd diceret pugnam naualem neque necessariam, vt sine qua debellari facilè posset: & periculosam, tum propter hostium peritiam, tum etiam propter regios classiarios, quos parum esse firmos constaret.

Εἶπαί μοι πρὸς βασιλῆα Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε λέγω, οὔτε κακίστη γινομένη ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐβοίῃ, οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένη, δέσποτα. τὴν δὲ ἐοῦσαν γνώμην με δίκαιόν ἐστιν ἀποδείκνυσθαι, τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. καί τοι τάδε λέγω· φείδεο τῶν νηῶν, μηδὲ ναυμαχίην ποιέο. οἱ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτόν εἰσι κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. τί δὲ πάντως δέει σε ναυμαχίῃσι ἀνακινδυνεύειν; οὐκ ἔχεις μὲν τὰς Ἀθήνας, τῶν περ εἵνεκα ὡρμήθης στρατεύεσθαι; ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα; ἐμποδὼν δέ τοι ἵσταται οὐδείς; οἱ δέ τοι ἀντέστησαν, ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς ἐκείνοις ἔπρεπε. τῇ δ' ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα, τοῦτο φράσω. ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς ναυμαχίην ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ ἔχῃς πρὸς γῇ μένων, ἢ καὶ προβαίνων ἐς τὴν Πελοπόννησον, εὐπετέως τοι δέσποτα χωρήσει τὰ νοέων ἐλήλυθας. οὐ γὰρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον εἰσί τοι ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλὰ σφέας διασκεδᾶς· κατὰ δὲ πόλις ἕκαστοι φεύξονται. οὔτε γὰρ σῖτος πάρα σφίσι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι· οὔτε αὐτοὺς εἰκός, ἢν σὺ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν πεζὸν στρατόν, ἀτρεμέειν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας· οὐδέ σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν. ἢν δὲ αὐτίκα ἐπειχθῇς ναυμαχῆσαι, δειμαίνω μὴ ὁ ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς τὸν πεζὸν προσδηλήσηται. πρὸς δέ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βάλευ, ὡς τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων, κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίνεσθαι· τοῖσι δὲ κακοῖσι, χρηστοί. σοὶ δὲ ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί εἰσι οἱ ἐν συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶναι, ἐόντες Αἰγύπτιοί τε, καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλικες, καὶ Πάμφυλοι· τῶν ὄφελός ἐστι οὐδέν.

EADEM LATINE,

Henrico Steph. interprete.

HAEC mea verba, Mardoni, renuntiato regi. Me, quæ nec ignauissimè in naualibus ad Euboeam præliis me gessi, nec minima præstiti, par est, domine, sententiā meā proferendo, quæ maximè è re tua esse censeo, indicare. Ecce igitur quod tibi suadeo: nauibus parcito, & à nauali prælio abstineto. Viri enim illi tanto sunt tuis in rebus quæ ad mare pertinēt præstantiores, quanto viri mulieribus præstare cōsueruNt. Quid verò te pugnæ naualis fortunam tentare necesse est? nónne Athenas habes, qua-

rum causa expeditionem hanc suscepisti? nónne & reliquam Græciam? nec tibi quisquam obsistit? quicunque autem obstiterunt, ita cum eis actum est vt par erat. Quomodo autem habituras se res hostium existimem, tibi exponam. Si quidẽ nauale prælium committere nõ festines, sed classem prope terram contineas, aut ipse manens, aut etiam in Peloponnesum progrediens, facilè tibi, domine, succedent ea quæ animo agitans huc venisti. Neque enim diu tibi resistere Græci possunt, sed eos dissipabis cogésque fugam ad suas quosque vrbes capere. Nam præterquam quòd commeatus illis in hac insula non suppetit, vt ego audio: si tu in Peloponnesum pedestres copias ducas, illos qui inde huc se contulerunt, nequaquam permansuros credibile est, neque de dimicando pro Atheniensibus solicitos esse futuros. At si nauale prælium committere properes, vereor ne nauticæ copiæ, siquam cladem acceperint, pedestribus damnum afferre incipiat. Præterea verò rex hoc tecum reputato, bonis viris malos seruos, malis probos solere contingere. Tibi quidem certè, qui virorum omnium es optimus, mali sunt serui, qui in sociorum numero censentur: quum sint AEgyptii, Cyprii, Cilices, Pamphyli, qui nullo rebus tuis esse adiumento possunt.

MARDONII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Victo maritima pugna Xerxe, Mardonius, quòd autor fuerat Xerxi Græciæ petendæ, non modò de spe expetiti in Græcia dominatus deiectus, sed etiam regis iracundiam pertimescens, eum conuenit: primúmque dolorem quem ille è clade capiebat, conatur lenire: deinde consilium illi suum exponit, vt se cum Persarum copiis, ad quas illius cladis acceptæ culpa neutiquã pertinebat, erántque integræ, in Græcia relinquat, in magna se esse spe Græciæ regi subigendæ.

[illegible]οτα, μήτε λυπέο, μήτε συμφορὴν μηδεμίαν με[illegible]άλην ποιεῦ τοῦδε τοῦ γεγονότος εἵνεκα πρήγματος. οὐ [illegible] ἀγὼν ὁ τὸ πᾶν φέρων ἐστὶ ἡμῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν τε καὶ [illegible] δὲ οὔτε τις τουτέων τῶν τὸ πᾶν σφι ἤδη δοκεόν[illegible]γάσθαι, ἀποβὰς ἀπὸ τῶν νεῶν πειρήσεται ἀν[illegible]ῶσαι, οὔτ' ἐκ τῆς ἠπείρου τῆσδε. οἵ τε ἡμῖν ἠντιώθησαν, ἔδοσαν δίκας. εἰ μὲν νυν δοκέει, αὐτίκα πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου· εἰ δέ κε δοκέει ἐπισχεῖν, παρέχει ποιέειν ταῦτα. μηδὲ δυσθύμει. οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδεμία ἔκδυσις μὴ οὐ δόντας λόγον τῶν ἐποίησαν νῦν τε καὶ πρότερον, εἶναι σοὺς δούλους. μάλιστα μὲν νυν ταῦτα ποίεε. εἰ δ' ἄρα τοι βεβούλευται αὐτὸν ἀπελαύνοντα ἀπάγειν τὴν στρατιήν, ἄλλην ἔχω καὶ ἐκ τῶνδε βουλήν. σὺ Πέρσας, βασιλεῦ, μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γενέσθαι Ἕλλησι· οὐδὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληταί τῶν πρηγμάτων, οὐδ' ἐρεῖς ὅκου ἐγενόμεθα ἄνδρες κακοί. εἰ δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Κύπριοί τε καὶ Κίλικες κακοὶ ἐγένοντο, οὐδὲν πρὸς Πέρσας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος. ἤδη ὦν ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι, ἐμοὶ πείθεο. εἴ τοι δέδοκται μὴ παραμένειν, σὺ μὲν ἐς ἤθεα τὰ σεωυτοῦ ἀπέλαυνε, τῆς στρατιῆς ἀπάγων τὸ πολλόν. ἐμὲ δέ σοι χρὴ τὴν Ἑλλάδα παρασχεῖν δεδουλωμένην, τριήκοντα μυριάδας τοῦ στρατοῦ ἀπολεξάμενον.

EADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

NE animum tuũ, domine, mœstitia incessat: néve, quod accidit, pro magna calamitate habeas. Illud enim certamen in quo summa rerum vertitur, nõ in lignis, sed in viris equísque situm est. Atqui nec vllus horum qui sibi iam omnia confecisse videntur, è naui egressus opponere se tibi conabitur, neque ex hac cotinente quisquã: nam qui se opposuerunt, pœnas dederunt. Quare, si tibi ita videtur, Peloponnesum bello tentemus: sin bello potius supersedendum esse censes, id in tua potestate est. Verùm animo ne angaris. nullum enim Græcis patet effugium, sed vt eorum quæ & nunc & antea perpetrarunt, rationem reddant, ac serui tui fiant, omnino necesse est. Hanc igitur potius quàm aliam vllam rationẽ inito. Si tamen abscedere & exercitũ tecum abducere statuisti, aliud habeo quo te hac etiã in parte iuuare possim, consiliũ. Ne committas, rex, vt Persas Græcis ridendos propines. Nullum enim rebus damnũ attulerunt Persæ: neque nos ignauiæ vsquam arguere potes. Quòd si Phœnices & AEgyptii & Cyprii & Cilices ignauè se gesserunt, nulla in Persis mali huius culpa hæret.

Quod quum ita sit, meo pare consilio: &, si permanere nō statuisti, in patrias sedes cum maxima tuarum copiarum parte reuertere: me autem oportet delectis è toto exercitu trecentis millibus, tibi Græciam in seruitutem redactam exhibere.

ARTEMISIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Consulta à Xerxe Artemisia de Mardonii instituto, respōdet, videri sibi ad regis rationes accommodatissimum, vt ipse quamprimum se in Asiam recipiat: Mardonium verò cum iis quas petat copias, in Græcia relinquat. Rege demum incolumi posse impunè Græciam à Mardonio tentari.

Βασιλεῦ, χαλεπὸν μέν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἴπασαν· ἐπὶ μέντοι κατήκοισι πρήγμασι, δοκέει μοι αὐτὸν μέν σε ἀπελαύνειν ὀπίσω· Μαρδόνιον δὲ, εἰ ἐθέλει τε καὶ ὑποδέκεται ταῦτα ποιήσειν, αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. τοῦτο μὲν γὰρ, ἢν καταστρέψηται τά φησι ἐθέλειν, καί οἱ προχωρήσῃ τὰ νοέων λέγει, σὸν τὸ ἔργον ὦ δέσποτα γίνεται (οἱ γὰρ σοὶ δοῦλοι κατεργάσαντο) τοῦτο δὲ, ἢν τὰ ἐναντία τῆς Μαρδονίου γνώμης γένηται, οὐδεμίη συμφορὴ μεγάλη ἔσται, σέο τε περιεόντος, καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμάτων περὶ οἶκον τὸν σόν. ἢν γὰρ σύ τε περιῇς, καὶ οἶκος ὁ σὸς, πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτέων οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου δὲ, ἤν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται. οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλληνες νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσαντες. σὺ δὲ, τῶν εἵνεκα τὸν στόλον ἐποιήσω, πυρώσας τὰς Ἀθήνας ἀπελᾷς.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Arduum, rex, me dicentem tibi optima, prosperum consilium dare: tamen è statu rerum præsentium mihi videtur esse faciendum vt tu ipse domum remees: Ma[illegible] donium verò hîc relinquas cum iis quos vult, si modò velit ille atque recipiat [illegible] ista facturum. Nā siue ea quæ ait se velle, subegerit, & hæc ei ex animi sentētia succedat, res hæc à te, domine, gesta fuerit, quia id tui serui effecerint: siue Mardonio cōtra op[illegible] nē suam contingat, nō magna sanè calamitas erit, saluo & te & rerū domesticarum [illegible] tu. Etenim si incolumis es & domus tua, profectò Græci sæpenumero pro seipsis [illegible] certamina cursitabunt: at si quid contingat Mardonio cladis, id nullius erit m[illegible] Græciq; vincendo non vicerint, seruo tuo interempto. Tu verò Athenis incensis [illegible] rei gratia expeditionem sumpsisti) reuerteris.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Mardonius, vt quod regi receperat, effectum redderet, ratus, si sibi Athenienses adiunxisset, facilè reliqua Græcia esse potiturum, eos liberalitate & præmiis primùm solicitare voluit: misitque Alexandrum Macedonem Amyntæ filium Athenas, qui blanda oratione apud eos vsus, ad societatem regis pellicere, contráque à belli defensione eos deterrere est conatus.

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τάδε λέγει. Ἐμοὶ ἀγγελίη ἥκει παρὰ βασιλῆος, λέγουσα οὕτω· Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐξ ἐκείνων ἐς ἐμὲ γενομένας πάσας μετίημι. νῦν τε ὧδε Μαρδόνιε ποίεε. τοῦτο μὲν, τὴν γῆν σφι ἀπόδος, τοῦτο δὲ, ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἑλέσθων αὐτοὶ ἥντινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι. ἱρά τε πάντα σφι, ἢν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογέειν, ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ ἐνέπρησα. τουτέων δὲ ἀπιγμένων, ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα, ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον αἴτιον γένηται. λέγω δὲ ὑμῖν τάδε. Νῦν τί μαίνεσθε πόλεμον βασιλέϊ ἀνταειρόμενοι; οὔτε γὰρ ἂν ὑπερβάλοισθε, οὔτε οἷοί τε ἐστὲ ἀντέχειν τὸν πάντα χρόνον. εἴδετε μὲν γὰρ τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος, καὶ τὰ ἔργα· πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρεοῦσάν μοι δύναμιν. ὥστε καὶ ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε καὶ νικήσητε, (τοῦ περ ὑμῖν οὐδεμίη ἐλπὶς, εἴ περ εὖ φρονέοιτε) ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη. μὴ ὦν βούλεσθε, παρισούμενοι βασιλέϊ, στέρεσθαι μὲν τῆς χώρης, θέειν δὲ αἰεὶ περὶ ὑμέων ἑωυτέων, ἀλλὰ καταλλάσσεσθαι. παρέχει δὲ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι. βασιλῆος ταύτῃ ὡρμημένου, ἐστὲ ἐλεύθεροι, ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέμενοι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρδόνιος μὲν ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι ἐνετείλατό μοι εἶπαι πρὸς ὑμέας. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν εὐνοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐούσης ἐξ ἐμεῦ, οὐδὲν λέξω. οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε. προσχρηΐζω δὲ ὑμέων, πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐνορέω γὰρ ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον πολεμέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐνὸν ὑμῖν, οὐκ ἄν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον, ἔχων λόγους τοιούσδε. καὶ γὰρ δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆός ἐστι, καὶ χεὶρ ὑπερμήκης. ἢν ὦν μὴ αὐτίκα ὁμολογήσητε, μεγάλα προτεινόντων ἐπ᾽ οἷσι ὁμολογέειν ἐθέλουσι, δειμαίνω ὑπὲρ ὑμέων. ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν συμμάχων πάντων, αἰεί τε φθειρομένων μούνων, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. ἀλλὰ πείθεσθε. πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισι ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἁμαρτάδας ἀπιεὶς, ἐθέλει φίλος γενέσθαι.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VIri Athenienses, Mardonius hæc inquit, Nuntius mihi ab rege venit in hæc verba: Atheniensibus iniurias quas mihi intulerunt omnes remitto. Nunc autem Mardoni ita facito. Suam eis regionem reddito: præterea aliam pro suo arbitratu eligant, suáque libertate potiantur. Quinetiam eorum templa, si mecum fœdus inire volent, omnia quæ ego incendi, restituito. Hic nuntius quũ mihi allatus sit, necesse habeo ista exequi, nisi per vos steterit. Ego verò hæc vobis duco dicẽda: Quid insanitis, bellum regi inferẽtes, cui nec vnquam præstare, nec semper obstare poteritis? Nostis enim Xerxis & copias & facta: auditis quoque nunc de exercitu qui mecum est. quem si superaueritis atq; viceritis, (quod nequaquam speretis, si sapiatis) alius multo maior exercitus sit adfuturus. Nolite igitur, æquiparando vos regi, priuari solo vestro, semperque de vita vestra periclitari: imò potius his molestiis vos explicate, quũ adsit vobis pulcherrima explicandi facultas, quòd ab rege prouocati vt societatem belli nobiscum ineatis citra dolum & fraudẽ, liberati eritis. Hæc me iussit, Atheniẽses, apud vos Mardonius dicere: ego verò de mea in vos beneuolentia nihil commemorabo. Neque enim nũc primùm eam cognouistis. Obsecro autem vt Mardonio morem geratis, quos animaduerto non semper validos fore ad gerendum cum Xerxe bellum: quales si animaduerterem esse, nequaquam huc cum his mandatis venissem. Quippe regis vires supra humanas sunt, & manus prelonga. Quòd nisi properè assentiamini magna pollicentibus, quippe ex æquo fœdus facere volentibus, timeo vestram vicem, qui ex omnibus sociis & maximè in via habitatis, & soli semper præcipuam cladem accipitis, possidentes terram inter diuersas acies positam. Itaque inducite hoc in animum, quod magnopere est è vestra dignitate, quũm rex magnus vobis Græcorum solis iniurias remittens, cupiat amicus.

LEGATI LACEDAEMONII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii, quum Mardonii consilium & Alexandri legationem cognoscerent, quòd intelligebant, si Athenienses se in regis societatem dedissent, libertatem Græciæ pessum ire, legatos Athenas miserunt, qui rem illam vehementer apud Athenienses egerunt: eósque sunt hortati, vt quos se in communi libertate tuenda olim præstitissent, præstare ne desinerent.

Ἡμέας δὲ ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι δεησομένους ὑμέων, μήτε νεώτερον ποιέειν μηδὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε λόγους ἐνδέκεσθαι παρὰ τοῦ βαρβάρου. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσμον φέρον, οὔτε γε ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν δὲ δὴ καὶ διὰ πάντων ἥκιστα, πολλῶν εἵνεκα. ἠγείρατε γὰρ τόνδε τὸν πόλεμον ὑμεῖς, οὐδὲν ἡμέων βουλομένων· καὶ περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο· νῦν δὲ φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ἄλλως τε, τουτέων ἁπάντων αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους, οὐδαμῶς ἀνασχετόν· οἵτινες αἰεὶ κατὰ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων. πιεζομένοισι μέντοι ὑμῖν συναχθόμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν ἐστέρηθε διξῶν ἤδη, καὶ ὅτι οἰκοφθόρηθε χρόνον ἤδη πολλόν. ἀντὶ τουτέων δὲ ὑμῖν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι ἐπαγγέλλονται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα πάντα ἐπιθρέψειν ἔστ᾽ ἂν ὁ πόλεμος ὅδε συνεστήκῃ· μηδὲ ὑμέας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀναγνώσῃ, λεήνας τὸν Μαρδονίου λόγον. τούτῳ μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα ἐστί· (τύραννος γὰρ ἐὼν τυράννῳ συγκατεργάζεται) ὑμῖν δὲ οὐ ποιητέα, εἴπερ εὖ τυγχάνετε φρονέοντες· ἐπισταμένοισι ὡς βαρβάροισί ἐστι οὔτε πιστὸν οὔτε ἀληθὲς οὐδέν.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

NOS verò misere Lacedæmonii oratum vos nequid noui in Græciam agatis, neque verba quæ afferuntur à barbaro admittatis: quòd id neque iustum sit vllo modo, neque decorum cum aliis Græcis, tum præcipuè vobis: idque multis de causis. Vos enim hoc bellum excitastis etiam nobis inuitis, & propter imperiũ vestrum est decertatum, quod certamẽ nunc in vniuersam Græciam emanauit: cuius totius vos præcipui autores fuistis, & Græcis causa seruitutis: res nullo pacto toleranda. quum præsertim constet Atheniẽses semper & iam inde à priscis temporibus vindicasse permul-

tos homines in libertatem. Et tristem quidem conditionem vestram dolemus, quòd iam bis prouentu frugum fraudati estis, & iam domibus quæ dirutæ sunt caretis. Quo nomine Lacedæmonii vobis ac cæteri socii spondent se vxores vestras & omnia ad bellum inutilia, proximè domesticos suos, quoad bellum hoc steterit, alituros. Neq; verò vos Alexander Macedo seducat, commẽdans Mardonii orationem. Facit enim quod sibi faciendum est: quippe qui tyrannus tyranno operam præstat. Sed non idem vestra facere interest, si rectè sapitis, qui scitis nihil barbaris esse neque fidum neque verum.

ATHENIENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienses, accepta vtraque legatione, respondent primùm Alexãdro, nec se minis nec præmiis adduci posse vt societatem cum Persa coeant.

ΚΑΙ αὐτοὶ τοῦτό γε ἐπιστάμεθα, ὅτι πολλαπλησίη ἐστὶ τῷ Μήδῳ δύναμις ἤπερ ἡμῖν. ὥστε οὐδὲν δέει τοῦτό γε ὀνειδίζειν· ἀλλ' ὅμως ἐλευθερίης γλιχόμενοι, ἀμυνεύμεθα οὕτω ὅκως ἂν καὶ δυνώμεθα. ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας πειρῶ ἀναπείθειν, οὔτε ἡμέες πεισόμεθα. νῦν τε ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇ περ καὶ νῦν ἔρχεται, μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι, τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίην ὄπιν ἔχων, ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. σύ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε, μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι· μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν, ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε. οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων παθεῖν, ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

ET ipsi cognitum habemus hoc, vires Medorum etiam atque etiam maiores esse quàm nostras, vt id nihil intersit exprobrare nobis: attamen in tutanda liber[...] eatenus resistemus quatenus valebimus. Vt autem societatem cum barbaro co[...] trahamus, neque tu persuadere tentes, neque nos, si tu tentaueris, persuadebimur. [...] verò renuntia Mardonio, Athenienses dicere, quoad sol eodem itinere meabit qu[...] meat, eousque se nunquam cum Xerxe societatem inituros, sed se protegendo p[...] saturos eum, fretos ope deorum atque heroum, quorum ille, nihil pensi habens, & te[...] pla & simulachra incendit. Tu quoque posthac cum istiusmodi oratione ne committas vt Athenis videaris, néve per speciem emolumẽtorum infanda nos facere suadeas. Nolumus enim te ingratum quippiam ab Atheniensibus pati, quibus & hospes & amicus es.

EORVNDEM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondent iidem postea Lacedæmoniis: suum in repudianda Persarum societate & defendenda communi libertate animum confirmant semper eũdem fore. Deinde quæ ad rationem belli eius gerendi pertinent, exponunt: iisque ad suos mandata dant.

ΤΟ μὲν δεῖσαι Λακεδαιμονίους μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ βαρβάρῳ, κάρτα ἀνθρωπήιον ἦν. ἀτὰρ αἰσχρῶς γε οἴκατε ἐξεπιστάμενοι τὸ Ἀθηναίων φρόνημα ἀρρωδῆσαι, ὅτι οὔτε χρυσός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος, οὔτε χώρη κάλλεϊ καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι, ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ διακωλύοντα ταῦτα μὴ ποιέειν, μηδ' ἢν ἐθέλωμεν. πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκήματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα, τοῖσι ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα, μᾶλλον ἤπερ ὁμολογέειν τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ· αὖτις δὲ, τὸ Ἑλληνικὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσσον· καὶ θεῶν ἱδρύματά τε κοινὰ, καὶ θυσίαι, ἤθεά τε ὁμότροπα, τῶν καὶ προδότας γενέσθαι Ἀθηναίους οὐκ ἂν εὖ ἔχοι. ἐπίστασθέ τε οὕτω, εἰ μὴ πρότερον ἐτυγχάνετε ἐπιστάμενοι, ἔστ' ἂν καὶ εἷς περιῇ Ἀθηναίων, μηδαμὰ ὁμολογήσοντας ἡμέας Ξέρξῃ. ὑμέων μέντοι ἀγάμεθα τὴν προνοίην, τὴν πρὸς ἡμέας ἔχουσαν, ὅτι προείδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων οὕτω ὥστε ἐπιθρέψαι ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας. καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται· ἡμέες μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας. νῦν δὲ ὡς οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς τάχιστα ἐκπέμπετε. ὡς γὰρ ἡμεῖς εἰκάζομεν, οὐκ ἑκὰς χρόνου παρέσται ὁ βάρβαρος ἐσβαλὼν ἐς τὴν ἡμετέρην, ἀλλ' ἐπειδὰν τάχιστα πύθηται τὴν ἀγγελίην ὅτι οὐδὲν ποιήσομεν τῶν ἐκεῖνος ἡμέων προσεδέετο. πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἡμέας καιρός ἐστι προβοηθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

LAcedæmonios vereri ne fœdus ineamus cum barbaro, ſane humanum eſt. neque hoc verentes eos turpe eſt veniſſe, quibus mens Athenienſium inexplorata eſſet: quoniam neque tantum auri vſquam gentium eſt, neque regio vlla ſpecie & bonitate præſtans, quam nos accipientes, vt cum Medis ſentiremus, ad tradendam ſeruituti Græciam induceremur. Quod ne faciamus, etſi velimus, multa & magna nos dehortantur: primum atque idem maximum, quòd deorum ædes effigiéſque incenſæ pariter & obrutæ ſunt, quas nos in primis vltum ire neceſſe eſt, potius quàm cum iis fœderari qui iſta fecerunt: deinde, quum ſimus Græci eiuſdem & ſanguinis & linguæ, quorum & fana & ſacrificia communia ſunt, & mores aſſimiles, eorum proditores fieri Athenienſes, non bene haberet. Ex quo, ſi antea neſciebatis, nũc ita accipiatis, dum vel vnus Athenienſium ſupererit, nũquam nos conuenturos eſſe cum Xerxe. Veſtram autem erga nos prouidentiam, quòd cõſulatis nobis domo carentibus, ita vt domeſticos noſtros alere velitis, gratiam habemus: & licet beneficium veſtrum cumulatum ſit, nos tamen ita illud tolerabimus vt nihil vobis moleſtiæ afferamus. Quod quum ita ſit, copias primo quoque tempore mittendas curate. Nam (vt nos coniectamus) non diu differet barbarus ingredi regionem noſtram: ſed ſimulatque acceperit nuntium, nos nihil eorum eſſe facturos quæ orauit, aderit. qui antequam adſit in Attica, tempus eſt nos in Bœotiam auxilio ire.

Ex libro nono, qui Calliope inſcribitur.

LEGATI ATHENIENSIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Tendebat in Atticam quadrato agmine Mardonius: iamque erat inuectus, quum nemo de ſociis Athenienſibus ſuppetias ibat. Deſtituti Athenienſes legationem miſerunt Lacedæmonem, quã docuerũt ſe & ſponte ſua & hortatu ſociorum feciſſe vt Perſicam ſocietatem repudiarent. Indignum igitur videri quòd nunc à ſociis deſerantur.

Ἔπεμψαν ἡμέας Ἀθηναῖοι, λέγοντες ὅτι ἡμῖν βασιλεὺς ὁ Μήδων, τοῦτο μὲν, τὴν χώρην ἀποδιδοῖ, τοῦτο δὲ, συμμάχους ἐθέλει ἐπ᾽ ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ ποιήσασθαι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης· ἐθέλει δὲ καὶ ἄλλην χώρην πρὸς τῇ ἡμετέρῃ διδόναι, τὴν ἂν αὐτοὶ ἑλώμεθα. ἡμεῖς δὲ Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέντες, καὶ τὴν Ἑλλάδα δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, οὐ καταινέσαμεν, ἀλλὰ πάντα τε ἀπειπάμεθα, καίπερ ἀδικεόμενοι ὑπ᾽ Ἑλλήνων καὶ καταπροδιδόμενοι, ἐπιστάμενοί τε ὅτι κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ μᾶλλον, ἤπερ πολεμέειν. οὐ μὲν οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες εἶναι. καὶ τὸ μὲν ἡμέτερον οὕτω ἀκίβδηλον ἐὸν νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας· ὑμεῖς δὲ, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην τότε ἀπικόμενοι μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ Πέρσῃ, ἐπεί τε ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σαφέως, ὅτι οὐδαμὰ προδώσομεν τὴν Ἑλλάδα, καὶ διότι τεῖχος ὑμῖν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐλαυνόμενον ἐντελές ἐστι, καὶ δὴ λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε· συνθέμενοί τε ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι ἐς τὴν Βοιωτίην, προδεδώκατε· περιείδετέ τε ἐσβαλόντα ἐς τὴν Ἀττικὴν τὸν βάρβαρον. ἐς μέν νυν τὸ παρεὸν Ἀθηναῖοι ὑμῖν μηνίουσι· οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτηδέως· νῦν δὲ ὅτι τάχος στρατιὴν ἅμα ἡμῖν ἐκέλευσαν ὑμέας ἐκπέμπειν, ὡς ἂν τὸν βάρβαρον δεκόμεθα ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίης, τῆς γε ἡμετέρης ἐπιτηδεώτατόν ἐστι μαχέσασθαι τὸ Θελάσιον πεδίον.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

AThenienſes ad hæc nos referenda miſerunt, regem Medorum cum noſtram nobis regionem reddere velle, tum ſocietatem nobiſcum æquis conditionibus inire, citra fraudem & dolum, tum aliam regionem noſtræ addere, quã ipſi noſtro arbitrio optauerimus: nos tamen pudore Græci numinis, & pro magno flagitio ducentes prodere Græciam, annuere nolle, ſed recuſare, quanuis iniuria affectos à Græcis ac proditos. Qui, etſi non ignoramus conducibilius eſſe nobis ſocietatem inire cum Perſa, quàm bellum gerere, tamen ſpõte noſtra ſocietatem non inibimus. Et hæc quidem noſtra ſunt quæ in Græcos præſtamus officia. At vos, qui tunc in omnem metũ deueneratis ne paciſceremur cum Perſa, poſteaquam compertam habuiſtis ſentẽtiam noſtram nequaquam prodendi Græciam, & murum quem in Iſthmo inædificabatis,

absoluistis, nullam habetis Atheniensium rationem: & quum conueneritis nobiscũ de occurrendo Persæ ad Bœotiã, desertores extitistis, pro nihilo ducẽtes, barbarum Atticã esse ingressum. Itaque vobis Athenienses in præsens vsque succensent quòd non estis officio functi: quod superest, vt primo quoque tempore nobiscum copias mittatis iubent: quò barbarum in Attica (quoniam in Bœotia defecimus) excipiamus nostra in terra, vbi campus Thriasius appositissimus erit ad dimicandum.

TEGEATARVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii contractis sociorum copiis auxilio Atheniensibus erant profecti. in quibus erant Tegeatæ. Quum instruenda acies esset, in contentionem res est deducta, vtri cornu alterum in acie tenerent. Eius enim honoris competitores erant Tegeatæ & Athenienses. Acta res est apud socios cæteros. Priores dixerunt pro se Tegeatæ, & hanc orationem habuerũt, qua commemoratis dignitatis suæ elogiis, deberi sibi eum honorem contenderunt.

Ἡμέας αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς στάσιος ἐκ τῶν συμμάχων ἁπάντων, ὅσαι ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννησίοισι καὶ τὸ παλαιὸν καὶ τὸ νέον ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ἐπεὶ Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον· τότε εὑρόμεθα τοῦτο, διὰ πρῆγμα τοιόνδε· ἐπεὶ μετ᾽ Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ, ἐκβοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἱζόμεθα ἀντίοι τοῖσι κατιοῦσι, τότε ὦν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς χρεὼν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν συμβαλόντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου τὸν ἂν σφέων αὐτέων κρίνωσι εἶναι ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοισι: ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶναι ποιητέα, καὶ ἔταμον ὅρκιον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρῷα· ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιήν, ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. προεκρίθη τε δὴ ἐκ πάντων συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς ἡμέτερος. καὶ ἐμουνομάχησέ τε, καὶ ἀπέκτεινε Ὕλλον. ἐκ τούτου τοῦ ἔργου εὑρόμεθα ἐν τοῖσι Πελοποννησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα μεγάλα, τὰ διατελέομεν ἔχοντες, καὶ τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου αἰεὶ ἡγεμονεύειν, κοινῆς ἐξόδου γινομένης. ὑμῖν μέν νυν ὦ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἀντιεύμεθα, ἀλλὰ διδόντες αἵρεσιν ὁκοτέρου βούλεσθε κέρεος ἄρχειν, παρίεμεν. τοῦ δὲ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας ἱκνέεσθαι ἡγεμονεύειν, κατάπερ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. χωρίς τε τούτου τοῦ ἀπηγημένου ἔργου, ἀξιονικότεροι εἰμὲν Ἀθηναίων, ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν ἄνδρες Σπαρτιῆται ἀγῶνας ἀγωνίδαται, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους. οὕτω ὦν ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους. οὐ γάρ σφι ἐστὶ ἔργα οἷάπερ ἡμῖν κατεργασμένα, οὔτ᾽ ὦν καινά, οὔτε παλαιά.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

HOC nos semper digni honore à sociis omnibus habiti sumus, quotiescunque à Peloponnensibus communiter in externas peregrinationes itum est, & proximè, & quõdam, iam inde ex quo Heraclidæ post mortem Eurysthei sunt conati in Peloponnensum redire. Quo tempore hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam: Posteaquam cum Achæis, & Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebãt, nos auxiliarii in Isthmum profecti consedimus aduersus eos qui redire conabantur, tũc Hyllus orationem habuit, non expedire vt vterque exercitus configendo periclitaretur: sed vt aliis acquiescentibus, secum singulari certamine dimicaret is quem Peloponnenses iudicarent è suo exercitu præstantissimum. Accepta conditione, Peloponnenses fœdus in hæc verba percusserunt, Si vinceret Hyllus Peloponnensium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuerterentur: sin victus esset, retrò Heraclidæ cederent, & exercitum abducerent, néve per annos centum de redeundo in Peloponnesum agitarent. Ab omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atq; idem rex noster Echemus Aëropi filius, Phegei nepos, qui singulari cõgressus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora inter Peloponnenses assequuti sumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, vt alteri cornu præessemus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonii non aduersamur, sed optionem cedimus vtri cornu præesse malitis: alteri verò cornu vt præsimus nobis vendicamus, quemadmodum vsque fecimus ad hoc tempus. Etiam verò citra hoc factum quod narrauimus, Atheniensibus sumus digniores qui hanc dignitatem obtineamus: quippe qui prosperè & multa vobiscum viri Spartiatæ certamina decertauimus, & multa cum aliis. Quo fit

vt æquius ſit nos alterum cornu tenere quàm Athenienſes: à quibus non tales geſtæ res ſunt quales nobis, neque recentes, neque vetuſtæ.

ATHENIENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Aduerſus Tegeatas pro eodem honore dixerunt Athenienſes, qui quum verecundè de priſtina ſua gloria & rebus geſtis commemoraſſent, multiſque nominibus ſibi eum locum vendicaſſent, tamen ad æquas conditiones deſcenderunt, velléque ſe de ſuo iure remittere, profeſſi ſunt.

Ἐπιστάμεθα μὲν σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ᾽ οὐ λόγων· ἐπεὶ δὲ ὁ Τεγεήτης προέθηκε παλαιὰ καὶ καινὰ λέγειν, τὰ ἑκατέροισι ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κατέργασται χρηστά, ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας ὅθεν ἡμῖν πατρώιόν ἐστι, ἐοῦσι χρηστοῖσι, αἰεὶ πρώτοισι εἶναι μᾶλλον ἢ Ἀρκάσι. Ἡρακλείδας, τῶν φασὶ οὗτοι ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα ἐν Ἰσθμῷ, τοῦτο μὲν, τούτους πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐς τοὺς ἀπικοίατο, φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν σὺν κείνοισι, μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον· τοῦτο δέ, Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμὲν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. καὶ ἐν τοῖσι Τρωικοῖσι πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα. ἀλλ᾽ οὐ γάρ τι προέχει τούτων ἐπιμεμνῆσθαι. καὶ γὰρ χρηστοὶ τότε ἐόντες, ὡυτοὶ νῦν ἂν εἶεν φλαυρότεροι· καὶ τότε ἐόντες φλαῦροι, νῦν ἂν εἶεν ἀμείνονες. παλαιῶν μέν νυν ἔργων ἅλις ἔστω. ἡμῖν δέ, εἰ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ ἀποδεδεγμένον (ὥσπερ ἐστὶ πολλά τε καὶ εὖ ἔχοντα, εἰ τεοῖσι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων) ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοι εἰμὲν τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τούτῳ· οἵτινες μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ, καὶ ἔργῳ τοσούτῳ ἐπιχειρήσαντες, περιεγενόμεθα, καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἕξ τε καὶ τεσσεράκοντα. ἆρ᾽ οὐ δίκαιοι εἰμὲν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν ἀπὸ τούτου μούνου τοῦ ἔργου; ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει· ἄρτιοι εἰμὲν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπιτηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ᾽ οὕστινας. πάντῃ γὰρ τεταγμένοι, πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί. ἐξηγέεσθε δὲ ὡς πεισομένων.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Etſi ſcimus has copias pugnandi cum barbaro non altercandi gratia eſſe contractas, tamen quoniam Tegeata referre conſtituit præclara facinora tum vetuſta tũ noua, quæ per omne tempus vtrique fecerunt, neceſſe habemus & nos exponere apud vos, vnde nobis patrium ſit, bonam operam nauãtibus, eſſe primos potius quàm Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem iſti apud Iſthmum ſe prædicãt interfeciſſe, nos ſoli excepimus, eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi Mycenæorum ſeruitutem fugientes adibant: & Euryſthei iniuriam vnà cum eiſdem pugnando propulſauimus, victoriáque potiti ſumus de iis qui tum Peloponneſum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduerſus Thebas cum Polynice militauerant, vita defunctos & inſepultos, ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos, & in noſtra terra apud Eleuſinẽ humatos fuiſſe dicimus. Iam verò noſtrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ à flumine Thermodonte aliquãdo in noſtram terram excurrere. Ac ne in heroum quidem laboribus qui ad Troiam bellauerunt, fuimus in poſtremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionem. Qui enim tunc ſtrenui fuere, fieri poſſit vt nunc ſint ignaui: & qui tunc ignaui, fieri poſſit vt nunc ſint fortiores. De rebus igitur olim geſtis hæc dixiſſe ſit ſatis. Vt nullæ autem res aliæ nobis geſtæ ſint, (quæ multæ & præclariſſimæ ſunt, præut quorumcunque aliorum Græcorum) certè ob rem in Marathone à nobis geſtam digni ſumus qui hoc decus & alia inſuper obtineamus: qui ſoli Græcorum per nos cum Perſa dimicauimus, & rem tantam aggreſſi, victores euaſimus, ſex & quadraginta nationibus ſuperatis. Quo ſolo nomine digni ſumus vt hũc loci honorem conſequamur. Verùm non decet in hac rerum conditione de loci dignitate contendere: vbicunque & iuxta quoſcũque vobis Lacedæmonii videbitur appoſitiſſimum nos ſtare, illuc euntes obtemperabimus. Vbicunque enim loci nos collocati fuerimus, conabimur ſtrenui exiſtere. Itaque ducite nos, tanquam vobis parituros.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Oratio est Alexandri Macedonis, qui Persicarum erat partium, clandestino colloquio cum Græcis ducibus agentis. Nam quia eum illarum partium pœnitebat, Græcos conuenit: se iis studere dixit: consilium Mardonii patefecit: quid ad rem bene gerendam facto opus esset ostendit.

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, ἀπόρρητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα λέγειν ὑμέας ἄλλον ἢ Παυσανίην, μή με διαφθείρητε. οὐ δὲ γὰρ ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκηδόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλλην γένος εἰμὶ τὠρχαῖον, καὶ ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα. λέγω δὲ ὦν ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι (πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε) νῦν δέ οἱ δέδοκται, τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαίρειν, ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαωσκούσῃ συμβολὴν ποιέεσθαι. καταρρώδηκε γὰρ μὴ πλεῦνες συναχθῆτε, ὡς ἐγὼ εἰκάζω. πρὸς ταῦτα ἑτοιμάζεσθε. ἢν δὲ ἄρα ὑπερβάλληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, λιπαρέετε μένοντες. ὀλίγων γάρ σφι ἡμερέων λείπεται σιτία. ἢν δὲ ὑμῖν ὁ πόλεμος ὅδε κατὰ νόον τελευτήσῃ, μνησθῆναί τινα χρὴ καὶ ἐμεῦ ἐλευθερώσιος πέρι, ὃς Ἑλλήνων εἵνεκα οὕτω τὸ ἔργον οὕτω παράβολον ἔργασμαι ὑπὸ προθυμίης, ἐθέλων ὑμῖν δηλῶσαι τὴν διάνοιαν τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι ὑμῖν ἐξαίφνης οἱ βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισί κω. εἰμὶ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Viri Athenienses, hæc ego vobis verba pro deposito trado, ne cui efferatis nisi Pausaniæ: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquam dicerem nisi de vniuersa Græcia solicitus essem: quippe qui vetusta origine Græcus sum, nec vellem videre Græciam ex libera factam seruam. Itaque vos certiores facio, Mardonium atque exercitum litare non posse: alioqui olim iam conflicturum fuisse. Is nunc sacrificia valere sinere constituit, &, vbi primùm illuxerit, vobiscum configere: extimescens admodum (quantum ego coniicio) ne plures ad copias vestras accedant. Ad hæc vos parati estote. Quòd si differet Mardonius, nec committet certamen, vos perseuerate hîc manere: ad paucos enim dies eis suppeditat commeatus. Quòd si hoc bellum vobis ex sententia finietur, debebit aliquis vestrûm reminisci mei meæque liberationis, qui Græcorum causa rem adeo periculosam libenter tamen feci, vt ad vos consilium Mardonii deferrem: ne barbari ex improuiso vos adorirentur. Ego autem sum Alexāder Macedo.

CADVCEATORIS PERSAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Mardonius, homo ferox & insolens, aciem ita instruxerat, vt suos Persas Lacedæmoniis opponeret. Sed Lacedæmonii cum Atheniensibus erant pacti, vt Athenienses Persas sustinerent, & ex pacto suos instruxerant: ac transferente Persas Mardonio, idem ipsi faciebant, ne cum Persis confligerent. Mardonius id indignè tulit, misitque qui in hæc verba illis probra ingereret, & ad certamen prouocaret.

Ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄνδρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῇδε ἀνθρώπων, ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὔτε τάξιν ἐκλείπετε, μένοντές τε ἢ ἀπόλλυτε τοὺς ἐναντίους, ἢ αὐτοὶ ἀπόλλυσθε. τῶν δ' ἄρ' ἦν οὐδὲν ἀληθές. πρὶν γὰρ ἢ συμμῖξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, καὶ δὴ φεύγοντας καὶ στάσιν ἐκλείποντας ὑμέας εἴδομεν. ἐν Ἀθηναίοισί τε τὴν πρόπειραν ποιευμένους, αὐτούς τε ἀντία δούλων τῶν ἡμετέρων τασσομένους. ταῦτα δὲ οὐδαμῶς ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργα. ἀλλὰ πλεῖστον δὴ ἐν ὑμῖν ἐψεύσθημεν. προσδεκόμενοι γὰρ κατὰ κλέος ὡς δὴ πέμψετε ἐς ἡμέας κήρυκα προκαλεύμενοι, καὶ βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι, ἄρτιοι ἐόντες ποιέειν ταῦτα, οὐδὲν τοιοῦτο λέγοντας ὑμέας εὕρομεν, ἀλλὰ πτώσσοντας μᾶλλον. νῦν ὦν ἐπειδὴ οὐκ ὑμεῖς ἤρξατε τούτου τοῦ λόγου, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρχομεν, τί δὴ οὐ πρὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων ὑμεῖς, ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, πρὸ δὲ τῶν βαρβάρων ἡμεῖς ἴσοι πρὸς ἴσους ἀριθμὸν ἐμαχεσάμεθα; καὶ ἢν μὲν δοκέῃ καὶ τοὺς ἄλλους μάχεσθαι, οἱ δ' ὦν μετέπειτα μαχέσθων ὕστεροι. εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι, ἀλλ' ἡμέας μούνους ἀποχρᾶν, ἡμεῖς δὲ διαμαχεσόμεθα. ὁκότεροι δ' ἂν ἡμέων νικήσωσι, τούτους τῷ ἅπαντι στρατοπέδῳ νικᾶν.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Lacedæmonii, vos verò fama fert omnium qui istic sunt esse præstantissimos, qui neque è bello fugiatis, neque ordines deseratis, sed perstantes aut interficiatis hostes, aut ipsi occumbatis. Horum nihil admodum veri est. quippe antequam

manus

manus conferantur, vos cernimus fugiétes, aciémque deserentes, &, relegato Atheniésibus periculo, consistentes ex aduerso nostrorum seruorum: quod neutiquam est factum præstantium virorum. Ex quo plurimum de vobis nos fefellit opinio, quos expectabamus, pro celebritate vestra, missuros vestra sponte caduceatorem nos prouocatum, quòd cum solis Persis, tanquam huic rei sufficientes, pugnare velletis. At nihil tale vos dicere comperimus, sed potius esse vos metu perterritos. Nunc igitur quoniam ipsi non occupastis hoc dicere, occupamus: vt quandoquidem vos inter Græcos præstantissimi esse existimamini, & nos inter barbaros, dimicemus totidem vtrique numero, &, si videatur, vt cæteri quoque itidem, & illi postmodum pugnent: sin hoc non videatur, sed satis esse nos solos decernere, nos soli decernamus, & vtri è nobis vicerint, ii totum exercitum vicisse censeantur.

MARDONII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Græci, quum non procul à Persis castra essent metati, aquatione autem prohiberentur, inito consilio castra mouerunt. Mardonius, qua erat cōfidentia, fugisse eos arbitratus est, cœpitque nominatim Lacedæmoniis apud Aleuadas fratres insultare, quòd qui præcipuum fortitudinis nomen obtinerent, tamen sibi cederent. Itaque eorum persequendorum consilium capit.

Ὦ Παῖδες Ἀλεύεω, ἔτι τί λέξετε τάδε ὁρέοντες ἐρῆμα; ὑμεῖς γὰρ οἱ πλησιόχωροι λέγετε Λακεδαιμονίους οὐ φεύγειν ἐκ μάχης, ἀλλὰ ἄνδρας εἶναι τὰ πολέμια πρώτους. τοὺς πρότερόν τε μεθισταμένους ἐκ τῆς τάξιος εἴδετε, νῦν τε ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα καὶ οἱ πάντες ὁρέομεν διαδράντας. διέδεξάν τε, ἐπεὶ σφέας ἔδεε πρὸς τοὺς ἀψευδέως ἀρίστους ἀνθρώπων μάχῃ διακριθῆναι, ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες, ἐν οὐδαμοῖσι ἐοῦσι Ἕλλησι ἐναπεδεικνύατο. καὶ ὑμῖν μὲν ἐοῦσι Περσέων ἀπείροισι πολλὴ ἔκ γε ἐμεῦ ἐγίνετο συγγνώμη, ἐπαινεόντων τούτους, τοῖσί τι καὶ συνῄδεατε· Ἀρταβάζου δὲ θῶμα καὶ μᾶλλον ἐποιεύμην, τὸ καὶ καταρρωδῆσαι Λακεδαιμονίους· καταρρωδήσαντά τε ἀποδέξασθαι γνώμην δειλοτάτην, ὡς χρεὼν εἴη ἀναζεύξαντας τὸ στρατόπεδον, ἰέναι ἐς τὸ Θηβαίων ἄστυ πολιορκησομένους. τὴν ἔτι πρὸς ἐμεῦ βασιλεὺς πεύσεται. καὶ τούτων μὲν ἑτέρωθι ἔσται λόγος· νῦν δὲ ἐκείνοισι ταῦτα ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστὶ, ἀλλὰ διωκτέοι εἰσὶ ἐς ὃ καταλαμφθέντες, δώσουσι ἡμῖν τῶν δὴ ἐποιήσαντο Πέρσας πάντων δίκας.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

Filii Aleuæ, quídnam dicetis adhuc, quum hæc deserta cernatis à Lacedæmoniis, quos negabatis vos finitimi ex acie fugere, sed viros summos esse in re bellica? qui & prius (vt omnes vidimus) locū in acie immutauerunt, & nunc proxima nocte se fuga proripuerunt. Ac postquam illis necesse fuit cum iis prælio decernere qui non falsò sunt hominū præstantissimi, declararunt se, quum nullius pretii essent inter Græcos nullius pretii viros seipsos ostētare solitos fuisse. Cæterùm vobis Persarū inexpertis, sane quàm ignoscebam, laudantibus istos vobis expertos: Artabazum autem vehemétius admirabar formidare Lacedæmonios, & præ formidine sententiam dicere ignauissimam, expedire ex his castris nos in vrbem Thebanorum concedere obsidendos. quam ipse quoque rex ex me audiet. Sed de hoc aliâs dicetur. Nunc autem istis ita facientibus non est remittendum, sed instandum, donec intercepti nobis dent pœnas eorum quæ in Persas perpetrarunt.

EQVITIS SPARTANI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum esset à Græcis constitutum, vt castra mouerentur, aliquot è sociis per consternationem aliorsum erant profecti atque inter eos constitisset. Deserti igitur ab aliis Athenienses & Lacedæmonii, in proposito perstabant. Ibi Persæ Lacedæmonios repentinò sunt adorti. Pausanias Lacedæmonius misit qui Atheniensium auxilia aduocaret. Qui erat missus ita mandata exposuit.

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου, ἐλευθέρην εἶναι ἢ δεδουλωμένην τὴν Ἑλλάδα, προδεδόμεθα ὑπὸ τῶν συμμάχων ἡμεῖς τε οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ ὑμεῖς οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα δια-

δρησάντων. νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν· ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα περιστέλλειν ἀλλήλους. εἰ μέν νυν ἐς ὑμέας ὥρμησε ἀρχὴν ἡ ἵππος, χρῆν δὴ ἡμέας τε καὶ τοὺς μετ' ἡμέων τὴν Ἑλλάδα οὐ προδιδόντας Τεγεήτας, βοηθέειν ὑμῖν· νῦν δέ, (ἐς ἡμέας γὰρ ἅπασα κεχώρηκε) δίκαιοί ἐστε ὑμεῖς πρὸς τὴν πιεζομένην μάλιστα τῶν μοιρέων ἀμυνέοντες ἰέναι. εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς ὑμέας καταλελάβηκε ἀδύνατόν τι βοηθέειν, ὑμεῖς δ' ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀποπέμψαντες, χάριν θέσθε. συνοίδαμεν δὲ ὑμῖν ὑπὸ τὸν παρεόντα τόνδε πόλεμον ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι, ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VIri Athenienses, proposita dimicatione maxima, vt aut libera Græcia sit aut seruituti obnoxia, proditi sumus à sociis noctu elapsis, & nos Lacedæmonii & vos Athenienses: quod reliquum est, ita nobis videtur esse faciendum, vt quàm strenuissimè possumus nosmetipsos defensantes, mutuo simus auxilio. Ac si quidem in vos priores impetum dedisset equitatus, è nostra dignitate erat, & Tegeatarũ, qui nobiscum Græciam non prodiderunt, subsidio vobis venire: nunc quoniam totus in nos equitatus contendit, debetis vos ad partem maximè laborantem suppetias ferre. Quòd si vobis aliquo discrimine occupatis fas non est subsidio venire, saltem hoc gratificamini nobis vt sagittarios mittatis: quos agnoscimus longè omnium qui in hoc bello sunt, promptissimos esse ad nos exaudiendos.

LAMPONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Oppetierat in acie Mardonius: suadet hîc Lampon Æginèta Pausaniæ, vt eius cadauer ignominiosè tractet.

Ὦ Παῖ Κλεομβρότου, ἔργον ἔργασταί τοι ὑπερφυὲς, μέγαθός τε καὶ κάλλος. καί τοι θεὸς παρέδωκε, ῥυσάμενον τὴν Ἑλλάδα, κλέος καταθέσθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον, ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων, καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας. Λεωνίδεω γὰρ ἀποθανόντος ἐν Θερμοπύλῃσι Μαρδόνιός τε καὶ Ξέρξης ἀποταμόντες τὴν κεφαλὴν ἀνεσταύρωσαν. τῷ, σὺ τὴν ὁμοίην ἀποδιδοὺς, ἔπαινον ἕξεις, πρῶτα μὲν ὑπὸ τῶν Σπαρτιητέων πάντων, αὖτις δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Μαρδόνιον γὰρ ἀνασκολοπίσας, τετιμωρήσεαι ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδην.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

FIli Cleombroti, rem tu mirificam & magnitudine & fulgore gessisti, cui dii tribuerũt vt liberata Græcia, omnes quos nouimus Græcos gloria supergredereris. Quod superest in hac re, agas ita vt & tu maiore fama celebreris, & aliquis barbarorum posthac caueat nefãda facinora perpetrare in Græcos. Etenim Leonidæ apud Thermopylas interempti, reciso capite, Mardonius ac Xerxes truncum in crucem sustulerunt: quibus si vicem reddes, laudem nancisceris primùm ab omnibus Spartiatis, secundo loco ab vniuersis Græcis: si quidem suffixo Mardonio, Leonidam patruum tuum fueris vltus.

PAVSANIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet Pausanias Lamponi, negátque eam crudelitatem moribus & dignitati Lacedæmoniorum conuenire.

Ὦ Ξεῖνε Αἰγινῆτα, τὸ μὲν εὐνοέειν τε καὶ προορᾶν, ἄγαμαί σευ· γνώμης μέντοι ἡμάρτηκας χρηστῆς. ἐξάρας γάρ με ὑψοῦ, καὶ τὴν πάτρην, καὶ τὸ ἔργον, ἐς τὸ μηδὲν κατέβαλες, παραινέων νεκρῷ λυμαίνεσθαι. καὶ ἢν ταῦτα ποιέω, φὰς ἄμεινόν με ἀκούσεσθαι· τὰ πρέπει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν, ἤπερ Ἕλλησι· κἀκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν. ἐγὼ δ' ὦν τούτου εἵνεκα μήτε Αἰγινήτῃσι ἅδοιμι, μήτε τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται. ἀποχρᾷ δέ μοι, Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον, ὅσια μὲν ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν. Λεωνίδῃ δὲ, τῷ με κελεύεις τιμωρῆσαι, φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι· ψυχῇσί τε τῇσιδε ἀναριθμήτοισι τετίμηται αὐτός τε καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες. σὺ μέντοι ἔτι ἔχων λόγον τοιόνδε, μήτε προσέλθῃς ἔμοιγε, μήτε συμβουλεύσῃς. χάριν τε ἴσθι, ἐὼν ἀπαθής.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

TVam, hospes AEgineta, beneuolentiam atque prouidentiam amplector: tamen ab æquitate iudicandi deerras. Nam & me & patriam, quos in altum extulisti ob hæc gesta, ad nihilum redigis, quum suades mihi sæuire in mortuum, aisq; me auditurum melius si istud fecero: Quod barbaros decet potius facere quàm Græcos, quódque illis exprobramus. Quare ego neque AEginetis, neque iis quibus ista probantur assentior: cõtentúsque sum Spartiatis placere, vt honestè agam, honestéque dicam. Leonidæ autem, cui me iubes parētare, affirmo & ipsi & cæteris qui apud Thermopylas occubuerũt, magnificè esse parentatum, innumerabilibus horum funeribus. Tu verò posthac ad istud consulendum ne me adieris: quod tibi impune esse, loco beneficii ponas.

TIMEGENIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Thebás obsidebant Græci, quia à Medis steterant, autorésque partium deposcebant: Timegenidas hic eorum vnus erat: is suadet hac concione ciuibus suis vt Græcis dedatur.

Ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ οὕτω δέδοκται τοῖσι Ἕλλησι, μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι πολιορκέοντας, πρὶν ἢ ἐξέλωσι Θήβας, ἢ ἡμέας αὐτοῖσι παραδῶτε, νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη πλέω μὴ ἀνατλήσῃ. ἀλλ' εἰ μὲν χρημάτων χρηΐζοντες, πρόσχημα ἡμέας ἐξαιτέονται, χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ· (σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσαμεν, οὐδὲ μοῦνοι ἡμέες) εἰ δὲ ἡμέων ἀληθέως δεόμενοι πολιορκέουσι, ἡμεῖς ἡμέας ἑωυτοὺς ἐς ἀντιλογίην παρέξομεν.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

VIri Thebani, quandoquidem Græcis ita constitutum est, non prius abscedere ab oppugnatione Thebarum quàm aut eas expugnauerint, aut nos dedideritis, absit vt nostra causa Thebanus ager amplius vexetur: sed siue per causam deposcendi nos, pecunias cupiunt, pecunias eis è publico demus: (nam & publicè cum Medis sensimus, non autem nos soli) siue reuera deposcentes nos, vrbem obsident, nosipsi nos in disceptationem exhibemus.

Orationes seu conciones ex Thucydide excerptæ.

Ex libro primo.

ORATIO CORCYRAEORVM.

ARGVMENTVM.

Conflato inter Corcyræos & Corinthios bello ob defensionem Epidamni, quum eam vrbem ab exulibus vexatam tutarentur Corinthii, ab exulibus autẽ starent Corcyræi, quòd ea se esse vtriusque populi coloniam probaret: essétque atrox editũ prælium, quo magnam cladem Corinthii accepissent, iique deinde bellum summis viribus vndequaque contractis repararent: Corcyræi, quum tanti apparatus vim se posse sustinere diffiderent, miserunt qui ab Atheniensibus auxilium peterent, & cum iis societatem, si ab illis posset impetrari, iungerent. Idem Corinthii fecerunt, eodémque se contulerunt. Athenienses, vt, quid sibi facto opus esset, statuere possent, conuocata concione, vtriusque populi legatis dicendi pro concione potestatem fecerunt. Priores dixerunt Corcyræi, quorum est hæc oratio. Hi conantur maximè duo probare: vnum, nihil à se iniquum postulari: alterum, eam societatem non modò nulli detrimento futuram populo Atheniensi, sed etiam summo præsidio, si se cum populo neque imbelli neque inermi coniunxerint. Quinetiam expedire ipsis vt ita faciant. Maximè verò illud caput attingunt, non violari hoc fœdere conditiones pacis cum Lacedæmoniis transactas.

Δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς μήτε εὐεργεσίας μεγάλης, μήτε ξυμμαχίας προυφειλομένης ἥκοντας παρὰ τοὺς πέλας ἐπικουρίας (ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν) δεησομένους, ἀναδιδάξαι πρῶτον μάλιστα μὲν, ὡς καὶ ξύμφορα δέονται, εἰ δὲ μὴ, ὅτι γε οὐκ ἐπιζήμια· ἔπειτα δὲ, ὡς καὶ τὴν χάριν βέβαιον ἕξουσιν. εἰ δὲ τούτων μηδὲν σαφὲς καταστήσουσι, μὴ ὀργίζεσθαι ἢν ἀτυχῶσι. Κερκυραῖοι δὲ, μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως καὶ ταῦτα πιστεύοντες ἐχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι, ἀπέστειλαν ἡμᾶς. τετύχηκε δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα πρός τε ὑμᾶς ἐς τὴν χρείαν ἡμῖν ἄλογον, καὶ ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι ἀξύμφορον. ξύμμαχοί τε γὰρ οὐδενός πω ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ ἑκούσιοι γενόμενοι, νῦν ἄλλων τοῦτο δεησόμενοι ἥκομεν, καὶ ἅμα ἐς τὸν παρόντα πόλεμον Κορινθίων ἔρημοι δι' αὐτὸ κατέσημεν· καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη. τὴν μὲν οὖν γενομένην ναυμαχίαν αὐτοὶ κατὰ μόνας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους· ἐπειδὴ δὲ μείζονι παρασκευῇ ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐφ' ἡμᾶς ὥρμηνται, καὶ ἡμεῖς ἀδύνατοι ὁρῶμεν ὄντες τῇ οἰκείᾳ μόνον δυνάμει περιγενέσθαι, καὶ ἅμα μέγας ὁ κίνδυνος εἰ ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς, ἀνάγκη καὶ ὑμῶν καὶ ἄλλου παντὸς ἐπικουρίας δεῖσθαι. καὶ ξυγγνώμη εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ, τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία τολμῶμεν. γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας. πρῶτον μὲν, ὅτι ἀδικουμένοις, καὶ οὐχ ἑτέρους βλάπτουσι, τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε· ἔπειτα περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύοντας δεξάμενοι, ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθῆσθε. ναυτικόν τε κεκτήμεθα, πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν, πλεῖστον. καὶ σκέψασθε τίς εὐπραξία σπανιωτέρα, ἢ τίς τοῖς πολεμίοις λυπηροτέρα, εἰ ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος ἄνευ κινδύνου καὶ δαπάνης διδοῦσα ἑαυτὴν καὶ προσέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετὴν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς, ἰσχύν· ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα πάντα ξυνέβη· καὶ ὀλίγοι ξυμμαχίας δεόμενοι, οἷς ἐπικαλοῦνται, ἀσφάλειαν καὶ κόσμον οὐχ ἧσσον διδόντες ἢ ληψόμενοι παραγίγνονται. τὸν δὲ πόλεμον δι' ὅνπερ χρήσιμοι ἂν εἴημεν, εἴ τις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι, γνώμης ἁμαρτάνει· καὶ οὐκ αἰσθάνεται τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας, καὶ τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς, καὶ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας, καὶ προκαταλαμβάνοντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν, ἵνα μὴ τῷ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτῶν μετ' ἀλλήλων στῶμεν· μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. ὑμέτερον δέ γ' αὖ ἔργον προτερῆσαι, τῶν μὲν, διδόντων, ὑμῶν δὲ, δεξαμένων τὴν ξυμμαχίαν, καὶ προεπιβουλεύειν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν. ἢν δὲ λέγωσιν ὡς οὐ δίκαιον τοὺς σφετέρους ἀποίκους ὑμᾶς δέχεσθαι, μαθέτωσαν ὡς πᾶσα ἀποικία, εὖ μὲν πάσχουσα, τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. ὡς δὲ ἠδίκουν σαφές ἐστι. προκληθέντες γὰρ περὶ Ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν, πολέμῳ μᾶλλον ἢ τῷ ἴσῳ ἐβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. καὶ ὑμῖν ἔστω τι τεκμήριον ἃ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ξυγγενεῖς δρῶσιν, ὥστε ἀπάτῃ τε μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν, δεομένοις τε ἐκ τοῦ εὐθέος μὴ ὑπουργεῖν. ὁ γὰρ ἐλαχίστας τὰς μεταμελείας ἐκ τοῦ χαρίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις λαμβάνων, ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη. λύσετε δὲ οὐδὲ τὰς Λακεδαιμονίων σπονδὰς, δεχόμενοι ἡμᾶς, μηδετέρων ὄντας ξυμμάχους. εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς, τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ, ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται, ἐλθεῖν. καὶ δεινὸν εἰ τοῖσδε μὲν ἀπό τε τῶν ἐνσπόνδων ἔσται πληροῦν τὰς ναῦς, καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑπηκόων· ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς προκειμένης τε ξυμμαχίας εἴρξουσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλοθέν ποθεν ὠφελείας. εἶτα ἐν ἀδικήματι θήσονται), πεισθέντων ὑμῶν ἃ δεόμεθα. πολὺ δὲ ἐν πλείονι αἰτίᾳ ἡμεῖς μὴ πείσαντες ὑμᾶς, ἕξομεν. ἡμᾶς μὲν γὰρ κινδυνεύοντας καὶ οὐκ ἐχθροὺς ὄντας ἀπώσεσθε· τῶνδε δὲ οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ὑμετέρας ἀρχῆς

δυνάμει προσλαβεῖν περιόψεσθε, ἣν οὐ δίκαιοι· ἀλλ' ἢ κἀκείνων κωλύειν τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους, ἢ καὶ ἡμῖν πέμπειν, καθ' ὅ,τι ἂν πεισθῆτε, ὠφέλειαν· μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους, βοηθεῖν. πολλὰ δὲ (ὥσπερ ἐν ἀρχῇ ὑπείπομεν) τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν· καὶ μέγιστον, ὅτι οἵ τε αὐτοὶ πολέμιοι ὑμῖν ἦσαν (ὅπερ σαφεστάτη πίστις) καὶ οὗτοι οὐκ ἀσθενεῖς, ἀλλ' ἱκανοὶ τοὺς μεταστάντας βλάψαι· καὶ ναυτικῆς καὶ οὐκ ἠπειρώτιδος τῆς ξυμμαχίας διδομένης, οὐχ ὁμοία ἡ ἀλλοτρίωσις. ἀλλὰ μάλιστα μέν, εἰ δύνασθε, μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς· εἰ δὲ μή, ὅστις ἐχυρώτατος, τοῦτον φίλον ἔχειν. καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος, τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον, τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον· τὸ δὲ θαρσοῦν μὴ δεξαμένου, ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθρούς, ἀδεέστερον ἐσόμενον. καὶ ἅμα οὐ περὶ τῆς Κερκύρας νῦν τὸ πλέον ἢ καὶ τῶν Ἀθηνῶν βουλευόμενος· καὶ οὐ τὰ κράτιστα αὐταῖς προνοῶν, ὅταν ἐς τὸν μέλλοντα καὶ ὅσον οὐ παρόντα πόλεμον, τὸ αὐτίκα περισκοπῶν, ἐνδοιάζῃ χωρίον προσλαβεῖν ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦταί τε καὶ πολεμοῦται. τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται, ὥστε μήτε ἐκεῖθεν ναυτικὸν ἐᾶσαι Πελοποννησίοις ἐπελθεῖν, τό, τε ἐνθένδε πρὸς τἀκεῖ παραπέμψαι, καὶ ἐς τἄλλα ξυμφορώτατόν ἐστι. βραχυτάτῳ δ' ἂν κεφαλαίῳ τοῖς τε ξύμπασι καὶ καθ' ἕκαστον, τῷδ' ἂν μὴ προέσθαι ἡμᾶς μάθοιτε. τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικά, τὸ παρ' ὑμῖν, καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων· τούτων δὲ εἰ περιόψεσθε τὰ δύο ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε· δεξάμενοι δὲ ἡμᾶς, ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ταῖς ὑμετέραις ἀγωνίζεσθαι.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PAR est, Athenienses, vt qui neque magni beneficii gratia, neque iure societatis obstrictos finitimos auxilia rogatū (sicuti nos hoc tempore facimus) veniunt, principio doceāt hoc quidem maximè, illis ipsis commoda esse quæ petant: si minus, saltem non incommoda. Deinde, beneficii gratiam nunquam esse interituram. Quòd si horum nihil planum fecerint, non iniquo animo ferre eos oportet si repulsam patiantur. Nos autē ita ad societatem belli petendā legati à Corcyræis sumus, vt qui hæc se vobis præstituros confidant. Hoc autem idem studium & nostro iudicio ab vsu nostro alienum fuit, & hoc tēpore rebus nostris nihil adiumēti affert. Etenim nos, qui vsqueadhuc cum nemine societatem vltro iniimus, nunc eā ab aliis postulaturi adsumus: simulque hoc Corinthiaco bello ob id ipsum subsidio sumus spoliati. Itaque nihil abest quin, quæ moderatio antea videbatur, quòd noluimus aliena societatē implicari, cōmunis cum finitimis consilii aleā subire, temeritas iā & imbecillitas iudicetur. Ac superiore quidē prælio nauali per nos Corinthios propulsauimus: at nunc maiore cū apparatu è Peloponēso reliquáq; Græcia cōtracto ab illis petimur: nec videmus solis domesticis viribus tuti esse posse: simúlq; non leue impēdet nobis periculū, si in eorū potestatē veniamus, necesse habemus & vestra & aliorum omniū implorare auxilia. Ac venia profectò digni sumus, quòd cōtraria anteacti tēporis otio, sine dolo certè, fortasse nō sine opinionis errore, audemus. Cæterum bene vobis est casurus, si nos audieritis, multis ex partibus vsus noster. Primùm enim opem feretis hominibus iniuria affectis, non qui alios violent. Deinde quia eos quorum res omnium maxima in discrimen vocatur, in fidem recipietis, beneficium tribuetis perpetuo testimonio consignatum. Classem verò habemus omnium, excepta vestra, maximam. Atq; videte quis rerum successus inusitatior, aut hostibus acerbior possit accidere, quàm quòd potentia, præ qua ingentem pecuniæ vim, aut singularem gratiam nihili fecissetis, ea vltro ad vos defertur, nec periculis nec impensis vllis redempta: quæque hoc amplius, populo vestro laudem virtutis, quibus succurritis beneficii gratiam, vestræ ciuitati robur est allatura. Quæ omnia paucis post hominum memoriam simul euenerunt, paucique extiterunt qui ad eos quos implorarent, non minus afferrent præsidium & ornamentum, quàm quantum ipsi auferre vellent. Siquis autem est qui id bellum, ad quod vobis magno vsui sumus futuri, impendere non putet, eum vehementer fallit opinio: neque intelligit is Lacedæmonios, metu vestri agitatos, belli cupiditate gestire; Corinthios verò per se multū posse, vobísq; esse infensos, nósq; ab iis occupari, quo deinde vos oppugnēt: ne nos cōmuni odio incensi aduersus eos bellū cōiūgamus, ac ne iis horū alterū præripiatur, aut vt nos vexēt, aut suas opes cōfirment. Nostræ igitur sunt anteuertēdi partes, aliorū in præbēda societate, vestræ in accipiēda: potiúsq; anticipādi quàm opponēdi insidias. Quòd si

illud dicturi sunt, nefas esse vobis colonos suos recipere, discant ipsi, coloniā omnē suæ metropoli, si ab ea beneficiū accipiat, honorem habere cōsuesse: sin lædatur, abalienari. Neque enim quò seruiant, sed quò cum residuis ciuibus pari iure sint, idcirco deducuntur. Iniuriam autem ab illis esse ortam planum est. nam de Epidamno à nobis in ius vocati, maluerunt armis quàm pari iure crimina disceptare. Atque hæc quæ in nos, cōsanguineos suos, delinquūt, vobis grauissimo argumento esse possunt, ne illorum fraude circūueniamini, néve his petentibus, ilico quod postulabunt præbeatis. Etenim qui paucissima habet beneficia quæ eum in inimicos contulisse pœniteat, is tutissimus viuit. Neque Lacedæmoniorum fœdus violabitis nobis in fidem vestram receptis, qui neutrorum socii sumus. Nam illius fœderis conditionibus ita cautum est, licere ei ciuitati quæ ad nullam dum societatem se applicuerit, ad vtros commodum erit sese conferre. Et indignum omnino foret, si istis liceret militem in naues tum è fœderatis, tum è reliqua Græcia, nec minimùm è stipendiariis vestris contrahere: nos verò à proposita societate, aliáve quapiā oblata vtilitate prohiberēt: deinde nobis crimini darēt, si quod à vobis petitum venimus, exoraremus. Nos verò multo grauiori crimini dabimus, si nihil à vobis impetrabimus. Etenim nos repudiabitis, qui & in periculo versamur, nec sumus animis à vobis alienis. Istis verò non modò non obstabitis, qui & oderunt vos, & iniuriæ sunt autores: sed patiemini eos è ditione vestra contrahere copias, quas æquū non est contrahi, sed aut ab illorum stipendiis militem vestrum arceri, aut nobis quoque auxilia, prout commodum vobis erit, mitti: sed omnium æquissimum, vt nos in societatem ascitos auxilio apertè iuuetis. Quæ res quantas vobis opportunitates sit allatura, vt principio admonuimus, ostendimus. Caput verò est, communes vobis esse hostes, (quod probare nihil negotii est) neque illi infirmi, sed qui cōtrariis partibus infesti esse possint. Neque verò par est momentū in nauali societate, ac non pedestri, recusata. Quin si in vobis positum est, vsum nauium ab aliis omnibus auertite: si minus id potestis, at quem nauibus plurimum posse intelligitis, eum vobis adiūgite. Qui verò hæc conducibilia quidem iudicat, veretur autem ne his adductus fœderis conditiones migret, sciat is, si id quod metuit, eueniat, maiorem etiam hostibus esse terrorem incussurum. quo verò confidit, si nos reiecerit, quum aduersus potentiam sit imbecillum, multo etiam fore tenuius: séque non de Corcyra magis quàm de Athenis consultare: quibus parum admodum ipse prospiciat, qui imminenti ac modo non ingruēti bello hoc tempore consulens, dubitet illis locum asciscere, in quo magnum est momentum, siue eum tibi adiūgas, siue inimicū reddas. Est enim opportunè situs, vt à nauibus Italiam Siciliámq; petētibus præteruehatur, & classem ex illis partibus missam Peloponnesi aditu intercludat, & hinc cōmodè illuc possit transmittere, multósq; præterea vsus præbeat. Vno capite cōplectemur quicquid vniuersè aut sigillatim dici potest, quò intelligatis minimè esse nos hostibus proiiciēdos. Quū omnino tota Græcia tres sint classes quæ in aliquo pretio esse debeant, vestra, nostra, & Corinthiorū: harum si duas cogi sinetis, nósque à Corinthiis præripiemur vobis, erit cum Pelopōnesiis & Corcyræis vno tempore vobis classe dimicandum. Nobis autem in societatem admissis, licebit vobis aucto nauium vestrarum numero cum illis dimicare.

CORINTHIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet hæc oratio superiori. Nam duobus capitibus tractatis à Corcyræis, totidem sua opponunt Corinthii, & respondent ad omnia quæ allata sunt ab aduersariis. Atque vt Corcyræi se causæ æquitate niti, & quod ex vsu Atheniensium esset postulare dixerant, ita hi à se æquitatem stare, & se omnia iusta persequi nituntur ostendere. Ad prioris confirmationem repetunt iniuriarum primordia, belli causas, Corcyræorum petulantiam, ius coloniarum, consilium suum in defendenda Epidamno, vrbe ab ipsis oriunda: tractántque hæc in contrarias partes omnia. Posterius verò probant duobus argumentis. quòd patet ex eorum partitione. Nam ea quæ in eam partem afferunt, vt probent licere saluo iure, atque adeo expedire iis societatem suam, diuidunt in δικαιώματα, καὶ χάριτος ἀπόδοσιν, id est, In iura, & relationem gratiæ: vt alterum iure nitatur,

alterum æquitate. Ad extremum multa dicunt de honestate, quæ est iis anteferenda, quæ quum turpia sint, tamen aliquam præ se ferunt vtilitatis speciem.

Ἀναγκαῖον, Κερκυραίων τῶνδε οὐ μόνον περὶ τοῦ δέξασθαι σφᾶς τὸν λόγον ποιησαμένων, ἀλλ' ὡς καὶ ἡμεῖς τε ἀδικοῦμεν, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰκότως πολεμοῦνται, μνησθέντας πρῶτον καὶ ἡμᾶς περὶ ἀμφοτέρων, οὕτω καὶ ἐπὶ τὸν ἄλλον λόγον ἰέναι, ἵνα τὴν ἀφ' ἡμῶν τε ἀξίωσιν ἀσφαλέστερον προειδῆτε, καὶ τὴν τῶνδε χρείαν μὴ ἀλογίστως ἀπώσησθε. φασὶ δὲ ξυμμαχίαν διὰ τὸ σῶφρον οὐδενός πω δέξασθαι. τὸ δ' ἐπὶ κακουργίᾳ καὶ οὐκ ἀρετῇ ἐπετήδευσαν, ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τἀδικήματα, οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν, οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι. καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἅμα, αὐτάρκη θέσιν κειμένη, παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσί τινας μᾶλλον ἢ κατὰ ξυνθήκας γίγνεσθαι, διὰ τὸ ἥκιστα ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέοντας, μάλιστα δὲ τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ καταίροντας δέχεσθαι. κἀν τούτῳ τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον, οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικῶσιν ἑτέροις, προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι, καὶ ὅπως ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι, βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι, πλέον ἔχωσιν, ἢν δέ που τι προσλάβωσιν, ἀναισχυντῶσι. καίτοι εἰ ἦσαν ἄνδρες (ὥσπερ φασὶν) ἀγαθοί, ὅσῳ ἀληπτότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, τοσῷδε φανερωτέραν ἐξῆν αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν, διδοῦσι καὶ δεχομένοις τὰ δίκαια, δεικνύναι. ἀλλ' οὔτε πρὸς τοὺς ἄλλους, οὔτε ἐς ἡμᾶς τοιοίδε εἰσίν. ἄποικοι δ' ὄντες, ἀφεστᾶσί τε διαπαντὸς, καὶ νῦν πολεμοῦσι, λέγοντες ὡς οὐκ ἐπὶ τῷ κακῶς πάσχειν ἐκπεμφθείησαν. ἡμεῖς δὲ οὐδ' αὐτοί φαμεν ἐπὶ τῷ ὑπὸ τούτων ὑβρίζεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἡγεμόνες τε εἶναι καὶ τὰ εἰκότα θαυμάζεσθαι. αἱ γοῦν ἄλλαι ἀποικίαι τιμῶσιν ἡμᾶς, καὶ μάλιστα ὑπὸ ἀποίκων στεργόμεθα. καὶ δῆλον ὅτι εἰ τοῖς πλέοσιν ἀρέσκοντές ἐσμεν, τοῖσδ' ἂν μόνοις οὐκ ὀρθῶς ἀπαρέσκοιμεν· οὐδ' ἐπιστρατεύοιμεν ἐκπρεπῶς, μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι. καλὸν δ' ἦν, εἰ καὶ ἡμαρτάνομεν, τοῖσδε μὲν εἶξαι τῇ ἡμετέρᾳ ὀργῇ, ἡμῖν δὲ αἰσχρὸν βιάσασθαι τὴν τούτων μετριότητα. ὕβρει δὲ καὶ ἐξουσίᾳ πλούτου, πολλὰ ἐς ἡμᾶς ἄλλα τε ἡμαρτήκασι, καὶ Ἐπίδαμνον ἡμετέραν οὖσαν, κακουμένην μὲν οὐ προσεποιοῦντο· ἐλθόντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ, ἑλόντες βίᾳ ἔχουσι. καί φασι δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι, ἥν γε οὐ τὸν προύχοντα καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς προκαλούμενον λέγειν τι, δοκεῖν δεῖ τηρεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα. οὗτοι δ' οὐ πρὶν πολιορκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡγήσαντο ἡμᾶς οὐ περιόψεσθαι, τότε καὶ τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης παρέσχοντο. καὶ δεῦρο ἥκουσιν, οὐ τἀκεῖ μόνον αὐτοὶ ἁμαρτόντες, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς νῦν ἀξιοῦντες οὐ ξυμμαχεῖν, ἀλλὰ ξυναδικεῖν, καὶ διαφόρους ὄντας ἡμῖν δέχεσθαι σφᾶς. οὓς χρῆν, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδικήμεθα, οὗτοι δὲ κινδυνεύουσι· μηδ' ἐν ᾧ ὑμεῖς τῆς τε δυνάμεως αὐτῶν τότε οὐ μεταλαβόντες, τῆς ὠφελείας νῦν μεταδώσετε, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι, τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε· πάλαι δὲ κοινώσαντας τὴν δύναμιν, κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν· ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχους, οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν. ὡς μὲν οὖν αὐτοί τε μετὰ προσηκόντων τῶν τοῦ δικαίου κεφαλαίων ἐς ὑμᾶς ἐρχόμεθα, καὶ οἵδε βίαιοι καὶ πλεονέκται εἰσὶ, δεδήλωται. ὡς δὲ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὺς δέχοισθε, μαθεῖν χρή. εἰ γὰρ εἴρηται ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους τις τῶν ἀγράφων πόλεων βούλεται ἐλθεῖν, οὐ τοῖς ἐπὶ βλάβῃ ἑτέρων ἰοῦσιν ἡ ξυνθήκη ἐστὶν, ἀλλ' ὅστις μὴ ἄλλου ἑαυτὸν ἀποστερῶν, ἀσφαλείας δεῖται, καὶ ὅστις μὴ τοῖς δεξαμένοις, εἰ σωφρονοῦσι, πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ποιήσει. ὃ νῦν ὑμεῖς μὴ πειθόμενοι ἡμῖν πάθοιτε ἄν. οὐ γὰρ τοῖσδε μόνον ἐπίκουροι ἂν γένοισθε, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἀντὶ ἐνσπόνδων, πολέμιοι. ἀνάγκη γὰρ, εἴπερ ἴτε μετ' αὐτῶν, καὶ ἀμύνεσθαι μὴ ἄνευ ὑμῶν τούτους. καίτοι δίκαιοί γ' ἐστὲ, μάλιστα μὲν ἐκποδὼν στῆναι ἀμφοτέροις, εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον, ἐπὶ τούτους μεθ' ἡμῶν ἰέναι· (Κορινθίοις μέν γε ἔνσπονδοί ἐστε, Κερκυραίοις δὲ οὐδὲ δι' ἀνακωχῆς πώποτ' ἐγένεσθε) καὶ τὸν νόμον μὴ καθιστάναι, ὥστε τοὺς ἑτέρων ἀφισταμένους δέχεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς, Σαμίων ἀποστάντων, ψῆφον προσεθέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν, τῶν ἄλλων Πελοποννησίων δίχα ἐψηφισμένων εἰ χρὴ αὐτοῖς ἀμύνειν. φανερῶς δὲ ἀντείπομεν, τοὺς προσήκοντας ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν. εἰ γὰρ τοὺς κακόν τι δρῶντας δεχόμενοι τιμωρήσετε, φανεῖται καὶ ἃ τῶν ὑμετέρων οὐκ ἐλάσσω ἡμῖν πρόσεισι, καὶ τὸν νόμον ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἐφ' ἡμῖν θήσετε. δικαιώματα μὲν οὖν τάδε πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν ἱκανὰ, κατὰ τοὺς Ἑλλήνων νόμους· παραίνεσιν δὲ καὶ ἀξίωσιν χάριτος τοιάνδε, ἣν οὐκ ἐχθροὶ ὄντες, ὥστε βλάπτειν, οὐδ' αὖ φίλοι, ὥστ' ἐπιχρῆσθαι, ἀντιδοθῆναι ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι φαμὲν χρῆναι. νεῶν γὰρ μακρῶν σπανίσαντές ποτε πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον, παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε· καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη τε καὶ ἡ ἐς Σαμίους, τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθῆσαι, παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν. καὶ ἐν καιροῖς τοιούτοις ἐγένετο οἷς μάλιστα ἄνθρωποι ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς σφετέρους ἰόντες, τῶν ἁπάντων ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν. φίλον τε γὰρ ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα, ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ, πολέμιόν τε τὸν ἀντιστάντα, ἢν καὶ τύχῃ φίλος ὤν. ἐπεὶ καὶ τὰ οἰκεῖα χεῖρον τίθενται φιλονεικίας ἕνεκα τῆς αὐτίκα. ὧν ἐνθυμηθέντες, καὶ νεώτερός τις παρὰ πρεσβυτέρου αὐτὰ μαθὼν, ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι· καὶ μὴ νομίσῃ δίκαια μὲν τάδε λέγεσθαι, ξύμφορα δὲ, εἰ πολεμήσει, ἄλλα εἶναι. τό, τε γὰρ ξύμφερον, ἐν ᾧ ἄν τις ἐλάχιστα ἁμαρτάνοι, μάλιστα ἕπεται, καὶ τὸ μέλλον τοῦ πολέμου (ᾧ φοβοῦντες ὑμᾶς Κερκυραῖοι κελεύουσιν ἀδικεῖν) ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται. καὶ οὐκ ἄξιον ἐπαρθέντας αὐτῷ, φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν πρὸς Κορινθίους κτήσασθαι· τῆς δὲ ὑπαρχούσης πρότερον διὰ Μεγαρέας ὑποψίας σῶφρον ὑφελεῖν μᾶλλον. ἡ γὰρ τελευταία χάρις καιρὸν ἔχουσα, κἂν ἐλάσσων ᾖ, δύναται μεῖζον ἔγκλημα λῦσαι. μηδ' ὅτι ναυτικοῦ ξυμμαχίαν μεγάλην διδόασι, τούτῳ ἐφέλκεσθε. τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους, ἐχυρωτέρα δύναμις, ἢ τῷ αὐτίκα φανερῷ ἐπαρθέντας, διὰ κινδύνων τὸ πλέον ἔχειν. ἡμεῖς δὲ περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ Λακεδαίμονι αὐτοὶ προείπομεν, τοὺς σφετέρους ξυμμάχους αὐτόν τινα κολάζειν, νῦν παρ' ὑμῶν τὸ αὐτὸ ἀξιοῦμεν κομίζεσθαι, καὶ μὴ τῇ ἡμετέρᾳ ψήφῳ ὠφεληθέντας, τῇ ὑμετέρᾳ ἡμᾶς βλάψαι. τὸ δ' ἴσον ἀνταπόδοτε, γνόντες τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ὅ, τε ὑπουργῶν φίλος μάλιστα, καὶ ὁ ἀντιστὰς, ἐχθρός. καὶ Κερκυραίους τε τούσδε, μήτε ξυμμάχους δέχησθε βίᾳ ἡμῶν, μήτε ἀμύνητε αὐτοῖς ἀδικοῦσι. καὶ τάδε ποιοῦντες, τὰ προσήκοντά τε δράσετε, καὶ τὰ ἄριστα βουλεύσεσθε ὑμῖν αὐτοῖς.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

QVoniam Corcyræi isti non modò de se in societatem recipiendis, sed etiam vt acceptas iniurias nobiscum expostularent, séque iniquo bello à nobis peti criminarentur, verba fecerunt, necesse habemus nos quoque antè de vtroque agere, itáque ad reliquam orationem accedere: vt & postulationem nostram rebus vestris tutiorem esse maturè intelligatis, nec istorum vtilitas temere à vobis repudiata videatur. Moderatione factum esse sua prædicant, quòd ad nullam se societatem applicuerunt: illi verò dolo malo, non virtutis studio adducti ita instituerunt, vt ad maleficia neque socium, neque testem vllum requirerent, aut quenquam aduocarent, cuius pudore commouerentur. Et sanè eorum vrbs ita opportunè sita est, vt vel solus situs iudices eos ferat iniuriarum quas aliis inferunt, potius quàm commerciorum iura colãt: quòd minimè ad finitimos nauibus commeent, plerunque autem eò vi aliqua delatos excipiant. Atque eò præclaram neglectæ societatis speciem opposuerunt, non vt ne ipsi essent alieni maleficii participes, sed vt per sese maleficia sua committerent: & quò, sicubi vi superiores esse possent, vim facerẽt: vbi fraude rem suam augerẽt: siquod autem simul detrimentum accepissent, neminem erubescerent. At verò, si modò viri boni erant (quales se dictitant) quò erant aduersus finitimos tectiores, eo apertius integritatem suam, pari iure tribuendo & accipiẽdo, expromere debuerũt. At nequaquam eos se aut ergà alios, aut erga nos gesserunt: sed coloni nostri quum sint, tamen & semper à nobis desciuerunt, & hoc tempore oppugnant, quòd se idcirco emissos negent vt vexarentur. At ne nos quidem idcirco deduxisse dicimus, vt eos contumeliosos haberemus, sed vt dignitate principes essemus, & ab iis, sicuti par est, obseruaremur. Nã & aliæ coloniæ nos obseruant, præcipuéque est erga nos colonorum nostrorum charitas. Ex quo videre est, quum plures sint quibus probemur, non rectè nos his solis esse odiosos: nec fuisse aduersus eos iustum bellum moturos, nisi insigni violatos iniuria. Atqui decebat hos quidem, vel si aliqua nostra esset culpa, tamen iracundiæ nostræ cedere: nobis autem turpe fuisset, eorum lædere modestiam. Verùm insolentia & opum copiis elati, cum alia multa in nos peccarũt, tum verò Epidamnum ditionis nostræ vrbem, quam vexatam sibi non adiunxerant, nobis auxilio eò profectis occupatam tenent. Et dicunt se iure antea decernere voluisse. At illius obseruationem præ se ferre debet non qui iã est superior, & qui re extrà periculi aleã cõstituta ad causam dicẽdam prouocat, sed qui res pariter ac verba in æquabilẽ disceptationem, antequã manu cõferatur, adducit. Isti verò nõ antequã locum illũ obsiderent, sed postquã rati sunt nos minimè id esse laturos, tum denique speciosum iudicii nomen obtenderunt. Vos verò adeunt, vna illa culpa non contenti, rogántque non vt belli, sed vt scelerum societatem secum coeatis, & susceptis nobiscum inimicitiis, se in fidem vestram recipiatis. Quos oportuit, quo tempore tutissimè degebant, tum ad vos accedere: non autem quo nos læsi sumus, ipsi autem in discrimine versantur: nec quo vos, qui id temporis participes potentiæ eorum non fuistis, illis tamen commoda vestra impertietis: & qui à delictorum societate abfuistis, tamen ex æquo criminationem nostram sustinebitis: & quos oportuit iampridem coniunctis viribus parem rerum euentum sortiri: à criminibus verò solis immunes, ita eorum quæ res illas sunt consequuta, exortes esse. Nos itaque necessariis æquitatis præsidiis fretos ad vos accessisse, istósque contrà violentos esse homines & auaros, planum fecimus. Non posse autem à vobis saluo iure eos recipi, ita cognoscite. Si enim ita fœderis conditionibus cautum est, licere ciuitati quæ in fœderis formula perscripta nõ sit, vtros commodum erit sequi: nihil illa conuentio ad eos qui nocendi causa societatem petunt, sed ad eum, quisquis est, qui quum nullius sit desertor, sibi cautum esse cupit, quíque iis à quibus sit receptus, si modò sapiunt, bellum pro pace non afferet. Quod vobis hodierno die vsu venturum est, nisi nos audieritis. Neque enim modò istorum auxiliares eritis, sed etiã nobis pro fœderatis hostes. Ne cesse enim erit nobis, si vos istorum partes eritis sequuti, cum his vnà quoque vos propulsare. At verò è fide vestra

potius fuit, potiſſimum vt medii eſſetis: ſi minus, at contrà quàm iſti flagitent, à nobis contra eos ſtaretis: (Corinthiorum vtique fœderati eſtis, Corcyræorum, ne induciarum quidem nomine, vnquam fuiſtis) nec illud inſtitutum inueheretis, vt qui ab alteris deſciuiſſent, ab alteris reciperentur. Nam ne nos quidem, quum à vobis Samii defeciſſent, vobis ſuffragio noſtro ſumus aduerſati. Quúmque à Peloponneſiis ſententiæ in vtranque partem dicerentur de Samiorum auxilio, apertè tum reſtitimus, & licere cuique in ſuos animaduertere ſocios oſtendimus. Nam ſi ſontibus in clientelam receptis præſidio eritis, veſtra quoque ſe proferent his neutiquam inferiora, quæ ad nos ſe conferent: legémque hanc vobis potius quàm nobis imponetis. Atque hæ ſunt æquitatis defenſiones idoneæ, quibus apud vos vtimur, quas omnes nobis Græcorum iura porrigunt. Cohortatio autem & beneficii poſtulatio erit hæc: quòd nos beneficium neque vt hoſtes, à quibus oriatur iniuria, neque vt amici, qui ſæpius eo ſint vſuri, nobis in præſentia rependi dicimus oportere. Olim enim quum bello AEginetico è Medica factione conflato vos longarum nauium copia deficeret, à Corinthiis naues viginti accepiſtis. Atque hoc beneficium, itémque illud in Samiis rebus, quòd per nos ſtetit quominus illis Peloponneſii ſuccurrerent, vobis ſuperãdorum AEginetarum, puniendorum autem Samiorum facultatem attulit. Eo porro tempore fuit collatum quum qui in hoſtem feruntur, præ victoriæ cupiditate nihil omnium circumſpiciunt. Nam pro amico eum habent, à quo quippiam ſuppeditatur, licet antea eſſet inimicus: pro inimico autẽ, ſiquis obſiſtat, licet ſit non alienus: quum vel ſuis malè conſulant, repentina contentione incitati. Quæ vos cum animis veſtris reputantes, inferiores autem natu è grandioribus cognoſcentes, parem nobis eſſe gratiam referendam cenſete. Neque exiſtimate hæc ad dicendum quidem eſſe iuſta, alia autem eſſe quæ bello decreto expediant. Vtilitatem enim habet res ea in qua minimum peccatur. Ac reliquum bellum cuius vobis terrorem incutiunt Corcyræi, quò ad maleficium vos impellant, etiamnum occultum eſt. Neque æquum eſt vt vos eo commoti apertas inimicitias non dilatas, iam ex hoc tempore cum Corinthiis ſuſcipiatis. Quin facietis conſideratè, ſi vos potius ſuſpicione, quæ propter rem Megarenſem anteacto tempore valuit, liberaritis. Nouiſſimum enim meritum opportunè collatum, quanuis ſit leuius, tamen poteſt grauiorem criminationem diſcutere. Neque verò oblata ab iſtis ampliſſimæ claſſis ſocietas vos alliciat. Plus enim habet roboris innocentia, quam cum paribus præſtamus, quàm quòd repentina ſpecie incitati, periculoſè rem noſtram augemus. In ea autem delapſi quæ aliquãdo apud Lacedæmonios diximus, ius eſſe cuique in ſuos ſocios animaduertendi, idem vt nobis per vos concedatur petimus, ne, quum vobis ſuffragio noſtro profuerimus, veſtro nobis obſitis. Verùm par pari referte, illud non neſcii, hoc eſſe illud tempus quo potiſſimum qui dat, amicus, qui aduerſatur, inimicus haberi ſolet. Neque verò Corcyræos in ſociorum numerum adſcribite ad nos oppugnandos, nec eos, quum ſint nocentes, defendite. Quod ſi feceritis, rectè & ordine feceritis, ſaluberrimóque vobis eritis vſi conſilio.

PELOPONNENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Iuerant auxilio Corcyræis Athenienſes aduerſus Corinthios, & eorum auxiliares, quos acciuerant ex Peloponneſo: in quo videbantur violare fœdus id, quod cum Lacedæmoniis & Peloponneſiis illorum ſociis pepigerant. Indignè ferebant Corinthii, illarum virium acceſſione confirmari hoſtes ſuos. Miſerunt ergo ex ſociis, qui denuntiarent iis vt aut bello deſiſterent, aut ſe hoſtes profiterentur, & hoſtilis ſpecimen animi in ſuo ſupplicio ederent.

Ἀδικεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολέμου ἄρχοντες, καὶ σπονδὰς λύοντες. ἡμῖν γὰρ πολεμίους τοὺς ἡμετέρους τιμωρουμένοις ἐμποδὼν ἵστασθε, ὅπλα ἀνταιρόμενοι. εἰ δ' ὑμῖν γνώμη ἐστὶ κωλύειν τε ἡμᾶς ἐπὶ Κέρκυραν, ἢ ἄλλοσε εἴ ποι βουλόμεθα πλεῖν, καὶ τὰς σπονδὰς λύετε, ἡμᾶς τούσδε πρώτους λαβόντες, χρήσασθε ὡς πολεμίοις.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

INiurii Athenienses estis, bellum incipientes, fœderáque rumpentes: qui nobis hostes nostros vlciscentibus impedimento estis, contrà ferentes arma. Quòd si vobis constitutum est nos prohibere quominus in Corcyrenses, aliòve siquo libeat nauigemus, & fœdera rumpitis, nos capite primos, & pro hostibus vtimini.

ATHENIENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondent Athenienses Peloponnensibus se non contra rem Corinthiorum venire; sed præsidio Corcyræ esse missos: itáque sibi in animo esse facere.

Οὔτε ἄρχομεν πολέμου, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, οὔτε τὰς σπονδὰς λύομεν· Κερκυραίοις δὲ τοῖσδε ξυμμάχοις οὖσι βοηθοὶ ἤλθομεν. εἰ μὲν οὖν ἄλλοσέ ποι βούλεσθε πλεῖν, οὐ κωλύομεν· εἰ δὲ ἐπὶ Κέρκυραν πλευσεῖσθε, ἢ ἐς τῶν ἐκείνων τι χωρίον, οὐ περιοψόμεθα κατὰ τὸ δυνατόν.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

NEque bellum incipimus, viri Peloponnenses, neque fœdera rumpimus, sed istis sociis Corcyrensibus auxilio venimus. Quòd si vsquam aliò nauigare libet, nauigetis licet: sin aduersus Corcyrenses aliquémve illorum locum nauigabitis, non negligemus quoad poterimus.

CORINTHIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Corinthii, quum se Atheniensibus impares esse, & multis iam cladibus exhauriri intelligerent, ad Lacedæmonios, communes socios, qui ab eo bello omnino abfuerant propter fœdus Atheniense, confugerunt. Venerunt eòdem sociarum Lacedæmoniis ciuitatum legationes de Atheniensium iniuriis. Ibi pro se quisque ab Atheniensibus se indignis modis accipi questus est. Ad extremum dixerunt Corinthii multo ardentius & copiosius quàm alii legati. Hæc eorum est oratio, plena acrimoniæ, partim in insolentiam Atheniensium, partim in tarditatem Lacedæmoniorum. Itaque duo maximè illius sunt capita: vnū quo grauiter inuehuntur in Athenienses, & ostendunt in quo & quàm atrociter ab iis violentur: alterum, quo nimiam lentitudinem Lacedæmoniorum increpant, quòd ne multis quidem iniuriis appetiti, neque se neque socios vlciscatur. Indignitatem tantæ iniuriæ exaggerant cōparatione vtriusque populi, Atheniensis & Lacedæmonii. Denique aut sibi alios quærendos socios, aut Lacedæmoniis causam esse suscipiendam denuntiant.

Τὸ πιστὸν ὑμᾶς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας καὶ ὁμιλίας ἀπιστοτέρους ἐς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγωμεν, καθίστησι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ, σωφροσύνην μὲν ἔχετε, ἀμαθίᾳ δὲ πλέονι πρὸς τὰ ἔξω πράγματα χρῆσθε. πολλάκις γὰρ προαγορευόντων ἡμῶν ἃ ἐμέλλομεν ὑπὸ Ἀθηναίων βλάπτεσθαι, οὐ περὶ ὧν ἐδιδάσκομεν ἑκάστοτε τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε, ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς ἕνεκα τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων λέγουσι: καὶ δι' αὐτὸ, οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμὲν, τοὺς ξυμμάχους τούσδε παρεκαλέσατε· ἐν οἷς προσήκει ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν, ὅσῳ καὶ μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν, ὑπὸ μὲν Ἀθηναίων ὑβριζόμενοι, ὑπὸ δὲ ὑμῶν ἀμελούμενοι. καὶ εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν Ἑλλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προσέδει· νῦν δὲ τί δεῖ μακρηγορεῖν, ὧν τοὺς μὲν, δεδουλωμένους ὁρᾶτε, τοῖς δ' ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς, καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις καὶ ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένους, εἴ ποτε ἄρα πολεμήσονται. οὐ γὰρ ἂν Κέρκυράν τε ὑπολαβόντες βίᾳ ἡμῶν εἶχον, καὶ Ποτίδαιαν ἐπολιόρκουν. ὧν τὸ μὲν, ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἐπιχρῆσθαι, ἡ δὲ ναυτικὸν ἂν μέγιστον παρέσχε Πελοποννησίοις. καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι, τό, τε πρῶτον ἐάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν μετὰ τὰ Μηδικὰ κρατῦναι, καὶ ὕστερον τὰ μακρὰ στῆσαι τείχη· ἐς τόδε τε αἰεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη ξυμμάχους. οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δὲ, ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ, εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται. μόλις δὲ νῦν τε ξυνήλθομεν, καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ φανεροῖς. χρῆν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα, ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθ' ὅτι ἀμυνούμεθα. οἱ γὰρ δρῶντες βεβουλευμένοι πρὸς οὐ διεγνωκότας ἤδη καὶ οὐ μέλλοντες ἐπέρχονται· καὶ ἐπιστάμεθα οἵᾳ ὁδῷ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας. καὶ λανθάνειν μὲν οἰόμενοι, διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν, ἧσσον θαρσοῦσι· γνόντες δὲ εἰδότας περιορᾶν, ἰσχυρῶς ἐγκείσονται. ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι Ἑλλήνων, ὦ Λακε-

δαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινὰ ἀλλὰ τῇ μελλήσει ἀμυνόμενοι, καὶ μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν, διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες. καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει. τόν τε γὰρ Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς πρότερον ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλθόντα, ἢ τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως προαπαντῆσαι. καὶ νῦν τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἑκὰς, ὥσπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντας, περιορᾶτε, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοὶ, ἀμύνεσθαι βούλεσθε μᾶλλον ἐπιόντας, καὶ ἐς τύχας πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους ἀγωνιζόμενοι καταστῆναι· ἐπιστάμενοι καὶ τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὑτῷ τὰ πλείω σφαλέντα, καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους πολλὰ ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον ἢ τῇ ἀφ' ὑμῶν τιμωρείᾳ περιγεγενημένους. ἐπεὶ αἵ γε ἡμέτεραι ἐλπίδες ἤδη τινάς που, καὶ ἀπαρασκεύους διὰ τὸ πιστεῦσαι, ἔφθειραν. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπ' ἔχθρᾳ τὸ πλέον ἢ αἰτίᾳ νομίσῃ τάδε λέγεσθαι. αἰτία μὲν γὰρ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἁμαρτανόντων· κατηγορία δὲ, ἐχθρῶν ἀδικησάντων. καὶ ἅμα, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλοι, νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν· ἄλλως τε καὶ μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων, περὶ ὧν οὐκ αἰσθάνεσθαι ἡμῖν γε δοκεῖτε· οὐδ' ἐκλογίσασθαι πώποτε πρὸς οἵους ὑμῖν Ἀθηναίους ὄντας, καὶ ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς πᾶν διαφέροντας, ὁ ἀγὼν ἔσται. οἱ μέν γε, νεωτεροποιοὶ, καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς, καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σῴζειν, καὶ ἐπιγνῶναι μηδὲν, καὶ ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι. αὖθις δὲ, οἱ μὲν, καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ, καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον, τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι, τῆς τε γνώμης, μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, τῶν τε δεινῶν μηδέποτε οἴεσθαι ἀπολυθήσεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς, καὶ ἀποδημηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους. οἴονται γὰρ οἱ μὲν, τῇ ἀπουσίᾳ ἄν τι κτᾶσθαι, ὑμεῖς δὲ, τῷ ἐπελθεῖν, καὶ τὰ ἑτοῖμα ἂν βλάψαι. κρατοῦντές τε τῶν ἐχθρῶν, ἐπὶ πλεῖστον ἐξέρχονται, καὶ νικώμενοι, ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν. ἔτι δὲ, τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ δὲ γνώμῃ, οἰκειοτάτῃ ἐς τὸ πράσσειν τι ὑπὲρ αὐτῆς· καὶ ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐπεξέλθωσιν, οἰκείων στέρεσθαι ἡγοῦνται· ἃ δ' ἂν ἐπελθόντες κτήσωνται, ὀλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν πράξαντες. ἢν δ' ἄρα του καὶ πείρᾳ σφαλῶσιν, ἀντελπίσαντες ἄλλα, ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν. μόνοι γὰρ ἔχουσί τε καὶ ὁμοίως ἐλπίζουσιν ἃ ἂν ἐπινοήσωσι, διὰ τὸ ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσι. καὶ ταῦτα μετὰ πόνων πάντα καὶ κινδύνων δι' ὅλου τοῦ αἰῶνος μοχθοῦσι· καὶ ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων, διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι· καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι, ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι. ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα, ἢ ἀσχολίαν ἐπίπονον. ὥστε εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν, μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι. ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε, καὶ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν οἳ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες· ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι, τὸ ἴσον νέμετε. μόλις δ' ἂν πόλει ὁμοίᾳ παροικοῦντες, ἐτυγχάνετε τούτου· νῦν δ' (ὅπερ καὶ ἄρτι ἐδηλώσαμεν) ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα πρὸς αὐτούς ἐστιν. ἀνάγκη δ' ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν· καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα, πρὸς πολλὰ δὲ ἀναγκαζομένοις ἰέναι, πολλῆς καὶ τῆς ἐπιτεχνήσεως δεῖ. διόπερ καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς πολυπειρίας ἐπὶ πλέον ὑμῶν κεκαίνωται. μέχρι μὲν οὖν τοῦδε ὡρίσθω ὑμῶν ἡ βραδυτής. νῦν δὲ τοῖς τε ἄλλοις, καὶ Ποτιδαιάταις, ὥσπερ ὑπεδέξασθε, βοηθήσατε, κατὰ τάχος ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἵνα μὴ ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς τοῖς ἐχθίστοις προῆσθε, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἄλλους ἀθυμίᾳ πρὸς ἑτέραν τινὰ ξυμμαχίαν τρέψητε. δρῷμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδὲν, οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων, οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων. λύουσι γὰρ σπονδὰς οὐχ οἱ δι' ἐρημίαν ἄλλοις προσιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθοῦντες οἷς ἂν ξυνομόσωσι. βουλομένων δὲ ὑμῶν προθύμων εἶναι, μενοῦμεν. οὔτε γὰρ ὅσια ἂν ποιοῖμεν μεταβαλλόμενοι, οὔτε ξυνηθεστέρους ἂν ἄλλους εὕροιμεν. πρὸς τάδε βουλεύεσθε εὖ, καὶ τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

Fides vestra, Lacedæmonii, quam publicè priuatimque inter vos seruatis, facit vt si quid in alios dicamus, minus credere possitis. Et ex eo æquitatis quidem laudem obtinetis, sed inscitia maiore rerum externarum laboratis: quippe qui nobis sæpenumero prædicentibus quomodo vos læsuri forent Athenienses, nunquam tamen auscultare voluistis quæ docebamus, sed potius ea dici suspicabamini propter priuatas quæ nobiscum erant cum illis simultates. Ideóque nō priusquam læderemur, sed postquam læsi sumus, socios vocandos putastis, apud quos æquum est nos verba facere, tanto magis quo maiora crimina quæ obiiciamus habemus, & ab Atheniensibus læsi, & à vobis neglecti, eo plus verborum faciamus. Quòd si aliqua ratione non manifestarii forent ii qui Græciam vexant, opus erat vt planum faceremus apud nescientes. Nūc quid attinet longa vti oratione, quū cernatis ab Atheniensibus alios in seruitutē redactos, aliis insidias tēdi, & præcipuè iis qui nostri sunt socii, & illos olim iā ad bellū, si quādo bellū sibi inferretur, se instruere? Nō enim Corcyram præreptā nobis tenerent, neque Potidæam oppugnarent: quarum vrbium altera accommodatissima est ad vtendum rebus Thraciæ, altera maximam Peloponnensibus classem præstabat. Cuius rei culpa penes vos est, qui tunc primùm permisistis eos post bellum Medicum munire vrbem, mox etiam longos muros extruere: iam inde ad hanc diem assiduè priuantes

libertate non modò qui ab illis seruitute sunt oppressi, sed etiam socios vestros. Non enim is qui redigit alium in seruitutem, sed is qui quum possit hoc prohibere, contemnit, id facere existimandus est, vtique si præclarũ præ se ferat titulum Græciæ in libertatem asserendæ. At nunc vix tandem congregati sumus, ac ne nunc quidem ista pro manifestis habentes: quos oportebat, nõ an iniuriam acceperimus, discutere amplius, sed quo pacto illam vlcisceremur. Nam qui ista agunt, re iam deliberata miniméque cunctantes inuadunt homines adhuc consilii incertos. Nec nos fallit qua via & quòd pedetentim grassentur in proximos. Et dum quidem occulta esse existimant quæ faciunt, propter stuporem vestrum, minus audacter agunt: quòd si intellexerint vos, quũ hæc sciatis, súsque déque ferre, vehementer rem vrgebũt. Soli enim vos Græcorũ, Lacedæmonii, quiescitis, non vi ac manu quenquam, sed cunctatione vlciscẽtes, solíque vires hostium, non quum incipiunt, sed quum duplicatæ sunt, perditum itis. Atqui ferebamini cauti esse & circunspecti. de quibus profectò ista prædicatio supra rei veritatem erat. Nam & ipsi scimus Medum ab extremo terrarum prius in Peloponnesum peruenisse quàm à vobis pro dignitate occurreretur, & nũc Athenienses, non lõginquos (vt ille erat) sed vicinos negligitis, & inuadentibus resistere mauultis quàm inuadere, & cũ multo *quàm antea* fortioribus dimicando, incerta fortunæ subire: quum sciatis & barbarũ ipsum magis aduersis suis casibus, & Atheniẽses, dũ nobiscũ belligerarunt, potius crebris erroribus suis quàm nostrà vltione fuisse superatos: eóque nõnullos aliquando, quòd imparati essent, spe vestri fretos in exitiũ deuenisse. Neque aliquis vestrum hæc dici à nobis existimet odio magis quàm expostulatione. nam expostulatio quidem, est amicorum de amicis officio non fungentibus: accusatio autem, est de hostibus qui iniuria affecerunt. Et sanè nos, si quos alios, dignos esse censemus qui proximis vitium exprobremus, quum præsertim res maximæ agantur, quarum nullum vos sensum nobis habere videmini, nec vnquam considerasse quales homines sint Athenienses, & vt per omnia vobis præstantiores, cum quibus vobis certamen futurum est. Quippe illi rerũ nouarũ molitores sunt, & cum ad excogitandum, tum etiam ad exequẽdum ipso opere sunt celeres: at vos ea quæ possidetis conseruare contenti, nihil admodum ad excogitãdum, ac ne ad necessaria quidem exequenda, sufficitis. Adhæc illis quidem adest maior quàm pro viribus audacia, & periclitatores sunt vltra id quod ceperunt consilium, etiam inter asperrima quæque bene sperantes: vestra autem ratio est, viribus vestris inferiora gerere, & ne certis quidem exploratísque consiliis confidere, & difficultibus nunquam vos ereptum iri arbitrari. Præterea illi, impigri, vos, cunctatores: illi, profectionis amantes, quum vos omnium hominum maximè domi desideatis. Sperant enim se, dum domo aberunt, peregre profecti, aliquid esse quæsituros: at vos si quem inuadatis, etiam rebus præsentibus incommodaturos existimatis. Illi, superato hoste, quamlongissimè progrediuntur: superati, quamminimùm animo consternantur. Adhæc, corporibus alienissimis pro ciuitate, at consilio maximè proprio ad aliquam rem pro ea gerendam vtuntur, nisi cogitata confecerint, de rebus domesticis deperire, & quæ inuadendo obtinuerint, parua præ illis esse quæ animo agitant existimantes: & si quid irrita spe tentauerint, noua rursus spe, amissa reparantes. Soli enim omnium pariter habent ac sperant ea quæ destinauerunt. tanta est eorum in aggrediendis quæ animo constituerunt, celeritas. Atque in omnibus his per labores atque pericula æuum omne conterunt, rebus partis vel minimùm fruentes, studio assiduè acquirendi: dies festos non aliud quicquam esse putantes quàm conficere quæ expediũt, nec minus calamitatem esse iners otium quàm negotium laboriosum. Vsqueadeo (vt breui cõplectar) si quis dicat illos hoc ingenio natos esse vt neque ipsi queat neque alios sinant quiescere, is rectè dixerit. Quum tamen talis ciuitas vobis aduersaria sit, Lacedæmonii, cunctamini, nec censetis quietem diuturnam iis hominibus suppetere, qui ita quidem se comparant vt nemini iniuriam faciant, sed præ se ferunt eo se animo esse, vt si iniuria afficiantur, passuri non sint: verùm æquitatem eò colitis, ne alios offendatis, neu ipsi iniuriam propulsantes, detrimentum capiatis. quod vix consequeremini, vel si similis vobis vicina ciuitas esset. Nunc autem (id quod iam etiam ostẽdimus)

dimus)priscis moribus agitis aduersus Atheniēses. Atqui necessarium est assiduè, veluti artis alicuius, vt recentissima quæque euincant. Et ciuitati quidem tranquillæ optimum non immutari instituta: at verò iis qui ad multa concursare coguntur, multa etiam molitione opus est. Itaque res Atheniensiū, multa experiendo & tentando, magis nouatæ sunt quàm vestræ. Hactenus igitur vestra tarditas progressa finē faciat, & iam cum aliis, tum verò Potidæatis (quemadmodum recepistis) opem feratis: maturrimè Atticam inuadentes: ne viros vobis amicos atque cognatos inimicissimis prodatis, néve nos cæteros cogatis præ desperatione ad aliā aliquam societatem nos conuertere: nihil profectò iniustè acturos aut erga deos quos iurauimus, aut erga homines aliquo sensu præditos. Non enim qui destituti ad alios se conferunt, fœdifragi sunt, sed qui cōiuratis suis auxilia denegant. *Ad quæ auxilia præbenda* si prompto fueritis animo, permanebimus: alioqui scelestè faceremus, nec alios quàm vos estis, magis propensos inueniremus. De his vos probè cōsultetis, detisque operam ne Peloponneso cum minori dignitate præsideatis quàm cum quanta patres eam vobis tradiderunt.

ATHENIENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondent ad criminationes Corinthiorum Atheniēses legati. Ac primùm, vt cautum sit suæ ciuitatis dignitati, negant se causam quasi in iusto iudicio dicere: ne hac causæ dictione ream suam ciuitatem constituere videantur. Sed se eò descendere, vt ab omni temeritate consilii, ad quam querelis aduersariorum suorum deduci iam Lacedæmonii videbantur, eos auocent. Tota est oratio in causis exponendis & rationibus, quibꝰ primùm partū, deinde amplificatū est Atheniense imperiū. Dicunt de iure, de autoritate, de necessariis causis quas habeant retinendi dominatus. Crimen autem obiectæ impotentis dominationis à se amoliuntur. Quæ illi obiiciant, ea esse præmia suæ virtutis, & iura cum imperio coniuncta. Monent Lacedæmonios ne temere bellum renouent, sed intelligant sibi idem à sociis, qui nunc certatim ad eos confluunt, & imperium deferunt, posse impendere, quod nunc ipsi experiantur, qui summo Græcorum consensu hoc imperii erant adepti.

Ἡ μὲν πρέσβευσις ἡμῶν οὐκ ἐς ἀντιλογίαν τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις ἐγένετο, ἀλλὰ περὶ ὧν ἡ πόλις ἔπεμψεν. αἰσθόμενοι δὲ καταβοὴν οὐκ ὀλίγην οὖσαν ἡμῶν, παρήλθομεν, οὐ τοῖς ἐγκλήμασι τῶν πόλεων ἀντεροῦντες, (οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν, οὔτε ἡμῶν, οὔτε τούτων, οἱ λόγοι ἂν γίγνοιντο) ἀλλ' ὅπως μὴ ῥαδίως περὶ μεγάλων πραγμάτων τοῖς ξυμμάχοις πειθόμενοι, χεῖρον βουλεύσησθε· καὶ ἅμα βουλόμενοι περὶ τοῦ παντὸς λόγου τοῦ ἐς ἡμᾶς καθεστῶτος δηλῶσαι, ὡς οὔτε ἀπεικότως ἔχομεν ἃ κεκτήμεθα, ἥ τε πόλις ἡμῶν ἀξία λόγου ἐστί. καὶ τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν, ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες, ἢ ὄψις τῶν ἀκουσομένων; τὰ δὲ Μηδικὰ, καὶ ὅσα αὐτοὶ ξύνιστε, εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν. καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ' ὠφελείᾳ ἐκινδυνεύετο, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε, τοῦ δὲ λόγου, μὴ παντὸς, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκόμεθα. ῥηθήσεται δὲ οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μαρτυρίου, καὶ δηλώσεως πρὸς οἵαν ὑμῖν πόλιν μὴ εὖ βουλευομένοις ὁ ἀγὼν καταστήσεται. φαμὲν γὰρ Μαραθῶνί τε μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ, καὶ ὅτε τὸ ὕστερον ἦλθεν, οὐχ ἱκανοὶ ὄντες κατὰ γῆν ἀμύνεσθαι, ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς πανδημεὶ, ἐν Σαλαμῖνι ξυνναυμαχῆσαι· ὅπερ ἔσχε μὴ κατὰ πόλεις αὐτὸν ἐπιπλέοντα τὴν Πελοπόννησον πορθεῖν, ἀδυνάτων ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν. τεκμήριον δὲ μέγιστον αὐτὸς ἐποίησε· νικηθεὶς γὰρ ταῖς ναυσὶν, ὡς οὐκέτι αὐτῷ ὁμοίας οὔσης τῆς δυνάμεως, κατὰ τάχος τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησε. τοιούτου μέντοι τούτου ξυμβάντος, καὶ σαφῶς δηλωθέντος ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα ἐγένετο, τρία τὰ ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον, καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον, καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην. ναῦς μέν γε ἐς τὰς τετρακοσίας, ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν. Θεμιστοκλέα δὲ ἄρχοντα, ὃς αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο· ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα, καὶ αὐτὸν διὰ τοῦτο ὑμεῖς ἐτιμήσατε, μάλιστα δὴ ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων. προθυμίαν δὲ καὶ πολὺ τολμηροτάτην ἐδείξαμεν, οἵ γε, ἐπειδὴ ἡμῖν κατὰ γῆν οὐδεὶς ἐβοήθει, τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι ἡμῶν δουλευόντων, ἠξιώσαμεν, ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, καὶ τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες, μηδ' ὣς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων κοινὸν προλιπεῖν, μηδὲ σκεδασθέντες ἀχρεῖοι αὐτοῖς γενέσθαι, ἀλλ' ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς, κινδυνεῦσαι, καὶ μὴ ὀργισθῆναι ὅτι ἡμῖν οὐ προετιμωρήσατε. ὥστε φαμὲν οὐχ ἧσσον αὐτοὶ ὠφελῆσαι ὑμᾶς, ἢ τυχεῖν τούτου. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀπό τε οἰκουμένων τῶν πόλεων, καὶ ἐπὶ τῷ τὸ λοιπὸν νέμεσθαι, ἐπειδὴ ἐδείσατε ὑπὲρ ὑμῶν καὶ οὐχ ἡμῶν τὸ πλέον, ἐβοηθήσατε· ὅτε γοῦν ἦμεν ἔτι σῷοι, οὐ παρεγένεσθε. ἡμεῖς δὲ ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης ἔτι ὁρμώμενοι, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης κινδυνεύοντες, ξυνεσώσαμεν ὑμᾶς τε τὸ μέρος, καὶ ἡμᾶς αὐτούς. εἰ δὲ προσεχωρήσαμεν πρότερον τῷ Μήδῳ, δείσαντες, ὥσπερ καὶ ἄλλοι, περὶ τῇ χώρᾳ, ἢ μὴ ἐτολμήσαμεν ὕστερον ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς, ὡς διεφθαρμένοι, οὐδὲν ἂν ἔτι ἔδει ὑμᾶς μὴ ἔχοντας ναῦς ἱκανὰς ναυμαχεῖν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν ἂν αὐτῷ προεχώρησε τὰ πράγματα ᾗ ἐβούλετο. ἆρ' ἄξιοί ἐσμεν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε, καὶ γνώμης ξυνέσεως, ἀρχῆς τε ἧς ἔχομεν, τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι; καὶ γὰρ αὐτὴν τήνδε ἐλάβομεν οὐ βιασάμενοι, ἀλλ' ὑμῶν μὲν οὐκ ἐθελησάντων

παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρβάρου, ἡμῖν δὲ προσελθόντων τῶν ξυμμάχων, καὶ αὐτῶν δεηθέντων ἡγεμόνας καταστῆναι. ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἔργου κατηναγκάσθημεν τοπρῶτον προαγαγεῖν αὐτὴν ἐς τόδε, μάλιστα μὲν ὑπὸ δέους, ἔπειτα δὲ καὶ τιμῆς, ὕστερον καὶ ὠφελείας· καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἔτι ἐδόκει εἶναι, τοῖς πολλοῖς ἀπηχθημένους, καί τινων καὶ ἤδη ἀποστάντων κατεστραμμένων, ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκέτι ὁμοίως φίλων, ἀλλ' ὑπόπτων καὶ διαφόρων ὄντων, ἀνέντας κινδυνεύειν. καὶ γὰρ ἂν αἱ ἀποστάσεις πρὸς ὑμᾶς ἐγίγνοντο. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον, τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων εὖ τίθεσθαι. ὑμεῖς γοῦν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον καταστησάμενοι ἐξηγεῖσθε· καὶ εἰ τότε ὑπομείναντες διὰ παντὸς ἀπήχθεσθε ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ, ὥσπερ ἡμεῖς, εὖ ἴσμεν μὴ ἂν ἧσσον ὑμᾶς λυπηροὺς γενομένους τοῖς ξυμμάχοις, καὶ ἀναγκασθέντας ἂν ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς, ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν. οὕτως οὐδ' ἡμεῖς θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν, οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου, εἰ ἀρχήν τε διδομένην ἐδεξάμεθα, καὶ ταύτην μὴ ἀνεῖμεν, ὑπὸ τῶν μεγίστων νικηθέντες, τιμῆς, καὶ δέους, καὶ ὠφελείας· οὐδ' αὖ πρῶτοι τοῦ τοιούτου ὑπάρξαντες, ἀλλ' ἀεὶ καθεστῶτος, τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι. ἄξιοί τε ἅμα νομίζοντες εἶναι, καὶ ὑμῖν δοκοῦντες, μέχρις οὗ τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι, τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε, ὃν οὐδείς πω, παρατυχὸν ἰσχύϊ τι κτήσασθαι, προθεὶς, τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο. ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι, οἵτινες χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ὥστε ἑτέρων ἄρχειν, δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γένωνται. ἄλλους γ' ἂν οὖν οἰόμεθα τὰ ἡμέτερα λαβόντας δεῖξαι ἂν μάλιστα εἴ τι μετριάζομεν, ἡμῖν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπιεικοῦς ἀδοξία τοπλέον ἢ ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη. καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις, καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις, φιλοδικεῖν δοκοῦμεν. καὶ οὐδεὶς σκοπεῖ αὐτῶν, τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἔχουσιν ἀρχὴν, καὶ ἧσσον ἡμῶν πρὸς τοὺς ὑπηκόους μετρίοις οὖσι, διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται. βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται. οἱ δὲ, εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλεῖν, ἤν τι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι, ἢ γνώμῃ, ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν καὶ ὁπωσοῦν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλείονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς χαλεπώτερον φέρουσιν, ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον, φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν. ἐκείνως δὲ οὐδ' ἂν αὐτοὶ ἀντέλεγον ὡς οὐ χρεὼν τὸν ἥσσω τῷ κρατοῦντι ὑποχωρεῖν. ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται ἢ βιαζόμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἴσου, δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ κρείττονος, καταναγκάζεσθαι. ὑπὸ γοῦν τοῦ Μήδου δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο· ἡ δὲ ἡμετέρα ἀρχὴ, χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι. εἰκότως· τὸ παρὸν γὰρ ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. ὑμεῖς γ' ἂν οὖν εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν εὔνοιαν, ἣν διὰ τὸ ἡμέτερον δέος εἰλήφατε, μεταβάλοιτε, εἴπερ οἷα καὶ τότε πρὸς τὸν Μῆδον δι' ὀλίγου ἡγησάμενοι ἀπεδείξατε, ὅμοια καὶ νῦν γνώσεσθε. ἄμικτα γὰρ τάτε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε, καὶ προσέτι εἷς ἕκαστος ἐξιὼν οὔτε τούτοις χρῆται, οὔθ' οἷς ἡ ἄλλη Ἑλλὰς νομίζει. βουλεύεσθε οὖν βραδέως, ὡς οὐ περὶ βραχέων· καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες, οἰκεῖον πόνον πρόσθησθε. τοῦ δὲ πολέμου τὸν παράλογον ὅσος ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωτε. μηκυνόμενος γὰρ φιλεῖ ἐς τύχας τὰ πολλὰ περιΐστασθαι, ὧν ἴσον τε ἀπέχομεν, καὶ ὁποτέρως ἔσται, ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται. ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους, τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται, ἃ χρῆν ὕστερον δρᾶν· κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη, τῶν λόγων ἅπτονται. ἡμεῖς δὲ ἐν οὐδεμιᾷ πω τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ ὄντες, οὔτ' αὐτοὶ, οὔθ' ὑμᾶς ὁρῶντες, λέγομεν ὑμῖν, ἕως ἔτι αὐθαίρετος ἀμφοτέροις ἡ εὐβουλία, σπονδὰς μὴ λύειν, μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους· τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ τὴν ξυνθήκην. ἢ θεοὺς τοὺς ὁρκίους μάρτυρας ποιούμενοι, πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας, ταύτῃ ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

EQuidem non ad diſceptandum nos cum ſociis noſtris legati venimus, ſed ad alia tranſigenda à ciuitate miſſi: verùm cognita non exigua aduerſus noſtram aliarum ciuitatum querela, prodiimus, non criminibus reſponſuri, (neque enim iudices vos aut noſtri aut iſtorum eſtis, apud quos habeatur oratio) ſed ne vos ad ſociis credendum faciles, de rebus magnis deterius conſulatis. ſimul quia volumus de rationibus noſtris omnibus quo pacto ſe habeant, vos facere certiores, neque ea quæ tenemus, improbè obtenta, & noſtram ciuitatem magni pretii eſſe. Et peruetuſta quidem illa quid attinet repetere, quorum magis fama teſtis eſt apud audientes quàm aſpectus? At geſta bello Medico, & quæcunque de ipſis noſtis, etſi moleſta vobis & odioſa erunt, quòd ea ſubinde allegemus: tamen commemorari neceſſe eſt. nam quum res illas gerebamus, cum periculis ad omnium vtilitatem ſuſcipiebantur, cuius vos reipſa participes fuiſtis: nos autem omni commemoratione, ſiquid proſit, non priuamur. Quæ non magis purgandi nos gratia dicentur, quàm teſtificandi, demonſtrandique, aduerſus qualem ciuitatem non bene conſultantes vos bellum ſuſcipiatis. Etenim præ nobis ferimus, nos ſolos in Marathone aduerſus barbarum periculis obuiam iſſe. Cui rurſus reuerſo quum impares terreſtri certamine eſſemus, conſcenſis vniuerſi nauibus ad Salaminem pugna nauali confliximus. Quæ res obſtitit ne ille Peloponneſum prænauigando oppidatim expugnaret, quum non poſſent ciuitates veſtræ contra ingen-

tem classem sibi mutuo auxilio esse. Atque huius rei barbarus ipse maximum testimonium perhibuit, qui classe victus, tanquam nunquam amplius futura sibi pari potentia, properatò cum maiore copiarum parte abscessit. Ex quo tali facto quum patuisset planè fortunas Græcorum in nauibus sitas fuisse, tria nos in id vtilissima contulimus, plurium nauium numerum, ducem solertissimum virum, exertissimam animi alacritatem: naues quidem ad quadringentas, paulo minus duas totius classis partes: ducem verò Themistoclem, qui præcipuus autor extitit vt pugna naualis fieret inter angustias: res procul dubio statui Græciæ salutifera. quo nomine vos eum singulari honore prosequuti estis, præ externis omnibus qui ad vos venerint. Alacritatem autem eámque præstantissimam declarauimus, qui, quum terra iuuaremur à nemine, iam cæteris ad nos vsque redactis in seruitutem, decreuimus, vrbe relicta, re familiari profligata, ne sic quidem reliquorum sociorum communionē deserere, neque dispersi, inutiles ipsis esse, verùm conscensis nauibus periculum adire, nec, quòd non antè auxilium nobis tulissetis, succensere. Itaque nos non minus adiumento vobis fuisse quàm id consequutos esse, prædicamus. Nam vos quidem ex habitatis vrbibus proficiscentes, & vt eas in posterum habitaretis, postquam timere cœpistis, pro vobis multo plus quàm pro nobis auxilio venistis. Nam quum adhuc salui essemus, non præstò fuistis. At nos ab vrbe quæ iam nulla erat profecti, & de ea quæ exigua spe nitebatur, dimicantes, vnà vobis & nobis salutem pro virili parte peperimus. Qui si ad Medum transissemus, timentes (quemadmodum alii) nostræ regioni, aut non ausi postea fuissemus classem conscendere, tanquam deplorati, nihil sanè oportuisset iam vos, nō satis nauium habentes, classe pugnare, résque sine certamine ad votum hosti cessisset. Nónne igitur digni sumus, Lacedæmonii, illius nostræ generositatis & prudētiæ gratia, qui principatu quē habemus potiamur? non ita multū Græcis inuidioso: quippe quē non vi sumus adepti, sed tū vobis reliquias barbari persequi recusantibus, tum sociis, qui nos adierūt, precātibus vt sibi præessemus. Cæterùm ex ipsa rei conditione & natura coacti primò sumus id perducere ad hoc tempus, præcipuè timoris, deinde honoris, postremò vtilitatis gratia. Neque amplius videbatur tutum nobis esse vt, quum multis simus inuisi, nonnullósque qui iam defecerant subegerimus, vobis quoque non perinde simus amici, sed in suspicionem adducti ac discordantes, deposito imperio periclitemur. nanque qui à nobis, ii ad vos deficerent. Nec inuidiosum est, aliquem qui in summum periculum deducatur, consulere vtilitatibus suis. quoniam vos quoque, Lacedæmonii, ciuitatibus quæ sunt in Peloponneso, ad vestram vtilitatem constitutis, præestis. Quòd si tum permanentes semper in imperio & principatu, hominum odia vobis contraxissetis, quemadmodū nos, scimus profectò vos non minus graues & inuisos sociis futuros fuisse quàm hodie sumus, & in necessitatem venturos fuisse aut imperiosè dominandi, aut de vestro capite & salute dimicandi. Ita nec nos indignam fecimus rem, neque à moribus humanis abhorrētem, si traditum nobis imperium suscepimus, nec id deponimus, maximis rebus coacti, honore, metu, & vtilitate. Neque verò talis facti primi fuimus autores, verùm ita semper legibus ac moribus receptū est, vt imbecillior à potētiore coerceatur. Et cum ipsi nos imperio dignos censebamus, tum etiam vobis tales videbamur, quoad commodi rationem ducētes, specie quadam æquitatis vtimini. quam nemo vnquam ita vtilitati præposuit, vt oblatam sibi occasionem plus aliquid vi adipiscendi prætermitteret. Digníque illi sunt laude qui humana natura vsi ad aliis imperandum, æquiores extiterunt quàm ipsum imperium tulit. In quo quàm modestè nos geramus, illi (vt arbitramur) maximè ostenderent, si qui hoc imperium acciperent. Quanquam ex nostra lenitate (quod indignū est) plus dedecoris assequimur quàm laudis. Nam de nostro iure decedētes in recuperatoriis aduersus socios iudiciis, eísque apud nos iisdem legibus ius reddentes, litigiosi esse videmur. Nemóque eorum cōsiderat, istud crimen non obiectari iis qui vsquam alibi imperium habent, etiamsi alioqui minus in subditos æqui sint quàm nos. Nam quibus potestas est vim faciendi, iudiciis nihil opus habent

noſtri ſocii, conſuetudine nobiſcum ex æquo agendi, ſiquid vel quantulumcunque ſibi detractum eſt verbo factóve propter rationem imperii, quod opinione ipſorum detractum non oportuit, non habent gratiam quòd plus ereptum ſibi non fuerit, ſed illud modicum deeſſe, grauius ferunt quàm ſi ab initio ſecum non iure ſed apertè rapaciter egiſſemus. Illo enim modo ne ipſi quidem quicquam cauſæ dixiſſent quin inferiorem ſuperiori cedere oporteat. Magíſque videntur indignari homines quum iniuria afficiuntur quàm quum vis affertur. Nam quod ab eo proficiſcitur qui in pari eſt conditione, in eo iuris æquabilitas violari videtur: at quod à potétiore, in eo eſſe coactus. Eóque, quum atrociora ſub Medo paterentur, tolerabant: eiſdem nunc noſtrum imperium durum videtur. neque immeritó: ſemper enim ſubditi præſenti grauantur imperio. Quin vos, ſi euerſo dominatu noſtro ipſi dominaremini, iam beneuolentia, quam metu noſtri contraxiſtis, in maleuolentiam mutaretur: ſi qualia edidiſtis breui eo tempore quo aduerſus Medum Græciæ præfuiſtis, eadem & nunc edenda cenſeretis. Veſtra enim inſtituta nihil commune cùm aliis habent: adhæc vnuſquiſque cum imperio & poteſtate proficiſcens, neque his vtitur, neque illis quibus reliqua Græcia vti ſolet. Quapropter tanquam de rebus non exiguis, diu deliberate, neque alienis conſiliis criminationibúſque fidem habentes, proprium laborem vobis imponatis, & quàm inopinati ac præcipites ſint belli euentus, antequam in eo verſemini, animo præcipite. Quum enim extrahitur, ſolet ad infortunia magna ex parte deuenire. A quibus & tantundem abſumus, & vtro ſit modo futurum, incerta alea tentatur. Et homines quum prælia ineunt, antè capeſſunt opera quæ poſterius agenda erāt: at quum ærumnis premi cœperunt, conſilia inſtituunt. Cui culpæ quum neque nos vllo pacto affines ſimus, neque vos eſſe videamus, prædicimus, dum integrum vtriſque eſt, bene conſultare, ne fœdera rumpatis, neque iuſiurandum præuaricemini, ſed controuerſias noſtras ex conuentis dirimamus: alioqui deos iuriſiurandi arbitros teſtati, conabimur vos propulſare, ſi nos bello laceſſatis, ea via qua præiueritis.

ARCHIDAMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum eſſet ab vtriſque peroratum, à legatis ſociorum & ab Athenienſibus, res à Lacedæmoniis in contentionem eſt adducta, bellum Athenienſibus indici placeret, nécne. Quum ad bellum inclinati eſſent animi, & in eam ſententiam multis ex partibus iretur, Archidamus Spartanus rex ſententiam dixit moderationis & grauitatis plenam, qua non placere quidem ſibi Athenienſium in ſocios petulantiam oſtendit: verùm belli gerendi nondum ſibi maturitatem videri veniſſe. Neque enim ſatis eſſe graues eius ſuſcipiendi cauſas, gerendi verò facultates idoneas multo minus. Autor igitur eſt vt legati Athenas ad res repetendas mittantur, quo interim tempore bellum maturius comparari poſſit.

ΚΑΙ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ, ὥστε μήτε ἀπειρείᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου (ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ πάθοιεν) μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα. εὕροιτε δ' ἂν τὸν πόλεμον τόνδε, περὶ οὗ νῦν βουλεύεσθε, οὐκ ἂν ἐλάχιστον γενόμενον, εἰ σωφρόνως τις αὐτὸν ἐκλογίζοιτο. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἀστυγείτονας παρόμοιος ἡμῶν ἡ ἀλκὴ, καὶ διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν· πρὸς δὲ ἄνδρας οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι, καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ, ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστίν· ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι· πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἄρασθαι, καὶ τίνι πιστεύσαντας, ἀπαρασκεύους ἐπειχθῆναι; πότερον ταῖς ναυσίν; ἀλλ' ἥσσους ἐσμέν. (εἰ δὲ μελετήσομεν, καὶ ἀντιπαρασκευασόμεθα, χρόνος ἐνέσται) ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν; ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέον τούτου ἐλλείπομεν, καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν, οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. τάχ' ἄν τις θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν, ὥστε τὴν γῆν δῃοῦν ἐπιφοιτῶντες. τοῖς δὲ ἄλλη γῆ ἐστὶ πολλὴ ἧς ἄρχουσι, καὶ ἐκ θαλάσσης ὧν δέονται ἐπάξονται. εἰ δ' αὖ τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι πειρασόμεθα, δεήσει καὶ τούτοις ναυσὶ βοηθεῖν, τὸ πλέον οὖσι νησιώταις. τίς οὖν ἔσται ἡμῶν ὁ πόλεμος; εἰ μὴ γὰρ ἢ ναυσὶ κρατήσομεν, ἢ τὰς προσόδους ἀφαιρήσομεν, ἀφ' ὧν τὸ ναυτικὸν τρέφουσι, βλαψόμεθα τὰ πλείω. κἂν τούτῳ οὐδὲ καταλύεσθαι ἔτι καλόν, ἄλλως τε καὶ εἰ δόξομεν ἄρξαι μᾶλλον τῆς διαφορᾶς. μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα, ὡς ταχὺ παυθήσεται ὁ πόλεμος, ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τάμωμεν. δέδοικα δὲ μᾶλλον μὴ καὶ τοῖς παισὶν αὐτὸν ὑπολίπωμεν. οὕτως εἰκὸς Ἀθηναίους φρονήματι, μήτε τῇ γῇ δουλεῦσαι, μήτε ὥσπερ ἀπείρους καταπλαγῆναι τῷ πολέμῳ. οὐ μὴν οὐδὲ ἀναισθήτως αὐτοὺς κελεύω τούς τε

ξυμμάχους ἡμῶν ἐᾶν βλάπτειν, καὶ ἐπιβουλεύοντας μὴ καταφωρᾶν· ἀλλὰ ὅπλα μὲν μήπω κινεῖν, πέμπειν δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι, μήτε πόλεμον ἄγαν δηλοῦντας, μήθ' ὡς ἐπιτρέψομεν. κἀν τούτῳ καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι, ξυμμάχων τε προσαγωγῇ, καὶ Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρων, εἴ ποθέν τινα ἢ ναυτικοῦ, ἢ χρημάτων δύναμιν προσληψόμεθα. ἀνεπίφθονον δέ, ὅσοι, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα, μὴ Ἕλληνας μόνον ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας, διασωθῆναι. καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκποριζώμεθα· καὶ ἢν μὲν ἐπακούσωσί τι πρεσβευομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα· ἢν δὲ μή, διελθόντων ἐτῶν δύο καὶ τριῶν, ἄμεινον ἤδη, ἢν δοκῇ, πεφραγμένοι, ἴμεν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἴσως ὁρῶντες ἡμῶν ἤδη τήν τε παρασκευήν, καὶ τοὺς λόγους αὐτῇ ὁμοῖα ὑποσημαίνοντας, μᾶλλον ἂν εἴκοιεν, καὶ γῆν ἔτι ἄτμητον ἔχοντες, καὶ περὶ παρόντων ἀγαθῶν καὶ οὔπω ἐφθαρμένων βουλευόμενοι. μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν αὐτῶν ἢ ὅμηρον ἔχειν, καὶ οὐχ ἧσσον, ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται. ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, καὶ μὴ ἐς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτούς, ἀληπτοτέρους ἔχειν. εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτήν, ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελοποννήσῳ πράξωμεν. ἐγκλήματα μὲν γὰρ καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν οἷόν τε καταλῦσαι· πόλεμον δὲ ξύμπαντας ἀραμένους ἕνεκα τῶν ἰδίων, ὃν οὐχ ὑπάρχει εἰδέναι καθ' ὅτι χωρήσει, οὐ ῥᾴδιον εὐπρεπῶς θέσθαι. καὶ ἀνανδρία μηδενί, πολλοὺς μιᾷ πόλει μὴ ταχὺ ἐπελθεῖν, δοκείτω εἶναι. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις οὐκ ἐλάσσους χρήματα φέροντες ξύμμαχοι· καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τὸ πλέον, ἀλλὰ δαπάνης, δι' ἣν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ, ἄλλως τε καὶ ἠπειρώταις πρὸς θαλασσίους. πορισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτήν, καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα. οἵπερ δὲ καὶ τῶν ἀποβαινόντων τὸ πλέον ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας ἕξομεν, οὗτοι καὶ καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν προΐδωμεν. καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε. σπεύδοντές τε γάρ, σχολαίτερον ἂν παύσαισθε, διὰ τὸ ἀπαράσκευοι ἐγχειρεῖν, καὶ ἅμα ἐλευθέραν καὶ εὐδοξοτάτην πόλιν διὰ παντὸς νεμόμεθα. καὶ δύναται μάλιστα σωφροσύνη ἔμφρων τοῦτ' εἶναι. μόνοι γὰρ δι' αὐτὸ εὐπραγίαις τε οὐκ ἐξυβρίζομεν, καὶ ξυμφοραῖς ἧσσον ἑτέρων εἴκομεν. τῶν τε ξὺν ἐπαίνῳ ἐποτρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν, οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ· καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, οὐδὲν δὴ μᾶλλον ἀχθεσθέντες ἂν ἐπείσθημεν. πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μέν, ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία· εὔβουλοι δέ, ἀμαθέστεροι τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι, καὶ ξὺν χαλεπότητι σωφρονέστερον ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν· καὶ μὴ τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ ἄγαν ὄντες, τὰς τῶν πολεμίων παρασκευὰς λόγῳ καλῶς μεμφόμενοι, ἀνομοίως ἔργῳ ἐπεξιέναι· νομίζειν δὲ τάς τε διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι, καὶ τὰς προσπιπτούσας τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς. ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα. καὶ οὐκ ἐξ ἐκείνων ὡς ἁμαρτησομένων ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας, ἀλλ' ὡς ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλῶς προνοουμένων. πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται. ταύτας οὖν ἃς οἱ πατέρες τε ἡμῖν παρέδοσαν μελέτας, καὶ αὐτοὶ διὰ παντὸς ὠφελούμενοι ἔχομεν, μὴ παρῶμεν· μηδ' ἐπειχθέντες ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας, περὶ πολλῶν σωμάτων, καὶ χρημάτων, καὶ πόλεων, καὶ δόξης βουλεύσωμεν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν. ἔξεστι δ' ἡμῖν μᾶλλον ἑτέρων, διὰ ἰσχύν. καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας, πέμπετε δὲ περὶ ὧν οἱ ξύμμαχοί φασιν ἀδικεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι. ἐπὶ δὲ τὸν διδόντα οὐ πρότερον νόμιμον ὡς ἐπ' ἀδικοῦντα ἰέναι. παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα. ταῦτα γὰρ καὶ κράτιστα βουλεύσεσθε, καὶ τοῖς ἐναντίοις φοβερώτατα.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

ET multorum ego bellorum vsum habeo, Lacedæmonii, & de vobis qui id quoque ætatis sunt aspicio: vt nec quenquam esse putem qui propter imperitiam negotiũ appetat (sicuti fortasse imperiti facerent) nec vtile id tutúmve esse arbitretur. Bellum verò id de quo est suscepta hæc deliberatio, qui rei æquus volet esse æstimator, inueniet non esse in minimis reponendum. Nam aduersus Peloponnenses & finitimos pares viribus esse possumus, omnésque belli partes celerrimè obire: homines verò procul hinc dissitos, præterea rei maritimæ peritissimos, cæterísque omnibus subsidiis optimè instructos, priuatis copiis & publicis, nauibus, equis, armis, milite quanto in reliqua Græcia nullo, quique socios vectigales habent, temerene bello lacessemus? aut quibus adiumentis freti, qui ab omnibus sumus imparati? Nauibúsne? at sumus inferiores. (Quòd si curam adhibere, & aduersus eos bellum parare volum⁹, mora erit interponenda.) An verò pecunia? at huius multo etiam maiore inopia laboramus: neque in ærario habemus, neque è re priuata facilè promimus. Sed confidat fortasse quispiam nos armis & milite præstare, & incursionibus posse agrum hostilem populari. Atqui habent illi in ditione sua amplissimas possessiones, & mari, quæ opus erunt, importabunt. Quòd si eorum socios ad defectionem sollicitabimus, nauibus erit iis succurrendum, quum bonam partem sint insulani. Quod igitur tandem istud bellum sumus gesturi? Nam nisi classe simus superiores, aut illis vectigalia præcidamus, quibus

classem sustentant, plura accipiemus detrimenta quàm inferemus. Ac ne tum quidem præclarè se res habebit, si bello desistamus: siquidem autores contentionis ipsius iudicabimur. Neque enim est quòd illa spe efferamur, bellum esse conquieturum si eorum agrum vastarimus: quin vereor ne illud posteris eorũ prodamus. Ita videntur Athenięses consilio & studio suo, nõ agro pẽdêre, nec (quod homines rei imperiti facerent) belli impetu consternari. Neque tamen vobis autor esse volo vt socios nostros impunè violari propter stuporem patiamini, aut ne insidiantes coarguatis: sed vt arma quidem nondum moueatis, mittatis autem qui iniurias expostulent, quíque bellum non magnopere præ se ferant, & quæ fiunt, nos ferre nolle denuntient. Atque interiecto hoc tempore nostra comparemus, asciscendis sociis seu Græcis seu barbaris, siqua vel classis vel pecuniæ cogendæ facultas alicunde dabitur. Caret autem res inuidia, siqui insidiis petiti (vt nos Athieniensium) aduocatis vel Græcis vel barbaris sibi salutem quærant, simúlque è nostris ipsis suppeditemur. Quibus si legationes nostræ persuaserint, commodè sanè: sin minus, duobus tribúsve annis interiectis melius stipati, si videbitur, illos adoriemur. Ac fortasse hoc tempore, si apparatum nostrum videant, eáque audiant quæ ipsi apparatui consentanea innuãt, sese dent, quandiu & agrum habent incolumem, & de commodis præsentibus & adhuc integris consultant. Nolite enim putare aliter ab his agrum suum, quàm in obsidis loco haberi. Neque verò minus, quo is est cultior. A quo profectò, quandiu possumus, abstinere debemus, nec committere vt pace desperata sint ad expugnandum difficiliores. Etenim si sociorum criminationibus adducti illum vastatum ibimus, videte ne in dedecus & angustias Peloponnesum coniiciamus. Nam ciuitatum & priuatorum controuersiæ dirimi possunt: bellum verò omnium consensu susceptum, quod quò sit euasurum nemini potest esse exploratum, honestè componere difficile est. Neque verò quisquam ignauiæ adscribat quòd multi in vnam vrbem non continuò irruimus. Sunt enim illis socii qui pecuniam conferant non pauciores. Ac bellum quidem vtplurimùm non armis, sed sumptibus constat, è quibus armorum vsus pendet, maximè quum à mediterraneis aduersus maritimos geritur. Ergo impensas antè prouideri oportet, non autem sociorum vocibus priu excitari: & nos iis matura prouisione præire oportet, qui in vtranque partem euentus præcipuam causam sustinebimus. Neque vos istius tarditatis & cunctationis, cuius nomine vos insimulant, pudeat. Nam quæ erunt per festinationem suscepta, ea otiosè omittetis, quia imparati fueritis aggressi. Præterea vrbem incolimus antiquissima libertate & gloria. In quibus potissimùm considerata moderatio est posita. Soli enim hac de causa neque rebus secundis efferimur, minúsque quàm alii, aduersis deiicimur: neque contrà quàm sentiamus ipsi illecebris eorum excitamur, qui nos in pericula laudando conantur detrudere. Quòd siquis expostulando nos instiget, nihilo facilius credere irati solemus. Bellicosos nos & prouidos facit optima disciplina. Quorum alterum affert verecundia, cuius est cum moderatione summa coniunctio, & pudoris cum fortitudine. Prouidi verò vt simus fit, quia ad legum despicientiã minimè instituimur, & seueriore disciplina ad eã modestiã informamur, vt earum obedientiam ne reiiciamus, néve, quum singulari simus prudentia, qui hostium apparatus præclarè verbis reprehendimus, re verbis dissimili inania persequamur: alios verò eadem quæ nos sentire iudicemus: rerũ autem euentus esse ancipites, de quibus nemo certum habeat dicere. Semper autem contra aduersarios ita nos comparamus, quasi recta consilia capiant. Neque enim errore, quem illos putemus commissuros, nostra spes pendere debet, sed securitate consilii, quod nos maturè inimus. Neque magnopere differre ab homine hominem putandum est, sed præstare eum qui ad grauissima tempora præceptis sit instructus necessariis. Hæc igitur consilia, quæ nobis maiores prodiderunt, & nos magno cum fructu semper tenuimus, ne prætermittamus, neque tumultuantes, exigua diei parte de multis capitibus hominum, de pecunia, de vrbibus, de gloria, sed maturè deliberemus. Quod nobis præter cæteros propter potentiam qua pollemus, licet. Et de Potidæa repetenda legatos Athenas mittite, quum præsertim parati sint iudicium accipere: qui autem ad iudicium præsto

sit, cum ius non sit pro nocente prius oppugnari. Verùm parate interim bellum. Hoc nec vtilius vobis vllum, nec hostibus formidabilius consilium capere potestis.

ORATIO STHENELAIDAE.

ARGVMENTVM.

In eo consessu Lacedæmoniorum de quo diximus, Sthenelaidas, ephororum vnus, sententiam dixit, quam hac oratione complexus est Thucydides. Respondet breuiter, sed acutè & acriter, ad ea quæ fuerant dicta tum à legato Atheniensi, tum ab Archidamo: aduersus illum, de necessitate belli gerendi, quum præsertim ne Athenienses quidem diffiteātur quin pactiones violarint: aduersus hunc, de viribus ciuitatis, & omnibus belli adiumentis, de grauitate, quæ non ad moram belli necessarii, sed ad celeritatem conferenda sit. Specimen Laconicæ breuitatis cum acrimonia coniunctæ.

Τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω. ἐπαινέσαντες γὰρ πολλὰ ἑαυτοὺς, οὐδαμοῦ ἀντεῖπον ὡς οὐκ ἀδικοῦσι τοὺς ἡμετέρους ξυμμάχους, καὶ τὴν Πελοπόννησον. καίτοι εἰ πρὸς τοὺς Μήδους ἐγένοντο ἀγαθοὶ τότε, πρὸς δὲ ἡμᾶς κακοὶ νῦν, διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται. ἡμεῖς δὲ ὅμοιοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμὲν, καὶ τοὺς ξυμμάχους, εἰ σωφρονῶμεν, οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους, οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν· οἱ δ' οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν. ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά ἐστι πολλὰ, καὶ νῆες καὶ ἵπποι· ἡμῖν δὲ ξύμμαχοι ἀγαθοὶ, οὓς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστὶν, οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα, μὴ λόγῳ καὶ αὐτοὺς βλαπτομένους· ἀλλὰ τιμωρητέα ἐν τάχει, καὶ παντὶ σθένει. καὶ ὡς ἡμᾶς πρέπει βουλεύεσθαι ἀδικουμένους, μηδεὶς διδασκέτω· ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας ἀδικεῖν, μᾶλλον πρέπει πολὺν χρόνον βουλεύεσθαι. ψηφίζεσθε οὖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον, καὶ μήτε τοὺς Ἀθηναίους ἐᾶτε μείζους γίγνεσθαι, μήτε τοὺς ξυμμάχους καταπροδιδῶμεν, ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

EQuidem quid sibi Athenienses velint cum tam verbosa oratione, non intelligo: quum enim multa de laudibus suis dixerint, nunquam tamen illud sunt inficiati, à se socios nostros & Peloponnesum violari. Atqui si se viros bonos bello illo Medico præstiterunt, nunc autem iidem in nos sunt iniurii, digni sunt qui dupli pœnā subeāt, quòd à bonis moribus in malos sunt delapsi. Nos verò nostri semper similes & illo tempore fuimus, & hoc ipso sumus: nec socios, si modò sapimus, iniquè accipi sinemus, sed his sine dilatione auxilio ibimus: quum illorum dilationem non habeant iniuriæ. Alii enim valent pecunia, nauibus & equitatu: nobis firmissimi sunt socii, quos Atheniensibus dedere non debemus: nec verò iudiciis verbisque decernere, qui ipsi verbis non lædamur. Quin primo quoque tempore iis succurrendum est, & viribus quantis fieri potest maximis. Neque est quòd quisquam nobis præcipiat quemadmodum nos deliberare oporteat lacessitos. Illis potius maturè deliberari opus est qui se ad iniurias inferendas comparant. Decernite igitur, Lacedæmonii, bellum, vt Spartana ciuitate dignum est: nec sinite potentiam Atheniensium crescere: neque socios prodamus, sed homines infestos diis iuuantibus inuadamus.

CORINTHIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Conuentus magni habebantur Lacedæmone à ciuitatibus sociis de bello Atheniēsibus inferendo, quòd ii conditionibus communis pacis non stetissent. Summus ibi erat consensus bellum decernentium: Corinthii verò, odio in Athenienses incensi, incitatos iam sua sponte socios impulerunt etiam hac sua oratione vehementius. Quum enim intelligerent, si qua esset in bello decernendo & suscipiendo mora, duabus potissimùm de causis eam futuram: vel quòd satis graues tanti belli tamque calamitosi futuri causas non esse iudicarent: vel quòd vererentur vt hostium vires & apparatum adæquare ipsi possent: aduersus ea opponunt vniuersæ huius orationis membra duo, belli huius necessitatem, & copiarum firmitatem. Inculcāt tamen studiosius æquitatem causæ, quum & hæreditariam libertatem, & maiorum gloriam, patrium decus, & ignominiam subeundæ seruitutis proponunt. Eam esse causam pro qua nullæ non dimicationes vltrò sint deposcendæ: eas autem vires, quæ illis metum omnem debeant eripere. Grauis sententiis oratio.

Τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, οὐκ ἂν ἔτι αἰτιασαίμεθα ὡς οὐ καὶ αὐτοὶ ἐψηφισμένοι τὸν πόλεμόν εἰσι, καὶ ἡμᾶς ἐς τοῦτο νῦν ξυνήγαγον. χρὴ γὰρ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας, τὰ κοινὰ προσκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις ἐκ πάντων προτιμῶνται. ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν, οὐχὶ διδαχῆς δέονται ὥστε φυλάξασθαι αὐτούς. τοὺς δὲ τὴν μεσόγειαν μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους, εἰδέναι χρὴ ὅτι τοῖς κάτω ἢν μὴ ἀμύνωσι, χαλεπωτέραν ἕξουσι τὴν κατακομιδὴν τῶν ὡραίων, καὶ πάλιν ἀντίληψιν ὧν ἡ θάλασσα τῇ ἠπείρῳ δίδωσι· καὶ τῶν νῦν λεγομένων μὴ κακοὺς κριτὰς ὡς μὴ προσηκόντων εἶναι, προσδέχεσθαι δέ ποτε, εἰ τὰ κάτω πρόοιντο, κἂν μέχρι σφῶν τὸ δεινὸν προελθεῖν, καὶ περὶ αὑτῶν οὐχ ἧσσον νῦν βουλεύεσθαι. διόπερ καὶ μὴ ὀκνεῖν δεῖ αὐτοὺς τὸν πόλεμον ἀντ' εἰρήνης μεταλαμβάνειν. ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν· ἀγαθῶν δὲ, ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης, πολεμεῖν· εὖ δὲ παρασχὸν, ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι· καὶ μήτε τῇ κατὰ πόλεμον εὐτυχίᾳ ἐπαίρεσθαι, μήτε τῷ ἡσύχῳ τῆς εἰρήνης ἡδόμενος ἀδικεῖσθαι. ὅ τε γὰρ διὰ τὴν ἡδονὴν ὀκνῶν, τάχιστ' ἂν ἀφαιρεθείη τῆς ῥᾳστώνης τὸ τερπνὸν, δι' ὅπερ ὀκνεῖ, εἰ ἡσυχάζοι· ὅ τε ἐν πολέμῳ εὐτυχίᾳ πλεονάζων, οὐκ ἐντεθύμηται θράσει ἀπίστῳ ἐπαιρόμενος. πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα κατωρθώθη· καὶ ἔτι πλείω ἃ καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι, ἐς τοὐναντίον αἰσχρῶς περιέστη. ἐνθυμεῖται γὰρ οὐδεὶς ὅμοια τῇ πίστει, καὶ ἔργῳ ἐπεξέρχεται, ἀλλὰ μετ' ἀσφαλείας μὲν δοξάζομεν, μετὰ δέους δὲ ἐν τῷ ἔργῳ ἐλλείπομεν. ἡμεῖς δὲ νῦν καὶ ἀδικούμενοι τὸν πόλεμον ἐγείρομεν, καὶ ἱκανὰ ἔχοντες ἐγκλήματα· ὅταν ἀμυνώμεθα Ἀθηναίους, καταπαυσόμεθα αὐτὸν ἐν καιρῷ. κατὰ πολλὰ δὲ ἡμᾶς εἰκὸς ἐπικρατῆσαι, πρῶτον μὲν πλήθει προύχοντας καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ, ἔπειτα ὁμοίως πάντας ἐς τὰ παραγγελλόμενα ἰόντας. ναυτικόν τε, ᾧ ἰσχύουσιν, ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης τε ἑκάστοις οὐσίας ἐξαρτυσόμεθα, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς καὶ Ὀλυμπίᾳ χρημάτων. δάνεισμα γὰρ ποιησάμενοι, ὑπολαβεῖν οἷοί τ' ἐσμὲν μισθῷ μείζονι τοὺς ξένους αὐτῶν ναυβάτας. ὠνητὴ γὰρ Ἀθηναίων ἡ δύναμις μᾶλλον ἢ οἰκεία. ἡ δὲ ἡμετέρα ἧσσον ἂν τοῦτο πάθοι, τοῖς σώμασι τὸ πλέον ἰσχύουσα ἢ τοῖς χρήμασι. μιᾷ τε νίκῃ ναυμαχίας κατὰ τὸ εἰκὸς ἁλίσκονται· εἰ δ' ἀντίσχοιεν, μελετήσομεν καὶ ἡμεῖς ἐν πλέονι χρόνῳ τὰ ναυτικά. καὶ ὅταν τὴν ἐπιστήμην ἐς τὸ ἴσον καταστήσωμεν, τῇ γε εὐψυχίᾳ δήπου περιεσόμεθα. ὃ γὰρ ἡμεῖς φύσει ἔχομεν ἀγαθὸν, ἐκείνοις οὐκ ἂν γένοιτο διδαχῇ· ὃ δ' ἐκεῖνοι ἐπιστήμῃ προύχουσι, καθαιρετὸν ἡμῖν ἐστὶ μελέτῃ. χρήματα δ' ὥστ' ἔχειν ἐς αὐτὰ, οἴσομεν. ἢ δεινὸν ἂν εἴη εἰ οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι ἐπὶ δουλείᾳ τῇ αὑτῶν φέροντες οὐκ ἀπεροῦσιν, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς, καὶ αὐτοὶ ἅμα σῴζεσθαι, οὐκ ἄρα δαπανήσομεν· καὶ ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' ἐκείνων αὐτὰ ἀφαιρεθέντες, αὐτοῖς τούτοις κακῶς πάσχειν. ὑπάρχουσι δὲ καὶ ἄλλαι ὁδοὶ τοῦ πολέμου ἡμῖν, ξυμμάχων τε ἀπόστασις, μάλιστα παραίρεσις οὖσα τῶν προσόδων, αἷς ἰσχύουσι, καὶ ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ, ἄλλα τε ὅσα οὐκ ἄν τις νῦν προΐδοι. ἥκιστα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ, αὐτὸς δὲ ἀφ' αὑτοῦ τὰ πολλὰ τεχνᾶται πρὸς τὸ παρατυγχάνον· ἐν ᾧ ὁ μὲν εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας, βεβαιότερος, ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὸν, οὐκ ἐλάσσω πταίει. ἐνθυμώμεθα δὲ καὶ ὅτι εἰ μὲν ἡμῶν ἦσαν ἑκάστοις πρὸς ἀντιπάλους περὶ γῆς ὅρων διαφοραὶ, οἰστὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ πρὸς ξύμπαντάς τε ἡμᾶς Ἀθηναῖοι ἱκανοὶ, καὶ κατὰ πόλιν ἔτι δυνατώτεροι. ὥστε εἰ μὴ καὶ ἁθρόοι, καὶ κατὰ ἔθνη, καὶ ἕκαστον ἄστυ μιᾷ γνώμῃ ἀμυνούμεθα αὐτοὺς, δίχα γε ὄντας ἡμᾶς ἀπόνως χειρώσονται. καὶ τὴν ἧσσαν, εἰ καὶ δεινόν τῳ ἀκοῦσαι, ἴστω οὐκ ἄλλο τι φέρουσαν ἢ ἄντικρυς δουλείαν. ὃ καὶ λόγῳ ἐνδοιασθῆναι αἰσχρὸν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ πόλεις τοσάσδε ὑπὸ μιᾶς κακοπαθεῖν. ἐν ᾧ ἢ δικαίως δοκοῖμεν ἂν πάσχειν, ἢ διὰ δειλίαν ἀνέχεσθαι, καὶ τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, οἳ τὴν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἡμῖν αὐτοῖς βεβαιοῦμεν αὐτὸ, τύραννον δὲ ἐῶμεν ἐγκαθεστάναι πόλιν. τοὺς δ' ἐν μιᾷ μονάρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν, καὶ οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας, ἢ μαλακίας, ἢ ἀμελείας. οὐ γὰρ δὴ πεφευγότες ταῦτα, ἐπὶ τὴν πλείστους δὴ βλάψασαν καταφρόνησιν κεχωρήκατε, ἣ ἐκ τοῦ πολλοὺς σφάλλειν, τὸ ἐναντίον ὄνομα ἀφροσύνη μετωνόμασται. τὰ μὲν οὖν προγεγενημένα τί δεῖ μακρότερον ἢ ἐς ὅσον τοῖς νῦν ξυμφέρει αἰτιᾶσθαι; περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων τοῖς παροῦσι βοηθοῦντας χρὴ ἐπιταλαιπωρεῖν. πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι, καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος, εἰ ἄρα πλούτῳ τε νῦν καὶ ἐξουσίᾳ ὀλίγον προφέρετε. οὐ γὰρ δίκαιον ἃ τῇ ἀπορίᾳ ἐκτήθη, τῇ περιουσίᾳ ἀπολέσθαι, ἀλλὰ θαρσοῦντας ἰέναι κατὰ πολλὰ ἐς τὸν πόλεμον, τοῦ τε θεοῦ χρήσαντος, καὶ αὐτοῦ ὑποσχομένου ξυλλήψεσθαι, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἁπάσης ξυναγωνιουμένης, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ ὠφελείᾳ. σπονδάς τε οὐ λύσετε πρότεροι (ἅς γε καὶ ὁ θεὸς, κελεύων πολεμεῖν, νομίζει παραβεβάσθαι) ἠδικημέναις δὲ μᾶλλον βοηθήσετε. λύουσι γὰρ οὐχ οἱ ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότεροι ἐπιόντες. ὥστε πανταχόθεν καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ ἡμῶν κοινῇ τάδε παραινούντων, εἴπερ βεβαιότατον τὸ ταῦτα ξυμφέροντα καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις εἶναι, μὴ μέλλετε Ποτιδαιάταις τε ποιεῖσθαι τιμωρίαν οὖσι Δωριεῦσι, καὶ ὑπὸ Ἰώνων πολιορκουμένοις, (οὗ πρότερον ἦν τοὐναντίον) καὶ τῶν ἄλλων μετελθεῖν τὴν ἐλευθερίαν. ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται περιμένοντας τοὺς μὲν ἤδη βλάπτεσθαι, τοὺς δὲ, εἰ γνωσθησόμεθα ξυνελθόντες μὲν, ἀμύνεσθαι δὲ οὐ τολμῶντες, μὴ πολὺ ὕστερον τὸ αὐτὸ πάσχειν. ἀλλὰ νομίσαντες ἐς ἀνάγκην ἀφῖχθαι, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, καὶ ἅμα τάδε ἄριστα λέγεσθαι, ψηφίσασθε τὸν πόλεμον, μὴ φοβηθέντες τὸ αὐτίκα δεινὸν, τῆς δ' ἀπ' αὐτοῦ διὰ πλείονος εἰρήνης ἐπιθυμήσαντες. (ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται. ἀφ' ἡσυχίας δὲ μὴ πολεμῆσαι, οὐχ ὁμοίως ἀκίνδυνον) καὶ τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον ἡγησάμενοι ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως καθεστάναι, ὥστε τῶν μὲν ἤδη ἄρχειν, τῶν δὲ διανοεῖσθαι, παραστησώμεθα ἐπελθόντες· καὶ αὐτοί τε ἀκινδύνως τὸ λοιπὸν οἰκῶμεν, καὶ τοὺς νῦν δεδουλωμένους Ἕλληνας ἐλευθερώσωμεν.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

Lacedæmonios, ô socii, haud iam insimulare velimus quòd non tum ipsi bellum decreuerint, tum nos huius rei causa nunc congregarint. Debent enim ii qui præsunt, sicut in cæteris rebus honore cunctos antecellũt, sic res priuatas æquabiliter administrantes, in commune prospicere. At quicunque è nobis cum Atheniensibus

commercium habuerunt, non necesse est admoneantur vt ab illis caueant, sed ii potius qui mediterranea nec ad mare incolunt: vt intelligant, nisi inferiora incolentibus opem ferant, difficiliorem se fructuum deuectionem, & vicissim difficiliorem perceptionẽ eorum, quæ mare cõtinenti suppeditat, habituros. Nec debere eorũ quæ dicũtur praui iudices esse, tãquam hæc ad ipsos nõ pertineant, sed expectare, si res orã maritimã incolentium neglexerint, aliquando calamitatem ad se peruenturam, nec de se nunc minus quàm de aliis consultare. Quo minus eos oportet esse segnes ad bellum pro pace sumendum. Nam modestorum quidem hominum est, si non lacessantur iniuria, quiescere: fortiũ autẽ, si lacessiti fuerint, pacẽ bello mutare: eosdémq; re bene gesta, rursus in concordiã redire: neq; bellorũ prosperitate extolli, neque quiete pacis gaudẽtes, pati iniuriam. Nam qui studio voluptatis ignauus est, is confestim otii sui suauitate priuari possit, si quiescat. Et qui frequenti successu in bellis vtitur, hic infida ferocia se efferri non intelligit. Multa enim malè consulta, hostibus incõsultius agentibus, prosperè euenerunt: & multo plura quæ bene consulta videbãtur, turpiter in cõtrariũ ceciderũt. quia nemo tali opere rẽ exequitur quali fiducia deliberat: sed securè de futuris sentimus, cũ timore autẽ in actione deficimus. At nũc iniuriã passi nos, & multa habẽtes in Athenienses crimina, bellũ cõflamus: vbi istos vlti fuerimus, in tẽpore finituri. In quo nos victores fore, multis de causis credibile est: primùm, quòd hominum numero & rei militaris peritia præcellimus: deinde, quòd omnes peræquè ad ea quæ sunt imperata properamus. Classem autem qua illi præstant, parabimus, tum priuatis facultatibus pro rata parte, tum ex pecuniis Delphicis atque Olympicis. mutuati nanque pecuniã, possumus peregrinos illorum nautas maiori mercede subducere. Mercenariæ enim magis quàm vernaculæ sunt Atheniensium copiæ: quod minus in nobis cõtingit, qui plus corporibus quàm pecuniis pollemus. Quòd si vel vna nauali pugna superentur, de ipsis actum est, vt credere oportet: sin resistant, & nos diutius rem nauticam meditabimur, superiores illis futuri animi præstantia, quum peritiam ad æqualitatem perduxerimus. Quod enim nos natura obtinemus, hoc illis nequaquam doctrina contingat: at in quo illi præstant propter scientiam, id nobis est exercitatione consequendum. Pecunias quoque quæ huic rei suppetant, conferemus. Alioqui iniquum hoc fuerit, si, quũ illorum socii pecuniis conferendis non defatigentur, quò seruitutem seruiant, nos vt vlciscendo hostes, vnà ipsi salutem consequamur, sumptum non faciemus, & quidem ne iis per illos ereptis, ob eas ipsas malè mulctemur. Adsunt præterea nobis aliæ quoque belli gerendi viæ, & in primis solicitatio sociorum ad defectionem, res quæ illis adimat prouentus quibus præpollent, & munitionis ædificatio in eorum regionem, & alia quæ nondum quis prospiciat. Minimè enim bellum certis modis progreditur: multa ipsum per sese, præter ea quæ adsunt, comminiscitur. In quo quisquis moderato versatur animo, tutior existit: quisquis irato, non minus labi consueuit. Cogitemus autem, si forent singulis nostrum de finibus ac limitibus cum paribus aduersariis lites, id debere tolerari: nunc autẽ Athenienses cũ ad vniuersos nos, tum ad oppidatim subigẽdos validi sunt, ita vt nisi & frequentes & per regiones ac ciuitates singulas vnóque cõsilio eis obstiterimus, haud difficulter sint nos separatim agentes oppressuri. Quorum victoriam de nobis, tametsi auditu *id* quoque triste sit cuipiam, *tamen qui audit* sciat nihil planè aliud afferre quàm seruitutem. Quod vel in mẽtem venisse Peloponneso turpe est: nedum *reipsa* tot vrbes ab vna infestari. In quo videmur aut meritò huiusmodi malis affici, aut per ignauiam perpeti, degenerantes à maiorum gloria, qui Græciam liberauerunt: quum nos ne ad tutandam quidem nostram libertatem sufficiamus: finamúsque ciuitatem tyrannum *in Græcia* constitui, quum in vna ciuitate tyrannus vt tollatur postulare soleamus. Nec intelligimus, tribus maximis vitiis ista nõ carere, imprudentia, mollitie, negligentia. Neque enim ab istis alieni, ad contemptionem deuenistis, quæ plurimis damnosa fuit: quæ quia multos pessundat, vocabulo contrario stultitia denominata est. Quanquam quid attinet quæ hactenus gesta sunt, pluribus quàm quatenus nunc expedit, reprehendere? At futurorum causa præsentia tutantes, labores

perferre oportet:quoniam patrium vobis est per labores assequi virtutes. Nec mores immutare vos decet, qui etsi nunc diuitiis illos aliquantum atque potentia superatis, tamen haud æquum est, quod paupertate partum est, id per diuitias perdere: sed cum multis de causis fidenter vos ire ad bellum, tum dei responso, qui se quoque adiutorem fore pollicetur: adiutrice etiam futura cætera Græcia, partim ob metum, partim ob vtilitatem. Nec ideo fœdera priores rumpetis, quæ deus ipse, qui nos iubet bellare, censet illos esse præuaricatos: sed auxilium potius fœderibus ruptis feretis. Ruperunt enim fœdera non qui resistunt inuadentibus, sed qui priores inuadunt. Proinde quum vndique vobis liceat commodè bellum suscipere, & nos communiter ista suadeamus, si certissimum est eadem rebus & publicis & priuatis conducere, nolite cunctari cum aliorum libertatem recuperare, tum verò Potidæatis opitulari, qui sunt Dores, (& quod olim contrarium erat) ab Ionibus obsidentur. Non enim par est cunctantes, alios quidem iniuriis iam affici, alios autem (si intellectum fuerit nos concilium habuisse, nec tamen propulsare iniurias ausos esse) non multo pòst eadem pati. Verùm, viri socii, vos ad hanc necessitatem deuenisse, simúlque à nobis quæ optima sunt dici existimantes, bellum decernite, haudquaquam deterriti subita illius asperitate, sed pacis quæ ex eo diuturna sequetur, cupiditate ducti. Nam pax magis confirmatur ex bello: at ex otio non perinde periculo cares ne bello lacessaris. Existimantes item, ciuitatem quæ se in Græcia tyrannum constituit, æqualiter constitui in omnes, ita vt iam aliis dominetur, aliis dominari destinet: eam inuadamus & subigamus, tum ipsi in posterum tuti habitaturi, tum etiam Græcos, qui nunc seruiunt, in libertatem vindicaturi.

ORATIO PERICLIS.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii, decreto iam domi omnium sociorum suffragiis in Athenienses bello, cuius ipsi duces essent, per speciem tamen tentandæ pacis legationes Athenas mittebant: per eas Atheniensibus duras conditiones imponebant, denuntiabántque bellum, nisi obtemperassent. Athenienses non satis certum habebant quid in re tanta statuerēt. Obtemperare vni ciuitati adeo imperiosæ, incommodum erat & ignominiosum: repudiatis conditionibus bellum suscipere, erat laboris & difficultatis plenum. Itaque re delata ad concionem, dictæ sunt variæ sententiæ. Pericles, ciuitatis ea tempestate facilè princeps, & copiosè & grauiter suam dixit: quæ hac oratione est comprehensa. Hic belli gerendi potius est autor, quàm tam iniquæ conditionis subeundæ. Non posse enim honestam esse pacem, quæ tantis incōmodis redimeretur. Argumenta eius sunt præcipua duo: vnum à causa belli suscipiendi, quod non ipsi illaturi, sed illatum propulsaturi sint, in tanta præsertim hostium iniquitate & audacia: alterum est ab illius gerendi facultate. In quo nerui reipub. & belli ratio expenduntur, & eadem in hostibus tractatur. Concludit locum illum qui est de opib. reip. à cohortatione ad eas retinendas: alterum verò illum qui est de necessaria defensione, concludit, quum quid ad mandata legatorum responderi velit, ostendit.

Τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις· καίπερ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας, πρὸς δὲ τὰς ξυμφορὰς καὶ τὰς γνώμας τρεπομένους. ὁρῶ δὲ καὶ νῦν ὅμοια καὶ παραπλήσια ξυμβουλευτέα μοι ὄντα· καὶ τοὺς ἀναπειθομένους ὑμῶν δικαιῶ τοῖς κοινῇ δόξασιν, ἢν ἄρα τι καὶ σφαλλώμεθα, βοηθεῖν, ἢ μηδὲ κατορθοῦντας, τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι. ἐνδέχεται γὰρ τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι ἢ καὶ τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου. διόπερ καὶ τὴν τύχην, ὅσα ἂν παρὰ λόγον ξυμβῇ, εἰώθαμεν αἰτιᾶσθαι. Λακεδαιμόνιοι δὲ πρότερόν τε δῆλοι ἦσαν ἐπιβουλεύοντες ἡμῖν, καὶ νῦν οὐχ ἥκιστα. εἰρημένον γὰρ δίκας μὲν τῶν διαφόρων ἀλλήλοις διδόναι καὶ δέχεσθαι, ἔχειν δὲ ἑκατέρους ἃ ἔχομεν, οὔτε αὐτοὶ δίκας πω ᾔτησαν, οὔτε ἡμῶν διδόντων δέχονται· βούλονται δὲ πολέμῳ μᾶλλον ἢ λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι, καὶ ἐπιτάσσοντες ἤδη καὶ οὐκέτι αἰτιώμενοι πάρεισι. Ποτιδαίας τε γὰρ ἀπανίστασθαι κελεύουσι, καὶ Αἴγιναν αὐτόνομον ἀφιέναι, καὶ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα καθαιρεῖν. οἱ δὲ τελευταῖοι οἵδε ἥκοντες, καὶ τοὺς Ἕλληνας προαγορεύουσιν αὐτονόμους ἀφιέναι. ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν· ὅπερ μάλιστα προὔχονται, εἰ καθαιρεθείη, μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον· μηδὲ ἐν ὑμῖν αὐτοῖς αἰτίαν ὑπολίπησθε ὡς διὰ μικρὸν ἐπολεμήσατε. τὸ γὰρ βραχὺ τοῦτο πᾶσαν ὑμῶν ἔχει τὴν βεβαίωσιν καὶ πεῖραν τῆς γνώμης. οἷς εἰ ξυγχωρήσετε, καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε, ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσοντες· ἀπισχυρισάμενοι δὲ, σαφὲς ἂν καταστήσητε αὐτοῖς, ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μᾶλλον προσφέρεσθαι. αὐτόθεν δὴ διανοήθητε, ἢ ὑπακούειν πρίν τι βλαβῆναι, ἢ, εἰ πολεμήσομεν (ὥσπερ ἔμοιγε ἄμεινον δοκεῖ εἶναι) καὶ ἐπὶ μεγάλῃ καὶ ἐπὶ βραχείᾳ ὁμοίως προφάσει μὴ εἴξοντες, μηδὲ ξὺν φόβῳ ἕξοντες ἃ κεκτήμεθα. τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δούλωσιν ἥ τε μεγίστη καὶ ἡ ἐλαχίστη δικαίωσις, ἀπὸ τῶν ὁμοίων πρὸ δίκης τοῖς πέλας ἐπιτασσομένη. τὰ δὲ τοῦ πολέμου καὶ τῶν ἑκατέροις ὑ-

περιόντων ὡς οὐκ ἀσθενέστερα ἕξομεν, γνῶτε καθ' ἕκαστον ἀκούοντες. αὐτουργοί τε γάρ εἰσι Πελοποννήσιοι, καὶ οὔτε ἰδίᾳ, οὔτε ἐν κοινῷ χρήματά ἐστιν αὐτοῖς· ἔπειτα, χρονίων πολέμων καὶ διαποντίων ἄπειροι, διὰ τὸ βραχέως αὐτοὶ ἐπ' ἀλλήλους ὑπὸ πενίας ἐπιφέρειν. καὶ οἱ τοιοῦτοι, οὔτε ναῦς πληροῦντες, οὔτε πεζὰς στρατιὰς πολλάκις ἐκπέμπειν δύνανται, ἀπὸ τῶν ἰδίων τε ἅμα ἀπόντες, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν δαπανῶντες, καὶ προσέτι καὶ θαλάσσης εἰργόμενοι. αἱ δὲ περιουσίαι τοὺς πολέμους μᾶλλον ἢ αἱ βίαιοι ἐσφοραὶ ἀνέχουσι. σώμασί τε ἑτοιμότεροι οἱ αὐτουργοὶ τῶν ἀνθρώπων ἢ χρήμασι πολεμεῖν, τὸ μὲν πιστὸν ἔχοντες ἐκ τῶν κινδύνων κἂν περιγενέσθαι, τὸ δὲ, οὐ βέβαιον, μὴ οὐ προαναλώσειν ἄλλως τε κἂν παρὰ δόξαν (ὅπερ εἰκὸς) ὁ πόλεμος αὐτοῖς μηκύνηται. μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ πρὸς ἅπαντας Ἕλληνας δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀντισχεῖν· πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι, ὅταν μήτε βουλευτηρίῳ ἑνὶ χρώμενοι, παραχρῆμά τι ὀξέως ἐπιτελῶσι, πάντες τε ἰσόψηφοι ὄντες, καὶ οὐχ ὁμόφυλοι, τὸ ἐφ' ἑαυτὸν ἕκαστος σπεύδῃ· ἐξ ὧν φιλεῖ μηδὲν ἐπιτελὲς γίγνεσθαι. καὶ γὰρ οἱ μὲν ὡς μάλιστα τιμωρήσασθαί τινα βούλονται, οἱ δὲ, ὡς ἥκιστα τὰ οἰκεῖα φθεῖραι. χρόνιοί τε ξυνιόντες, ἐν βραχεῖ μὲν μορίῳ σκοποῦσί τι τῶν κοινῶν, τῷ δὲ πλείονι τὰ οἰκεῖα πράσσουσι. καὶ ἕκαστος οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν, μέλειν δέ τινι καὶ ἄλλῳ ὑπὲρ ἑαυτοῦ τι προϊδεῖν· ὥστε τῷ αὐτῷ ὑπὸ ἁπάντων ἰδίᾳ δοξάσματι λανθάνειν τὸ κοινὸν ἀθρόον φθειρόμενον. μέγιστον δὲ, τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται, ὅταν σχολῇ αὐτὰ ποριζόμενοι διαμέλλωσι. τοῦ δὲ πολέμου οἱ καιροὶ οὐ μενετοί. καὶ μὴν οὐδ' ἡ ἐπιτείχισις, οὐδὲ τὸ ναυτικὸν αὐτῶν ἄξιον φοβηθῆναι. τὴν μὲν γὰρ χαλεπὸν καὶ ἐν εἰρήνῃ πόλιν ἀντίπαλον παρασκευάσασθαι· ἦπου δὴ ἐν πολεμίᾳ τε, καὶ οὐχ ἧσσον ἐκείνοις ἡμῶν ἀντεπιτετειχισμένων. φρούριον δ' εἰ ποιήσονται, τῆς μὲν γῆς βλάπτοιεν ἄν τι μέρος καταδρομαῖς καὶ αὐτομολίαις, οὐ μέντοι ἱκανόν γε ἔσται ἐπιτειχίζειν τε, καὶ κωλύειν ἡμᾶς πλεύσαντας ἐς τὴν ἐκείνων, καὶ, ἧπερ ἰσχύομεν, ταῖς ναυσὶν ἀμύνεσθαι. πλέον γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν τοῦ κατὰ γῆν ἐκ τοῦ ναυτικοῦ ἐμπειρίας, ἢ ἐκεῖνοι ἐκ τοῦ κατ' ἤπειρον ἐς τὰ ναυτικά. τὸ δὲ τῆς θαλάσσης ἐπιστήμονας γενέσθαι, οὐ ῥᾳδίως αὐτοῖς προσγενήσεται. οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς, μελετῶντες αὐτὸ εὐθὺς ἀπὸ τῶν Μηδικῶν, ἐξείργασθέ πω. πῶς δὴ ἄνδρες γεωργοὶ, καὶ οὐ θαλάσσιοι, καὶ προσέτι οὐδὲ μελετῆσαι ἐασόμενοι, διὰ τὸ ὑφ' ἡμῶν πολλαῖς ναυσὶν αἰεὶ ἐφορμεῖσθαι, ἄξιον ἄν τι δρῷεν; πρὸς μὲν γὰρ ὀλίγας ναῦς ἐφορμούσας κἂν διακινδυνεύσειαν, πλήθει τὴν ἀμαθίαν θρασύνοντες· πολλαῖς δὲ εἰργόμενοι ἡσυχάσουσι, καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται, καὶ δι' αὐτὸ καὶ ὀκνηρότεροι. τὸ δὲ ναυτικὸν, τέχνης ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐνδέχεται ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μηδὲν ἐκείνῳ πάρεργον ἄλλο γίγνεσθαι. εἴ τε καὶ κινήσαντες τῶν Ὀλυμπίασιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων, μισθῷ μείζονι πειρῷντο ἡμῶν ὑπολαβεῖν τοὺς ξένους τῶν ναυτῶν, μὴ ὄντων μὲν ἡμῶν ἀντιπάλων, ἐσβάντων αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων, δεινὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ τόδε τε ὑπάρχει, καὶ (ὅπερ κράτιστον) κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας, καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν, πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ ἄλλη Ἑλλάς. καὶ ἐπὶ τῷ κινδύνῳ οὐδεὶς ἂν δέξαιτο τῶν ξένων τήν τε αὑτοῦ φεύγειν, καὶ μετὰ τῆς ἥσσονος ἅμα ἐλπίδος, ὀλίγων ἡμερῶν ἕνεκα μεγάλου μισθοῦ δόσεως, ἐκείνοις ξυναγωνίζεσθαι. καὶ τὰ μὲν Πελοποννησίων ἔμοιγε τοιαῦτα καὶ παραπλήσια δοκεῖ εἶναι· τὰ δὲ ἡμέτερα, τούτων τε ὧνπερ παρ' ἐκείνοις ἐμεμψάμην, ἀπηλλάχθαι, καὶ ἄλλα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου μεγάλα ἔχειν. ἤν τ' ἐπὶ τὴν χώραν ἡμῶν πεζῇ ἴωσιν, ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἐκείνων πλευσούμεθα. καὶ οὐκέτι ἐκ τοῦ ὁμοίου ἔσται Πελοποννήσου τε μέρος τι τμηθῆναι, καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν. οἱ μὲν γὰρ οὐχ ἕξουσιν ἄλλην ἀντιλαβεῖν ἀμαχεί· ἡμῖν δ' ἐστὶ γῆ πολλὴ καὶ ἐν νήσοις, καὶ κατ' ἤπειρον. μέγα γὰρ τὸ τῆς θαλάσσης κράτος. σκέψασθε δέ· εἰ γὰρ ἦμεν νησιῶται, τίνες ἂν ἀληπτότεροι ἦσαν; καὶ νῦν χρὴ ὅτι ἐγγύτατα τούτου διανοηθέντας, τὴν μὲν γῆν καὶ οἰκίας ἀφεῖναι, τῆς δὲ θαλάσσης καὶ πόλεως φυλακὴν ἔχειν, καὶ Πελοποννησίοις ὑπὲρ αὐτῶν ὀργισθέντας, πολλῷ πλείοσι μὴ διαμάχεσθαι. κρατήσαντές τε γὰρ, αὖθις οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα· καὶ ἢν σφαλῶμεν, τὰ τῶν ξυμμάχων, ὅθεν ἰσχύομεν, προσαπόλλυται. οὐ γὰρ ἡσυχάσουσι μὴ ἱκανῶν ἡμῶν ὄντων ἐπ' αὐτοὺς στρατεύειν. τήν τε ὀλόφυρσιν μὴ οἰκιῶν καὶ γῆς ποιεῖσθαι, ἀλλὰ τῶν σωμάτων· οὐ γὰρ τάδε τοὺς ἄνδρας, ἀλλ' οἱ ἄνδρες ταῦτα κτῶνται. καὶ εἰ ᾤμην πείσειν ὑμᾶς, αὐτοὺς ἂν ἐξελθόντας ἐκέλευον αὐτὰ δῃῶσαι, καὶ δεῖξαι Πελοποννησίοις ὅτι τούτων γε ἕνεκα οὐχ ὑπακούσεσθε. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔχω ἐς ἐλπίδα τοῦ περιέσεσθαι, ἢν ἐθέλητε ἀρχήν τε μὴ ἐπικτᾶσθαι ἅμα πολεμοῦντες, καὶ κινδύνους αὐθαιρέτους μὴ προστίθεσθαι. μᾶλλον γὰρ πεφόβημαι τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας, ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν καὶ ἐν ἄλλῳ λόγῳ ἅμα τοῖς ἔργοις δηλωθήσεται· νῦν δὲ τούτοις ἀποκρινάμενοι, ἀποπέμψωμεν, Μεγαρέας μὲν ὅτι ἐάσομεν ἀγορᾷ καὶ λιμέσι χρῆσθαι, ἢν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι μήτε ἡμῶν, μήτε τῶν ἡμετέρων ξυμμάχων. οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς, οὔτε τόδε. τὰς δὲ πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα, καὶ ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς ἑαυτῶν ἀποδῶσι πόλεσι, μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι, ἀλλὰ αὐτοῖς ἑκάστοις, ὡς βούλονται. δίκας δὲ ὅτι ἐθέλομεν δοῦναι κατὰ τὰς ξυνθήκας. πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα. ταῦτα γὰρ δίκαια καὶ πρέποντα ἅμα τῇδε τῇ πόλει ἀποκρίνασθαι. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι ἀνάγκη πολεμεῖν· ἢν δὲ ἑκούσιοι μᾶλλον δεχώμεθα, ἧσσον ἐγκεισομένους τοὺς ἐναντίους ἕξομεν. ἔκ τε τῶν μεγίστων κινδύνων ὅτι καὶ πόλει καὶ ἰδιώτῃ μέγισται τιμαὶ περιγίγνονται. οἱ γοῦν πατέρες ἡμῶν ὑποστάντες Μήδους, καὶ οὐκ ἀπὸ τοσῶνδε ὁρμώμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐκλιπόντες, γνώμῃ τε πλείονι ἢ τύχῃ, καὶ τόλμῃ μείζονι ἢ δυνάμει, τόν τε βάρβαρον ἀπεώσαντο, καὶ ἐς τάδε προήγαγον αὐτά. ὧν οὐ χρὴ λείπεσθαι, ἀλλὰ τούς τε ἐχθροὺς παντὶ τρόπῳ ἀμύνεσθαι, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις πειρᾶσθαι αὐτὰ μὴ ἐλάσσω παραδοῦναι.

EADEM LATINE EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

ETsi non me fallit, viri Athenienses, non eodem ardore bellū homines gerere, quo ad id inducuntur, sed ex euentis mutare sententiam, ego tamen semper in eadem permaneo, non cedendi Peloponnensibus. Videóque similia & paria iis quæ prius

mihi esse consulenda: æquum esse existimans, eos qui ex vobis meæ sententiæ assentiét, iis quæ publicè decreta fuerint, siqua forte in re offendamus, succurrere: aut, si rem ex animi sententia geramus, prudentiā sibi *hac in re* non vendicare. Rationi enim consentaneum est vt euentus rerum non minus absurdè procedant quàm hominis cogitationes. Ideóque quoties aliquid inopinatum accidit, cōsueuimus incusare fortunam. Lacedæmonios autem cum antehac insidiatos fuisse nobis, tum verò nūc insidiari palam est. Quippe qui ex conuentis, vbi dicitur, vtrosque de rebus controuersis offerre inuicem & admittere iudicium, obtinentes quæ tenebant, neque ipsi postularunt iudiciū, neque nos dantes receperunt, quòd videlicet bello malunt dilui crimina quàm verbis. Nec iam ad id postulandum, sed ad imperandum præstò sunt, iubentes vt à Potidæa decedamus, A Eginā liberā sinamus esse, decretū in Megarenses antiquemus. Hi postremi qui venerūt, præcipiunt vt Græcos suis legibus viuere permittamus. Nequis tamen vestrū de exigua re bellum fore arbitretur, si decretū non antiquauerimus de Megarensibus, quod illi maximè prætendunt, si antiquetur, bellum non fore, ne apud vos ipsos quidquā querelæ relinquatis quòd exiguā ob rem bellū susceperitis. Nam hoc exiguū cōtinet omne vestræ authoritatis firmamentum, & vestræ sententiæ documentū. quòd si illis concesseritis, protinus aliquid aliud maius vobis imperabitur, tanquam obsequuturi sitis metu adacti. At si semel eis acriter abnueritis, planum illis facietis *par esse* vt se gerant erga vos magis ex æquo. Atque hinc reputate, vobis aut obtemperandum esse illis, antequam aliquid cladis accipiatis, aut (quod mihi satius videtur) bellādū, nullo seu magno seu paruo prætextu cedentibus, nec cū metu quæ acquisiuimus possessuris. Eandē enim affert seruitutē maximū & minimū postulatū à paribus ante iudiciū aliis iniūctū. Quod autem ad bellū attinet & eā quæ vtrisq; suppetūt, nos inferiores nō futuros cognoscite, sigillatim omnia audientes. Iam primùm Peloponnenses, operarii homines sunt, pecuniam neque publicè neque priuatim habentes. Deinde bellorum diutinorū & maritimorū imperiti: quòd breuia bella alii in alios propter inopiam inferāt. Atq; huiuscemodi homines non sæpe aut naues implere possunt, aut pedestres exercitus emittere, quòd & ab re familiari sint absentes, & de suo absumant, & ad hæc mari excludantur. Atqui bella magis sustinent facultates & copiæ quàm violentæ collationes: & operarii homines promptiores sunt ad bellandum corporibus quàm pecuniis: certò sperantes illa quidem è periculis euasura, has autem se ante finem belli non exhausturos esse, certum non habentes, præsertim si diuturnius opinione sua (vt credibile est) fuerit bellum. Nanque Peloponnenses & socii in vno quidem prælio pares esse possunt omnibus Græcis, at impares sunt ad bellum cum instructioribus gerendum: quia non vno concilio vtentes, extemplo quod agendum est ac repentè peragunt: & quum in suffragiis dandis sint omnes æquales, gente dispares, suo quisque commodo vacant: ex quo nihil effectum reddi sueuit, aliis *bello* puniri quempiam maximè volentibus, aliis absumi rem domesticam maximè nolentibus. Et quum in concilium post longam cunctationem coeant, breui momento de rebus communibus deliberāt, maiore temporis parte rem familiarem procurant: nemine opinante *rempublicam* sua vnius negligentia lædi, sed pro se cuipiam alteri curæ fore ista prospicere. Hoc dū singuli opinantur, latet eos, commune bonum ab omnibus perdi. Quod autem maximum est, pecuniarum inopia prohibebuntur, quum ægrè eas parantes cunctabuntur: quum tamen belli occasiones nō expectent. Neque verò aut munitio aut classis eorum digna est quæ metuatur. Difficile enim est vrbi pari vel in pace eam extruere, nedū in hostico, & quū nihilo minus aduersus illos muniti simus. Quòd si locum aliquem præsidio firmarint, nocebitur quidem nobis tum excursionibus in aliquam partem agri, tum hominum ad illos transfugiis, non tamen sufficiet illa munitio ad nos prohibendos quin in eorum terram nauigemus, & (quo genere antecellimus) classe nos defendamus. Nā certè ex vsu rei naualis plus peritiæ habemus ad pugnam terrestrem, quàm ipsi ex vsu militiæ terrestris ad pugnam naualem. Nec facilè rei naualis peritiam consequentur. nam quum nos statim à bello Medico id exercentes, non tamen planè consequuti adhuc simus, quo tādem modo viri telluris non maris cultores, & quos præterea assiduæ

classis incursiones huic assuescere prohibituræ sunt, conficiant quippiam alicuius momenti? Nam aduersus paucorum quidem impetum, quanuis imperiti, tamen freti sua multitudine, periculum fortasse capesserent: at verò aduersus multas vndique ingruẽtes id facere supersedebunt, ipsáque desuetudine imperitiores futuri sunt, & (quod consequens est) inertiores. Artem autem postulat, vt quidlibet aliud, res nautica, nec quæ temporum succisiuis contingat, sed potius in qua exercẽda nihil succisiui temporis relinquatur. Quòd si amota Olympiacorum aut è Delpis pecunia, solicitent maiore mercede nautas peregrinos à nobis conductos, id verò graue foret, si nos quidem eis pares nõ essemus, ingressi autem naues essent tum ipsi, tum inquilini: nunc autem & istud *nobis* suppetit, quódque validissimum est, gubernatores habemus nostros populares, alió sque administros, & plures & meliores quàm reliqua omnis Græcia. Nec verò ob periculum quisquam externorum militum in animum induxerit & à patria *sua* exulare, & cum minore simul spe *victoriæ vel salutis*, ob maius paucorum dierum stipendium illis auxiliari. Ac res quidem Peloponnesiorum mihi tales & similes esse videntur: at nostræ, & his quæ in illis reprehendi, vacare, & alia multo maiora habere. Qui si nostram regionem terra inuaserint, nos illorum vicissim, mari inuademus, non ex æquo futura iactura, nobis partem Peloponnesi vastantibus, & illis totam Atticam: quoniam non alia superest illis regio quàm citra pugnam alterius vice occupent, vt nobis, qui multum præterea terræ & in insulis & in continente obtinemus. Magna enim res est maris imperium. In quo animaduertite. Si enim insulani essemus, qui minus essent expugnabiles? Cui rei nunc animo proximè accedentes, debemus terram cum domibus pro relicta habere, maris autem ac vrbis custodiam agere: nec cum Peloponnensibus eo nomine irati, qui multo sunt plures, conferere pugnam. Qui si superiores euaserimus, rursus cum haud paucioribus pugnabimus: siquam autem in pugna cladem acceperimus, subsidia ex sociis, vnde nostrum robur existit, vnà perierint. Neque enim Peloponnesii quiescent iam, nobis ad se cum exercitu inuadendos inualidis. Nec villas & agros qui amittuntur, decet nos deplorare, sed corpora. Nõ enim possessiones viros, sed viri possessiones nanciscuntur. Atque adeo si crederem me vobis persuasurum, suaderem vt ipsi ad illas vastandas procederetis, ostenderetísque Peloponnensibus vos eis ob istas non esse obtemperaturos. Alia insuper multa habeo quibus victoriæ vobis spem faciam, si volueritis & imperium non comparare, dum bellum *hoc* geretis, & pericula voluntaria nõ adiicere. Nam magis vereor domestica nostrorum peccata quàm aduersariorum cogitata. Verùm ista quæ sint, alia oratione, quum tempus rerum agendarum aderit, à me explicabuntur. Nunc autem legatos cum hoc responso dimittamus, Megarensibus nos non interdicere foro & portubus, dum & Lacedæmonii non interdicant vsu vrbis suæ peregrinis nobis sociísque nostris. Quia sicut illud quod ipsi faciunt, ita quod nos, non prohibetur in fœderibus seruandis: ciuitates quoq; liberas sinere, si modò liberas, quum fœdera inita sunt, habuimus: & si illi ciuitatibus suis reddant vt sic liberæ sint, ne in republica administranda instituta Laconica sectentur, sed suis legibus viuant, & pro suo quæque arbitratu. Quinetiam velle nos iudicia subire ex fœdere: nec bellum moturos, sed motum nobis propulsaturos. Hæc enim sunt iusta pariter & decora huic ciuitati quæ respondeantur. Simúlque nos intelligere oportet, necesse esse bellum geri: quod si voluntarii potius susceperimus, minus infestum hostem habebimus: & è maximis quibusque periculis maxima perinde operæpretia & publicè & priuatim sequutura. Itaque patres nostri Medis obuiam euntes, non ex tanto quanto nos sumus præditi imperio, imò relictis rebus quas possidebant, & consilio potius quàm fortuna, & præsidẽtia maiore quàm viribus, barbarum repulerunt, & hucusque imperii progressi sunt. Quod nequaquam deserere debemus, sed omni ope & hostibus resistere, & conari vt hoc posteris non imbecillius tradamus.

Ex libro secundo historiarum Thucydidis.

ORATIO ARCHIDAMI.

ARGVMENTVM.

Comparato bello à Lacedæmoniis & sociis Peloponnensibus aduersus Athenienses(cuius semina antè habuimus)& contractis in vnum copiis,Archidamus rex Lacedæmoniorum,qui illius belli summam obtineret,conuocauit sociorum proceres, eósque,quum conuenissent,hac oratione hortatus est, vt pro se quisque suas partes in eo bello susciperent,& fortiter tuerentur.Fiduciam,quam ex ingenti sua multitudine cōcipere poterant,conatur iis extorquere.Nullum esse hostem negligendum,nedum Atheniensem,qui & belli gloria & viribus præstaret.In bello gerendo fortitudinem esse adhibendam & cautionem:remouendam ignauiam.

Ἄνδρες Πελοποννήσιοι, καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν πολλὰς στρατείας καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Πελοποννήσῳ καὶ ἔξω ἐποιήσαντο, καὶ ἡμῶν αὐτῶν οἱ πρεσβύτεροι οὐκ ἄπειροι πολέμων εἰσίν· ὅμως δὲ τῆσδε οὔπω μείζονα παρασκευὴν ἔχοντες ἐξήλθομεν. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλιν δυνατωτάτην νῦν ἐρχόμεθα, καὶ αὐτοὶ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι στρατεύοντες. δίκαιον οὖν ἡμᾶς μήτε τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, μήτε ἡμῶν αὐτῶν τῆς δόξης ἐνδεεστέρους. ἡ γὰρ Ἑλλὰς πᾶσα τῇδε τῇ ὁρμῇ ἐπῆρται, καὶ προσέχει τὴν γνώμην, εὔνοιαν ἔχουσα, διὰ τὸ Ἀθηναίων ἔχθος, πρᾶξαι ἡμᾶς ἃ ἐπινοοῦμεν. οὔκουν χρή, εἴ τῳ καὶ δοκοῦμεν πλήθει ἐπιέναι, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης, τούτων ἕνεκα ἀμελέστερόν τι παρεσκευασμένους χωρεῖν· ἀλλὰ καὶ πόλεως ἑκάστης ἡγεμόνα καὶ στρατιώτην τὸ καθ᾽ αὑτὸν ἀεὶ προσδέχεσθαι ἐς κίνδυνόν τινα ἥξειν. ἄδηλα γὰρ τὰ τῶν πολέμων, καὶ ἐξ ὀλίγου τὰ πολλά, καὶ δι᾽ ὀργῆς αἱ ἐπιχειρήσεις γίγνονται. πολλάκις τε τὸ ἔλασσον πλῆθος δεδιός, ἄμεινον ἠμύνατο τοὺς πλέονας, διὰ τὸ καταφρονοῦντας ἀπαρασκεύους γενέσθαι. χρὴ δὲ ἀεὶ ἐν τῇ πολεμίᾳ, τῇ μὲν γνώμῃ θαρσαλέους στρατεύειν, τῷ δὲ ἔργῳ, δεδιότας παρεσκευάσθαι. οὕτω γὰρ πρός τε τὸ ἐπιέναι τοῖς ἐναντίοις εὐψυχότατοι ἂν εἶεν, πρός τε τὸ ἐπιχειρεῖσθαι ἀσφαλέστατοι. ἡμεῖς δὲ οὐδ᾽ ἐπὶ ἀδύνατον ἀμύνεσθαι οὕτω πόλιν ἐρχόμεθα, ἀλλὰ τοῖς πᾶσιν ἄριστα παρεσκευασμένην. ὥστε χρὴ καὶ πάνυ ἐλπίζειν διὰ μάχης ἰέναι αὐτούς, εἰ μὴ καὶ νῦν ὥρμηνται, ἐν ᾧ οὔπω πάρεσμεν, ἀλλ᾽ ὅταν ἐν τῇ γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς δῃοῦντάς τε καὶ τἀκείνων φθείροντας. πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ὁρᾶν πάσχοντάς τι ἄηθες, ὀργὴ προσπίπτει· καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι, θυμῷ πλεῖστα ἐς ἔργον καθίστανται. Ἀθηναίους δὲ καὶ πλέον τι τῶν ἄλλων εἰκὸς τοῦτο δρᾶσαι, οἳ ἄρχειν τε τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι, καὶ ἐπιόντες τὴν τῶν πέλας δῃοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν. ὡς οὖν ἐπὶ τοσαύτην πόλιν στρατεύοντες, καὶ μεγίστην δόξαν οἰσόμενοι τοῖς τε προγόνοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἐπ᾽ ἀμφότερα ἐκ τῶν ἀποβαινόντων, ἕπεσθ᾽ ὅποι ἄν τις ἡγῆται, κόσμον καὶ φυλακὴν περὶ παντὸς ποιούμενοι, καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὀξέως δεχόμενοι. κάλλιστον γὰρ τόδε καὶ ἀσφαλέστατον, πολλοὺς ὄντας ἑνὶ κόσμῳ χρωμένους φαίνεσθαι.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ,ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

VIri Peloponnenses ac socii, & nostri maiores multas expeditiones tum in ipsa Peloponneso,tum extra eam sumpserunt,& ii qui ex nobisipsis sunt prouectiore ætate,haud inexperti sanè sunt rei bellicæ:nunquam tamen maiorem habētes apparatum belli processimus.Verùm nunc aduersus validissimam pergimus ciuitatem,& ipsi plurimi & fortissimi militātes.AEquum est igitur nos neque patribus deteriores videri, neque nostra ipsorum gloria inferiores . Omnis enim Græcia ad hunc motum animo erecta est & attenta,votáque facit propter Atheniēsium odium , vt nobis ex sententia eueniat.Itaque non est faciendum vt,etiamsi cui videmur permulti in hostem ire,ac magna fiducia esse illum non proditurum ad conferendum nobiscum prælium,idcirco aliquid de apparatu belli remittatur:sed vnusquisque & dux suæ ciuitatis,& miles,semper expectet in aliquod sibi discrimen per sese esse veniendum. Anceps enim conditio est bellorum,& ex paruo *fiunt* multa,& cum indignatione confligitur. Ac sæpe minor manus dū metuit,maiorē præ cōtemptu parū instructā profligauit.Oportet autē in hostili terra militātes,animo quidē esse præstāti,ad rē verò gerendā cū metu se præparare.Ita nanq; & ad inuadendū hostem promptissimi fuerint, & ad propulsandum tutissimi.Neque verò aduersus ciuitatem nos tēdimus ita inualidam ad se vlciscendam,sed omnibus quammaximè rebus instructam:vt omnino credendum sit eos in certamen esse venturos,etsi minus nunc sese mouent,quū nondū sub aspectum venimus:at certè quū viderint nos in suis finibus agētes hostiliter,ac cuncta vastantes, *tunc se moturos esse*.Omnes enim qui ante suos oculos subitò insolitum quippiam pa-

tiuntur, iracundia subit: & qui ratione minimum vtuntur, ii plerunque ad agendum furore prosiliunt. Quod Athenienses maximè omnium credibile est esse facturos, qui se dignum censent & aliis imperare, & vicinorum terram vastare potius quàm suam ab aliis vastari cernere. Igitur tanquam aduersus tantam ciuitatem expeditionem molientes, ac summam gloriam tam progenitoribus nostris quàm nobisipsis allaturi, ad vtrunque, prout res feret, sequimini, quacunque vos aliquis duxerit: memores omni in re ornatus atque custodiæ, & celeriter iussa exequentes. Nam pulcherrimum hoc tutissimúmque, quum multi sint, cunctos tamen eodem ornatu præditos cerni.

ORATIO PERICLIS.

ARGVMENTVM.

Quum vetere instituto solerēt Athenienses eos qui pro patriæ salute occubuissent, publico funere efferre, & pro se quisque quem ex iis videretur donis cumulare, & communi rogo omnes cremare, atque ad extremū, publicum laudatorem adhibere, qui in media populi corona, funebri oratione eos collaudaret: idque tum vsu venisset, vt com pluribus ciuibus is honos esset exoluendus, de communi populi sententia laudatio sepultorum ad Periclem, summum in ea rep. virum, delata est. Ibi igitur ille orationē hāc habuit in qua commendaturus ciues de repub. bene meritos, laudationem repetit altius à maiorum institutis, totiúsque reip. statu, genere & moderatione: vti ipse exordio suo declarat. Hîc totus est in eo, vt suæ reip. constitutionem & administrationem omnibus aliis, maximè Spartanæ, anteponat. Reliquæ verò orationis partes eæ sunt, quæ esse debent funebris orationis (excepta lamentatione, qua, dedita opera, non vtitur) laudatio mortuorum, consolatio cōsanguineorum, ad quos luctus ex eorum morte perueniebat: & cohortatio, quam ille ad ætates & genera ciuium accommodat. Laudat sepultorum fortia & animosa facta. Consanguineorum mœrorem consolatur tum commendatione egregiæ mortuorum virtutis, tum spe recuperandotum similium. Hortatur autem ad imitationem similis virtutis, quam hi in salute patriæ exprompsissent.

Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν. ἐμοὶ δ' ἂν ἀρκοῦν ἐδόκει εἶναι, ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργῳ γενομένων, ἔργῳ καὶ δηλοῦσθαι τὰς τιμάς· οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε· καὶ μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι, εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι πιστευθῆναι. χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν, ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται. ὅ, τε γὰρ ξυνειδὼς καὶ εὔνους ἀκροατὴς τάχ' ἄν τι ἐνδεεστέρως πρὸς ἃ βούλεταί τε καὶ ἐπίσταται νομίσειε δηλοῦσθαι, ὅ, τε ἄπειρος, ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι, διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι. μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες, ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν. ἐπειδὴ δὲ τοῖς πάλαι οὕτως ἐδοκιμάσθη ταῦτα καλῶς ἔχειν, χρὴ καὶ ἐμὲ ἑπόμενον τῷ νόμῳ, πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστου βουλήσεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν ὡς ἐπιπλεῖστον. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν προγόνων πρῶτον. δίκαιον γὰρ αὐτοῖς καὶ πρέπον δὲ ἅμα ἐν τῷ τοιῷδε τὴν τιμὴν ταύτην τῆς μνήμης δίδοσθαι. τὴν γὰρ χώραν ἀεὶ οἱ αὐτοὶ οἰκοῦντες, διαδοχῇ τῶν ἐπιγιγνομένων μέχρι τοῦδε ἐλευθέραν δι' ἀρετὴν παρέδοσαν. καὶ ἐκεῖνοί τε ἄξιοι ἐπαίνου, καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν. κτησάμενοι γὰρ πρὸς οἷς ἐδέξαντο ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν, οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς νῦν προσκατέλιπον. τὰ δὲ πλέω αὐτῆς αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες, μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ ἐπηυξήσαμεν, καὶ τὴν πόλιν τοῖς πᾶσι παρεσκευάσαμεν καὶ ἐς πόλεμον καὶ ἐς εἰρήνην αὐταρκεστάτην. ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα οἷς ἕκαστα ἐκτήθη, ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος, ἐάσω· ἀπὸ δὲ οἵας τε ἐπιτηδεύσεως ἤλθομεν ἐπ' αὐτὰ, καὶ μεθ' οἵας πολιτείας, καὶ τρόπων ἐξ οἵων μεγάλα ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον, εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον· νομίζων ἐπί τε τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἀπρεπῆ λεχθῆναι αὐτὰ, καὶ τὸν πάντα ὅμιλον καὶ ἀστῶν καὶ ξένων ξύμφορον εἶναι αὐτῶν ἐπακοῦσαι. χρώμεθα γὰρ πολιτείᾳ οὐ ζηλούσῃ τοὺς τῶν πέλας νόμους, παράδειγμα δὲ αὐτοὶ μᾶλλον ὄντες τισὶν, ἢ μιμούμενοι ἑτέρους. καὶ ὄνομα μὲν, διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν, δημοκρατία κέκληται· μέτεστι δὲ, κατὰ μὲν τοὺς νόμους, πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον, κατὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν, ὡς ἕκαστος ἔν τῳ εὐδοκιμεῖ, οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλεῖον ἐς τὰ κοινὰ ἢ ἀπ' ἀρετῆς προτιμᾶται. οὐδ' αὖ κατὰ πενίαν, ἔχων δέ τι ἀγαθὸν δρᾶσαι τὴν πόλιν, ἀξιώματος ἀφανείᾳ κεκώλυται. ἐλευθέρως δὲ τά τε πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύομεν, καὶ ἐς τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων ὑποψίαν· οὐ δι' ὀργῆς τὸν πέλας, εἰ καθ' ἡδονήν τι δρᾷ, ἔχοντες, οὐδὲ ἀζημίους μὲν, λυπηρὰς δὲ τῇ ὄψει ἀχθηδόνας προστιθέμενοι. ἀνεπαχθῶς δὲ τὰ ἴδια προσομιλοῦντες, τὰ δημόσια διὰ δέος μάλιστα οὐ παρανομοῦμεν, τῶν τε αἰεὶ ἐν ἀρχῇ ὄντων ἀκροάσει, καὶ τῶν νόμων, καὶ μάλιστα αὐτῶν ὅσοι τε ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀδικουμένων κεῖνται, καὶ ὅσοι ἄγραφοι ὄντες αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσι. καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μέν γε καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν, ὧν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήσσει. ἐπεισέρχεται δὲ, διὰ μέγεθος τῆς πόλεως, ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα, καὶ ξυμβαίνει ἡμῖν μηδὲν οἰκειοτέρᾳ τῇ ἀπολαύσει τὰ αὐτοῦ ἀγαθὰ γιγνόμενα καρποῦσθαι, ἢ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. διαφέρομεν δὲ καὶ ταῖς τῶν πολεμικῶν μελέταις τῶν ἐναντίων τοῖσδε. τήν τε γὰρ πόλιν κοινὴν παρέχομεν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε ξενηλασίαις ἀπείργομέν τινα ἢ μαθήματος, ἢ θεάματος, ὃ μὴ κρυφθὲν ἄν τις τῶν πολεμίων ἰδὼν ὠφεληθείη· πιστεύοντες οὐ ταῖς παρασκευαῖς τὸ πλέον καὶ ἀπάταις, ἢ τῷ ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐς τὰ ἔργα εὐψύχῳ. καὶ ἐν

ταῖς παιδείαις, οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει, εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται· ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι, οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. τεκμήριον δέ· οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι καθ' ἑκάστους, μετὰ πάντων δὲ ἐς τὴν γῆν ἡμῶν στρατεύουσι· τήν τε τῶν πέλας αὐτοὶ ἐπελθόντες, οὐ χαλεπῶς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ τοὺς περὶ τῶν οἰκείων ἀμυνομένους μαχόμενοι, τὰ πλείω κρατοῦμεν. ἀθρόᾳ τε τῇ δυνάμει ἡμῶν οὐδείς πω πολέμιος ἐνέτυχε, διὰ τὴν τοῦ ναυτικοῦ τε ἅμα ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ ἐπὶ πολλὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐπίπεμψιν. ἢν δέ που μορίῳ τινὶ προσμίξωσι, κρατήσαντές τε τινὰς ἡμῶν, πάντας αὐχοῦσιν ἀπεῶσθαι, καὶ νικηθέντες, ὑφ' ἁπάντων ἡσσῆσθαι. καίτοι εἰ ῥαθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι, μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι. καὶ ἔν τε τούτοις τὴν πόλιν ἀξίαν εἶναι θαυμάζεσθαι, καὶ ἔτι ἐν ἄλλοις. φιλοκαλοῦμέν τε γὰρ μετ' εὐτελείας, καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας. πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα· καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ, αἴσχιον. ἔνι τε τοῖς αὐτοῖς οἰκείων ἅμα καὶ πολιτικῶν ἐπιμέλεια, καὶ ἑτέροις πρὸς ἔργα τετραμμένοις, τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι. μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα, οὐκ ἀπράγμονα, ἀλλ' ἀχρεῖον νομίζομεν, καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἡγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον ἢ ἐπὶ ἃ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τόδε ἔχομεν, ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα, καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν ἐκλογίζεσθαι, ὃ τοῖς ἄλλοις ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν, οἱ τά τε δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες, καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι ἐκ τῶν κινδύνων. καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν ἐνηντιώμεθα τοῖς πολλοῖς· οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους. βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν, ὥστε ὀφειλομένην δι' εὐνοίας ᾧ δέδωκε σώζειν. ὁ δ' ἀντοφείλων, ἀμβλύτερος, εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. καὶ μόνοι οὐ τοῦ ξυμφέροντος μᾶλλον λογισμῷ, ἢ τῆς ἐλευθερίας τῷ πιστῷ ἀδεῶς τινὰ ὠφελοῦμεν. ξυνελών τε λέγω, τήν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι, καὶ καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' εἴδη, καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι. καὶ ὡς οὐ λόγων ἐν τῷ παρόντι κόμπος τάδε μᾶλλον ἢ ἔργων ἐστὶν ἀλήθεια, αὐτὴ ἡ δύναμις τῆς πόλεως, ἣν ἀπὸ τῶνδε τῶν τρόπων ἐκτησάμεθα, σημαίνει. μόνη γὰρ τῶν νῦν ἀκοῆς κρείσσων ἐς πεῖραν ἔρχεται, καὶ μόνη οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχεται. μετὰ μεγάλων δὲ σημείων καὶ οὐ δή τοι ἀμάρτυρόν γε τὴν δύναμιν παρασχόμενοι, τοῖς τε νῦν καὶ τοῖς ἔπειτα θαυμασθησόμεθα· καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει, τῶν δ' ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει· ἀλλὰ πᾶσαν μὲν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ καταναγκάσαντες γενέσθαι, πανταχοῦ δὲ μνημεῖα κακῶν τε κἀγαθῶν ἀίδια ξυγκατοικίσαντες. περὶ τοιαύτης οὖν πόλεως οἵδε τε γενναίως, δικαιοῦντες μὴ ἀφαιρεθῆναι αὐτὴν, μαχόμενοι ἐτελεύτησαν, καὶ τῶν λειπομένων πάντα τινὰ εἰκὸς ἐθέλειν ὑπὲρ αὐτῆς κάμνειν. διὸ δὴ καὶ ἐμήκυνα τὰ περὶ τῆς πόλεως, διδασκαλίαν τε ποιούμενος μὴ περὶ ἴσου ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα καὶ οἷς τῶνδε μηδὲν ὑπάρχει ὁμοίως, καὶ τὴν εὐλογίαν ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω φανερὰν σημείοις καθιστάς. καὶ εἴρηται αὐτῆς τὰ μέγιστα. ἃ γὰρ τὴν πόλιν ὕμνησα, αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν. καὶ οὐκ ἂν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἰσόρροπος, ὥσπερ τῶνδε, ὁ λόγος τῶν ἔργων φανείη. δοκεῖ δέ μοι δηλοῦν ἀνδρὸς ἀρετὴν πρώτη τε μηνύουσα, καὶ τελευταία βεβαιοῦσα, ἡ νῦν τῶνδε καταστροφή. καὶ γὰρ τοῖς τἆλλα χείροσι δίκαιον τὴν ἐς τοὺς πολέμους ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀνδραγαθίαν προτίθεσθαι. ἀγαθῷ γὰρ κακὸν ἀφανίσαντες, κοινῶς μᾶλλον ὠφέλησαν, ἢ ἐκ τῶν ἰδίων ἔβλαψαν. τῶνδε δὲ οὔτε πλούτου τις τὴν ἔτι ἀπόλαυσιν προτιμήσας ἐμαλακίσθη, οὔτε πενίας ἐλπίδι, ὡς κἂν ἔτι διαφυγὼν αὐτὴν πλουτήσειεν, ἀναβολὴν τοῦ δεινοῦ ἐποιήσατο. τὴν δὲ τῶν ἐναντίων τιμωρίαν ποθεινοτέραν αὐτῶν λαβόντες, καὶ κινδύνων ἅμα τόνδε κάλλιστον νομίσαντες, ἐβουλήθησαν μετ' αὐτοῦ τοὺς μὲν τιμωρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐφίεσθαι, ἐλπίδι μὲν τὸ ἀφανὲς τοῦ κατορθώσειν ἐπιτρέψαντες, ἔργῳ δὲ περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου σφίσιν αὐτοῖς ἀξιοῦντες πεποιθέναι. καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀμύνεσθαι καὶ παθεῖν μᾶλλον ἡγησάμενοι, ἢ τῷ ἐνδόντες σώζεσθαι, τὸ μὲν αἰσχρὸν τοῦ λόγου ἔφυγον, τὸ δ' ἔργον τῷ σώματι ὑπέμειναν, καὶ δι' ἐλαχίστου καιροῦ τύχης ἅμα ἀκμῇ τῆς δόξης μᾶλλον ἢ τοῦ δέους ἀπηλλάγησαν. καὶ οἵδε μὲν προσηκόντως τῇ πόλει τοιοίδε ἐγένοντο· τοὺς δὲ λοιποὺς χρὴ ἀσφαλεστέραν μὲν εὔχεσθαι, ἀτολμοτέραν δὲ μηδὲν ἀξιοῦν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους διάνοιαν ἔχειν, σκοποῦντας μὴ λόγῳ μόνῳ τὴν ὠφέλειαν, ἣν ἄν τις πρὸς οὐδὲν χεῖρον αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας μηκύνοι, λέγων ὅσα ἐν τῷ τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι ἀγαθὰ ἔνεστιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῆς πόλεως δύναμιν καθ' ἡμέραν ἔργῳ θεωμένους, καὶ ἐραστὰς γιγνομένους αὐτῆς, καὶ ὅταν ὑμῖν μεγάλη δόξῃ εἶναι, ἐνθυμουμένους ὅτι τολμῶντες, καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες αὐτὰ ἐκτήσαντο· καὶ ὁπότε καὶ πείρᾳ του σφαλεῖεν, οὐκοῦν καὶ τὴν πόλιν γε τῆς σφετέρας ἀρετῆς ἀξιοῦντες στερίσκειν, κάλλιστον δὲ ἔρανον αὐτῇ προϊέμενοι. κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες, ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον, καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. ἀνδρῶν γὰρ ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος, καὶ οὐ στηλῶν μόνον ἐν τῇ οἰκείᾳ σημαίνει ἐπιγραφή, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται. οὓς νῦν ὑμεῖς ζηλώσαντες, καὶ τὸ εὔδαιμον, τὸ ἐλεύθερον, τὸ δ' ἐλεύθερον, τὸ εὔψυχον κρίναντες, μὴ περιορᾶσθε τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους. οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου, οἷς ἐλπὶς οὐκ ἔστ' ἀγαθοῦ, ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται, καὶ ἐν οἷς μάλιστα μεγάλα τὰ διαφέροντα, ἤν τι πταίσωσι. ἀλγεινοτέρα γὰρ ἀνδρί γε φρόνημα ἔχοντι ἡ ἐν τῷ μετὰ τοῦ μαλακισθῆναι κάκωσις, ἢ ὁ μετὰ ῥώμης καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἅμα γιγνόμενος καὶ ἀναίσθητος θάνατος. διόπερ καὶ τοὺς τῶνδε νῦν τοκέας, ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι. ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες. τὸ δ' εὐτυχὲς, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, καὶ οἷς ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη. χαλεπὸν μὲν οὖν οἶδα πείθειν ὂν, ὧν καὶ πολλάκις ἕξετε ὑπομνήματα ἐν ἄλλων εὐτυχίαις, αἷς ποτε καὶ αὐτοὶ ἠγάλλεσθε· καὶ λύπη οὐχ ὧν ἄν τις μὴ πειρασάμενος ἀγαθῶν στερίσκηται, ἀλλ' οὗ ἂν ἐθὰς γενόμενος ἀφαιρεθείη. καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι. ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκ ὄντων

λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται, καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι, καὶ ἀσφαλείᾳ ξυνοίσει. οὐ γὰρ οἷόν τε ἴσον τι ἢ δίκαιον βουλεύεσθαι οἳ ἂν μὴ καὶ παῖδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι κινδυνεύωσιν. ὅσοι δ' αὖ παρηβήκατε, τόν τε πλείονα, κέρδος ὃν, ηὐτυχεῖτε βίον, ἡγεῖσθε καὶ τόνδε βραχὺν ἔσεσθαι, καὶ τῇ τῶνδε εὐκλείᾳ κουφίζεσθε. τὸ γὰρ φιλότιμον ἀγήρων μόνον· καὶ οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν, ὥσπερ τινές φασι, μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι. παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε, ἢ ἀδελφοῖς, ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα. τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν, καὶ μόλις ἂν καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς οὐχ ὁμοῖοι, ἀλλ' ὀλίγῳ χείρους κριθεῖτε. φθόνος γὰρ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται. εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ. τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι, ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα, καὶ οἷς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ. εἴρηται καὶ ἐμοὶ λόγῳ κατὰ τὸν νόμον ὅσα εἶχον πρόσφορα· καὶ ἔργῳ, οἱ θαπτόμενοι, τὰ μὲν, ἤδη κεκόσμηνται, τὰ δὲ, αὐτῶν τοὺς παῖδας τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρις ἥβης θρέψει, ὠφέλιμον στέφανον τοῖσδέ τε καὶ τοῖς λειπομένοις τῶν τοιῶνδε ἀγώνων προτιθεῖσα. ἆθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι. νῦν δὲ ἀπολοφυράμενοι ὃν προσήκει ἑκάστῳ, ἄπιτε.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

MVlti quidem eorum qui ex hoc hactenus loco verba fecerũt, laudant eum qui adiecit legi hanc orationem *funebrem*, vt quam de iis qui morte obita in bello ſepelirentur, pulchrum eſſet haberi. Mihi verò ſatis eſſe videretur, hominum qui re præſtantes extiterunt, re itidem honores declarari, qualia circa buſtum hoc publicè inſtructum conſpicitis: nec in vno viro multorum virtutes periclitari debere, vt ſiue bene ſiue malè dicat, ei fides habeatur. Arduum enim, in dicẽdo ſeruare temperamentum in ea re in qua vix etiam veritatis opinio ſtabiliri poteſt. Nam auditor qui & rẽ agnoſcit, & hominem diligit, aliquid ferè & opinione & voluntate ſua inferius dictũ exiſtimat: qui verò inexpertus eſt, is, propter inuidiam, quicquid ſupra ſuum captum audit, ait ſupergreſſum eſſe veritatem. Eatenúſque tolerabiles ſunt alienæ laudes, quatenus ſeipſum quiſq; parem arbitratur alicui illarum aſſequendæ: quibus verò imparem, iis inuidet, fidémque non habet. Verùm quandoquidem maiores noſtri hæc bene cõparata eſſe cenſuerunt, oportet me quoque, legi obſequentem, ad veſtram ſingulorum & volũtatem & opinionem, quamplurimum potero, accommodare orationem, ſumpto à progenitoribus initio. AEquum enim ſimul ac decorum eſt, hac in re honorem hunc commemorationis tribui, qui regionem iſtam iidem ſemper incolentes, poſteris ad hoc tempus liberam ſua virtute tradiderunt. Et cum illi laude digni ſunt, tum vel magis patres noſtri, qui ad ea quæ acceperant, hoc quantumcunque habemus imperium adiicientes, non ſine labore partum, nobis qui nunc ſumus reliquerũt: maiorem verò eius *imperii* partem ipſimet qui ſuperſtites ſumus, præcipuè integra ætate, propagauimus, & patriam omnibus quæ vel ad pacem vel ad bellum pertinent inſtruximus atq; ornauimus. Ex quibus ego res bellicas, quibus parta ſunt omnia, vel à nobis vel à patribus noſtris ſtrenuè geſtas, in propulſandis bellis à barbaro vel à Græcia illatis, omitto, nolens longus eſſe apud ſcientes. At quo ſtudio huc euaſimus, & qua reip. adminiſtratione, quibúſve artibus propagatum imperium eſt, quum demõſtraro, ad hos laudandos accedam: exiſtimans nec alienum eſſe hoc tempore iſta memorari, nec inutile ab omni cœtu ciuium pariter hoſpitúmq; audiri. Fungimur enim ea reip. adminiſtratione quæ aliarum leges non ſectetur ciuitatum, ipſi potius alteri exemplar quàm aliena imitãtes: & nomine quidem, propterea quòd non ad paucorum ſed ad complurium cõmodũ *eã* gerimus, democratia vocatur: ſed omnes, quantũ quidẽ ad leges attinet, iuris æquabilitate fruũtur, in rebus ad ſe priuatim pertinẽtibus. Quãtũ autẽ ad dignitatẽ, vt quiſque in re aliqua ſpectatus eſt, non ex parte ciuium potius quàm ex virtute ad rẽp. gerendã præfertur: neq; propter paupertatẽ, quis quominus publico munere fungatur, dũmodo patriæ prodeſſe poſſit, dignitatis inopia prohibetur. Ingenuè verò & in reip. adminiſtratione & in mutua quotidianarũ actionũ ſuſpicione verſamur, nõ ſuccẽſentes aliis quòd animo ſuo aliqua in re obſequãtur, nec innoxios quidẽ, ſed aſpectu triſtes dolores aſſumẽtes. Verùm priuata negotia inter nos abſq; moleſtia agitamus: in iis quæ ad rẽp. ſpectãt, propter metũ minimè præuaricamur, tum iis obtemperando qui ſunt

in magistratu, tum verò legibus, iisque præcipuè quæ vel in auxiliū læsorum latæ sunt, vel quæ quum scriptæ non sint, euidentem ignominiam irrogant. Iam verò laboribus plurimas animi remissiones indulgemus, sacra certamina anniuersariáq; sacrificia cū decenti priuatorum apparatu interponentes, quorum quotidiana delectatio tristitiam discutit. Importantur huc, propter magnitudinem ciuitatis, ex omnibus terris omnia, euenítque nobis vt non magis hinc natiuis bonis fruamur quàm iis quæ sunt apud alios homines. In studiis autem rei bellicæ hinc quoq; differimus ab hostibus, quòd hāc vrbem omnibus communem exhibemus, nullis expulsionibus hospitum quempiā vel discere vel spectare prohibentes, quasi hæc non occultata, sint profutura hosti, si viderit. Neque magis aut apparatui bellico aut fraudibus confidimus quàm nostræ ad res gerendas animi præstantiæ. Apud quosdam in disciplinis iuuenes ab ineūte statim ætate virile robur laboriosa exercitatione nanciscuntur: nos autem, qui iam remissius viuimus, nihilo tamen segnius hostilia discrimina adimus. Cuius rei signū est, quòd neque Lacedæmonii per se tantùm, sed cum omnibus terram nostram inuadunt: at ipsi per nosmet finitimorum fines ingressi, eos qui domi sua tuebātur, haud difficulter plerunque subegimus. Adeo nemo hostium vnquam aduersus vniuersas nostras copias ferre se ausus est, tū propter nostrum rei nauticæ studium, tum propter copias quas in diuersa terrarum loca dimittimus. Quòd si vspiam cum aliqua particula *nostrarum copiarum* manum conseruerint, superatis aliquibus nostrum, omnes pulsos esse gloriantur: sin victi fuerint, ab vniuersis victos esse se *prædicant*. Quanquam si quiete potius quàm laborum assiduitate, nec legibus magis quàm generosis moribus periclitari velimus, satius est nobis non defatigari ærumnis antequam veniant: & quum tempus est illas subeundi, videri subire non minus strenuè quàm ii qui semper in ærumnis agūt. *Licet* hinc quoque ciuitatem istam admiratione dignam sicut in cæteris cognoscere, quòd elegantiæ quidem studemus cum parsimonia, philosophamur autem, *id est, inopiam toleramus*, citra animi eneruationem: diuitiisque vtimur potius in rerum gerendarum opportunitate quàm cum verborum iactantia. Egestatem suam nulli fateri deforme est: deforme, vt eam deuitet non anniti. Adest præterea eisdem hominibus suarum simul & communium rerum cura, & iis qui rebus agendis incumbunt, nō minor de reipublicæ statu notitia. Soli enim nos eum qui nihil rationis cum republica habet, non ciuem otiosum, sed inutilem arbitramur. Iidem res rectè iudicamus, aut animo concipimus, non existimantes orationem iis rebus officere, sed potius, non doceri illas sicut oportet priusquam exequaris. Nam hoc quoque egregium habemus, quòd iidem præcipuè in iis quę aggredimur, & audacia vtimur & consilio: quum aliis inscitia fiduciam, ratio cunctationem afferat. Præstantissimo autem animo præditi meritò iudicentur qui & dura simul apertissimè ac iucunda cognoscunt, & ob id à periculis se non subtrahunt. In iis etiam quæ ad virtutem pertinent, à vulgo discrepamus: quippe qui non accipiendis sed dandis beneficiis amicos comparamus. Quoniam meliore conditione est qui bene facit, peiore cui bene fit: quum ille quod fecit tueri debeat beneuolentia, hic sciat se in dando non gratificaturum, sed gratiam redditurum. Iidem soli, emolumenti magis quàm liberalitatis fideliter exercendæ ratione habita, aliis magnificè gratificamur. Atque (vt semel dicam) videtur mihi hæc ciuitas tum in totum, esse Græciæ magisterium, tum per singulos viros corpus ad plurima rerum genera idoneum exhibere, cum gratia præcipuè & venustate. Et quòd hæc impræsentiarum non orationis iactatione magis quàm rerum veritate nitantur, hæc vrbis potentia quam his artibus parauimus, est documento: quæ sola omnium earum quæ nunc sunt, fama sui (vt experimento constat) maior est: sola quæ nec hosti occurrens, irascitur ob acceptam ab illo cladem, neque à subiectis malè audit, tanquam indigna quæ dominetur. Neque nullis potentiam nostram, sed vel maximis testificamur indiciis, futuri præsentibus venturisque miraculo: nec desiderantes aut Homerum præconem, aut quisquis in præsens carminibus mulceat, quum opinionem rerum gestarum veritas refellat. Sed omnia maria, omnésque terras nostra audacia peruias fecimus, vbique bonorum malorúmque separatim monumenta collocantes. Pro hac igitur ciuitate & isti, quia indignum ducebant eam sibi eripi, generosè præliantes occubuerunt, &

reliquorũ decet vnũquenque velle anniti. Quæ causa mihi fuit vt prolixius de ciuitate loquens, tum docerem non de pari re nobis esse certamen, & quibus nihil simile adest, tum planam facerem probationibus eorum laudẽ, de quibus nunc à me habetur oratio: cuius ea quæ maxima, iam dicta sunt. Nam quæ ego ciuitatis decora prædicaui, ea nimirum istorum atque eorum similium virtuti debentur, qualis non in multis Græcorũ de suis operibus ratio constet. Atque mihi videtur virtutem viri, vt nunc istorum, vita significare, mors planè declarare. Etenim iustum est, eos qui præstare alia nequeunt, certè in bellis, pro patria fortitudinem sibi in animo proponere. nam melius publicè de ciuitate quàm peius priuatim meruerint, hoc malum illo bono obruentes. Veluti isti, quorum nemo neque diuitiis mollitus est, præoptans illis in posterum frui: neque spe paupertatis in diuitias commutandæ, à subeundis asperis retentus est, hostis pœnæ quàm salutis suæ cupidiores. Simúlque hoc omnium pulcherrimum periculum existimantes, voluerunt ex vltione hostium ad hæc peruenire: freti spe, id quod non viderãt consequendi: dignum etiam opus, ex iis quæ iam viderant, ducentes, cui se crederent: satiúsque esse in propulsanda vi, pati, quàm in cedendo incolumes fieri: & dum dedecus infamiæ fugiunt, rem corpore pertulerunt: & breuissimum intra tempus cum fortuna *belli* potius per summam gloriam quàm cum timore obierunt. Et isti quidem, quales par erat, tales in patriam extitere. Reliqui verò debent minus quidem obnoxium casibus optare, sed nequaquam minus audacem in hostes postulare vt habeant animum: considerantes, non sola oratione constare profectum quem apud vos, non minus quàm ego cognitum habentes, ampliaret quispiam, commemorando quãtum boni inest in hostibus propulsandis: sed vel magis, si cõtemplantes quotidie ex operibus potentiam ciuitatis, efficiamini illius amatores. Et quum ea vobis magna esse videbitur, cogitetis, viros magnanimos, qui ius fásque intelligerent, in operibus pudentes, ista comparasse: & qui, quoties eis ex sententia res aliqua non cessisset, non statuerunt sua virtute fraudandam esse ciuitatem, speciosissima eam collecta donantes. Publicè nanque corpora impendentes, priuatim laudem quæ nunquam senescet, acceperunt: simul & honorificentissimam sepulturam, non magis eam in qua ipsi sunt siti, quàm sempiterna gloria, quæ, vt sese quodque offeret tempus vel narrandi vel imitandi, celebrãda relinquitur. Quippe illustrium virorum omnis terra sepulchrum: neque id domesticorum tantùm saxorum testatur inscriptio, sed etiam sine scripto in exteras gentes egressa memoria, magis apud animũ cuiusque quàm apud vrnas hospitatur. Quos ipsi nunc ad imitandũ vobis proponentes, & felicitatem existimantes esse libertatem, rursus libertatem esse felicitatem, nolite bellica recusare discrimina. Neque enim qui aduersa fortuna laborant, iustius vitam contempserint, quibus spes boni non est, sed quibus aduersa commutatio *ex prospera fortuna in aduersam* periclitatur. Tristiórque est viro prudentia prædito contumelia comes ignauiæ, quàm per fortitudinem & publicam spem sine sensu futura mors. Ideóque parentes istorum nunc quicunque adestis, non magis defleo quàm consolor. Per multiplices enim casus vitam se traduxisse sciunt: felicem autem esse eorum sortem qui præclarissimum sortiuntur (vt nunc isti) obitum, vos mœrorem: & quibuscunque datum est vt eorum vita feliciter acta pariter & finita censeatur. Nec me fallit, arduum esse persuasu *ne mœstitiam sentiatis* quoties vobis istorum memoria refricabitur, in aliorum rebus secundis, quibus & ipsi aliquãdo exultastis. Nam mœror contingit ex iis bonis, non quibus nunquam potituri, sed quibus diu potiti priuantur. Tolerare tamen oportet, spe aliorum liberorum, eos qui in ætate adhuc sunt procreandi. Siquidem futura soboles, & quibusdam erit priuatim obliuio defunctorum, & reipublicæ dupliciter proderit: quòd eam nec desolatam patietur, & tutam præstabit. Fieri enim non potest vt quicquam iustum aut æquabile in cõmune consulant, qui non itidem suos liberos æqualiter periculis exponant. Vos verò qui iam ætate processistis, quo diuturniorem vitam feliciter traduxistis, eò plus lucri vos fecisse existimetis, & hoc quòd superest vitæ, breue futurum esse, quod vtique ob istorum gloriam leuius fiet. Solum enim honoris studium non senescit: nec magis in affecta iam ætate lucrum delectat (vt quidam aiunt) quàm honor. Filii autem horum ac fratres, qui adestis, magnum video vobis propositum esse certamen. Nam eius qui

fato functus est, virtutem nemo non solet prosequi laude, ac ferè supra modum: at vos non pares, sed aliquantulo inferiores esse iudicemini. Quippe viuentium inter æmulos liuor est: quo sublato, virtus cum beneuolo celebratur assensu. Siquid autem oportet de muliebri quoque virtute commemorare earum quæ nunc erunt in viduitate, breui omnia exhortatione complectar. Etenim ingenti vobis est gloriæ, nó esse vos sexu vestro infirmiores, *hoc est pudicas esse*. Cuius rei decus dedecúsve minimum cadit in viros. Expositum est à me oratione, vt lex iubet, quicquid aptú habebam: & re quoque, ii qui sepeliuntur, partim quidem iam ornati sunt, partim verò, eorum liberos ciuitas hinc ad pubertatem vsque publicè alet, vtilē profectò & istis & futuris proponens lauream talium certaminum. Apud quos enim vberrima virtutis proposita sunt præmia, in eorum ciuitate viri præstantissimi versantur. Iam, postquam suos quisque necessarios deploraueritis, abscedite.

ORATIO PERICLIS.

ARGVMENTVM.

Atheniensis populus, qua erat leuitate, vsus Periclis consilio, bellum aduersus Lacedæmonios sociósque eorum ciuerat. & primus quidem illius belli annus exitum habuerat satis tolerabilem: sed alter tristissimum, cùm vastitate totius penè agri, tum verò dira atque inaudita pestilentia, quæ ita erat passim per Atticam grassata, vt miseranda solitudo esset consequuta. His malis consternatum populum cœpit illius consilii pœnitere: vt iam pax vel paulo turpior probaretur, & perniciosi consilii autor Pericles lacesseretur, pessiméque audiret, maximē hoc nomine, quòd eo duce sedebant in vrbe, nec acie dimicabant, & in eorum oculis populatio agri Attici fiebat. Pericles, vt à se illam inuidiam auerteret, hanc orationem pro concione habuit. Docet nihil esse quamobrem eos necessarii consilii pœniteat, quod ad eorum defensionem, non ad aliorum vexationem pertineret. Deinde vel si causas habeant pœnitendi grauissimas, tamen non debere illius mali culpam in vnum se conferre: quum in deliberãdo, alieno quidem cōsilio essent vsi, sed in decernendo, libertate & autoritate sua. Prius illud confirmant argumentis tum à persona sua, tum ab ipsa re petitis. Nam se eum esse, qui & sapiēter prouideret, quæque prouidisset, & è repub. esse intelligeret, aperiret. Rem verò eam esse, quæ apud homines honestos nihil habeat dubitationis. Nemini enim dubiũ esse quin libertatis defensio sit necessaria. Posterius probat, quum ostendit non debere id sibi esse fraudi, quod ipse senserit, omnes autem comprobarint.

Καὶ προσδεχομένῳ μοι τὰ τῆς ὀργῆς ὑμῶν ἐς με γεγένηται (αἰσθάνομαι γὰρ τὰς αἰτίας) καὶ ἐκκλησίαν τούτου ἕνεκα ξυνήγαγον, ὅπως ὑπομνήσω, καὶ μέμψωμαι εἴ τι μὴ ὀρθῶς ἢ ἐμοὶ χαλεπαίνετε, ἢ ταῖς ξυμφοραῖς εἴκετε. ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πλέω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας, ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν, ἀθρόαν δὲ σφαλλομένην. καλῶς μὲν γὰρ φερόμενος ἀνὴρ τὸ καθ' ἑαυτὸν, διαφθειρομένης τῆς πατρίδος, οὐδὲν ἧσσον ξυναπόλλυται· κακοτυχῶν δὲ ἐν εὐτυχούσῃ, πολλῷ μᾶλλον διασώζεται. ὁπότε οὖν πόλις μὲν τὰς ἰδίας ξυμφορὰς οἵα τε φέρειν, εἷς δὲ ἕκαστος τὰς ἐκείνης ἀδύνατος, πῶς οὐ χρὴ πάντας ἀμύνειν αὐτῇ; καὶ μὴ (ὃ νῦν ὑμεῖς δρᾶτε, ταῖς κατ' οἶκον κακοπραγίαις ἐκπεπληγμένοι) τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀφίεσθε, καὶ ἐμὲ τὸν παραινέσαντα πολεμεῖν, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς, οἳ ξυνέγνωτε, δι' αἰτίας ἔχετε. καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὃς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα· φιλόπολίς τε, καὶ χρημάτων κρείσσων. ὅ,τε γὰρ γνοὺς, καὶ μὴ σαφῶς διδάξας, ἐν ἴσῳ εἰ καὶ μὴ ἐνεθυμήθη· ὅ,τ' ἔχων ἀμφότερα, τῇ δὲ πόλει δύσνους, οὐκ ἂν ὁμοίως τι οἰκείως φράζοι. προσόντος δὲ καὶ τοῦδε, χρήμασι δὲ νικωμένου, τὰ ξύμπαντα τούτου ἑνὸς ἂν πωλοῖτο. ὥστ' εἴ μοι καὶ μέσως ἡγούμενοι μᾶλλον ἑτέρων προσεῖναι αὐτὰ, πολεμεῖν ἐπείσθητε, οὐκ ἂν εἰκότως νῦν γε τοῦ ἀδικεῖν αἰτίαν φεροίμην. καὶ γὰρ οἷς μὲν αἵρεσις γεγένηται τἆλλα εὐτυχοῦσι, πολλὴ ἄνοια πολεμῆσαι· εἰ δ' ἀναγκαῖον ἦν, ἢ εἴξαντας, εὐθὺς τοῖς πέλας ὑπακοῦσαι, ἢ κινδυνεύσαντας περιγενέσθαι, ὁ φυγὼν τὸν κίνδυνον, τοῦ ὑποστάντος μεμπτότερος. καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι· ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε, ἐπειδὴ ξυνέβη ὑμῖν πεισθῆναι μὲν ἀκεραίοις, μεταμέλειν δὲ κακουμένοις· καὶ τὸν ἐμὸν λόγον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης μὴ ὀρθὸν φαίνεσθαι. διότι τὸ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν αἴσθησιν ἑκάστῳ, τῆς δὲ ὠφελείας ἄπεστιν ἔτι ἡ δήλωσις ἅπασι· καὶ μεταβολῆς μεγάλης, καὶ ταύτης ἐξ ὀλίγου ἐμπεσούσης, ταπεινὴ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖν ἃ ἔγνωτε. δουλοῖ γὰρ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον. ὃ ὑμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐχ ἥκιστα καὶ κατὰ τὴν νόσον γεγένηται. ὅμως δὲ πόλιν μεγάλην οἰκοῦντας, καὶ ἐν ἤθεσιν ἀντιπάλοις αὐτῇ τεθραμμένους, χρεὼν καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίσταις ἐθέλειν ὑφίστασθαι, καὶ τὴν ἀξίωσιν μὴ ἀφανίζειν (ἐν ἴσῳ γὰρ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει, καὶ τῆς μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμενον.) ἀπαλγήσαντας δὲ τὰ ἴδια, τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι. τὸν δὲ πόνον τὸν κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ γένηταί τε πολὺς, καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον. δηλώσω δὲ καὶ τόδε, ὅ μοι δοκεῖτε οὔτ' αὐτοὶ πώποτε ἐνθυμηθῆναι ὑπάρχον ὑμῖν μεγέθους πέρι ἐς τὴν ἀρχὴν, οὔτ' ἐγὼ ἐν τοῖς πρὶν λόγοις. οὐδ' ἂν νῦν ἐχρησάμην κομπωδεστέραν ἔχοντι τὴν προσποίησιν, εἰ μὴ κατα-

πληγμένοις ὑμᾶς παρὰ τὸ εἰκὸς ἑώρων. οἴεσθε μὲν γὰρ τῶν ξυμμάχων μόνον ἄρχειν· ἐγὼ δὲ ἀποφαίνω, δύο μερῶν τῶν ἐς χρῆσιν φανερῶν, γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦ ἑτέρου ὑμᾶς παντὸς κυριωτάτους ὄντας, ἐφ' ὅσον τε νῦν νέμεσθε, καὶ ἢν ἐπιπλέον βουληθῆτε. καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις τῇ ὑπαρχούσῃ παρασκευῇ τοῦ ναυτικοῦ πλέοντας ὑμᾶς οὔτε βασιλεὺς κωλύσει, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔθνος τῶν ἐν τῷ παρόντι. ὥστε οὐ κατὰ τὴν τῶν οἰκιῶν καὶ τῆς γῆς χρείαν (ὧν μεγάλων νομίζετε ἐστερῆσθαι) αὕτη ἡ δύναμις φαίνεται. οὐδ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ οὐ κήπιον καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας, ὀλιγωρῆσαι· καὶ γνῶναι ἐλευθερίαν μὲν, ἢν ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῆς διασώσωμεν, ῥᾳδίως ταῦτα ἀναληψομένην, ἄλλων δ' ὑπακούσασι, καὶ τὰ προκεκτημένα φιλεῖν ἐλασσοῦσθαι. τῶν τε πατέρων μὴ χείρους κατ' ἀμφότερα φανῆναι, οἳ μετὰ πόνων καὶ οὐ παρ' ἄλλων δεξάμενοι κατέσχον τε, καὶ προσέτι διασώσαντες παρέδοσαν ὑμῖν αὐτά. αἴσχιον δὲ ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. αὔχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας ἀτυχοῦς καὶ δειλῷ τινι ἐγγίγνεται, καταφρόνησις δὲ, ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν· ὃ ἡμῖν ὑπάρχει. καὶ τὴν τόλμαν ἀπὸ τῆς ὁμοίας τύχης ἡ ξύνεσις ἐκ τοῦ ὑπέρφρονος ἐχυρωτέραν παρέχεται. ἐλπίδι τε ἧσσον πιστεύει, ἧς ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχύς· γνώμῃ δὲ, ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ἧς βεβαιοτέρα ἡ πρόνοια. τῆς τε πόλεως ὑμᾶς εἰκὸς τῷ τιμωμένῳ ἀπὸ τοῦ ἄρχειν (ᾧπερ ἅπαντες ἀγάλλεσθε) βοηθεῖν· καὶ μὴ φεύγειν τοὺς πόνους, ἢ μηδὲ τὰς τιμὰς διώκειν. μηδὲ νομίσαι περὶ ἑνὸς μόνου δουλείας ἀντ' ἐλευθερίας ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀρχῆς στερήσεως, καὶ κινδύνου ὧν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπήχθεσθε. ἧς οὐδ' ἐκστῆναι ἔτι ὑμῖν ἐστιν, εἴ τις καὶ τόδε ἐν τῷ παρόντι δεδιὼς ἀπραγμοσύνῃ ἀνδραγαθίζεται. ὡς τυραννίδα γὰρ ἤδη ἔχετε αὐτήν· ἣν λαβεῖν μὲν, ἄδικον δοκεῖ εἶναι, ἀφεῖναι δὲ, ἐπικίνδυνον. τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἑτέρους τε πείσαντες ἀπολέσειαν, καὶ εἴπου ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτόνομοι οἰκήσειαν. τὸ γὰρ ἄπραγμον οὐ σώζεται, μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον, οὐδὲ ἐν ἀρχούσῃ πόλει ξυμφέρει, ἀλλ' ἐν ὑπηκόῳ, ἀσφαλῶς δουλεύειν. ὑμεῖς δὲ μήτε ὑπὸ τῶν τοιῶνδε πολιτῶν παράγεσθε, μήτε ἐμὲ δι' ὀργῆς ἔχετε, (ᾧ καὶ αὐτοὶ ξυνδιέγνωτε πολεμεῖν) εἰ καὶ ἐπελθόντες οἱ ἐναντίοι ἔδρασαν ἅπερ εἰκὸς ἦν, μὴ ἐθελησάντων ὑμῶν ὑπακούειν. ἐπιγεγένηταί τε πέρα ὧν προσεδεχόμεθα ἡ νόσος ἥδε (πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος κρεῖσσον γεγενημένον) καὶ δι' αὐτὴν οἶδ' ὅτι μέρος τι μᾶλλον ἔτι μισοῦμαι. οὐ δικαίως, εἰ μὴ καὶ ὅταν παρὰ λόγον τι εὖ πράξητε, ἐμοὶ ἀναθήσετε. φέρειν τε χρὴ τά τε δαιμόνια ἀναγκαίως, τά τε ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρείως. ταῦτα γὰρ ἐν ἔθει τῇδε τῇ πόλει πρότερόν τε ἦν, νῦν τε μὴ ἐν ὑμῖν κωλυθῇ. γνῶτε δὲ ὄνομα μέγιστον αὐτὴν ἔχουσαν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις, διὰ τὸ ταῖς ξυμφοραῖς μὴ εἴκειν, πλεῖστα δὲ σώματα καὶ πόνους ἀναλωκέναι πολέμῳ, καὶ δύναμιν μεγίστην δὴ μέχρι τοῦδε κεκτημένην, ἧς ἐς ἀΐδιον τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἣν καὶ νῦν ὑπενδῶμέν ποτε (πάντα γὰρ πέφυκε καὶ ἐλασσοῦσθαι) μνήμη καταλελείψεται. Ἑλλήνων τε, ὅτι Ἕλληνες πλείστων δὴ ἤρξαμεν, καὶ πολέμοις μεγίστοις ἀντέσχομεν, πρός τε ξύμπαντας, καὶ καθ' ἑκάστους. πόλιν τε τοῖς πᾶσιν εὐπορωτάτην καὶ μεγίστην ᾠκήσαμεν. καίτοι ταῦτα ὁ μὲν ἀπράγμων μέμψαιτ' ἄν, ὁ δὲ δρᾶν τι βουλόμενος, καὶ αὐτὸς ζηλώσει· εἰ δέ τις μὴ κέκτηται, φθονήσει. τὸ δὲ μισεῖσθαι καὶ λυπηροὺς εἶναι ἐν τῷ παρόντι, πᾶσι μὲν ὑπῆρξε δὴ ὅσοι ἕτεροι ἑτέρων ἠξίωσαν ἄρχειν. ὅστις δ' ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει, ὀρθῶς βουλεύεται. μῖσος μὲν γὰρ οὐκ ἐπιπολὺ ἀντέχει, ἡ δὲ παραυτίκα τε λαμπρότης, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα δόξα, αἰείμνηστος καταλείπεται. ὑμεῖς δὲ ἔς τε τὸ μέλλον καλὸν προγνόντες, ἔς τε τὸ αὐτίκα μὴ αἰσχρὸν, τῷ ἤδη προθύμῳ ἀμφότερα κτήσασθε. καὶ Λακεδαιμονίοις μήτε ἐπικηρυκεύεσθε, μήτε ἔνδηλοι ἔστε τοῖς παροῦσι πόνοις βαρυνόμενοι. ὡς οἵτινες πρὸς τὰς ξυμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

NEC inexpectata mihi veſtra in me indignatio fuit: (intelligo enim eius cauſas) & eam ob rem coegi concilium, vt in memoriam redigam ac reprehendam, ſiquid vos haud rectè vel mihi ſuccenſetis, vel aduerſis ſuccumbitis. Ego enim exiſtimo melius agi cum ciuibus priuatim, ſi tota ciuitas fortunata ſit, quàm ſi per ſingulos ciues felix ſit, publicè verò labefactetur. Nam quum euertitur patria, is cui priuatim bene eſt, nihil tamen minus & ipſe euertitur: cui autem malè, is in illa proſperè agente multò magis incolumis eſt. Quum igitur ciuitas quidem ſingulorum res aduerſas ſuſtinere poſſit, ſinguli autem illius *res aduerſas ferre* nequeant, quo pacto non conueniat vniuerſos illi opitulari, neque (id quod nunc agitis) domeſticis iacturis attonitos, reipublicæ ſalutem pro derelicta habere: incuſantes me, qui bellandi conſilium dedi, atque adeo vos ipſos qui id comprobaſtis? Et mihi tali viro iraſcimini, qui (vt reor) ſum nulli ſecundus vel in cognoſcendo quæ opus facto ſunt, vel in explicando, vel in amãda ciuitate, vel in vincenda pecunia. Nam qui nouit, neque id quod ſentit explicat, perinde eſt acſi neſciret: qui verò vtrunque habet, niſi ſtudioſus reipublicæ fuerit, is peræquè nihil ex vtilitate ciuitatis loquetur. Cui autem hoc etiam affuerit, ſi idẽ pecunia vincatur, pro hac vna habebit cuncta vænalia. Itaque ſi, mihi hæc omnia præter cæteros adeſſe vos iudicantes, de bello gerendo perſuaſi eſtis, nũc haud probè eidem crimen imponitis. Etenim eos qui proſpera fortuna vtuntur, bellum præoptare quàm pacem, magna vecordia eſt: ſin verò neceſſe ſit aut finitimis cedentes imperata facere, aut pro victoria,

belli adire discrimen, profectò qui cedunt, vituperari digniores quàm ii qui resistunt. Et ego quidem, idem qui antea sum, nec à sententia discedo: vos autem vacillatis, quos constat integra re mihi acquieuisse, accepta calamitate pœnitere: & rationem meam vestra infirmitate metientes, non rectam iudicatis: quia sensum molestiarum vnusquisque hactenus habuit, communis autem vtilitas nondum patet. Magnáque mutatione facta, & hac ex leui momento, mens vestra languescit ad permanendum in suscepto consilio. Subigit enim animum repentinus & inexpectatus casus, & qui valde præter opinionem accidit. Id quod vobis cum circa alia, tum vel maximè circa morbum istum vsu venit. Tamen quum ciuitatem magnam habeamus, & perinde egregiis institutis simus educati, decet ne maximis quidem nos incommodis velle succumbere, nec amplitudinem nostram labefactare. Nam æqui iuris esse homines cēsent, & accusare eum qui per ignauiam gloriæ, quam obtinet, desertor est, & odisse eum qui per cōfidentiam, gloriam ad se non pertinentem affectat. Sepositóque priuatarum rerum dolore, debemus salutem publicam vindicare, huic belli labori, ne magnus sit, néve aliud contingat, resistentes. Et satis quidem illa sint, in quibus aliâs sæpe demonstraui me non iure vobis in suspicionem venire. Aperiam autem & hoc, quod neque ipsi videmini vnquā cogitasse, quum vobis adsit, (de magnitudine loquor imperii) neque ego in pristinis orationibus vsurpaui: ne nunc quidem memoraturus (vtpote specie ipsa iactantiusculū) nisi vos præter rationem attonitos viderem. Ipsi enim existimatis in socios tātùm vos tenere imperium: ego verò pronuntio, ex duabus partibus, quæ in vsum patēt, terra & mari, vos alterius in solidum potentissimos esse, duntaxat quatenus obire cōsuestis, & si plus velitis *obire, potentissimos fore*. Neque est *ea potestate* rex quispiam, aut aliqua gēs, quæ vos instructa quæ nunc adest classe nauigantes prohibere possit. Non itaque cum domorum & fundorum vsufructu (quibus magnis rebus vos esse priuatos existimatis) istud imperium *maris* comparandum videtur. Neque est consentaneum iniquo vos ea ferre animo, & non potius æquo atque sedato, existimantes ornamentum diuitiarum apud potentiam esse: & libertate per nos incolumi facilè hæc iri recuperatum: quæque si non seruamus, sed imminui libenti animo patimur, in neutro non degenerare nos à patribus nostris iudicandos: qui hæc non ab aliis acceperunt, sed laboribus suis parta atque custodita nobis tradiderunt. Nam turpius est quàm conatu potiendi frustrari, spoliari potientem. Conuenítque aduersus hostem ire nos, non modò confidentes, sed etiam despicientes *hostem*. Siquidem confidentia ex improuisa quoque prosperitate in ignauum etiam aliquem cadit: despicientia verò *innascitur* ei qui cum certo consilio credit se hostibus superiorem esse. id quod nobis suppetit. Et in pari conditione fortunæ, solertia ex altitudine mentis tutiorem reddit audaciam, minus fidei habens spei, cuius vis in lubrico est, quàm, ex præsentibus copiis, consilio, cuius exploratior prouidentia est. Decet item vos publicæ ob imperium dignitati, qua cuncti lætamini, consulere, nullum recusantes laborem, nisi & honores recusetis: neque existimare de libertate tantùm amittenda rem esse, sed de amittendo imperio periculum quoque subeundum, ob eas quas in imperio contraxistis offensas. A quo discedere vos iam integrum non est: siquis & hoc in præsentia veritus, otio & ignauiæ indulget, sese in ea re fortem præstans. Quippe imperium iam veluti tyrannidem administratis, quod sumere quidem, videtur esse iniurium, deponere autem, periculosum. Nam huiusmodi homines *qui bellum timent*, persuadendo aliis, protinus & ciuitatem perderent, & siquibus ipsi præessent, eos liberos esse sinerent. Enimuero otium neque potest esse incolume, nisi cum negotio coniunctum: neque in principe ciuitate conducit, sed in ea quæ bona fide tolerat seruitutem. Vos verò neque huiuscemodi ciuibus seducamini, neque mihi succenseatis, cui de bello gerendo fuistis assensi. Quòd si hostilis aduentus ea fecit quæ facturum esse credibile erat, vobis *sibi* obedire nolētibus, & si accessit præter expectationem hic morbus, (res sola omniū spe nostra potentior, vnde scio me magna ex parte magis inuisum esse) profectò iniustè me perosi estis: nisi & quoties vobis prosperè præter opinionem euenit, eam mihi felicitatem referatis acceptam. Oportet enim quæ diuinitus, necessariò, quæ ab hostibus proficiscuntur, fortiter ferre. Quæ quum fuerint olim in more huius ciuitatis, cauete ne nūc dissoluantur in vobis: quū præsertim sciatis

eam apud omnes homines ideo maximum habere nomen quòd non cedat aduersis, quódque plurimos labores ac plurima corpora in bello consumpserit, & summa ad hanc diem sit potita potentia. Cuius apud posteros in æternum, etiamsi aliquando tandem succumbamus (natura enim comparatum est vt omnia decrescant) memoria relinquetur, atque adeo Græcorum: quòd Græci nos latissimum tenuerimus imperium, & maxima tolerauerimus bella, tum aduersus vniuersos, tum aduersus singulos, ciuitatémque opulentissimam & frequentissimam habuerimus. Quanquã qui segnis est, ista haud dubiè vituperabit, sed rerum gerẽdarum studiosus æmulabitur: quòd siquis opes non adeptus sit, inuidebit. Cæterùm inuisos & graues in præsentia esse, omnibus quidẽ *in suo tempore* contigit quicũque se dignos existimarũt vt aliis imperarent. Quisquis autem pro maximis rebus inuidiam suscipit, rectè is consulit. nam odium nõ diu durat: at splendor in præsens, & perpetua in pòsterum gloria celebrãda relinquitur. Quæ duo vos prospiciẽtes, decus futurum, & dedecus præsens, alacri iam animo decus capessite, ac dedecus deuitate, nullum ad Lacedæmonios caduceatorem mittendo, neque significando vos præsentibus ærumnis opprimi. Nam ii qui inter calamitates & minimùm afflictantur animo, & re quammaximè iis reluctantur, sunt omnium & priuatim & publicè præstantissimi.

PLATAEENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii infensi Atheniensium potentiæ, socias ciuitates ab illis auertere conabantur. In his erant Platææ. Ad quas obsidendas quum venirent, & iam agrum popularentur, legationem miserunt Platæenses, quæ questa est quòd contra fœdus & iusiurãdum patrum suorum Platæis infesti essent, quibus, paucis antè annis, patres eorum persanctè cauerant, & sartam tectam ciuitatem liberámque esse voluerant.

Ἀρχίδαμε καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὐ δίκαια ποιεῖτε, οὐδ' ἄξια οὔτε ὑμῶν, οὔτε πατέρων ὧν ἐστε, ἐς γῆν τὴν Πλαταιέων στρατεύοντες. Παυσανίας γὰρ ὁ Κλεομβρότου Λακεδαιμόνιος, ἐλευθερώσας τὴν Ἑλλάδα ἀπὸ τῶν Μήδων, μετὰ Ἑλλήνων τῶν ἐθελησάντων ξυνάρασθαι τὸν κίνδυνον τῆς μάχης, ἣ παρ' ἡμῖν ἐγένετο, θύσας ἐν τῇ Πλαταιέων ἀγορᾷ Διὶ ἐλευθερίῳ ἱερὰ, καὶ ξυγκαλέσας πάντας τοὺς ξυμμάχους, ἀπεδίδου Πλαταιεῦσι, γῆν καὶ πόλιν τὴν σφετέραν ἔχοντας αὐτονόμους οἰκεῖν, στρατεῦσαί τε μηδένα ποτὲ ἀδίκως ἐπ' αὐτοὺς, μηδ' ἐπὶ δουλείᾳ· εἰ δὲ μὴ, ἀμύνειν τοὺς παρόντας ξυμμάχους κατὰ δύναμιν. τάδε μὲν ἡμῖν πατέρες οἱ ὑμέτεροι ἔδοσαν, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ προθυμίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς κινδύνοις γενομένης· ὑμεῖς δὲ τἀναντία δρᾶτε. μετὰ γὰρ Θηβαίων τῶν ἡμῖν ἐχθίστων ἐπὶ δουλείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἥκετε. μάρτυρας δὲ θεοὺς τούς τε ὁρκίους τότε γενομένους ποιούμενοι, καὶ τοὺς ὑμετέρους πατρῴους, καὶ ἡμετέρους ἐγχωρίους, λέγομεν ὑμῖν, τὴν γῆν τὴν Πλαταιίδα μὴ ἀδικεῖν, μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους, ἐᾶν δὲ οἰκεῖν αὐτονόμους, καθάπερ Παυσανίας ἐδικαίωσε.

EADEM LATINE,

Laur. Valla interprete.

ARchidame ac Lacedæmonii, neque iustè, neque è dignitate vestra patrúmque vestrorum facitis quòd agrum Platæensem hostiliter insidetis. Nam Pausanias Lacedæmonius, Cleombroti *filius*, qui Græciam Medorum dominatu liberauit cũ iis Græcis qui pugnæ apud nos commissæ vltro subiere discrimẽ, victimis in foro Platæensi immolatis Ioui liberatori, conuocatísque omnibus sociis, reddidit Platæensibus & agrũ & vrbẽ, vbi suis legibus viuerẽt, nequis iniustè, néve dominandi causa illis arma inferret: alioqui eos qui aderãt socios, pro viribus auxilio futuros. Hæc patres vestri virtutis ergô & strenuitatis in illis periculis præstitæ dederunt nobis. At vos è contrario agitis, qui cum Thebanis inimicissimis nostris, ad redigendos nos in seruitutem venistis. Itaque & eos qui iuriiurando tunc affuerunt, & vestros patrios & nostros indigenas deos testati, dicimus vobis ne agrum Platæensem lædatis, néve iusiurandum violetis, sed nostro nos iure viuere sinatis, quemadmodum Pausanias statuit.

ARCHIDAMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Archidamus, regio iure summam rerum tenebat in ea expeditione aduersus Plataeas. Itaque respondet legatis Plataeensium, se patrum suorum beneficia minimè iis eripere velle, sed eam conditionem ferre, vt ne in vllum bellum societatémve se interponerent, aut, si bellum iis placeret, ea arma sequerentur quae pro Graecorum libertate capta essent.

Δίκαια λέγετε ὦ ἄνδρες Πλαταιῆς, ἢν ποιῆτε ὅμοια τοῖς λόγοις. καθάπερ γὰρ Παυσανίας ὑμῖν παρέδωκεν, αὐτοί τε αὐτονομεῖσθε, καὶ τοὺς ἄλλους ξυνελευθεροῦτε, ὅσοι μετασχόντες τῶν τότε κινδύνων, ὑμῖν τε ξυνώμοσαν, καὶ εἰσὶ νῦν ὑπ' Ἀθηναίοις· παρασκευή τε τοσήδε καὶ πόλεμος γεγένηται αὐτῶν ἕνεκα καὶ τῶν ἄλλων ἐλευθερώσεως, ἧς μάλιστα μὲν μετασχόντες καὶ αὐτοὶ ἐμμείνατε τοῖς ὅρκοις. εἰ δὲ μὴ (ἅπερ καὶ τὸ πρότερον ἤδη προυκαλεσάμεθα) ἡσυχίαν ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν· καὶ ἔστε μηδὲ μεθ' ἑτέρων· δέχεσθε δὲ ἀμφοτέρους φίλους, ἐπὶ πολέμῳ δὲ, μηδ' ἑτέρους. καὶ τάδε ἡμῖν ἀρέσκει.

EADEM LATINE EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallae, ab Henrico Stephano alicubi recognita.

Rectè dicitis, viri Plataeenses, si verbis facta respondeant. Quemadmodum enim Pausanias vobis praestitit vt ipsi vestro iure viuatis, praestate vos quoque pro vestra virili liberos, & alios vobiscũ, quicũque & periculorum & iurisiurãdi vobis ea tempestate participes, nunc Atheniẽsibus seruiũt, quorúmq; in libertatem asserendorum gratia, tantus apparatus fit, tantúmque bellum. Cuius liberationis quum maximè participes fueritis, ipsi quoque iusiurandum seruate: sinminus (quae etiam iam antea à vobis petiimus) quiescite, possidentes res vestras: ac neutrorum partes sequimini. Recipite autem vtrosque, amicos, sed belli gratia neutros. Atque haec nostra est sententia.

ARCHIDAMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum à patribus iusiurandum intercessisset, quo cautum erat Plataeensibus, Archidamus veritus ne impium bellum iis inferret violato iureiurando, hac testificatione iusti belli piaculum omne effugere voluit.

Ὑμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας παράδοτε ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ γῆς ὅρους ἀποδείξατε, καὶ δένδρα ἀριθμῷ τὰ ὑμέτερα, καὶ ἄλλο εἴ τι δυνατὸν ἐς ἀριθμὸν ἐλθεῖν. αὐτοὶ δὲ μεταχωρήσατε ὅποι βούλεσθε, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ· ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ, ἀποδώσομεν. μέχρι δὲ τοῦδε ἕξομεν παρακαταθήκην, ἐργαζόμενοι, καὶ φορὰν φέροντες ἣ ἂν ὑμῖν μέλλῃ ἱκανὴ ἔσεσθαι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallae.

Vos verò vrbem ac domos nobis Lacedaemoniis tradite, fines agri demonstrate, arbores & quicquid aliud potest sub numerum cadere, numerate: ipsi, quocunque libuerit, abscedite, quousque fuerit bellum: vbi desierit, redditurі sumus vobis quaecunque acceperimus, habentes ea interim in deposito, colentésque ac fructũ reddentes qui vobis ad vsum suppetat vitae.

ORATIO LACEDAEMONIORUM DVCVM.

ARGVMENTVM.

Victi nauali praelio Peloponnenses ab Atheniensi Phormione, reparata & aucta classe de integro erant conflicturi. Et quòd verebantur ne militum animos infregisset recens accepta clades, duces copiarum hac oratione sunt vsi ad eos confirmandos. Hîc causas aduersi praelii ostendunt: non esse eas metuendas in hoc praelio. Ita esse prouisa omnia, vt nihil desit nisi vt bonis & praestantibus animis ad dimicandum accedant. Postremò eos poenis & praemiis propositis incitant.

Ἡ μὲν

Ἡ μὲν γενομένη ναυμαχία, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, εἴ τις ἄρα δι' αὐτὴν ὑμῶν φοβεῖται τὴν μέλλουσαν, οὐχὶ δικαίαν ἔχει τέκμαρσιν τὸ ἐκφοβῆσαι. τῇ τε γὰρ παρασκευῇ ἐνδεὴς ἐγένετο, ὥσπερ ἴστε, καὶ οὐχὶ ἐς ναυμαχίαν μᾶλλον ἢ ἐπὶ στρατείαν ἐπλέομεν. ξυνέβη δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τύχης οὐκ ὀλίγα ἐναντιωθῆναι. καί πού τι καὶ ἡ ἀπειρία πρῶτον ναυμαχοῦντας ἔσφηλεν. ὥστε οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν κακίαν τὸ ἡσσῆσθαι προσεγένετο. οὐδὲ δίκαιον τῆς γνώμης τὸ μὴ κατακράτος νικηθὲν, ἔχον δέ τινα ἐν αὐτῷ ἀντιλογίαν, τῆς γε ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι, νομίσαι δὲ ταῖς μὲν τύχαις ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ γνώμαις τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι, καὶ μὴ ἀπειρίαν τοῦ ἀνδρείου παρόντος προβαλλομένους, εἰκότως ἂν ἔν τινι κακοὺς γενέσθαι. ὑμῶν δὲ οὐδ' ἡ ἀπειρία τοσοῦτον λείπεται ὅσον τόλμῃ προέχετε. τῶνδε δὲ ἡ ἐπιστήμη, ἣν μάλιστα φοβεῖσθε, ἀνδρείαν μὲν ἔχουσα, καὶ μνήμην ἕξει ἐν τῷ δεινῷ ἐπιτελεῖν ἃ ἔμαθεν, ἄνευ δὲ εὐψυχίας οὐδεμία τέχνη πρὸς τοὺς κινδύνους ἰσχύει. φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει, τέχνη δὲ ἄνευ ἀλκῆς οὐδὲν ὠφελεῖ. πρὸς μὲν οὖν τὸ ἐμπειρότερον αὐτῶν, τὸ τολμηρότερον ἀντιτάξασθε. πρὸς δὲ τὸ διὰ τὴν ἧσσαν δεδιέναι, τὸ ἀπαράσκευοι τότε τυχεῖν. περιγίγνεται δὲ ὑμῖν πλῆθός τε νεῶν, καὶ πρὸς τῇ γῇ οἰκείᾳ οὔσῃ, ὁπλιτῶν παρόντων, ναυμαχεῖν. τὰ δὲ πολλὰ, τῶν πλειόνων καὶ ἄμεινον παρεσκευασμένων τὸ κράτος ἐστίν. ὥστε οὐδὲ καθ' ἓν εὑρίσκομεν εἰκότως ἂν ἡμᾶς σφαλλομένους. καὶ ὅσα ἡμάρτομεν πρότερον, νῦν αὐτὰ ταῦτα προσγενόμενα διδασκαλίαν παρέξει. θαρσοῦντες οὖν καὶ κυβερνῆται καὶ ναῦται, τὸ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ἕπεσθε, χώραν μὴ λείποντες ᾗ ἄν τις προσταχθῇ. τῶν δὲ πρότερον ἡγεμόνων οὐ χεῖρον τὴν ἐπιχείρησιν ἡμεῖς παρασκευάσομεν, καὶ οὐκ ἐνδώσομεν πρόφασιν οὐδενὶ κακῷ γενέσθαι. ἢν δέ τις ἄρα καὶ βουληθῇ, κολασθήσεται τῇ πρεπούσῃ ζημίᾳ. οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμήσονται τοῖς προσήκουσιν ἄθλοις τῆς ἀρετῆς.

EADEM LATINE,

Henr. Stephano interprete.

EX ſuperiore prælio, Peloponneſii, (ſiquis fortè, illius cauſa, id quod futurum eſt reformidat) nulla coniectura quæ meritò formidinem incutiat, capi poteſt. Nam præterquam quòd iuſto apparatu deſtitutum fuit, vt ipſi noſtis, ita nauigationem noſtram inſtitueramus, vt qui non ad nauale potius quàm ad terreſtre prælium accingeremur. Quinetiam aduerſata ſunt nobis non pauca quæ fortuitò contigerunt. Nonnihil denique & imperitia res noſtras, vtpote tum primùm nauale prælium committẽtes, labefactauit. Nequaquam igitur ignauia noſtra factum eſt vt ſuperaremur: quod quum ita ſit, animos noſtros, ſecum ea reputantes propter quæ viribus hoſtium victos nos fateri non debemus, calamitatis euentu debilitari non decet, ſed exiſtimare ita cõparatum eſſe vt iis quos fortuna rem bene gerere non permiſerit, priſtina nihilominus fortitudo maneat: eóſque dum hæc illis fortitudo adſit, nunquam commiſſuros eſſe vt imperitiæ prætextu, ignauos ſe vlla in parte oſtẽdant. Ad vos quidem certè quod attinet non tam hoſtibus inferiores eſtis peritia quàm audacia ſuperiores. Ac profectò iſti ſi quidem peritiam ſuam (quam potiſſimùm extimeſcitis) cum fortitudine coniunctam habeant, recordabuntur, quum ad pericula ventum fuerit, eorum quæ didicerint ſpecimen edere: at ſine animi præſentia nullæ ſunt vllius artis aduerſus pericula vires. Metus enim memoriam excutit: ars autem abſque robore animi, nullam vtilitatem affert. Quamobrem aduerſus maiorem eorum vſum & peritiam, maiorem veſtram audaciam opponite: ei autem pauori quem ſuperior clades vobis affert, hoc opponite, quòd imparati fuiſtis. Nunc certè vobis & multitudo nauium ſuppetit, & prælii prope regionem noſtram, præſente graui armatura, gerendi commoditas. Ferè fit autem vt qui & plures ſunt & melius inſtructi, penes eos ſit victoria. Nihil quicquam eſt igitur quod nobis cladem allaturum eſſe veriſimile ſit. Quinetiam quæcunque antea peccauimus, nunc eadem hæc adiuncta, documento nobis erunt. Fidentibus igitur animis gubernatores & nautæ pro ſua quiſque virili ſequamini, nemine veſtrum eum in quo collocatus fuerit locum deſerente. Nos verò non minorem quàm ſuperiores duces inuadẽdi hoſtis commoditatem vobis præbebimus, nullámque cuiquam ignauè ſe gerendi occaſionem dabimus. Siquis tamen id facere voluerit, merito certè ſupplicio plectetur: ſicut ſtrenui viciſſim meritis virtutis præmiis ornabuntur.

PHORMIONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienſi claſſi, cum qua erant conflicturi Peloponnenſes, præerat Phormio. is, quòd verebatur vt, propter maiorem hoſtium apparatum, idem eſſet animi ſuis quod

in superiore prælio fuisset, animandos quoque sibi eos existimauit. Id hac oratione facit, & aliis metum omnem multitudinis eripere conatur. Ostēdit, eos quos fortasse metuant, plures quidem esse quàm superiore pugna, sed tamē nihilo peritiores, aut fortiores. Nam siquid iis animi accesserit, inanem potius esse confidentiam quam illi ex sperata Atheniensium ignauia conceperint. Consilium suum de ineundo prælio, & de locorum ratione, aperit. Hortatur vt omnes strenuè partes suas tutentur.

ΟΡῶν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, πεφοβημένους τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ξυνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀρρωδίᾳ ἔχειν. οὗτοι γὰρ πρῶτον μὲν, διὰ τὸ προνενικῆσθαι, καὶ μηδὲ αὐτοὶ οἴεσθαι ὅμοιοι ἡμῖν εἶναι, τὸ πλῆθος τῶν νεῶν καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου παρεσκευάσαντο· ἔπειτα ᾧ μάλιστα πιστεύοντες προσέρχονται, ὡς προσῆκον σφίσιν ἀνδρείοις εἶναι, οὐ δι᾽ ἄλλό τι θαρσοῦσιν ἢ διὰ τὴν ἐν τῷ πεζῷ ἐμπειρίαν, τὰ πλείω κατορθοῦντες, καὶ οἴονται σφίσι καὶ ἐν τῷ ναυτικῷ ποιήσειν τὸ αὐτό. τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ δικαίου ἡμῖν μᾶλλον νῦν περιέσται, εἴπερ καὶ τούτοις ἐν ἐκείνῳ. ἐπεὶ εὐψυχίᾳ γε οὐδὲν προφέρουσι· τῷ δὲ ἑκάτεροί τι ἐμπειρότεροι εἶναι, θρασύτεροί ἐσμεν. Λακεδαιμόνιοί τε ἡγούμενοι τῶν ξυμμάχων, διὰ τὴν σφετέραν δόξαν ἄκοντας προσάγουσι τοὺς πολλοὺς ἐς τὸν κίνδυνον· ἐπεὶ οὐκ ἄν ποτε ἐνεχείρησαν, ἡσσηθέντες παρὰ πολὺ, αὖθις ναυμαχεῖν. μὴ δὴ αὐτῶν τὴν τόλμαν δείσητε· πολὺ δὲ ὑμεῖς ἐκείνοις πλέω φόβον παρέχετε καὶ πιστότερον, κατά τε τὸ προνενικηκέναι, καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἡγοῦνται, μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ πράξειν, ἀνθίστασθαι ὑμᾶς. ἀντίπαλοι μὲν γὰρ οἱ πλείους, ὥσπερ οὗτοι, τῇ δυνάμει τὸ πλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται· οἱ δ᾽ ἐκ πολλῷ ὑποδεεστέρων, καὶ ἅμα οὐκ ἀναγκαζόμενοι, μέγα τι τῆς διανοίας τὸ βέβαιον ἔχοντες, ἀντιτολμῶσιν. ἃ λογιζόμενοι οὗτοι, τῷ οὐκ εἰκότι πλέον πεφόβηνται ἡμᾶς ἢ τῇ κατὰ λόγον παρασκευῇ. πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα ἤδη ἔπεσεν ὑπ᾽ ἐλασσόνων τῇ ἀπειρίᾳ, ἔστι δὲ ἃ καὶ ἀτολμίᾳ· ὧν οὐδετέρου ἡμεῖς νῦν μετέχομεν. τὸν δὲ ἀγῶνα οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι ποιήσομαι, οὐδὲ πλεύσομαι ἐς αὐτόν. ὁρῶ γὰρ ὅτι πρὸς πολλὰς ναῦς ἀνεπιστήμονας ὀλίγαις ναυσὶν ἐμπείρως καὶ ἄμεινον πλεούσαις ἡ στενοχωρία οὐ ξυμφέρει. οὔτε γὰρ ἂν ἐπιπλεύσειέ τις ὡς χρὴ ἐς ἐμβολὴν, μὴ ἔχων τὴν πρόσοψιν τῶν πολεμίων ἐκ πολλοῦ, οὔτε ἂν ἀποχωρήσειεν ἐν δέοντι, πιεζόμενος. διέκπλοί τε οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ ἀναστροφαὶ, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν ἔργα ἐστίν· ἀλλ᾽ ἀνάγκη ἂν εἴη τὴν ναυμαχίαν, πεζομαχίαν καθίστασθαι. καὶ ἐν τούτῳ αἱ πλείους νῆες κρείσσους γίγνονται. τούτων μὲν οὖν ἐγὼ ἕξω τὴν πρόνοιαν κατὰ τὸ δυνατόν· ὑμεῖς δὲ, εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες, τά τε παραγγελλόμενα ὀξέως δέχεσθε, ἄλλως τε καὶ δι᾽ ὀλίγου τῆς ἐφορμήσεως οὔσης, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ κόσμον καὶ σιγὴν περὶ πλείστου ἡγεῖσθε (ὥστε τὰ πολλὰ τῶν πολεμικῶν ξυμφέρει, καὶ ναυμαχίᾳ οὐχ ἥκιστα) ἀμύνεσθέ τε τούσδε ἀξίως τῶν προειργασμένων. ὁ δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν, ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἐλπίδα τοῦ ναυτικοῦ, ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι Ἀθηναίοις τὸν φόβον περὶ τῆς θαλάσσης. ἀναμιμνήσκω δ᾽ αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλούς. ἡσσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὅμοιαι εἶναι.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Henrici Stephani.

QVum vos animaduerterē, milites, multitudine hostium esse perterrefactos, conuocandos censui, indignum ratus ea vos quæ timenda non sunt, pertimescere. Isti enim, primùm quidem, quòd antea superati fuerint, miniméque pares se nobis esse arbitrentur, tantam nauium multitudinem, eodem quo nos numero nō contenti, comparauerūt. Deinde quod ad eorum fiduciam attinet, cum qua aduersum nos tendunt, tanquam suo quodam iure fortitudinis laudem sibi vendicent: illis non aliud quàm terrestris militiæ peritiam, hác afferre audaciā scitote. Quòd enim ob eam, plerunque victoriam reportent, eundem sibi & naualis prælii exitum pollicentur. Atqui multo magis nos huius prælii quàm eos illius talem exitum sperare, rationi consentaneum est. Animi enim præstantia nihil antecellūnt: at vtrique quòd aliquāto maiorem simus peritiam adepti, ideo audaciores sumus: adde quòd Lacedæmonii, vtpote ipsorū sociorū duces, dū famæ suæ consulere volūt, eos magna ex parte inuitos ad subeundā belli aleam adducunt: nunquā certè alioqui in animū inducturos vt nos adorirētur, ingenti prælio superati. Ne igitur eorū audaciam formidetis. multo quidē certè maiorē certioremq; vos illis timorē affertis, tū quòd antè victores extitistis, tum quòd vos eis occursuros fuisse, nō arbitrantur, nisi res dignas ea animi magnitudine quā lōgè illis præstatis, gerere pararetis. Aduersarii enim qui numero superiores sunt, vt isti, magis viribus quàm cōsilio freti adoriūtur: qui autē & numero sunt longè inferiores & minimè coacti in aciem descendunt, magna quadam certáque animi fiducia præditi pugnam capessunt. Quod isti reputantes, magis nos extimescunt ob hasce nostras copias non iustas, suísque minimè respondentes, quàm si iustus esset nobis apparatus. Iam verò multi exercitus à paucioribus, partim ob imperitiam suam, partim ob ignauiam profligati fuerunt: quorum certè vtrunque à nobis abest. Cæterùm nequaquam, nisi coactus, intra sinum prælium committam: atque adeo ne ingrediar quidem i-

psum. quum satis intelligam, loci angustias paucis nauibus peritè ac melius nauigantibus aduersus multas, sed imperitas, minimè prodesse. Siquidem nec inuehi quis possit, vt opus est, ad impressionem faciendã, nisi ex lõginquo hostes prospiciat: neque, si prematur, commodè se subduxerit. Nulláque præterea ibi est per mediam hostium classem erumpẽdi, nulla repetendæ irruptionis facultas: quæ alioqui sunt nauium melius nauigantium officia. Sed necesse fuerit pro nauali prælio terrestrem ac statariam pugnam committere. Quod quum fit, tum quibus maior est nauium numerus, superiores euadunt. Verùm istis ego pro viribus prouidebo. vos autem compositis ordinibus stãtes apud naues, iussa celeriter exequimini, quum præsertim breui futura sit inuasio. Et inter præliandum, disciplinam & silentium plurimi facere mementote. Nam hæc cum aliis rebus bellicis, tum vel maximè naualibus præliis conducunt. Denique pro dignitate rerum antè gestarum istos propulsate. quũ res magna vobis in hoc certamine proposita sit, vt vel spem Peloponnensibus rei bene gerendæ nauali prælio adimatis, vel Athenienses eò adducatis vt magis propinquum sibi de maris imperio periculum impẽdere cognoscant. Cæterùm in memoriam vobis reuoco, vos bonam eorum partem superasse: animi autem eorum qui superati fuerunt, in iisdem periculis sui similes esse non possunt.

Ex libro tertio historiarum Thucydidis.

ORATIO MITYLENÆORVM.

ARGVMENTVM.

Ingrauescẽte bello Pelopõnesiaco, Lesbos vniuersa, præter Methymnam, desciuit ab Atheniensibus ad Lacedæmonios, quum antè frustra esset id conata. Ob eam defectionem Lesbii bello ab Atheniensibus petiti, qui Mitylenen totius insulæ caput oppugnabant, miserunt Lacedæmonem legatos de defectione, & de auxilio implorando. Ab his in Olympiorum dies, qui instabant, reiecti sunt, quòd ii rem volebant esse in sociorum potestate. Qui dies quum adessent, Lesbii in frequenti sociorum Peloponnesiorum conuentu hac oratione sunt vsi. Hic primùm defectionis æquas & necessarias causas docent. nihil in ea esse à se cupidè tentatum, sed maturè incolumitati suæ prospectum. Idcirco se Lacedæmoniorum fidem sequi velle, vt & suam libertatem retineant, & ne cuiusquam auspiciis & imperio oppugnent alienam. Eo fieri vt auxilium præsentibus malis, & societatis ius in posterum expetant. Qua ex re quæ sint ad eos peruentura commoda, si ipsi id impetrarint, & quanta contrà incommoda, si repulsam patiantur, ostendunt.

ΤΟ μὲν καθεστὼς τοῖς Ἕλλησι νόμιμον, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, καὶ ξύμμαχοι, ἴσμεν. τοὺς γὰρ ἀφισταμένους ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολείποντας, οἱ δεξάμενοι, καθ᾽ ὅσον μὲν ὠφελοῦνται, ἐν ἡδονῇ ἔχουσι· νομίζοντες δὲ εἶναι προδότας τῶν πρὸ τοῦ φίλων, χείρους ἡγοῦνται. καὶ οὐκ ἄδικος αὕτη ἡ ἀξίωσίς ἐστιν, εἰ τύχοιεν πρὸς ἀλλήλους οἵ τε ἀφιστάμενοι, καὶ ἀφ᾽ ὧν διακρίνοιντο, ἴσοι μὲν τῇ γνώμῃ ὄντες καὶ εὐνοίᾳ, ἀντίπαλοι δὲ τῇ παρασκευῇ καὶ δυνάμει, πρόφασίς τε ἐπιεικὴς μηδεμία ὑπάρχοι τῆς ἀποστάσεως. ὃ ἡμῖν καὶ Ἀθηναίοις οὐκ ἦν. μηδέ τῳ χείρους δόξωμεν εἶναι, εἰ ἐν τῇ εἰρήνῃ τιμώμενοι ὑπ᾽ αὐτῶν, ἐν τοῖς δεινοῖς ἀφιστάμεθα. περὶ γὰρ τοῦ δικαίου καὶ ἀρετῆς πρῶτον, ἄλλως τε καὶ ξυμμαχίας δεόμενοι, τοὺς λόγους ποιησόμεθα, εἰδότες οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην, οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν ἐς οὐδὲν, εἰ μὴ μετ᾽ ἀρετῆς δοκούσης ἐς ἀλλήλους γίγνοιντο, καὶ τἄλλα ὁμοιότροποι εἶεν. ἐν γὰρ τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης καὶ αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων καθίστανται. ἡμῖν δὲ καὶ Ἀθηναίοις ξυμμαχία ἐγένετο πρῶτον, ἀπολιπόντων μὲν ὑμῶν ἐκ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου, παραμεινάντων δὲ ἐκείνων πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τῶν ἔργων. ξύμμαχοι μέντοι ἐγενόμεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν Ἑλλήνων Ἀθηναίοις, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐλευθερώσει ἀπὸ τοῦ Μήδου τοῖς Ἕλλησι. καὶ μέχρι μὲν ἀπὸ τοῦ ἴσου ἡγοῦντο, προθύμως εἱπόμεθα· ἐπειδὴ δὲ ἑωρῶμεν αὐτοὺς τὴν μὲν τοῦ Μήδου ἔχθραν ἀνιέντας, τὴν δὲ τῶν ξυμμάχων δούλωσιν ἐπαγομένους, οὐκ ἀδεεῖς ἔτι ἦμεν. ἀδύνατοι δὲ ὄντες καθ᾽ ἓν γενόμενοι διὰ πολυψηφίαν ἀμύνασθαι, οἱ ξύμμαχοι ἐδουλώθησαν, πλὴν ἡμῶν καὶ Χίων. ἡμεῖς δὲ αὐτόνομοι δὴ ὄντες καὶ ἐλεύθεροι τῷ ὀνόματι, ξυνεστρατεύσαμεν. καὶ πιστοὺς οὐκέτι εἴχομεν ἡγεμόνας Ἀθηναίους, παραδείγμασι τοῖς προγιγνομένοις χρώμενοι. οὐ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς, οὓς μὲν μεθ᾽ ἡμῶν ἐνσπόνδους ἐποιήσαντο, καταστρέψασθαι, τοὺς δὲ ὑπολοίπους, εἴποτε ἄρα ἐδυνήθησαν, μὴ δρᾶσαι τοῦτο. καὶ εἰ μὲν αὐτόνομοι ἔτι ἦμεν ἅπαντες, βεβαιότεροι ἂν ἡμῖν ἦσαν μηδὲν νεωτεριεῖν· ὑποχειρίους δὲ ἔχοντες τοὺς πλείους, ἡμῖν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντες, χαλεπώτερον εἰκότως ἔμελλον οἴσειν, καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον, τοῦ ἡμετέρου ἔτι μόνου ἀντισουμένου· ἄλλως τε καὶ ὅσῳ δυνατώτεροι αὐτοὶ αὑτῶν ἐγίγνοντο, καὶ ἡμεῖς ἐρημότεροι. τὸ δὲ ἀντίπαλον δέος, μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν. ὁ γὰρ παραβαίνειν τι βουλόμενος, τὸ μὴ προύχων ἂν ἐπελθεῖν ἀποτρέπεται. αὐτόνομοί τε ἐλείφθημεν οὐ δι᾽ ἄλλο τι, ἢ

ὅσον αὐτοῖς ἐς τὴν ἀρχὴν εὐπρεπείᾳ τε λόγου, καὶ γνώμης μᾶλλον ἐφόδῳ ἢ ἰσχύος τὰ πράγματα ἐφαίνετο καταληπτά. ἅμα μὲν γὰρ μαρτυρίῳ ἐχρῶντο, μὴ ἂν τούς γε ἰσοψήφους ἄκοντας, εἰ μή τι ἠδίκουν οἷς ἐπήεσαν, ξυστρατεύειν· ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ τὰ κράτιστα ἐπί τε τοὺς ὑποδεεστέρους πρώτους ξυνεπῆγον, καὶ τὰ τελευταῖα λιπόντες, τοῦ ἄλλου περιῃρημένου, ἀσθενέστερα ἔμελλον ἕξειν. εἰ δὲ ἀφ' ἡμῶν ἤρξαντο, ἐχόντων ἔτι τῶν πάντων αὐτῶν τε ἰσχὺν, καὶ πρὸς ὅ,τι χρὴ στῆναι, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐχειρώσαντο. τό,τε ναυτικὸν ἡμῶν παρεῖχέ τινα φόβον, μή ποτε καθ' ἓν γενόμενον, ἢ ὑμῖν ἢ ἄλλῳ τῳ προσθέμενον, κίνδυνον σφίσι παράσχῃ· τὰ δὲ, καὶ ἀπὸ θεραπείας τοῦ τε κοινοῦ αὐτῶν καὶ τῶν ἀεὶ προεστώτων περιεγιγνόμεθα. οὐ μέντοι ἐπὶ πολύ γ' ἂν ἐδοκοῦμεν δυνηθῆναι, εἰ μὴ ὁ πόλεμος ὅδε κατέστη, παραδείγμασι χρώμενοι τοῖς ἐς τοὺς ἄλλους. τίς οὖν αὕτη ἡ φιλία ἐγίγνετο, ἢ ἐλευθερία πιστὴ, ἐν ᾗ παρὰ γνώμην ἀλλήλους ὑπεδεχόμεθα; καὶ οἱ μὲν ἡμᾶς ἐν τῷ πολέμῳ δεδιότες ἐθεράπευον, ἡμεῖς δὲ ἐκείνους ἐν τῇ ἡσυχίᾳ τὸ αὐτὸ ἐποιοῦμεν; ὅ,τε τοῖς ἄλλοις μάλιστα εὔνοια πίστιν βεβαιοῖ, ἡμῖν τοῦτο ὁ φόβος ἐχυρὸν παρεῖχε· δέει τε τὸ πλέον ἢ φιλίᾳ κατεχόμενοι, ξύμμαχοι ἦμεν· καὶ ὁποτέροις θᾶσσον παράσχοι ἀσφάλεια θράσος, οὗτοι πρότεροί τι καὶ παραβήσεσθαι ἔμελλον. ὥστε εἴ τῳ δοκοῦμεν ἀδικεῖν, προαποστάντες διὰ τὴν ἐκείνων μέλλησιν τῶν ἐς ἡμᾶς δεινῶν, αὐτοὶ οὐκ ἀνταναμείναντες σαφῶς εἰδέναι εἴ τι αὐτῶν ἔσται, οὐκ ὀρθῶς σκοπεῖ. εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντεπιμελλῆσαι, τί ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι; ἐπ' ἐκείνοις δὲ ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν, καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι. τοιαύτας ἔχοντες προφάσεις καὶ αἰτίας, ὦ Λακεδαιμόνιοι καὶ ξύμμαχοι, ἀπέστημεν, σαφεῖς μὲν τοῖς ἀκούουσι, γνῶναι ὡς εἰκότως ἐδράσαμεν, ἱκανὰς δὲ ἡμᾶς ἐκφοβῆσαι, καὶ πρὸς ἀσφάλειάν τινα τρέψαι· βουλομένους μὲν καὶ πάλαι, ὅτε ἔτι ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐπέμψαμεν ὡς ὑμᾶς περὶ ἀποστάσεως, ὑμῶν δὲ οὐ προσδεξαμένων, κωλυθέντας· νῦν δὲ ἐπειδὴ Βοιωτοὶ προὐκαλέσαντο, εὐθὺς ὑπηκούσαμεν, καὶ ἐνομίζομεν ἀποστήσεσθαι διπλῆν ἀπόστασιν, ἀπό τε τῶν Ἑλλήνων, μὴ ξὺν κακῶς ποιεῖν αὐτοὺς μετ' Ἀθηναίων, ἀλλὰ ξυνελευθεροῦν· ἀπό τε Ἀθηναίων, μὴ αὐτοὶ διαφθαρῆναι ὑπ' ἐκείνων ἐν ὑστέρῳ, ἀλλὰ προποιῆσαι. ἡ μέντοι ἀπόστασις ἡμῶν θᾶσσον γεγένηται, καὶ ἀπαράσκευος· ᾗ καὶ μᾶλλον χρὴ ξυμμάχους δεξαμένους ἡμᾶς, διὰ ταχέων βοήθειαν ἀποστέλλειν, ἵνα φαίνησθε ἀμύνοντές τε οἷς δεῖ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τοὺς πολεμίους βλάπτοντες. καιρὸς δὲ ὡς οὔπω πρότερον. νόσῳ τε γὰρ ἐφθάραται Ἀθηναῖοι, καὶ χρημάτων δαπάνῃ· νῆές τε αὐτοῖς, αἱ μὲν περὶ τὴν ὑμετέραν εἰσὶν, αἱ δ' ἐφ' ἡμῖν τετάχαται. ὥστε οὐκ εἰκὸς αὐτοὺς περιουσίαν νεῶν ἔχειν, ἢν ὑμεῖς ἐν τῷ θέρει τῷδε ναυσί τε καὶ πεζῷ ἅμα ἐπεσβάλητε τὸ δεύτερον. ἀλλ' ἢ ἡμᾶς οὐκ ἀμυνοῦνται ἐπιπλέοντας, ἢ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀποχωρήσονται. νομίσῃ τε μηδεὶς ἀλλοτρίας γῆς πέρι οἰκεῖον κίνδυνον ἕξειν. ᾧ γὰρ δοκεῖ μακρὰν ἀπεῖναι ἡ Λέσβος, τὴν ὠφέλειαν αὐτῷ ἐγγύθεν παρέξει. οὐ γὰρ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἔσται ὁ πόλεμος, ὥς τις οἴεται, ἀλλὰ δι' ἣν ἡ Ἀττικὴ ὠφελεῖται. ἔστι δὲ τῶν χρημάτων ἀπὸ τῶν ξυμμάχων ἡ πρόσοδος, καὶ ἔτι μείζων ἔσται εἰ ἡμᾶς καταστρέψονται. οὔτε γὰρ ἀποστήσεται ἄλλος, τά τε ἡμέτερα προσγενήσεται. πάθοιμεν τ' ἂν δεινότερα ἢ οἱ πρὶν δουλεύοντες. βοηθησάντων δὲ ὑμῶν προθύμως, πόλιν τε προσλήψεσθε ναυτικὸν ἔχουσαν μέγα, οὗπερ ὑμῖν μάλιστα προσδεῖ, καὶ Ἀθηναίους ῥᾷον καθαιρήσετε, ὑφαιροῦντες αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους· θρασύτερον γὰρ πᾶς τις προσχωρήσεται. τήν τε αἰτίαν ἀποφεύξεσθε, ἣν εἴχετε μὴ βοηθεῖν τοῖς ἀφισταμένοις. ἢν δ' ἐλευθεροῦντες φαίνησθε, τὸ κράτος τοῦ πολέμου βεβαιότερον ἕξετε. αἰσχυνθέντες οὖν τάς τε τῶν Ἑλλήνων ἐς ὑμᾶς ἐλπίδας, καὶ Δία τὸν Ὀλύμπιον, ἐν οὗ τῷ ἱερῷ ἴσα καὶ ἱκέται ἐσμὲν, ἐπαμύνατε Μιτυληναίοις ξύμμαχοι γενόμενοι· καὶ μὴ πρόησθε ἡμᾶς ἴδιον μὲν τὸν κίνδυνον τῶν σωμάτων παραβαλλομένους, κοινὴν δὲ τὴν ἐκ τοῦ κατορθῶσαι ὠφέλειαν ἅπασι διδόντας· ἔτι δὲ κοινοτέραν τὴν βλάβην, εἰ μὴ πεισθέντων ὑμῶν σφαλησόμεθα. γίγνεσθε δὲ ἄνδρες, οἵουσπερ ὑμᾶς οἵ τε Ἕλληνες ἀξιοῦσι, καὶ τὸ ἡμέτερον δέος βούλεται.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano alicubi recognita.

SCimus quidem, viri Lacedæmonii, ſociiqúe, hoc receptum apud Græcos *ac iuſtum* eſſe, vt quoſcunque belli tempore à priſtina ſocietate deficientes in ſuam accipiunt, eos tantiſper charos habeant dum illis vtiles ſunt: ſed quum exiſtiment ſuperiorum amicorum proditores fuiſſe, eoſdem peiores *fore* vtique cẽſent. nec iniqua eſt hæc opinio, ſi quidem & ii qui deficiunt & illi à quibus deſciſcũt, voluntate beneuolentiáque æquales, & apparatu bellico ac viribus pares ſint, iuſtáque nulla ſubſit eorum defectionis occaſio. Quod in nobis Athenienſibúſque non fuit: nec cuiquam peiores eſſe videamur, ſi à quibus in pace honeſtati ſumus, ab iis inter aduerſa deſciſcimus. De iure nanque ac virtute, quum præſertim ſocietatem precemur, verba faciemus: ſcientes neque amicitiam inter priuatos initam, eſſe ſtabilem, neque conſortium inter ciuitates aliquid pollere, niſi mutua opinio intercedat virtutis, & circa cætera morum vitæque conſenſio. Quippe diſcordibus in mentibus differentia conſiſtit actionum. Enimuero inter nos Athenienſéſque ſocietas incœpta eſt, quum vos quidem poſt Medicum bellũ *nos* deſeruiſſetis, illi autem ad reliquas res agendas permanſiſſent. Quam tamen nos ſocietatem non contraximus ad ſubigendos Athenienſibus Græcos, ſed à Medorum ſeruitute eximendos, & eouſq; illos ſumus prompto animo ſequuti quoad æquo iure præfuerunt: at vbi animaduertimus eos illam quidẽ cum Medo ſimultatem remiſſius exercere, ad ſociorum autem ſubiugationem contendere, iam nõ ſine timore fuimus. Sed quia non licuit ad vim propulſandam ſociis in vnum conuenire, propter multitu-

dinem consultantium, omnes, præter nos & Chios, in seruitutem redacti sunt: qui nostri scilicet iuris eramus, & liberi, nomine *quidem certè*, vnà militauimus, nequaquam pro fidelibus eos ducibus habentes, sumpto ex superioribus factis exemplo. Neque enim credibile erat, quum illos subegissent quibuscum fœdus vnà nobiscum inierant, non idem eos in cæteros fœderatos, siquando facultas afforet, esse facturos. Quòd si nostri adhuc iuris essemus omnes, plus eis fidei haberemus, eos nihil noui molituros: quũ verò plerosq; sociorũ subegerint, eos credibile erat indignius esse laturos, se pari nobiscum iure agitare, & quum maior pars iam illis cedat, nos solos etiam nunc exæquari: & eo etiam magis quòd illi quidem potentiores quàm antea euadunt, nos autem desertiores. Ad societatem autem nihil aliud fidelem facit quàm mutuus metus. Nam qui præuaricari quippiam vult, nisi alteri viribus præstet, ab eo inuadendo deterretur. Et nos nulla alia causa liberi ab illis relicti sumus, quàm quòd illis circa imperium, honesto quodam prætextu, & ingenii magis quàm virium conatu, res obtineri posse videbantur: simúlque vt hoc testimonio vterentur, nisi aliquid peccassent ii contra quos arma ferrent, non fuisse militaturos vnà socios qui idem haberent autoritatis. Vnde factũ est vt & maximas primùm vires aduersus infirmissimum quenque colligerent, ac paulatim sublatis aliis, extrema quæ relinquebantur haberent infirmiora. Quòd si à nobis cœpissent, omnibus adhuc suas vires, & vbi consistere oporteret, habentibus, haud similiter subegissent. Quibus nonnihil etiam timoris incutiebat classis nostra, ne in vnum coacta, & aut vobis aut alicui alteri se applicans, periculum eis crearet. Iam verò etiam ex obseruantia reip. ipsorum, & singulorum qui perpetuis vicibus in honoribus constituti essent, euasimus: nec tamen diu videbamur posse *euadere*, nisi conflatum esset hoc bellum, vt videre licet ex aliorum exemplo. Quænam igitur hæc amicitia extitit, aut quæ fida libertas, in qua præter animi sententiam alteri alteros recipiebamus? Et illi quidem nobis in bello præ timore blãdiebantur, nos autem illis vicissim, rebus pacatis: quódque aliis beneuolentia, id nobis timor stabile, fidum, firmũ præstitit. Itaq; metu magis quàm amicitia in societate perstitimus: & vtris citius securitas sui præbuisset audaciam, ii priores ad præuaricandum futuri fuerunt. Quòd sicui videmur iniurii propter eorum in nocẽdo cunctationẽ, quòd priores defecimus, nõ præstolantes dum planè cognosceremus siquid illi nocerent: is non rectè considerat. Nam si ex æquo valuissemus & tendere illis insidias vicissim & cunctari, quid attinebat nos eis pares, sub ipsis esse? Quum verò semper penes illos facultas esset hæc tentandi, penes nos hoc esse decuit vt periculũ antè caueremus. Has nos quum haberemus, Lacedæmonii ac socii, rationes causásque, defecimus, & apertas audientibus ad cognoscendum nos rectè fecisse, & validas ad nos perterrendos, vt ad aliquod præsidium cõuerteremur. Quod nos olim iam facere volentes, etiam in pace, missis ad vos qui de defectione agerent, tunc vobis respuentibus, facere prohibiti sumus: at nunc Bœotis prouocantibus, confestim obtemperauimus. existimantes duplicem hanc esse defectionem, vnam, ne stantes ab Atheniensibus, Græciam opprimamus, sed eam in libertatem asseramus: alteram, ne ipsi in posterum ab illis profligemur, sed antè faciamus. Et hæc quidem defectio citius extitit, atque imparata. Quo magis oportet vos socios, receptis nobis, quamcelerrimè subuenire, vt declaretis vos eodem tempore & eos tutari quos debetis, & hostibus obesse. Ad quod adest opportunitas tanta quanta nondum vlla: siquidem & morbo consumpti sunt Athenienses & sumptibus, nauésque eorum partim circa oram vestram agitant, partim aduersus nos instructæ sunt: vt credibile non sit eos abundaturos classe, si vos æstate hac nauibus pariter ac peditatu rursus eos inuadatis: sed aut vos classe inuadentes, ab illis non propulsabimini, aut illi ab vtrisque discedent. Neque verò quispiam existimet prò peregrina se terra domesticum aditurum esse periculum. Cui enim procul abesse videtur Lesbos, huic illa vtilitatem è propinquo præstabit. Nam nõ in Attica bellum erit, (quemadmodum aliquis putat) sed illic vnde Attica sumit emolumentum. Est autem illi pecuniarum prouentus à sociis, eritque etiam maior, si nos in potestatem redegerint: quoniam neque alius deficiet, & nostra, illorum fient, ac duriora nos patiemur quàm qui iampridem seruierunt. Quòd si nobis impigrè vos auxilium tuleritis, tum ciuitatem accipietis præditam magna classe,

cuius in primis vos indigetis:tum Athenienſes facilius deſtruetis, ſubtrahentes eorum ſocios(quippe quum quiſque ſit audacius deſciturus:) tum eam quæ vos premit,effugietis inuidiam,non opitulandi iis qui ad vos deſciſcunt. Si autem vos illorum liberatores oſtenderitis,vires belli firmiores habebitis. Erubeſcentes igitur fruſtrari Græcorum de vobis ſpes,erubeſcẽtes etiam Iouem Olympium(cuius in templo æquè ac ſupplices ſedemus)protegite Mitylenæos, inita cum eis ſocietate: nec prodere velitis eos qui priuato quidem corporum periculo ſunt expoſiti,ſed communẽ omnibus, ſi rectè ſuccedat,vtilitatem ſunt allaturi:communiorẽmque perniciem,ſi cadamus,vobis non perſuaſis. Eſtote igitur viri quales & Græci vos cenſent eſſe, & noſtra neceſſitas deſiderat.

TEVTIAPLI ELEI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Capta ab Athenienſibus Mitylene, Pelopõneſii,qui ad illius defeſſionem cum claſſe miſſi fuerant, & propter cunctationem ſuam illi defuerant, deliberant ex re ipſa quid ſibi facto opus ſit. Teutiaplus Eleus autor eſt recuperandæ Mitylenes. Poſſe enim improuiſo aduentu fidentes & incautos Athenienſes opprimi.

Ἀλκίδα, καὶ Πελοποννησίων ὅσοι πάρεσμεν ἄρχοντες τῆς στρατιᾶς, ἐμοὶ δοκεῖ πλεῖν ἡμᾶς ἐπὶ Μιτυλήνην, πρὶν ἐκ πύστοις γενέσθαι ὥσπερ ἔχομεν. κατὰ γὰρ τὸ εἰκός, ἀνδρῶν νεωστὶ πόλιν ἐχόντων, πολὺ τὸ ἀφύλακτον εὑρήσομεν. κατὰ μὲν θάλασσαν καὶ πάνυ, ᾗ ἐκεῖνοί τε ἀνέλπιστοι ἐπιγενέσθαι ἄν τινα σφίσι πολέμιον, καὶ ἡμῶν ἡ ἀλκὴ τυγχάνει μάλιστα οὖσα. εἰκὸς δὲ καὶ τὸ πεσὸν αὐτῶν κατ' οἰκίας ἀμελέστερον, ὡς κεκρατηκότων, διεσπάρθαι. εἰ οὖν προσπέσοιμεν ἄφνω τε καὶ νυκτός, ἐλπίζω μετὰ τῶν ἔνδον (εἴ τις ἄρα ἡμῖν ἐστιν ὑπόλοιπος εὔνους) καταληφθῆσαι ἂν τὰ πράγματα. καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον· ὃ εἴ τις στρατηγὸς ἔν τε αὑτῷ φυλάσσοιτο, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ.

ALcida,cæterique collegæ mei qui adeſtis,Peloponnenſium duces, mihi videtur nobis Mitylenen eſſe nauigandum,antequam aduentus noſter diuulgetur.Offendemus enim (vt credibile eſt) pleraque incuſtodita apud homines vrbe recẽns potitos:præcipuéque à mari,qua ex parte nec ipſi hoſtium quempiam venturum ſuſpicantur,& nos maximè validi ſumus.Credibile quoque eſt eorum peditatum,vt in victoria,negligentius agere,& per hoſpitia diſperſum eſſe.In quem ſi & repentino & noctu irruamus,ſpero fore vt cum iis qui intus ſunt,ſiquis ſupereſt noſtri ſtudioſus,optata conſequamur.Neque nos periculi pigeat,exiſtimantes nihil aliud in bello quàm ex huiuſmodi rebus accidere nouitatis.Hoc ſiquis dux & intra ſe ſeruet,& in hoſte obſeruás, illum adoriatur,plerunque compos eſt voti.

CLEONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienſes duce Pachete potiti Mitylene,deliberabant domi quomodo defectionem eorum vindicarent. Ac primæ quidem concionis decretum fuerat, quo puberes omnes necabantur: reliqua multitudo ſub corona venum ibat. Fuerántque miſſi, qui hoc populi ſcitum ad Pachetem perferrent.Poſtridie quum pœnitentia moti,ſeuerìores ſe fuiſſe confiterentur:factúmque eſſet per quoſdam Mitylenæorum fautores vt de integro populus in ſuffragia mitteretur:Cleon Athenienſis, qui dicẽdo apud populum multùm poſſet,idémque eſſet Mitylenæis infeſtiſſimus, atque autor cruenti illius decreti antea extitiſſet, ſuaſit hac oratione,item vt antè capitalem animaduerſionem in Mitylenæos.In hac inuehitur grauiter in populi leuitatem,qui minimis momentis impelleretur in partes contrarias,& de recta ſententia repentè abduceretur. Reprehendit inane ſermocinandi ſtudium, quo illi capti aliud ex alio ſentire, appetere, dicere ſolerent.Inde ingreditur in ſententiæ ſuæ expoſitionem: factum Mitylenæorum variè exaggerat: poſtremò impunitatis periculum,ſi ea illis concedatur,oſtendit.

Πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλοτε ἔγνων δημοκρατίαν, ὅτι ἀδύνατός ἐστιν ἑτέρων ἄρχειν, μάλιστα δ' ἐν τῇ νῦν ὑμετέρᾳ περὶ Μιτυληναίων μεταμελείᾳ. διὰ γὰρ τὸ καθ' ἡμέραν ἀδεὲς καὶ ἀνεπιβούλευτον πρὸς ἀλλήλους,

καὶ ἐς τοὺς ξυμμάχους τὸ αὐτὸ ἔχετε· καὶ ὅ,τι ἂν ἢ λόγῳ πεισθέντες ὑπ' αὐτῶν ἁμάρτητε, ἢ οἴκτῳ ἐνδῶτε, οὐκ ἐπικινδύνως ἡγεῖσθε ἐς ὑμᾶς καὶ οὐκ ἐς τὴν τῶν ξυμμάχων χάριν μαλακίζεσθαι. οὐ σκοποῦντες ὅτι τυραννίδα ἔχετε τὴν ἀρχὴν, καὶ πρὸς ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς, καὶ ἄκοντας ἀρχομένους. οἳ οὐκ ἐξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοὶ ἀκροῶνται ὑμῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἰσχύϊ μᾶλλον ἢ τῇ ἐκείνων εὐνοίᾳ περιγένησθε. πάντων δὲ δεινότατον, εἰ βέβαιον ἡμῖν μηδὲν καθεστήξει ὧν ἂν δόξῃ πέρι, μηδὲ γνωσόμεθα ὅτι χείροσι νόμοις ἀκινήτοις χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν, ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις. ἀμαθία τε μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον, ἢ δεξιότης μετὰ ἀκολασίας. οἵ τε φαυλότεροι τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις. οἱ μὲν γὰρ τῶν τε νόμων σοφώτεροι βούλονται φαίνεσθαι, τῶν τε ἀεὶ λεγομένων ἐς τὸ κοινὸν περιγίγνεσθαι, ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην· καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου τὰ πολλὰ σφάλλουσι τὰς πόλεις. οἱ δ' ἀπιστοῦντες τῇ ἐξ αὑτῶν ξυνέσει, ἀμαθέστεροι μὲν τῶν νόμων ἀξιοῦσιν εἶναι, ἀδυνατώτεροι δὲ τοῦ καλῶς εἰπόντος μέμψασθαι λόγον. κριταὶ δὲ ὄντες ἀπὸ τοῦ ἴσου μᾶλλον ἢ ἀγωνισταὶ, ὀρθοῦνται τὰ πλείω. ὡς οὖν χρὴ καὶ ἡμᾶς ποιοῦντας, μὴ δεινότητι καὶ ξυνέσεως ἀγῶνι ἐπαιρομένους, παρὰ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει παραινεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ, καὶ θαυμάζω μὲν τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν, καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων· ὅ ἐστι πρὸς τῶν ἠδικηκότων μᾶλλον. ὁ γὰρ παθὼν τῷ δράσαντι ἀμβλυτέρᾳ τῇ ὀργῇ ἐπεξέρχεται. ἀμύνεσθαι δὲ, τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον ἀντίπαλον ὂν, μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει. θαυμάζω δὲ καὶ ὅστις ἔσται ὁ ἀντερῶν, καὶ ἀξιώσων ἀποφαίνειν, τὰς μὲν Μιτυληναίων ἀδικίας ἡμῖν ὠφελίμους οὔσας, τὰς δ' ἡμετέρας ξυμφορὰς τοῖς ξυμμάχοις βλάβας καθισταμένας. καὶ δῆλον ὅτι ἢ τῷ λέγειν πιστεύσας, τὸ πάνυ δοκοῦν, ἀνταποφῆναι ὡς οὐκ ἔγνωσται ἀγωνίσαιτ' ἂν, ἢ κέρδει ἐπαιρόμενος, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας, παράγειν πειράσεται. ἡ δὲ πόλις ἐκ τῶν τοιῶνδε ἀγώνων τὰ μὲν ἆθλα ἑτέροις δίδωσιν, αὐτὴ δὲ τοὺς κινδύνους ἀναφέρει. αἴτιοι δ' ὑμεῖς, κακῶς ἀγωνοθετοῦντες, οἵτινες εἰώθατε θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων· τὰ μὲν μέλλοντα ἔργα ἀπὸ τῶν εὖ εἰπόντων σκοποῦντες, ὡς δυνατὰ γίγνεσθαι, τὰ δὲ πεπραγμένα ἤδη· οὐ τὸ θεαθὲν πιστότερον ὄψει λαβόντες ἢ τὸ ἀκουσθὲν, ἀπὸ τῶν λόγων καλῶς ἐπιτιμησάντων. καὶ μετὰ καινότητος μὲν λόγου ἀπατᾶσθαι ἄριστοι, μετὰ δεδοκιμασμένου δὲ μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν. δοῦλοι ὄντες τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθότων. καὶ μάλιστα μὲν αὐτὸς εἰπεῖν ἕκαστος βουλόμενος δύνασθαι, εἰ δὲ μὴ, ἀνταγωνιζόμενοι τοῖς τὰ τοιαῦτα λέγουσι, μὴ ὕστεροι ἀκολουθῆσαι δοκεῖν τῇ γνώμῃ, ὀξέως δέ τι λέγοντος προεπαινέσαι· καὶ προαισθέσθαι τε πρόθυμοι εἶναι τὰ λεγόμενα, καὶ προνοῆσαι βραδεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα. ζητοῦντές τε ἄλλό τι, ὡς εἰπεῖν, ἢ ἐν οἷς ζῶμεν, φρονοῦντες δὲ οὐδὲ περὶ τῶν παρόντων ἱκανῶς. ἁπλῶς τε, ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι, καὶ σοφιστῶν θεαταῖς ἐοικότες καθημένοις μᾶλλον, ἢ περὶ πόλεως βουλευομένοις. ὧν ἐγὼ πειρώμενος ἀποτρέπειν ὑμᾶς, ἀποφαίνω Μιτυληναίους μάλιστα δὴ μίαν πόλιν ἠδικηκότας ὑμᾶς. ἐγὼ γὰρ, οἵτινες μὲν μὴ δυνατοὶ φέρειν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν, ἢ οἵτινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, ξυγγνώμην ἔχω· νῆσον δὲ οἵτινες ἔχοντες μετὰ τειχῶν, καὶ κατὰ θάλασσαν μόνον φοβούμενοι τοὺς ἡμετέρους πολεμίους· ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ τριήρων παρασκευῇ οὐκ ἄφαρκτοι ἦσαν πρὸς αὐτούς, αὐτόνομοί τε οἰκοῦντες, καὶ τιμώμενοι ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ ἡμῶν, τοιαῦτα εἰργάσαντο· τί ἄλλο οὗτοι ἢ ἐπεβούλευσάν τε, καὶ ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, (ἀπόστασις μέν γε τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστίν) ἐζήτησάν τε μετὰ τῶν πολεμιωτάτων ἡμᾶς στάντες διαφθεῖραι; καίτοι δεινότερόν ἐστιν ἢ εἰ καθ' αὑτοὺς δύναμιν κτώμενοι ἀντεπολέμησαν. παράδειγμα δὲ αὐτοῖς οὔτε αἱ τῶν πέλας ξυμφοραὶ ἐγένοντο, ὅσοι ἀποστάντες ἤδη ἡμῶν ἐχειρώθησαν, οὔτε ἡ παροῦσα εὐδαιμονία παρέσχεν ὄκνον μὴ ἐλθεῖν ἐς τὰ δεινά. γενόμενοι δὲ πρὸς τὸ μέλλον θρασεῖς, καὶ ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνάμεως, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλήσεως, πόλεμον ἤραντο, ἰσχὺν ἀξιώσαντες τοῦ δικαίου προθεῖναι. ἐν ᾧ γὰρ ᾠήθησαν περιέσεσθαι, ἐπέθεντο ἡμῖν οὐκ ἀδικούμενοι. εἴωθε δὲ τῶν πόλεων αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν. καὶ κακοπραγίαν, ὡς εἰπεῖν, ῥᾷον ἀπωθοῦνται, ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται. χρῆν δὲ Μιτυληναίους καὶ πάλαι, μηδὲν διαφέροντας τῶν ἄλλων ὑφ' ἡμῶν τετιμῆσθαι, καὶ οὐκ ἂν ἐς τόδε ἐξύβρισαν· (πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν, τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν) κολασθήτωσαν δὲ καὶ νῦν ἀξίως τῆς ἀδικίας, καὶ μὴ τοῖς μὲν ὀλίγοις ἡ αἰτία προστεθῇ, τὸν δὲ δῆμον ἀπολύσητε. πάντες γὰρ ὑμῖν γε ὁμοίως ἐπέθεντο· οἷς γ' ἐξῆν ὡς ὑμᾶς τραπομένοις, νῦν πάλιν ἐν τῇ πόλει εἶναι· ἀλλὰ τὸν μετὰ τῶν ὀλίγων κίνδυνον ἡγησάμενοι βεβαιότερον, ξυναπέστησαν. τῶν τε ξυμμάχων σκέψασθε, εἰ τοῖς τε ἀναγκασθεῖσιν ὑπό τε τῶν πολεμίων καὶ τοῖς ἑκοῦσιν ἀποστᾶσι τὰς αὐτὰς ζημίας προσθήσετε, τίνα οἴεσθε ὄντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀποστήσεσθαι, ὅταν ἢ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾖ, ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον. ἡμῖν δὲ πρὸς ἑκάστην πόλιν ἀποκεκινδυνεύσεται τά τε χρήματα καὶ αἱ ψυχαί. καὶ τυχόντες μὲν, πόλιν ἐφθαρμένην παραλαβόντες, τῆς ἔπειτα προσόδου, δι' ἣν ἰσχύομεν, τὸ λοιπὸν στερήσεσθε· σφαλέντες δὲ, πολεμίους πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν ἕξομεν· καὶ ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεστηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίστασθαι, τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν. οὔκουν δεῖ προθεῖναι ἐλπίδα οὔτε λόγῳ πιστὴν, οὔτε χρήμασιν ὠνητὴν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε πρῶτον, καὶ νῦν διαμάχομαι, μὴ μεταγνῶναι ὑμᾶς τὰ προδεδογμένα, μηδὲ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ, καὶ ἡδονῇ λόγων, καὶ ἐπιεικείᾳ, ἁμαρτάνειν. ἔλεός τε γὰρ πρὸς τοὺς ὁμοίους δίκαιος ἀντιδίδοσθαι, καὶ μὴ πρὸς τοὺς οὔτ' ἀντοικτιοῦντας, ἐξ ἀνάγκης τε καθεστῶτας ἀεὶ πολεμίους. οἵ τε τέρποντες λόγῳ ῥήτορες ἕξουσι καὶ ἐν ἄλλοις ἐλάσσοσιν ἀγῶνα, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡ μὲν πόλις βραχέα ἡσθεῖσα, μεγάλα ζημιώσεται, αὐτοὶ δὲ ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν τὸ εὖ παθεῖν ἀντιλήψονται. καὶ ἡ ἐπιείκεια πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐπιτηδείους καὶ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι, μᾶλλον δίδοται ἢ πρὸς τοὺς ὁμοίους τε καὶ οὐδὲν ἧσσον πολεμίους ὑπολειπομένους. ἓν δὲ ξυνελὼν λέγω, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ, τά τε δίκαια ἐς Μιτυληναίους καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε· ἄλλως δὲ γνόντες, τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε, ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. εἰ γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε· εἰ δὲ δὴ καὶ οὐ προσῆκον, ὅμως ἀξιοῦτε τοῦτο δρᾶν, παρὰ τὸ εἰκὸς τοι καὶ τούσδε ξυμφόρως δεῖ κολάζεσθαι, ἢ παύεσθαι τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἀκινδύνου ἀνδραγαθίζεσθαι. τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι, καὶ μὴ ἀναλ-

γνῶτε πρότεροι οἱ διαφυγόντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῶσιν, ἐνθυμηθέντες ἃ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ποιῆσαι κρατήσαντας ὑμῶν, ἄλλως τε καὶ προϋπάρξαντας ἀδικίας. μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται καὶ διόλλυνται, τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου ἐχθροῦ. ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν, χαλεπώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ. μὴ οὖν προδόται γένησθε ὑμῶν αὐτῶν. γενόμενοι δ' ὅτι ἐγγύτατα τῇ γνώμῃ τοῦ πάσχειν, καὶ ὡς πρὸ παντὸς ἂν ἐτιμήσασθε αὐτοὺς χειρώσασθαι, νῦν ἀνταπόδοτε, μὴ μαλακισθέντες πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα, μηδὲ τοῦ ἐπικρεμασθέντος ποτὲ δεινοῦ ἀμνημονοῦντες. κολάσατε δὲ ἀξίως τούτους τε, καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις παράδειγμα σαφὲς καταστήσατε, ὃς ἂν ἀφιστῆται, θανάτῳ ζημιωσόμενον. τόδε γὰρ ἢν γνῶσιν, ἧσσον τῶν πολεμίων ἀμελήσαντες, τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν μαχεῖσθε ξυμμάχοις.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

CVM ſæpe aliâs ego ſtatum popularem animaduerti inualidum eſſe ad aliis imperandum, tum præcipuè nunc in veſtra de Mitylenæis ſententiæ mutatione. Etenim quia ſecurè inter vos quotidie & ſine inſidiis agitis, eodem modo erga ſocios affecti eſtis, & quicquid aut illorum oratione perſuaſi deliqueritis, aut miſericordia remiſeritis, non exiſtimatis vos magno veſtro cum periculo, ac nullam gratiam à ſociis ineuntes, molles *erga eos* eſſe. Non conſiderantes, imperium quod habetis, eſſe tyrannidẽ, & eos qui parent, ad inſidiandum intentos, & inuitos parere: quos non ſitis dicto audientes habituri per ea quæ illis magno veſtro malo gratificati fueritis, ſed per ea quæ potentia veſtra potius quàm illorum beneuolentia obtinueritis. Pernicioſiſſimum autem ex omnibus eſt, ſi apud nos nihil eorum quæ decreuerimus, ſtabile erit: nec intelligemus, melius agi cum ciuitate quæ malis legibus, dum conſtanter, vtitur, quàm cum ea quæ bonis, ſed inconſtanter: vtiliorémque eſſe imperitiam cum modeſtia, quàm peritiam cum immodeſtia: ac tardioris ingenii homines adminiſtrare commodius plerunque ciuitates, quàm ſolertioris. Nam iſti tum legibus ſapiẽtiores videri, tum ſemper ſuperiores eſſe dicendo in conſultatione reip. volunt, tanquã nulla ſit alia materia maior vbi vim ingenii ſui oſtendant: & ex eo plerunque ciuitates peſſundant. At illi, ſuæ peritiæ diffidentes, non abnuunt ſe legibus eſſe imperitiores: & quum inualidiores ſint quàm vt bene dicentis orationem refellant, æqui boníque ſunt æſtimatores potius quàm altercatores, ideóque eis plerunque feliciter cedit. Hunc igitur in modũ decet & nos facere, non facultate dicendi & ſolertiæ contentione ſubnixos, veſtræ multitudini aliter ac ſentimus ſuadere. Quod ad me atinet, in eadem ſententia ſum: eóſque miror qui iterum retulerunt de Mitylenæis, ac tempus teri permittunt, rem illis commodiorem qui iniuriam fecère, quàm nobis. Nam qui iniuriã accepit, remiſſius iram exercet quàm ille qui fecit. In vlciſcendo enim, quum recentiſſima offenſa eſt, tum maximè par ſupplicium ſumimus. Miror quoque eſſe (quiſquis is erit) qui contradicat, oſtendendúmque ſibi ducat, iniurias quidem Mitylenæorum nobis vtiles eſſe, detrimẽta verò non ad ſociorum calamitatem redundare. Hunc ſanè palàm eſt, aut fretum facultate dicendi, velle contendere, vt quod planè euidens eſt, id è contrario oſtendat eſſe incognitum: aut lucro adductum, elaborata oratione ſpecioſa, ſeducere. Huiuſmodi ex controuerſiis ciuitas aliis quidem emolumenta præbet, ipſa verò in diſcrimen adducitur. Cuius rei penes vos culpa eſt, qui prauè inſtituiſtis iſta certamina, quíque conſueſtis eſſe verborum ſpectatores, operum auditores: coniectantes ita maximè poſſe fieri futura, vt quiſque optimè dixerit: & ex iam factis non id certius exiſtimantes eſſe quod ipſi vidiſtis quàm quod audiſtis, deliniti pulchrorum commendatione verborum. Itaq; faciles eſtis falli nouitate ſermonis, difficiles animo ad exequendum quod probatum eſt: ſerui ſemper rerum nouarum, conſueta faſtidientes. & potiſſimùm quidem cupiẽtes ſinguli ſe poſſe dicere: ſin hoc nequeatis, reclamantes iis qui talia dicunt, non videri *vultis* poſteriores eorum ſentẽtiam ſequi. Quinetiam alio aliquid acutè dicente, proni ad id quod dicitur certatim prælaudandum, & *ad ſignificandum* vos ſenſiſſe antè *quàm diceretur*, quum tardi ſitis ad ea prouidenda quæ illinc ſunt euentura: aliud quærentes (vt ſic dicam) quàm ea quibus viuitis: quũ tamẽ ne præſentia quidem ſatis intelligatis.

Denique voluptate aurium capti estis,ac similes spectatoribus sophistarum sedentibus potius quàm de republica consultātibus. A quibus ego vos conabor abducere,ostēdens vnā Mitylenæorū ciuitatē,præcipuam vobis iniuriā intulisse. Nam siqui,quòd aut imperium vestrum ferre nequeant,aut quòd ab hostibus compellantur, desciscunt, venia do: quum verò ii qui insulam tenent,& vrbem muris præditam,vbi nisi à mari formidolosus non erat hostis noster,& vbi ipsi contra illum non erant indefensi, quippe instructa iam classe,liberi præterea,& à nobis ante omnes in honore habiti,hoc egerint: quid aliud quàm insidiati sunt,inferentes potius bellum quàm desciscentes à nobis? Defectio enim,eorū est quibus aliqua vis infertur. Captarūt quoque per inimicissimos nostros nos perdere: quod indignius est quàm si suis ipsorum viribus nos bello petiissent. Quibus nec calamitates vicinorum exemplo fuerunt,quicunque iam post rebellionem à nobis superati sunt,nec præsens sua felicitas à subeundis periculis retardauit: sed effecti ad futura audaces,maiore quidē spe quàm pro viribus,minore tamen quàm voluntas fuit,bellum sumpserunt, anteferendam iustitiæ potentiam rati. Nulla enim iniuria lacessiti,vbi se victores fore putauerunt,nobis arma intulerunt. Siquidem solet vsu uenire ciuitatibus,præsertim iis quibus breui & insperatò felicitas contigit, vt ad insolentiam conuertantur:& plerunque rationi consentanea *& non fortuita* prosperitas hominum stabilior est quàm inopinata. Faciliúsque propè dixerim esse propulsare aduersa quàm tutari secunda. Decuerat autem iam olim Mitylenæos nihilo peculiarius honore quàm cæteros à nobis affici:& non eò petulantiæ processissent. (Nam & alioqui natura comparatum est,vt quisque eos à quibus colitur contemnat: qui autem minimè cedunt,admiretur) Plectantur tamen vel nunc pro magnitudine sceleris: neque paucis culpam imputantes,populum absoluatis. Cuncti nanque nos pariter inuaserūt: quibus liceret nunc, si ad nos confugissent,rursus in vrbe degere: sed tutius esse arbitrati aleæ se committere cum paucis illis,vnà defecerunt. Respicite quinetiam ad socios,quorum si & iis qui coacti ab hoste, & iis qui voluntarii defecerunt, easdem pœnas infligatis,quem tandem fore existimatis,quem non ad deficiendum quantulacunque causa impellatis? quum is,si prosperè cedat, liber fit: si minus, nihil intolerandum patiatur. Ex quo nos in omnibus ciuitatibus periculum subibimus tum pecuniarum, tum corporum: & si quidem recuperauerimus vrbem quæ profligata sit, *cuius exhaustæ sint opes*,prouentibus,per quos vires habemus,in posterum carebimus: sin inceptū nostrum *eam recuperandi* non succedat,ipsos præter eos qui nunc sunt, hostes habebimus: & quo tēpore nos oportet aduersus præsentes stare,in bello sociali occupabimur. Nō igitur cōuenit spē eis proponere,aut sermone persuasam,aut pecuniis emptam,veniæ consequendæ,tanquam hominum more peccauerint. Non enim inuiti læserunt, sed scientes insidiati sunt. quod autem præter voluntatem fit, id dignum est venia. Itaque ego & tunc primùm repugnaui,& nunc,ne decretorum vestrorum vos pœniteat, repugno: néve tribus rebus imperio perniciosissimis delinquatis, misericordia, illecebris orationis,lenitate. Nam misericordiam quidem iis qui similes sunt, tribui iustum est,non iis qui nec è diuerso miserentur,& necessariò se perpetuos constituerūt hostes. Oratores autem qui dicendo oblectāt, habebunt aliâs minoribus in rebus dicendi certamen,non vbi ciuitas quidem paululum oblectata,faciat magnam iacturam, ipsi verò ob bene dicta bene accipiantur. Lenitas verò potius illis exhibetur qui in posterum morigeri, quàm qui nihilominus hostes,atque iidem futuri sunt, si relinquantur. Atque (vt semel omnia dicam) si mihi assensi fueritis,quæ iusta sunt & vtilia circa Mitylenæos agetis: sin minus,neque illis gratificabimini,& vos ipsos potius condemnabitis. Si enim hi meritò defecerunt,vos certè contra fas & æquum imperatis. Quòd si vel cōtra fas hoc vobis faciendū censetis,itidem præter fas & æquum in hos oportet animaduertere,quum id vobis *ad retinendum imperium* vtile futurum sit: aut certè imperio supersedere , & virorum bonorum officio,quod periculo caret,fungi. Refundatis agedū eandem in autores pœnam: ostendatísque vos non minus exulcerato esse animo in vlciscendo,licet euaseritis,quàm illi fuerunt in insidiando: cogitantes quænam ipsi,si vicissent,credendi sint fuisse facturi,qui præsertim iniuriam facere cœperunt. Qui autem nulla iniuria irritati ad lædendum veniunt,infesti grassantur ad internecionem vsque:

suſpectum habentes periculum quod eos manet ab hoſte quem relinquant. Quiſquis enim à quo non oportuit læſus eſt, acerbior eſt (ſi euaſit) in illum quàm iuſtum in hoſtem. Nolite ergo veſtri ipſorum fieri proditores, & cogitatione quamproximè accedẽtes ad ea quæ paſſuri fuiſtis, vt pluris quàm alia omnia feciſſetis eos in poteſtate habere, nunc eos vlciſcimini, nõ ex præſenti ſpecie, ſtatim ad mollitiem flexi, nec cladis quæ tunc vobis impendebat obliti. Plectite iſtos pro merito: pariter & cæteris ſociis inſigne præbete exemplum, quiſquis deſcierit, eum à vobis morte mulctãdum. Hoc enim ſi cognouerint, minus poſthac cum veſtris ipſorum ſociis pugnabitis, hoſtibus neglectis.

DIODOTI ORATIO.

ARGVMENTVM.

In eadem illa concione Diodotus, qui & proxima cõcione mollioris ſentẽtiæ autor fuiſſet, & in eadem tum perſtaret, dixit aduerſus ea omnia quæ à Cleone fuerant dicta: ſuaſitque vt ſontes tantùm, à quibus defectionem comparatam conſtaret, plecterentur. Ac primùm aduerſus illam incuſationem garrulitatis, qua erat vſus Cleo, opponit conſultationis liberæ vtilitatem, quæ, niſi vltro citróque dicendo, obtineri nequeat. Quis autem modus in audiendo adhibendus ſit, oſtendit. Stabat ab æquitate Cleon, ſtat ipſe ab vtilitate & æquitate: quòd in alios, præterquam in defectionis capita, animaduertere nec æquum ſit, nec reip. expediat. Nam quòd huius ſeueritatis terrore alios ſocios in officio retineri poſſe putaret aduerſarius, id contrà habere: quum homines vehementius ad maleficium libido impellat, quàm metus auocet: nec dubium ſit quin illa ſæuitia aliorum ſociorum animos ſit alienatura: & deſperatio veniæ, ſiquando defectionem potentiores plebe inuita tentaſſent, vniuerſæ multitudini pertinaciam ad propugnandum ſit allatura: ſpes autem impunitatis eſſet eos à potentum ſocietate, & potentes ipſos à perfidioſis conſiliis auerſura.

Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην αὖθις περὶ Μυτιληναίων αἰτιῶμαι, οὔτε τοὺς μεμφομένους μὴ πολλάκις περὶ τῶν μεγίστων βουλεύεσθαι, ἐπαινῶ. νομίζω δὲ δύο τὰ ἐναντιώτατα εὐβουλίᾳ εἶναι, τάχος τε καὶ ὀργήν. ὧν τὸ μὲν, μετὰ ἀνοίας φιλεῖ γίγνεσθαι, τὸ δὲ, μετὰ ἀπαιδευσίας, καὶ βραχύτητος γνώμης. τούς τε λόγους ὅστις διαμάχεται μὴ διδασκάλους τῶν πραγμάτων γίγνεσθαι, ἢ ἀξύνετός ἐστιν, ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει. ἀξύνετος μὲν, εἰ ἄλλῳ τινὶ ἡγεῖται περὶ τοῦ μέλλοντος δυνατὸν εἶναι καὶ μὴ ἐμφανοῦς φράσαι· διαφέρει δ' αὐτῷ, εἰ βουλόμενός τι αἰσχρὸν πεῖσαι, εὖ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἂν ἡγεῖται περὶ τοῦ μὴ καλοῦ δύνασθαι, εὖ δὲ διαβαλὼν, ἐκπλῆξαι ἂν τούς τε ἀντεροῦντας καὶ τοὺς ἀκουσομένους. χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προσκατηγοροῦντες ἐπίδειξίν τινα. εἰ μὲν γὰρ ἀμαθίαν κατῃτιῶντο, ὁ μὴ πείσας, ἀξυνετώτερος ἂν δόξας εἶναι ἢ ἀδικώτερος, ἀπεχώρει· ἀδικίας δ' ἐπιφερομένης, πείσας τε, ὕποπτος γίγνεται· καὶ μὴ τυχὼν, μετὰ ἀξυνεσίας, καὶ ἄδικος. ἥ τε πόλις οὐκ ὠφελεῖται ἐν τῷ τοιῷδε. φόβῳ γὰρ ἀποστερεῖται τῶν ξυμβούλων· καὶ πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους τῶν πολιτῶν· ἐλάχιστα γὰρ ἂν πεισθεῖσιν ἁμαρτάνειν. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀγαθὸν πολίτην, μὴ ἐκφοβοῦντα τοὺς ἀντεροῦντας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἴσου φαίνεσθαι ἄμεινον λέγοντα· τὴν δὲ σώφρονα πόλιν, τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι μὴ προστιθέναι τιμὴν, ἀλλὰ μηδ' ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης· καὶ τὸν μὴ τυχόντα γνώμης, οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν. οὕτω γὰρ, ὅ, τε κατορθῶν, ἥκιστα ἂν ἐπὶ τῷ ἔτι μειζόνων ἀξιοῦσθαι, παρὰ γνώμην τι καὶ πρὸς χάριν λέγοι· ὅ, τε μὴ ἐπιτυχὼν, ὀρέγοιτο τῷ αὐτῷ χαριζόμενός τι καὶ αὐτὸς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος. ὧν ἡμεῖς τἀναντία δρῶμεν· καὶ προσέτι, ἤν τις καὶ ὑποπτεύηται κέρδους μὲν ἕνεκα, τὰ βέλτιστα δ' ὅμως λέγειν, φθονήσαντες τῆς οὐ βεβαίου δοκήσεως τῶν κερδῶν, τὴν φανερὰν ὠφέλειαν τῆς πόλεως ἀφαιρούμεθα. καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ, ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα, μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν. ὥστε δεῖν ὁμοίως τόν τε τὰ δεινότατα βουλόμενον πεῖσαι, ἀπάτῃ προσάγεσθαι τὸ πλῆθος, καὶ τὸν τὰ ἀμείνω λέγοντα, ψευσάμενον, πιστὸν γενέσθαι. μόνην τε πόλιν διὰ τὰς περινοίας εὖ ποιῆσαι ἐκ τοῦ προφανοῦς, μὴ ἐξαπατήσαντα, ἀδύνατον. ὁ γὰρ διδοὺς φανερῶς τι ἀγαθὸν, ἀνθυποπτεύεται ἀφανῶς πῃ πλέον ἕξειν. χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι, ἡμᾶς περαιτέρω προνοοῦντας λέγειν ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγου σκοπούντων· ἄλλως τε καὶ ὑπεύθυνον τὴν παραίνεσιν ἔχοντας πρὸς ἀνεύθυνον τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. εἰ γὰρ ὅ, τε πείσας καὶ ὁ ἐπισπόμενος ὁμοίως ἐβλάπτοντο, σωφρονέστερον ἂν ἐκρίνετε· νῦν δὲ πρὸς ὀργὴν ἥν τινα τύχητε ἔστιν ὅτε σφαλέντες, τὴν τοῦ πείσαντος μίαν γνώμην ζημιοῦτε, καὶ οὐ τὰς ὑμετέρας αὐτῶν, εἰ πολλαὶ οὖσαι ξυνεξήμαρτον. ἐγὼ δὲ παρῆλθον οὔτε ἀντερῶν περὶ Μυτιληναίων, οὔτε κατηγορήσων. οὐ γὰρ περὶ τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγὼν, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας. ἤν τε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· ἤν τε καὶ ἔχοντές τι ξυγγνώμης εἶεν, εἰ τῇ πόλει μὴ ἀγαθὸν φαίνοιτο. νομίζω δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς μᾶλλον βουλεύεσθαι ἢ τοῦ παρόντος. καὶ τοῦτο ὃ μάλιστα Κλέων ἰσχυρίζεται ἐς τὸ λοιπὸν ξυμφέρον ἔσεσθαι πρὸς τὸ ἧσσον ἀφίστασθαι, θάνατον ζημίαν προθεῖσι· καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ ἐς τὸ μέλλον καλῶς ἔχοντος ἀντισχυριζόμενος, τἀναντία γιγνώσκω, καὶ οὐκ ἀξιῶ ὑμᾶς τῷ εὐπρεπεῖ τοῦ ἐκείνου λόγου τὸ χρήσιμον τοῦ ἐμοῦ ἀπώσασθαι. δικαιότερος γὰρ ὢν αὐτοῦ ὁ λόγος πρὸς τὴν νῦν ὑμετέραν ὀργὴν ἐς Μυτιληναίους, τάχ' ἂν ἐπισπάσαιτο. ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα πρὸς αὐτοὺς ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσιν. ἐν οὖν ταῖς πόλεσι πολλῶν θανάτου ζημία πρόκειται, καὶ οὐκ ἴσων τῶνδε, ἀλλ' ἐλασσόνων ἁμαρτημάτων· ὅμως δὲ τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύουσι· καὶ οὐδείς πω καταγνοὺς ἑαυτοῦ μὴ περιέσεσθαι τῷ ἐπιβουλεύματι, ἦλθεν ἐς δεινόν. πόλις τε ἀφισταμένη τίς πω, ἥσσω τῇ δοκήσει ἔχουσα τὴν παρασκευὴν, ἢ οἰκείαν, ἢ ἄλλων ξυμμαχίαν, τούτῳ ἐπεχεί-

ρήσει. πεφύκασί τε ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν· καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅστις ἀπείρξει τούτου. ἐπεὶ διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι, προστιθέντες, εἴπως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων. καὶ εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτάς· παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ, ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι· καὶ τοῦτο ὅμως παραβαίνεται. ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστὶν, ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει. ἀλλ' ἡ μὲν πενία, ἀνάγκῃ τὴν τόλμαν παρέχουσα· ἡ δ' ἐξουσία, ὕβρει τὴν πλεονεξίαν καὶ φρονήματι· αἱ δ' ἄλλαι ξυντυχίαι, ὀργῇ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἑκάστη τις κατέχεται ὑπ' ἀνηκέστου τινὸς κρείσσονος, ἐξάγουσιν ἐς τοὺς κινδύνους. ἥ τε ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ παντί, ὁ μὲν, ἡγούμενος, ἡ δ', ἐφεπομένη· καὶ ὁ μὲν, τὴν ἐπιβουλὴν ἐκφροντίζων, ἡ δὲ, τὴν εὐπορίαν τῆς τύχης ὑποτιθεῖσα, πλεῖστα βλάπτουσι· καὶ ὄντα ἀφανῆ κρείσσω ἐστὶ τῶν ὁρωμένων δεινῶν. καὶ ἡ τύχη ἐπ' αὐτοῖς οὐδὲν ἔλασσον ξυμβάλλεται ἐς τὸ ἐπαίρειν. ἀδοκήτως γὰρ ἔστιν ὅτε παρισταμένη, καὶ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων κινδυνεύειν τινὰ προάγει, καὶ οὐχ ἧσσον τὰς πόλεις, ὅσῳ περὶ τῶν μεγίστων, ἐλευθερίας, ἢ ἄλλων ἀρχῆς· καὶ μετὰ πάντων ἕκαστος ἀλογίστως ἐπιπλέον τι αὐτὸν ἐδόξασεν. ἁπλῶς τε, ἀδύνατον, καὶ πολλῆς εὐηθείας, ὅστις οἴεται τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης προθύμως τι πρᾶξαι, ἀποτροπήν τινα ἔχειν, ἢ νόμων ἰσχύϊ, ἢ ἄλλῳ τῳ δεινῷ. οὔκουν χρὴ οὔτε τοῦ θανάτου τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ πιστεύσαντας, χεῖρον βουλεύσασθαι, οὔτε ἀνέλπιστον καταστῆσαι τοῖς ἀποστᾶσιν ὡς οὐκ ἔσται μεταγνῶναι, καὶ ὅτι ἐν βραχυτάτῳ τὴν ἁμαρτίαν καταλῦσαι. σκέψασθε γὰρ ὅτι νῦν μὲν ἤν τις καὶ ἀποστᾶσα πόλις γνῷ μὴ περιεσομένη, ἔλθοι ἂν ἐς ξύμβασιν, δυνατὴ οὖσα ἔτι τὴν δαπάνην ἀποδοῦναι, καὶ τὸ λοιπὸν ὑποτελεῖν· ἐκείνως δὲ, τίνα οἴεσθε ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσεσθαι, πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον, εἰ τὸ αὐτὸ δύναται σχολῇ καὶ ταχὺ ξυμβῆναι; ἡμῖν τε πῶς οὐ βλάβη δαπανᾶν καθημένοις διὰ τὸ ἀξύμβατον, καὶ, ἢν ἕλωμεν πόλιν, ἐφθαρμένην παραλαβεῖν, καὶ τῆς προσόδου τὸ λοιπὸν ἀπ' αὐτῆς στέρεσθαι; ἰσχύομεν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους τῷδε. ὥστε οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλάπτεσθαι, ἢ ὁρᾶν ὅπως ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον μετρίως κολάζοντες, ταῖς πόλεσιν ἕξομεν ἐς χρημάτων λόγον ἰσχυούσαις χρῆσθαι, καὶ τὴν φυλακὴν μὴ ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεινότητος ἀξιοῦν ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας. οὗ νῦν τοὐναντίον δρῶντες, ἤν τινα ἐλεύθερον καὶ βίᾳ ἀρχόμενον εἰκότως πρὸς αὐτονομίαν ἀποστάντα χειρωσώμεθα, χαλεπῶς οἰόμεθα χρῆναι τιμωρεῖσθαι. χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους οὐκ ἀφισταμένους σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ πρὶν ἀποστῆναι, σφόδρα φυλάσσειν, καὶ προκαταλαμβάνειν ὅπως μηδ' ἐς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι· κρατήσαντάς τε ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν. ὑμεῖς δὲ σκέψασθε ὅσον ἂν καὶ τοῦτο ἁμαρτάνοιτε, Κλέωνι πειθόμενοι. νῦν μὲν γὰρ ὑμῖν ὁ δῆμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν εὔνους ἐστὶ, καὶ ἢ οὐ ξυναφίσταται τοῖς ὀλίγοις, ἢ, ἐὰν βιασθῇ, ὑπάρχει τοῖς ἀποστήσασι πολέμιος εὐθὺς, καὶ τῆς ἀντικαθισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχοντες, ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε· εἰ δὲ διαφθερεῖτε τὸν δῆμον τὸν Μιτυληναίων, ὃς οὔτε μετέσχε τῆς ἀποστάσεως, ἐπειδή τε ὅπλων ἐκράτησεν, ἑκὼν παρέδωκε τὴν πόλιν, πρῶτον μὲν ἀδικήσετε, τοὺς εὐεργέτας κτείνοντες, ἔπειτα καταστήσετε τοῖς δυνατοῖς τῶν ἀνθρώπων ὃ βούλονται μάλιστα. ἀφιστάντες γὰρ τὰς πόλεις, τὸν δῆμον εὐθὺς ξύμμαχον ἕξουσι, προδειξάντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοίως κεῖσθαι καὶ τοῖς μή. δεῖ δὲ, καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ προσποιεῖσθαι· ὅπως, ὃ μόνον ἡμῖν ἔτι ξύμμαχόν ἐστι, μὴ πολέμιον γένηται. καὶ τοῦτο πολλῷ ξυμφορώτερον ἡγοῦμαι ἐς τὴν κάθεξιν τῆς ἀρχῆς, ἑκόντας ἡμᾶς ἀδικηθῆναι, ἢ δικαίως οὓς μὴ δεῖ διαφθεῖραι. καὶ τὸ Κλέωνος τὸ αὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας οὐχ εὑρίσκεται ἐν αὐτῷ δυνατὸν ὂν ἅμα γίγνεσθαι. ὑμεῖς δὲ, γνόντες ἀμείνω τάδε εἶναι, καὶ μήτε οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτε ἐπιεικείᾳ (οἷς οὐδὲ ἐγὼ ἐῶ προσάγεσθαι) ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παραινουμένων πείθεσθέ μοι, Μιτυληναίων οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας, κρῖναι καθ' ἡσυχίαν, τοὺς δ' ἄλλους ἐᾶν οἰκεῖν. τάδε γὰρ ἔς τε τὸ μέλλον ἀγαθὰ καὶ τοῖς πολεμίοις ἤδη φοβερά. ὅστις γὰρ εὖ βουλεύεται, πρὸς τοὺς ἐναντίους κρείσσων ἐστὶν, ἢ μετ' ἔργων ἰσχύος ἀνοίᾳ ἐπιών.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

NEque illos ego qui de Mitylenæis iterum ad cõsilium retulerunt, accusandos puto, neque illos laudandos qui maximis de rebus sæpius consultari vetant. Statuóque duo præcipuè contraria esse ad bene consulendum, celeritatem & iram. quorum hoc cum amentia coniunctum esse solet, illud cum imperitia & paucitate consilii. Et qui repugnat quin res verbis doceantur, aut amẽs est, aut putat sua aliquid interesse. Amens quidem, si quo alio modo censet fieri posse vt futura quæ latẽt, nisi oratione, patefiant: sua autem interesse putat, si volens aliquid turpe persuadere, bellè quidem de eo se posse dicere non arbitratur, sed eos qui ex aduerso dicturi & qui audituri sunt, deterrere probè criminando. Verùm illi odiosissimi sunt qui orationem aliquam corruptelæ etiam insimulant. Nam si imperitia obiiceretur, cuius sententia in senatu non vicisset, pro imperitiore vtique is, nõ pro iniustiore, discederet: obiecta verò iniustitia, idẽ, siue eius sententia vicit, suspectus fit, siue non vicit, iniustus habetur, non solùm imperitus. Ex quo etiam respublica detrimento afficitur: consultoribus enim propter metum destituitur. Præclaréque cum ea ageretur si tales ciues nulla facultate dicendi præditos haberet. minimè enim ad peccandum impellerentur, *sua eloquentia freti*. Porro debet & ciuis bonus non absterrere alios à contradicendo, sed ex pari loco demonstrare se meliora dicere: & bene morata ciuitas nullo eum honore afficere qui præ cæteris bene

consuluerit, sed nec honorem quem ille habet, imminuere: item eum qui in consulendo inferior fuit, nullo dedecore, nedum supplicio, prosequi. Ita enim & is cuius sententia probata est, quamminimum ad gratiam, & aliter ac sentit (quò plus honoris consequatur) loquetur: & is cuius sentẽtia improbatur, quamminimum concupiscet, eadem ratione gratum faciendo, conciliare sibi multitudinem. Quorum nos cõtraria agimus: quoniam siquis de corruptione suspectus sit, etiamsi optimè dicat, tamen quũ cœperit apud nos ob incertã *alioqui* de corruptela opinionẽ inuidiosus esse, *non item incertã sed* manifestam ciuitatis vtilitatem adimimus. Nec dubiũ est, bona, quum recta dicuntur, nõ minus suspecta esse quàm mala: adeo vt oporteat, similiter & qui optima & qui pessima ciuitati velit persuadere, dolo id & mendacio agere. solàque ciuitas propter curiosas istas suspiciones, eiusmodi est de qua nemo apertè, & non fallendo, bene mereri possit. Nam qui propalam largietur ei aliquid, is in suspicionem veniet ne vberius aliquod lucrum facturus sit. Enimuero decet nos, in rebus maximis, & in huiusmodi opinione vel æstimatione vestra, vlterius prospicere quum verba facimus, quàm vos qui ex propinquo consideratis: quum præsertim nos rationem reddere debeamus consilii nostri, vos non debeatis vestræ auscultationis. Nam si is qui persuasit, & is qui persuasus est, æquè mulctarentur, profectò vos modestius iudicaretis. Nunc, siquãdo destituti spe estis, vnam persuasoris sententiam cum iracundia plectitis, non vestras ipsorum, qui frequentes vnà peccastis. Ego autem neque contradicturus pro Mitylenæis processi, neque quempiam accusaturus. Non enim de illorum facinore nobis certamen est, si sapimus, sed de bene nobis consulendo. Neque eis, si nocentes planè asserere volo, ideirco vitam adimi iubebo: neque siqua venia dignos, *idcirco veniam dari*, nisi constiterit idẽ ciuitati conducere: quippe quũ existimem de futuro nos magis quàm de præsenti consultare. Atque quod Cleon præcipuè contendit vtile fore ad cohibendas in posterum rebelliones, pœnam proponi mortẽ, ego de eo quod in posterum ex vsu futurum sit, contrà contendens, secus iudico. Quæso igitur ne præ istius ad persuadendum apposita oratione, vtilitatem meæ respuatis. Eius enim oratio quum iustior sit apud istam vestrã in Mitylenæos iram, vos fortasse *in suam sententiam* traxerit: verùm nunc non disceptamus nos iudicio cum illis, vt de iure quæri oporteat, sed de eis deliberamus, quemadmodum nobis futuri sint vtiles. Est quidem multis in ciuitatibus cõstituta mors pœna, non modò huiuscemodi criminibus, sed etiam minoribus: tamen spe solicitati homines, periculum adeunt: neque vnquam ad hoc aliquis accessit, qui opinaretur nequaquam insidias sibi successuras. Et quæ ciuitas vnquam non ideo defecit quòd crederet se maiorem habere quàm habebat apparatum, vel suum, vel socialem? Ingenitum natura est omnibus & priuatim & publicè, delinquere. nec vlla lex tãti est quæ istud prohibere possit: quum per omnia sit itum supplicia, siquo modo his terroribus homines à facinorosis minus læderentur. Ac credibile est sanè maximis sceleribus mitiores olim pœnas constitutas fuisse: sed quum tandem violarentur illæ *pœnæ*, ad mortem pleræq; processerunt, & tamen istud quoque violatur. Itaque aut aliquis isto vehementior inueniendus est terror, aut ne iste quidem coercebit. Sed paupertas quidem, ex necessitate audaciam afferens, opes autem, ex petulãtia & superbia, iuris violationem: aliæ etiam quæ contingunt causæ, pro diuerso affectu hominum, qui ab intoleranda quadam vi occupatur, ad pericula impellunt. Spes quoque & libido in qualibet re, hæc quidem, dux, illa verò, comes: hæc, facinoris aggressionem excogitans, illa prosperitatem fortunæ suggerens. Qvúmque incerta sint *hæc duo*, manifestis periculis potentiora sunt. Accedit his fortuna, quæ nihilo minus ad incitandos animos pollet. Nam ex inopinato oblata aliquando, vel ex minoribus copiis adducit aliquem ad periclitandum: nec minus ciuitates, imò tanto magis quanto de maioribus *eis res est*, de libertate vel de imperio propagando. Et quisque cæteris cum ciuibus iunctus, inscitè plus quiddam spei sibi proponit. Denique & impossibile, & ingentis vecordiæ est, credere, quoties humana natura ad aliquid agendum concitata, impetu tendit, vlla prohiberi aut legum vi, aut alia difficultate. Quare non oportet nos, neque mortis pœna, tanquam fideiussore, confisos, de Mitylenæis consulere deterius: neque ad desperationem illos qui defecerunt impellere: tanquam eis pœnitere non liceat, neque breuissimo tempore delictũ suum eluere.
Conside-

Considerate nanque, si qua nunc ciuitas quæ defecerit, norit non desperandam sibi à vobis salutem, eam de se dedenda conditiones accepturam, adhuc habentem vnde red dat victoribus impensas belli, & in posterum tributa soluat: at illo modo, quam tandē putatis fore, quæ non & melius se quàm nunc fecit, ad bellum instruat, & obsidionem ad extrema vsque perferat, si idem valet diu pòst & confestim in deditionem venire? Et nobis quomodo detrimentosum non sit, dum res ad compositionem nō deducitur, nos sumptus facere in obsidendo: &, si capimus, profligatam capere ciuitatem, & vectigalibus ex illa deinceps priuari, propter quæ sumus potentes aduersus hostes? Quapropter non tanquam iudices debemus nos exactè de nocentibus sumere supplicium, sed considerare quemadmodum in futurum facultatem habeamus pecuniarum suppeditandarum ex ciuitatibus moderatè mulctatis: nec custodire eas ex legum seueritate, sed ex officii nostri sedulitate. Cuius rei nunc cōtrarium facimus: qui si quem subegerimus liberum, sed vi alterius imperio subditum, & meritò repetentē libertatem per defectionem, truciter in eum putamus animaduertēdum. Atqui oportet non valde plectere liberos homines quòd rebellarunt, sed valde custodire antequā rebellent, & anteuertere, vt ne veniant quidem in huiusmodi cogitationem: quúmque vicerimus, pro minima culpam hanc eis imputare. Animaduertite præterea quantopere sitis peccaturi, si Cleoni assentiamini. Nunc quidem singularum ciuitatum populus in amorem vestri pronus est, & aut non deficit cum potentibus, aut si deficere cogatur, cōtinuò defectionis autoribus infestus est. Ita ciuitatis aduersariæ vulgus vestri studiosum habentes, pergitis in bellum. Quòd si populum Mitylenæum occiditis, qui & tunc defectionis expers fuit, & vbi arbitrium armorū nactus est, ciuitatem tradidit, primùm in bene meritos eritis iniurii, deinde id quod maximè optant potentes, constituetis. quippe, vbi ad defectionem traxerint ciuitatem, protinus habebunt in partibus populum: quum proposita sit per vos eadem omnibus pœna, tam iis qui deliquerūt quàm iis qui non deliquerunt: qui si etiam deliquerint, dissimulandum est, vt id quod adhuc nobis superest sociale, non fiat hostile. Et hoc ipse multo vtilius arbitror ad imperii conseruationem, nos iniuriam accipere non inuitos, quàm eos, iure summo agentes occidere quos non debemus. Neque id quod Cleon ait, reperietur, iustam vltionem eandémque vtilem esse posse. Vos verò vbi intellexeritis hæc meliora esse, nihil neque misericordiæ neque lenitati indulgentes, (quibus ne ego quidem adduci vos sino) sed ex iis quæ suasi, mihi acquiescite: de iis quos Paches tanquam noxios misit, per otium iudicare, cæteros illic habitare permittere. Hæc enim & in posterum bona sunt, & hostibus iam formidolosa. Nam quisquis bene consultat, is contra hostes plus pollet quàm qui temeraria ferocitate ad facta prorumpit.

PLATAEENSIVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Expugnatis diuturna obsidione & cibariorum inopia Platæis, Lacedæmonii, qui hac conditione Platæenses ad deditionem compulerant, vt in sontes tantùm se animaduersuros pollicerentur, arcersitis Lacedæmone iudicibus quinque, qui illorum causam disceptarent, iusserunt eos causam apud hos dicere. Iudices, quòd Thebanis sociis suis in ea expeditione & Platæensi ciuitati vehementer infensis gratificari studebant, non criminibus obiiciendis, ne illi facilè diluerent, sed interrogatione vna perduellionem illis iudicabant. Interrogatio erat hæc, Ecquid Lacedæmoniorum societati in id bellum cōmodassent? Perculsi Platæenses quòd se callida interrogatione vrgeri, & capitis anquiri vniuersos sentiebant, postularunt ne altercatione, sed perpetua oratione diligentius causam dicerent. Quod quum impetrassent, hac oratione sunt vsi: qua primùm conqueruntur tam periculosæ defensionis legem sibi imponi: deinde ad rogata respondent: neque se vt amicos esse à Lacedæmoniis acceptos, sed hostili modo grauiter vexatos: inimici verò quum essent, non debere à se amicorum officia postulari. Reliqua est oratio, qua causam suarum partium docent: inimicitias & iniurias Thebanorum: sua in Græcos omnes, priuatim in Lacedæmonios merita. Postremò rogant ne Thebanorum libidini addicantur.

Τὴν μὲν παράδοσιν τῆς πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, πιστεύσαντες ὑμῖν ἐποιησάμεθα, οὐ τοιάνδε δίκην οἰόμενοι ὑφέξειν, νομιμωτέραν δέ τινα ἔσεσθαι· καὶ ἐν δικασταῖς οὐκ ἂν ἄλλοις δεξάμενοι (ὥσπερ καὶ ἐσμὲν) γενέσθαι,

ἢ ὑμῖν, ἡγούμενοι τὸ ἴσον μάλιστ' ἂν φέρεσθαι. νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν. τόν τε γὰρ ἀγῶνα περὶ τῶν δεινοτάτων εἶναι εἰκότως ὑποπτεύομεν, καὶ ὑμᾶς μὴ οὐ κοινοὶ ἀποβῆτε, τεκμαιρόμενοι, προκατηγορίας τε ἡμῶν οὐ προγεγενημένης, ᾗ χρὴ ἀντειπεῖν, ἀλλ' αὐτοὶ λόγον ᾐτησάμεθα, τό, τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν, ᾧ τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι, ἐναντία γίγνεται, τὰ δὲ ψευδῆ, ἔλεγχον ἔχει. πανταχόθεν δὲ ἄποροι καθεστῶτες, ἀναγκαζόμεθα, καὶ ἀσφαλέστερον δοκεῖ εἶναι, εἰπόντας τι κινδυνεύειν. καὶ γὰρ ὁ μὴ ῥηθεὶς λόγος τοῖς ὧδ' ἔχουσιν αἰτίαν ἂν παράσχοι, ὡς, εἰ ἐλέχθη, σωτήριος ἂν ἦν. χαλεπῶς δὲ ἔχει ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ πειθώ. ἀγνῶτες μὲν γὰρ ὄντες ἀλλήλων, ἐπεισενεγκάμενοι μαρτύρια ὧν ἄπειροι ἦτε, ὠφελούμεθ' ἄν· νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται. καὶ δέδιμεν οὐχὶ μὴ προκαταγνόντες ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἥσσους εἶναι τῶν ὑμετέρων, ἔγκλημα αὐτὸ ποιῆτε, ἀλλὰ μὴ ἄλλοις χάριν φέροντες, ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστώμεθα. παρεχόμενοι δ' ὅμως ἃ ἔχομεν δίκαια, πρός τε τὰ Θηβαίων διάφορα, καὶ ἐς ὑμᾶς καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, τῶν εὖ δεδρασμένων ὑπόμνησιν ποιησόμεθα, καὶ πείθειν πειρασόμεθα. φαμὲν γὰρ πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ βραχύ, εἴ τι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε ἀγαθὸν πεποιήκαμεν, εἰ μὲν ὡς πολεμίους ἐρωτᾶτε, οὐκ ἀδικεῖσθαι ὑμᾶς μὴ εὖ παθόντας· φίλους δὲ νομίζοντας, αὐτοὺς ἁμαρτάνειν μᾶλλον τοὺς ἡμῖν ἐπιστρατεύσαντας. τὰ δ' ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ πρὸς τὸν Μῆδον, ἀγαθοὶ γεγενήμεθα, τὴν μὲν οὐ λύσαντες νῦν πρότεροι, τῷ δὲ ξυνεπιθέμενοι τότε ἐς ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος μόνοι Βοιωτῶν. καὶ γὰρ ἠπειρῶταί τε ὄντες ἐναυμαχήσαμεν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, μάχῃ τε τῇ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γῇ γενομένῃ, παρεγενόμεθα ὑμῖν τε καὶ Παυσανίᾳ. εἴ τέ τι ἄλλο κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο ἐπικίνδυνον τοῖς Ἕλλησι, πάντων παρὰ δύναμιν μετέσχομεν. καὶ ὑμῖν ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἰδίᾳ, ὅτε περ δὴ μέγιστος φόβος περιέστη τὴν Σπάρτην, μετὰ τὸν σεισμὸν τῶν ἐς Ἰθώμην εἱλώτων ἀποστάντων, τὸ τρίτον μέρος ἡμῶν αὐτῶν ἐξεπέμψαμεν εἰς ἐπικουρίαν. ὧν οὐκ εἰκὸς ἀμνημονεῖν. καὶ τὰ μὲν παλαιὰ καὶ μέγιστα τοιοῦτοι ἠξιώσαμεν εἶναι. πολέμιοι δὲ ἐγενόμεθα ὕστερον. ὑμεῖς δὲ, αἴτιοι. δεομένων γὰρ ξυμμαχίας, ὅτε Θηβαῖοι ἡμᾶς ἐβιάσαντο, ὑμεῖς ἀπεώσασθε, καὶ πρὸς Ἀθηναίους ἐκελεύετε τραπέσθαι, ὡς ἐγγὺς ὄντας, ὑμῶν δὲ μακρὰν ἀποικούντων. ἐν μέντοι τῷ πολέμῳ οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, οὔτε ἐμελλήσατε. εἰ δ' ἀποστῆναι Ἀθηναίων οὐκ ἠθελήσαμεν, ὑμῶν κελευσάντων, οὐκ ἠδικοῦμεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐβοήθουν ἡμῖν ἐναντία Θηβαίοις, ὅτε ὑμεῖς ἀπωκνεῖτε· καὶ προδοῦναι αὐτοὺς οὐκέτι ἦν καλόν. ἄλλως τε καὶ οὓς εὖ παθών τις καὶ αὐτὸς δεόμενος προσηγάγετο ξυμμάχους, καὶ πολιτείας μετέλαβεν· ἰέναι δὲ ἐς τὰ παραγγελλόμενα εἰκὸς ἦν προθύμως. ἃ δὲ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε τοῖς ξυμμάχοις, οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι εἴ τι μὴ καλῶς ἐδρᾶτε, ἀλλ' οἱ ἄγοντες ἐπὶ τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα. Θηβαῖοι δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἡμᾶς ἠδίκησαν, τὸ δὲ τελευταῖον, αὐτοὶ ξύνιστε δι' ἅπερ καὶ τάδε πάσχομεν. πόλιν γὰρ αὐτοὺς τὴν ἡμετέραν καταλαμβάνοντας ἐν σπονδαῖς, καὶ προσέτι ἱερομηνίᾳ, ὀρθῶς ἐτιμωρησάμεθα, κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι. καὶ νῦν οὐκ ἂν εἰκότως δι' αὐτοὺς βλαπτοίμεθα. εἰ γὰρ τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ τὸ δίκαιον λήψεσθε, τοῦ μὲν ὀρθοῦ φανεῖσθε οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες, τὸ δὲ ξυμφέρον μᾶλλον θεραπεύοντες. καίτοι εἰ νῦν ὑμῖν ὠφέλιμοι δοκοῦσιν εἶναι, πολὺ καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες μᾶλλον τότε ὅτε ἐν μείζονι κινδύνῳ ἦτε. νῦν μὲν γὰρ ἑτέροις ὑμεῖς ἐπέρχεσθε δεινοί· ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ καιρῷ ὅτε πᾶσι δουλείαν ἐπέφερεν ὁ βάρβαρος, οἵδε μετ' αὐτοῦ ἦσαν. καὶ δίκαιον ἡμῶν τῆς νῦν ἁμαρτίας (εἰ ἄρα ἡμάρτηταί τι) ἀντιθεῖναι τὴν τότε προθυμίαν. καὶ μείζω τε πρὸς ἐλάσσω εὑρήσετε, καὶ ἐν καιροῖς οἷς σπάνιον ἦν τῶν Ἑλλήνων τινὰ ἀρετὴν τῇ Ξέρξου δυνάμει ἀντιτάξασθαι. ἐπῃνοῦντό τε μᾶλλον οἱ μὴ τὰ ξύμφορα πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ πράσσοντες, ἐθέλοντες δὲ τολμᾶν μετὰ κινδύνων τὰ βέλτιστα. ὧν ἡμεῖς γενόμενοι, καὶ τιμηθέντες ἐς τὰ πρῶτα, νῦν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δέδιμεν μὴ διαφθαρῶμεν, Ἀθηναίους ἑλόμενοι δικαίως μᾶλλον ἢ ὑμᾶς κερδαλέως. καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ὁμοίως φαίνεσθαι γιγνώσκοντας, καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι, ἢ τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς, ὅταν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι, καὶ τὸ παραυτίκα που ὑμῖν ὠφέλιμον καθιστῆται. προσκέψασθέ τε ὅτι νῦν μὲν παράδειγμα τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀνδραγαθίας νομίζεσθε· εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα (οὐ γὰρ ἀφανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην τήνδε, ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν) ὁρᾶτε ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται, ἀνδρῶν ἀγαθῶν πέρι, αὐτοὺς ἀμείνους ὄντας, ἀπρεπές τι ἐπιγνῶναι, οὐδὲ πρὸς ἱεροῖς τοῖς κοινοῖς σκῦλα ἀπὸ ἡμῶν τῶν εὐεργετῶν τῆς Ἑλλάδος ἀνατεθῆναι. δεινὸν δὲ δόξει εἶναι Πλάταιαν Λακεδαιμονίους πορθῆσαι, καὶ τοὺς μὲν πατέρας ἀναγράψαι ἐς τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς δι' ἀρετὴν τὴν πόλιν, ὑμᾶς δὲ καὶ ἐκ παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πανοικησίᾳ διὰ Θηβαίους ἐξαλεῖψαι. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ξυμφορᾶς προκεχωρήκαμεν, οἵτινες Μήδων τε κρατησάντων ἀπωλλύμεθα, καὶ νῦν ἐν ὑμῖν τοῖς πρὶν φιλτάτοις Θηβαίων ἡσσώμεθα. καὶ δύο ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ὑπέστημεν, τότε μὲν, τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι, νῦν δὲ θανάτου δίκῃ κρίνεσθαι. καὶ περιεώσμεθα ἐκ πάντων Πλαταιῆς, οἱ παρὰ δύναμιν πρόθυμοι ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἐρῆμοι καὶ ἀτιμώρητοι. καὶ οὔτε τῶν τότε ξυμμάχων ὠφελεῖ οὐδείς, ὑμεῖς τε, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἡ μόνη ἐλπίς, δέδιμεν μὴ οὐ βέβαιοι ἦτε. καίτοι ἀξιοῦμέν γε καὶ θεῶν ἕνεκα τῶν ξυμμαχικῶν ποτε γενομένων, καὶ τῆς ἀρετῆς τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας, καμφθῆναι ὑμᾶς, καὶ μεταγνῶναι, εἴ τι ὑπὸ Θηβαίων ἐπείσθητε· τήν τε δωρεὰν ἀνταπαιτῆσαι, αὐτοὺς μὴ κτείνειν οὓς μὴ ὑμῖν πρέπει, σώφρονά τε ἀντὶ αἰσχρᾶς κομίσασθαι χάριν, καὶ μὴ ἡδονὴν δόντας ἄλλοις, κακίαν αὐτοὺς ἀντιλαβεῖν. βραχὺ γὰρ τὸ τὰ ἡμέτερα σώματα διαφθεῖραι, ἐπίπονον δὲ τὴν δύσκλειαν αὐτοῦ ἀφανίσαι. οὐκ ἐχθροὺς γὰρ ἡμᾶς εἰκότως τιμωρήσεσθε, ἀλλ' εὔνους, κατ' ἀνάγκην πολεμήσαντας. ὥστε καὶ τῶν σωμάτων ἄδειαν ποιοῦντες, ὅσια ἂν δικάζοιτε, καὶ προνοοῦντες ὅτι ἑκόντας τε ἐλάβετε, καὶ χεῖρας προϊσχομένους (ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν τούτους) ἔτι δὲ καὶ εὐεργέτας γεγενημένους διαπαντός. ἀποβλέψατε γὰρ ἐς πατέρων τῶν ὑμετέρων θήκας, οὓς ἀποθανόντας ὑπὸ Μήδων, καὶ ταφέντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἐτιμῶμεν κατὰ ἔτος ἕκαστον δημοσίᾳ ἐσθήμασί τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, ὅσα τε ἡ γῆ ἡμῶν ἀνεδίδου ὡραῖα, πάντων ἀπαρχὰς ἐπιφέροντες· εὖνοι μὲν ἐκ φιλίας χώρας, ξύμμαχοι δὲ ὁμαίχμοις ποτὲ γενομένοις. ὧν ὑμεῖς τοὐναντίον ἂν δράσαιτε, μὴ ὀρθῶς γνόντες. σκέψασθε δέ. Παυσανίας μὲν γὰρ ἔθαπτεν αὐτούς, νομίζων ἐν γῇ τε φιλίᾳ τιθέναι τε παρ' ἀνδράσι τοιούτοις. ὑμεῖς δὲ, εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς, καὶ χώραν τὴν Πλαταιΐδα Θηβαΐδα ποιήσετε, τί

ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ παρὰ τοῖς αὐθένταις πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς, ἀτίμους γερῶν ὧν νῦν ἴσχουσι, καταλείψετε; πρὸς δὲ καὶ γῆν, ἐν ᾗ ἠλευθερώθησαν οἱ Ἕλληνες, δουλώσετε; ἱερά τε θεῶν, οἷς εὐξάμενοι Μήδων ἐκράτησαν, ἐρημοῦτε; καὶ θυσίας τὰς πατρίους τῶν ἑσαμένων καὶ κτισάντων ἀφαιρήσεσθε; οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τάδε, οὔτε ἐς τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα καὶ ἐς τοὺς προγόνους ἁμαρτάνειν, οὔτε ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας, ἀλλοτρίας ἕνεκα ἔχθρας, μὴ αὐτοὺς ἀδικηθέντας διαφθεῖραι· φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ, οἴκτῳ σώφρονι λαβόντας, μὴ ὧν πεισόμεθα μόνον δεινότητα κατανοοῦντας, ἀλλ' οἷοί τε ἂν ὄντες πάθοιμεν, καὶ ὡς ἀστάθμητον τὸ τῆς ξυμφορᾶς, ᾧ τινί ποτ' ἂν καὶ ἀναξίως ξυμπέσοι. ἡμεῖς τε, ὡς πρέπον ἡμῖν, καὶ ὡς ἡ χρεία προσάγει, αἰτούμεθα ὑμᾶς, θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι, πεῖσαι τάδε· προφερόμενοι ὅρκους οὓς οἱ πατέρες ὑμῶν ὤμοσαν, μὴ ἀμνημονεῖν, ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν τῶν πατρῴων τάφων, καὶ ἐπικαλούμεθα τοὺς κεκμηκότας, μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις, μηδὲ τοῖς ἐχθίστοις φίλτατοι ὄντες παραδοθῆναι. ἡμέρας τε ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης, ᾗ τὰ λαμπρότατα μετ' αὐτῶν πράξαντες, νῦν ἐν τῇδε τὰ δεινότατα κινδυνεύομεν παθεῖν. ὅπερ δὲ ἀναγκαῖόν τε καὶ χαλεπώτατον τοῖς ὧδε ἔχουσι, λόγου τελευτᾶν, διότι καὶ τοῦ βίου ὁ κίνδυνος ἐγγὺς μετ' αὐτοῦ, παυόμενοι λέγομεν ἤδη ὅτι οὐ Θηβαίοις παρέδομεν τὴν πόλιν, (εἱλόμεθα γὰρ ἂν πρό γε τούτου, τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ, λιμῷ τελευτῆσαι) ὑμῖν δὲ πιστεύσαντες προσήλθομεν. καὶ δίκαιον, εἰ μὴ πείθομεν, ἐς τὰ αὐτὰ καταστήσαντας, τὸν ξυντυχόντα κίνδυνον ἐᾶσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ἐλέσθαι. ἐπισκήπτομέν τε ἅμα μή, Πλαταιῆς ὄντες, οἱ προθυμότατοι περὶ τοὺς Ἕλληνας γενόμενοι, Θηβαίοις τοῖς ἡμῖν ἐχθίστοις, ἐκ τῶν ὑμετέρων χειρῶν καὶ τῆς ὑμετέρας πίστεως, ἱκέται ὄντες, ὦ Λακεδαιμόνιοι, παραδοθῆναι· γενέσθαι τε σωτῆρας ἡμῶν, καὶ μὴ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐλευθεροῦντας, ἡμᾶς διολέσαι.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano alicubi recognita.

EQuidem, Lacedæmonii, vobis habentes fidem nos deditionem ciuitatis fecimus, non existimantes tale subeundum nobis esse iudicium, sed æquius aliquod. Neque apud alios iudices nobis disceptandum esse (quemadmodum & facimus) quàm apud vos, assensi sumus, nos ius maximè impetrare posse censentes. Nunc autem pertimescimus ne vtroque simul aberrauerimus. Suspicamur enim meritò & certamen hoc nobis esse de vita, & vos non ex æquo ad iudicandum venisse. Cuius rei signum est, quòd neque vlla nostri accusatio, quam debeamus refellere, antecessit, sed ipsi vt loqueremur poposcimus: & interrogatio vestra perbreuis fuit: ad quam vera responsio, causæ nostræ inimica est: falsa, coargui potest. Vndique itaque ancipiti in conditione constituti, & cogimur, & tutius quàm tacere arbitramur, non prius periclitari quàm aliquid dixerimus. Etenim id quod dici potuit, si dictum non est, occasionem conquerendi præbuerit, tanquam salutare futurum si dictum fuisset. Difficilis est autem nobis præter cætera, persuadendi ratio. Nam si ignoti essemus, afferendis testimoniis quorum essetis ignari, haud dubiè proficeremus: nunc apud scientes omnia loquemur veriti, non quidem ne nobis (quos antea cognitos habetis) hoc crimini detis quòd nostræ virtutes vestrorum sociorum virtutibus inferiores sint, sed ne ad aliorum gratiam iudicium subeamus iam peractum. Nihilo tamen minus quid iuris & aduersus simultatem Thebanorum & erga vos cæterósque Græcos habeamus, exhibebimus, ac persuadere conabimur, nostra benefacta recensentes. Etenim quòd ad breuem illam interrogationem pertinet, nunquid hoc bello de Lacedæmoniis sociisque bene meriti simus, dicimus, si vt hostes interrogamur, non fecisse vobis iniuriam quòd nullo vos beneficio affecimus: sin vt amici, nostra sententia vos peccasse potius bellum nobis inferentes. At in pace & aduersus Medum strenui fuimus, quippe qui illam quidẽ nõ violauerimus, hunc autẽ vnà aggressi simus pro libertate Græciæ soli ex Bœotis. Siquidem quũ mediterranei essemus, tamen apud Artemisiũ prælio nauali pugnauimus: & dum in agro nostro dimicatum est, vobis ac Pausaniæ affuimus: & siqua alia per id tempus cum discrimine sunt à Græcis gesta, eorum nos omniũ participes supra vires extitimus. Vobis quoque separatim, Lacedæmonii, quum maximus Spartam terror circunstetisset, post terræmotum, facta in Ithome mancipiorũ defectione, tertiam ex nobisipsis partem auxilio misimus: quarum rerum nefas est *vobis* excidere memoriam. Et talem quidem priscis temporibus operam optimámque nauauimus. At hostes postea fuimus. Vos in culpa, qui nos societatem obsecrantes, quum à Thebanis co-

geremur, reiecistis, vtque ad Athenie̅ses, tanquam vicinos, confugeremus, iussistis, qu̅u ipsi longinqui essetis. In bello itaque nihil indignum à nobis neque passi fuistis, neque passuri. Quòd si ab Atheniensibus vestro iussu deficere noluimus, haud iniurium est. Etenim qu̅u nos illi contra Thebanos, dum vos pigebat, adiuuerint, prodere eos honestum nō erat: præsertim quos in societatem precibus adduxissemus, à quibus beneficia, à quibus ius ciuitatis accepissemus. Imò decuit, quæcunque nobis illi præcepissent, nos strenuè exequi. At quæ vos duces cum suis vtrique sociis egistis, siquid non probè egistis, facti culpa non penes illos est qui sequuti sunt, sed penes eos qui duces ad prauè agendum extiterunt. Thebani verò cum alias multas iniurias nobis intulerunt, tum verò postremam hanc, quæ (vt nostis) horum causa est quæ patimur. Nam quum vrbem nostram fœderum tempore & in sacris inuaderent, meritò eos supplicio affecimus: secu̅dum communem omnium legem, quæ sanxit, hostem mulctare licere à quo inuadaris. propter quem mulctatum, nunc haud rectè nos plectimur. Nam si iustitiam præsenti vtilitate vestra, ex illorum commilitio, metiemini, profectò nō religiosos vos iudices esse declarabitis, & commodo magis quàm honesto inseruire. Quòd si vobis isti nunc vtiles videntur esse, certè multo nos magis ac reliqui Græci tunc vtiles extitimus, quum in maius essetis discrimen adducti. Nunc enim alios inuaditis, ipsis formidolosi: at eo tempore barbarus seruitutem omnibus Græcis imponebat, quum isti cum illo fuerunt. Adeo vt iustum sit, huic nostro peccato (siquid peccauimus) opponi nostrum quo tunc erga vos fuimus studium. quod ipso peccato maius esse reperietis: & eo magis, quòd ea tempestate rari fuerunt è Græcis qui virtutem obiicerent suam viribus Xerxis: laudatique potius sunt qui, dum inuaderentur, non habuerunt rationem vtilitatis tutelæque suæ, male̅tes cum periculo audere pulcherrima: ex quibus nos fuimus, & quidem præcipuo honore affecti. Quo nomine nunc ne pereamus veremur, sequuti potius Athenienses iustè, quàm vos vtiliter. Enimuerò decet idem de eisdem rebus vos sentire pariter, & id declarare, nec aliud quicquam existimare esse vtilitatem, quàm qu̅u sociis qui strenuè se gesserint, certam semper fortitudinis gratiam referendo, præsentia negotia ex vsu vestro constituuntur. Considerate quoque, nunc à plerisque vos Græcis existimari probitatis esse virtutisque exemplar. Qui si de nobis iniquam tuleritis sententiam, videte (non enim occultè hanc causam iudicabitis) ne factum vestrum non probetur, qui de nobis bonis viris ipsi meliores indecens aliquid statueritis, & hominum de Græcia bene meritorum spolia publicis in templis reponatis. Et sanè indignu̅ videatur, vos Lacedæmonios euertere Platæas, quam ciuitatem patres vestri virtutis ergò in tripode Delphico inscripserunt, & ex omni Græcia prorsus delere, propter Thebanos. Eò nanque calamitatis deuenimus, vt & perituri fuerimus si Medi vicissent, & nunc apud vos, prius amicissimos, superemur à Thebanis: duasque difficultates maximas subeamus, tunc quidem fame pereundi, nisi nos vrbemque dedissemus, nunc autem, capitis causam dicendi. Et reiecti sumus ex omnibus *Græciæ populis* Platæenses, deserti & inulti, qui supra vires fuimus studiosi Græcorum: qu̅umque eorum tunc sociorum non sit quisquam nobis auxilio, ne vos etiam Lacedæmonii, vnica spes nostra, parum firmi sitis, extimescimus. Sed petimus à vobis, & per deos, qui sociales aliquando fuerunt, & per virtutem quam erga Græcos præstitimus, vt animos vestros flectatis: & siquid à Thebanis persuasi estis, à sententia recedatis: reposcatisque vicissim illos gratiam vestram de nobis non occidendis, quos minimè debetis: atque *ita* honestam gratiam pro turpi recipiatis: nec in præbenda aliis voluptate dedecus ipsi accipiatis. Nam in promptu est vobis corpora nostra morte mulctare, sed arduu̅ eius facti infamiam abolere, quòd nos iniquo supplicio afficiatis, homines vobis amicos, non inimicos, etsi necessitate hostes fuerimus. Itaque si nobis metum mortis exemeritis, innocenter iudicaueritis: illud ante omnia cogitantes, in vestra nos potestate venisse volu̅tarios, ac manus tende̅tes *more supplicum*: cuiusmodi homines Græciæ ritus occidi vetat. Præterea de vobis perpetuò nos esse benemeritos. Intuemini nanq; sepulchra patrum vestrorum, quos à Medis interemptos, & in nostra terra sitos, quotannis publicè honestabamus cu̅ aliis inferis, tum verò indume̅torum apparatu: primitiis etiam fructuum

quoſcunque noſtrum ſolum fert, iuſta ſoluentes, viri ex amica vobis regione & beneuoli, aliquando ſocii veſtri ac commilitones. Quibus vos è cõtrario feceritis, non rectè ſentientes. Conſiderate enim: Pauſanias quidem qui illos ſepeliit, tanquam in terra amica & apud amicos ſepeliit: vos autem, ſi nos occideritis, agrúmque Platæenſem feceritis Thebanum, quid aliud quàm patres veſtros atque cognatos, iis quibus nunc afficiuntur honoribus exutos, relinquetis in terra hoſtili, & apud ipſos interfectores? inſuper ſolum in quo Græci ſeruitute liberati ſunt, in ſeruitutem redigetis? delubra deûm apud quæ conceptis votis illi Medos ſuperarunt, deſerta patiemini? patria ſacrificia eorũ qui *ea* condiderunt ædificarúntque, tolletis? rem profectò, Lacedæmonii, indignam veſtra gloria, indignã publicis Græciæ inſtitutis, indignam progenitorum memoria, indignam beneficiis noſtris, vt alienæ inimicitiæ gratia, nihil ipſi læſi, nos occidatis: quũ dignum ſit vt veniam detis, vt animo frangamini, vt modeſta capiamini miſericordia: conſiderantes non ſolùm atrocitatem eorum quæ futurum eſt vt patiamur, ſed etiam quales ſimus qui ea patiemur: *conſiderantes* quoque, incertum eſſe cui calamitas etiam immerenti euentura ſit. Vos itaque, prout debemus, & prout neceſſitas cogit, oramus, implorantes eorundem altarium & communes Græciæ deos, vt nobis hæc allegantibus aſſentiamini: ne iuſiurandum quod patres veſtri iurarunt, obliuiſcamini, per quorum ſepulchra ſupplicamus, inuocãtes etiam eos vita defunctos, ne ſubiiciamur Thebanis, néve amiciſſimi veſtri inimiciſſimis noſtris tradamur: illum vobis in memoriam redigentes diem quo cum patribus veſtris præclariſſima geſſimus, quum hodierno duriſſima quæque pati periclitemur. Sed quoniam hominibus in hãc conditionem redactis, vt neceſſarium, ita grauiſſimum eſt finem loquendi facere, quia cum fine loquendi finiri vita periclitatur: loqui ceſſantes iam dicimus, ciuitatem nos vrbémque tradidiſſe non Thebanis (præoptaſſemus enim, quàm hoc, turpiſſima nece faméque interire) ſed vobis, fidem vobis habẽtes. Quod niſi exoramus, iuſtum eſt vos, poſtquam in eadem nos vnde proceſſimus reſtitueritis, ſinere quodcunque periculum deligere. Hoc etiam obſecramus, ne Platæenſes homines, Græcorum aliquando ſtudioſiſſimi, ex veſtris manibus, Lacedæmonii, éque veſtra fide & veſtri ſupplices, Thebanis capitaliſſimis inimicis prodamur: ſed noſtræ ſalutis autores ſitis, ne, qui cæteros Græcos vindicatis in libertatem, iidem nos extinguatis.

THEBANORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Thebani, accerrimi Platæenſium oppugnatores, tum in obſidione, tum in illorum poſt deditionem reatu & cauſæ dictione, veriti ne Lacedæmonii, illorum defenſione commoti, aliquid de ſeueritate remitterent: ſimul quòd iis nonnulla turpiter facta Platæẽſes obieciſſent, facta dicendi poteſtate, reos illos peragere hac oratione conati ſunt. Reſpondent ad ſingula capita defenſionis Platæenſium. Primum erat de cauſa neceſſaria, quæ eos ad ſocietatem Athenienſium compuliſſet: ei opponunt ſuæ oppugnationis tum temporis æquitatem. Secundum de egregia opera in vindicanda Græciæ libertate, & de Thebanorũ in eadem cauſa perfidia. cui opponũt Thebani vim potẽtiorum, à quibus id temporis ipſorum ciuitas terrebatur: & poſt ea tempora ſuam erga Græcos fidem, Platæenſium perfidiam: & in eos grauius delictum regerunt. quo loco ipſorum cum Athenienſibus ſocietatem exagitat. Tertium erat de Thebanorum clãdeſtino ingreſſu ad Platæas opprimendas: retorquent illi ſe paci publicæ conſuluiſſe, & Bœotiæ vrbem ad Bœotiæ ſocietatem reuocare voluiſſe: ſimúlque perfidioſam ſuorum cædem illis obiiciunt. Reliqua erant, quibus auitam virtutem & ſepulchra Lacedæmoniorum quæ in ſuo agro eſſent, & voluntariam deditionem ſuam Platæenſes prædicabant. Opponunt Thebani eorum iniurias, patrum ſuorum cædes in prælio, quo ab Athenienſibus ſtabant Platæenſes. Poſtremò ius belli & reatus oſtendunt.

Τοὺς μὲν λόγους οὐκ ἂν ᾐτησάμεθα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ βραχέως τὸ ἐρωτηθὲν ἀπεκρίναντο, καὶ μὴ ἐπὶ ἡμᾶς τραπόμενοι, κατηγορίαν ἐποιήσαντο, καὶ περὶ αὑτῶν, ἔξω τῶν προκειμένων, καὶ ἅμα οὐδὲ ᾐτιασμένων, πολλὴν τὴν ἀπολογίαν, καὶ ἔπαινον, ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο. νῦν δὲ πρὸς μὲν τὰ ἀντειπεῖν δεῖ, τῶν δὲ ἔλεγχον ποιήσασθαι, ἵνα μήτε ἡ ἡμετέρα αὐτοὺς κακία ὠφελῇ, μήτε ἡ τούτων δόξα· τὸ δ' ἀληθὲς περὶ ἀμφοτέρων ἀκούσαντες, κρίνητε. ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς

διάφοροι ἐγενόμεθα τὸ πρῶτον, ὅτι ἡμῶν κτισάντων Πλάταιαν ὕστερον τῆς ἄλλης Βοιωτίας, καὶ ἄλλα χωρία μετ' αὐτῆς, ἃ ξυμμίκτους ἀνθρώπους ἐξελάσαντες ἔσχομεν, οὐκ ἠξίουν οὗτοι, ὥσπερ ἐτάχθη τὸ πρῶτον, ἡγεμονεύεσθαι ὑφ' ἡμῶν· ἔξω δὲ τῶν ἄλλων Βοιωτῶν παραβαίνοντες τὰ πάτρια, ἐπειδὴ προσηναγκάζοντο, προσεχώρησαν πρὸς Ἀθηναίους, καὶ μετ' αὐτῶν πολλὰ ἡμᾶς ἔβλαπτον, ἀνθ' ὧν καὶ ἀντέπασχον. ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ βάρβαρος ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, φασὶ μόνοι Βοιωτῶν οὐ μηδίσαι, καὶ τούτῳ μάλιστα αὐτοί τε ἀγάλλονται, καὶ ἡμᾶς λοιδοροῦσιν. ἡμεῖς δὲ μηδίσαι μὲν αὐτούς οὔ φαμεν, διότι οὐδ' Ἀθηναίους· τῇ μέντοι αὐτῇ ἰδέᾳ ὕστερον Ἀθηναίων ἰόντων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, μόνους αὖ Βοιωτῶν ἀττικίσαι. καίτοι σκέψασθε ἐν οἵῳ εἴδει ἑκάτεροι ἡμῶν τοῦτο ἔπραξαν. ἡμῖν μὲν γὰρ ἡ πόλις τότε ἐτύγχανεν οὔτε κατ' ὀλιγαρχίαν ἰσόνομον πολιτεύουσα, οὔτε κατὰ δημοκρατίαν· ὅπερ δέ ἐστι νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου, δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν εἶχε τὰ πράγματα. καὶ οὗτοι ἰδίας δυνάμεις ἐλπίσαντες ἔτι μᾶλλον σχήσειν εἰ τὰ τοῦ Μήδου κρατήσειε, κατέχοντες ἰσχύϊ τὸ πλῆθος, ἐπηγάγοντο αὐτόν. καὶ ἡ ξύμπασα πόλις οὐκ αὐτοκράτωρ οὖσα ἑαυτῆς τοῦτ' ἔπραξεν· οὐδ' ἄξιον αὐτῇ ὀνειδίσαι ὧν μὴ μετὰ νόμων ἥμαρτεν. ἐπειδὴ γοῦν ὅ, τε Μῆδος ἀπῆλθε, καὶ τοὺς νόμους ἔλαβε, σκέψασθαι χρή, Ἀθηναίων ὕστερον ἐπιόντων, τήν τε ἄλλην Ἑλλάδα καὶ τὴν ἡμετέραν χώραν πειρωμένων ὑφ' αὑτοῖς ποιεῖσθαι, καὶ κατὰ στάσιν ἤδη ἐχόντων αὐτῆς τὰ πολλά, εἰ μαχόμενοι ἐν Κορωνείᾳ, καὶ νικήσαντες αὐτούς, ἠλευθερώσαμεν τὴν Βοιωτίαν, καὶ τοὺς ἄλλους νῦν προθύμως ξυνελευθεροῦμεν, ἵππους τε παρέχοντες, καὶ παρασκευὴν ὅσην οὐκ ἄλλοι τῶν ξυμμάχων. καὶ τὰ μὲν ἐς τὸν μηδισμὸν τοσαῦτα ἀπολογούμεθα. ὡς δὲ ὑμεῖς μᾶλλόν τε ἠδικήκατε τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀξιώτεροί ἐστε πάσης ζημίας, πειρασόμεθα ἀποφαίνειν. ἐγένεσθε ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ τιμωρίᾳ, ὡς φατέ, Ἀθηναίων ξύμμαχοι καὶ πολῖται. οὐκοῦν χρῆν τὰ πρὸς ἡμᾶς μόνον ὑμᾶς ἐπάγεσθαι αὐτούς, καὶ μὴ ξυνεπιέναι μετ' αὐτῶν ἄλλοις, ὑπάρχον γε ὑμῖν, εἴ τι καὶ ἄκοντες προσήγεσθε ὑπ' Ἀθηναίων, τῆς τῶν Λακεδαιμονίων τῶνδε ἤδη ἐπὶ τῷ Μήδῳ ξυμμαχίας γεγενημένης, ἣν αὐτοὶ μάλιστα προβάλλεσθε· ἱκανή γε ἦν ἡμᾶς τε ὑμῶν ἀποτρέπειν, καί, τὸ μέγιστον, ἀδεῶς παρέχειν βουλεύεσθαι. ἀλλ' ἑκόντες καὶ οὐ βιαζόμενοι ἔτι εἵλεσθε μᾶλλον τὰ τῶν Ἀθηναίων. καὶ λέγετε ὡς αἰσχρὸν ἦν προδοῦναι τοὺς εὐεργέτας. πολὺ δέ γε αἴσχιον καὶ ἀδικώτερον τοὺς πάντας Ἕλληνας καταπροδοῦναι, οἷς ξυνωμόσατε, ἢ Ἀθηναίους μόνους, τοὺς μέν, καταδουλουμένους τὴν Ἑλλάδα, τοὺς δέ, ἐλευθεροῦντας. καὶ οὐκ ἴσην αὐτοῖς τὴν χάριν ἀνταπέδοτε, οὐδὲ αἰσχύνης ἀπηλλαγμένην. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀδικούμενοι αὐτούς, ὡς φατέ, ἐπηγάγεσθε, τοῖς δὲ ἀδικοῦσιν ἄλλους ξυνεργοὶ κατέστητε. καίτοι τὰς ὁμοίας χάριτας μὴ ἀντιδιδόναι αἰσχρὸν μᾶλλον, ἢ τὰς μετὰ δικαιοσύνης μὲν ὀφειληθείσας, ἐς ἀδικίαν δὲ ἀποδιδομένας. δῆλόν τε ἐποιήσατε, οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μόνοι οὐ μηδίσαντες, ἀλλ' ὅτι οὐδ' Ἀθηναῖοι. ὑμεῖς δὲ τοῖς μὲν ταὐτὰ βουλόμενοι ποιεῖν, τοῖς δὲ τἀναντία. καὶ νῦν ἀξιοῦτε, ἀφ' ὧν δι' ἑτέρους ἐγένεσθε ἀγαθοί, ἀπὸ τούτων ὠφελεῖσθαι. ἀλλ' οὐκ εἰκός· ὥσπερ δὲ Ἀθηναίους εἵλεσθε, τούτοις ξυναγωνίζεσθε, καὶ μὴ προφέρετε τὴν τότε γενομένην ξυνωμοσίαν, ὡς χρὴ ἀπ' αὐτῆς νῦν σώζεσθαι. ἀπελείπετε γὰρ αὐτήν, καὶ παραβάντες, ξυγκατεδουλοῦσθε μᾶλλον Αἰγινήτας, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ξυνομοσάντων, ἢ διεκωλύετε. καὶ ταῦτα, οὔτε ἄκοντες, ἔχοντές τε τοὺς νόμους οὕσπερ μέχρι τοῦ δεῦρο, καὶ οὐδενὸς ὑμᾶς βιασαμένου, ὥσπερ ἡμᾶς. τὴν τελευταίαν τε, πρὶν περιτειχίζεσθαι, πρόκλησιν ἐς ἡσυχίαν ὑμῶν, ὥστε μηδετέροις ἀμύνειν, οὐκ ἐδέχεσθε. τίνες ἂν οὖν ὑμῶν δικαιότερον πᾶσι τοῖς Ἕλλησι μισοῖντο, οἵτινες ἐπὶ τῷ ἐκείνων κακῷ ἀνδραγαθίαν προὐθέσθε; καὶ ἃ μέν ποτε χρηστοὶ ἐγένεσθε, ὡς φατέ, οὐ προσήκοντα νῦν ἐπεδείξατε· ἃ δὲ ἡ φύσις αἰεὶ ἐβούλετο, ἐξηλέγχθη ἐς τὸ ἀληθές. μετὰ γὰρ Ἀθηναίων ἄδικον ὁδὸν ἰόντων ἐχωρήσατε. τὰ μὲν οὖν ἐς τὸν ἡμέτερόν τε ἀκούσιον μηδισμόν, καὶ τὸν ὑμέτερον ἑκούσιον ἀττικισμόν, τοιαῦτα ἀποφαίνομεν. ἃ δὲ τελευταῖά φατε ἀδικηθῆναι (παρανόμως γὰρ ἐλθεῖν ἡμᾶς ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνίαις ἐπὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν) οὐ νομίζομεν οὐδ' ἐν τούτοις ὑμῶν μᾶλλον ἁμαρτάνειν. εἰ μὲν γὰρ ἡμεῖς αὐτοὶ πρός τε τὴν πόλιν ἐλθόντες ἐμαχόμεθα, καὶ τὴν γῆν ἐδῃοῦμεν ὡς πολέμιοι, ἀδικοῦμεν· εἰ δὲ ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι καὶ χρήμασι καὶ γένει, βουλόμενοι τῆς μὲν ἔξω ξυμμαχίας ὑμᾶς παῦσαι, ἐς δὲ τὰ κοινὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια καταστῆσαι, ἐπεκαλέσαντο ἑκόντες, τί ἀδικοῦμεν; οἱ γὰρ ἄγοντες παρανομοῦσι μᾶλλον τῶν ἑπομένων. ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι (ὡς ἡμεῖς κρίνομεν) οὔθ' ἡμεῖς. πολῖται δὲ ὄντες, ὥσπερ ὑμεῖς, καὶ πλείω παραβαλλόμενοι, τὸ ἑαυτῶν τεῖχος ἀνοίξαντες, καὶ ἐς τὴν αὐτῶν πόλιν φιλίως, οὐ πολεμίως, κομίσαντες, ἐβούλοντο τούς τε ὑμῶν χείρους, μηκέτι μᾶλλον γενέσθαι, τούς τε ἀμείνους τὰ ἄξια ἔχειν, σωφρονισταὶ ὄντες τῆς γνώμης, καὶ τῶν σωμάτων τὴν πόλιν οὐκ ἀλλοτριοῦντες, ἀλλ' ἐς τὴν ξυγγένειαν οἰκειοῦντες, ἐχθροὺς οὐδενὶ καθιστάντες, ἅπασι δ' ὁμοίως ἐνσπόνδους. τεκμήριον δὲ ὡς οὐ πολεμίως ἐπράσσομεν· οὔτε γὰρ ἠδικήσαμεν οὐδένα, προείπομέν τε, τὸν βουλόμενον κατὰ τὰ τῶν πάντων Βοιωτῶν πάτρια πολιτεύειν, ἰέναι πρὸς ἡμᾶς. καὶ ὑμεῖς ἄσμενοι χωρήσαντες, καὶ ξύμβασιν ποιησάμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχάζετε. ὕστερον δέ, κατανοήσαντες ἡμᾶς ὀλίγους ὄντας, (εἰ ἄρα καὶ ἐδοκοῦμέν τι ἀνεπιεικέστερον πρᾶξαι, οὐ μετὰ τοῦ πλήθους ὑμῶν εἰσελθόντες) τὰ μὲν ὅμοια οὐκ ἀνταπέδοτε ἡμῖν, μήτε νεωτερίσαι ἔργῳ, λόγοις τε πείθειν ὥστε ἐξελθεῖν· ἐπιθέμενοι δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν, οὓς μὲν ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν (κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπασχον) οὓς δὲ χεῖρας προϊσχομένους, καὶ ζωγρήσαντες, ὑποσχόμενοί τε ἡμῖν ὕστερον μὴ κτενεῖν, παρανόμως διεφθείρατε, πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε; καὶ ταῦτα, τρεῖς ἀδικίας ἐν ὀλίγῳ πράξαντες, τήν τε λυθεῖσαν ὁμολογίαν, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸν ὕστερον θάνατον, καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἡμῖν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν, ἢν τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς ὑμῖν ἀδικῶμεν, ὅμως φατὲ ἡμᾶς παρανομῆσαι, καὶ αὐτοὶ ἀξιοῦτε μὴ ἀντιδοῦναι δίκην. οὐκ, ἤν γε οὗτοι τὰ ὀρθὰ γιγνώσκωσι· πάντων δὲ αὐτῶν ἕνεκα κολασθήσεσθε. καὶ ταῦτα ὦ Λακεδαιμόνιοι τούτου ἕνεκα ἐπεξήλθομεν, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰδῆτε δικαίως αὐτῶν καταγνωσόμενοι, ἡμεῖς δὲ ἔτι ὁσιώτερον τετιμωρημένοι. καὶ μὴ παλαιὰς ἀρετάς, εἴ τινες ἄρα καὶ ἐγένοντο, ἀκούοντες, ἐπικλασθῆτε, ἃς χρὴ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐπικούρους εἶναι, τοῖς δὲ αἰσχρόν τι δρῶσι, διπλασίας ζημίας, ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἁμαρτάνουσι. μηδὲ ὀλοφυρμῷ καὶ οἴκτῳ ὠφελείσθωσαν, πατέρων τε τάφους τῶν ὑμετέρων ἐπιβοώμενοι, καὶ τὴν σφετέραν ἐρημίαν. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀνταποφαίνομεν πολλῷ δεινότερα παθοῦσαν τὴν ὑπὸ τούτων ἡλικίαν ἡμῶν διεφθαρμένην, ὧν πατέρες, οἱ μέν, πρὸς ὑμᾶς τὴν Βοιωτίαν ἄγοντες, ἀπέθανον ἐν Κορωνείᾳ· οἱ δὲ πρεσβῦται λελειμμένοι, καὶ οἰκίαι ἔρημοι πολλῷ δικαιοτέραν ὑμῶν ἱκετείαν ποιοῦνται, τούσδε τιμωρήσασθαι. οἴκτου τε ἀξιώτεροι τυγχάνειν οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ δικαίως (ὥσπερ οἵδε) τὰ ἐναντία, ἐπίχαρτοι εἶναι. καὶ τὴν νῦν

ἐρημίαν δι' ἑαυτοὺς ἔχουσι. τοὺς γὰρ ἀμείνους ξυμμάχους ἑκόντες ἀπεώσαντο. παρηνομήκασί τε, οὐ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν, μίσει δὲ πλέον ἢ δίκῃ κρίναντες, καὶ οὐκ ἀνταποδόντες νῦν τὴν ἴσην τιμωρίαν. ἔννομα γὰρ πείσονται, καὶ οὐχὶ ἐκ μάχης χεῖρας προϊσχόμενοι, ὥσπερ φασὶν, ἀλλ' ἀπὸ ξυμβάσεως ἐς δίκην σφᾶς αὐτοὺς παραδόντες. ἀμύνατε οὖν ὦ Λακεδαιμόνιοι καὶ τῷ τῶν Ἑλλήνων νόμῳ ὑπὸ τῶνδε παραβαθέντι, καὶ ἡμῖν ἄνομα παθοῦσιν ἀνταπόδοτε χάριν δικαίαν ὧν πρόθυμοι γεγενήμεθα· καὶ μὴ τοῖς τῶνδε λόγοις περιωσθῶμεν ἐν ὑμῖν. ποιήσατε δὲ τοῖς Ἕλλησι παράδειγμα, οὐ λόγων τοὺς ἀγῶνας προθήσοντες, ἀλλ' ἔργων· ὧν ἀγαθῶν μὲν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἀπαγγελία ἀρκεῖ· ἁμαρτανομένων δὲ, λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες, προκαλύμματα γίγνονται. ἀλλ' ἢν οἱ ἡγεμόνες, ὥσπερ νῦν ὑμεῖς, κεφαλαιώσαντες πρὸς τοὺς ξύμπαντας διαγνώμας ποιήσησθε, ἧσσόν τις ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις λόγους καλοὺς ζητήσει.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

Equidem dicendi partes haudquaquam postulassemus si isti & breuiter ad interrogata respódissent, nec in nos conuersi crimina obiecissent, nec seipsos præter rem tum excusassent, nemine accusante, tum laudassent, nullo detrahēte. Nunc autem oportet ea nos partim negare, partim coarguere, ne ipsis & sua iactantia & nostra prosit inertia: & vt vos, auditis vtrisque, quid veri sit iudicetis. Iam primùm cur horum aduersarii facti simus, hinc extitit, quòd quum Platæam ex omni Bœotia postremam cōdidissemus, aliáque cum hac oppida, quæ conuenis exterminatis obtinuimus, isti nostrum imperium, quale à principio fuerat constitutum, dedignabantur: quum autem secus quàm cæteri Bœoti, patria instituta violantes, cogerentur *à nobis*, ad Athenienses defecere, cúmque illis nos permultis iacturis affecere, quarum & talionē acceperunt. At postquam barbarus Græciam inuasit, aiūt se solos ex Bœotis non sensisse cum Medis: & in hoc præcipuè tum se iactant, tum nobis conuitiantur. Nos verò fatemur eos non sensisse cum Medis, quia nec Athenienses: verùm quum eadem ratione tenderet Athenienses aduersus Græcos, dicimus eos solos ex Bœotis ab Atheniensibus stetisse. Atque id quo pacto vtrique fecerimus considerate. Nostra quidem ciuitas ea tempestate neque per legitimum paucorum principatum, neque per popularem statum administrabatur sed (quod legibus & modestiæ maximè aduersarium est, proximéque ad tyrānidem accedit) potentia paucorum, qui suas facultates fundandi spe, si Medus rerum potiretur, vi plebem coercentes, barbarum induxerunt. Quod certè ciuitas vniuersa non fecit: neque tunc sui arbitrii fuit, vt dignum sit exprobrare ei quæ nō saluis legibus admisit. At vbi post Medi discessum leges recepit, considerare oportet, quum postea Athenienses inuaderent Græciam, & suæ ditioni nostram regionem subiicere conarentur, eiúsque, propter intestinas discordias, bonam partem iam subiecissent, nunquid nos pugna ad Chæroneam commissa, victores Bœotiam liberauerimus, & nunc libenter reliquam Græciam cum cæteris liberemus, tantum equorum copiarúmque præstantes quantum nulli sociorum. Atque hæc hactenus de purgādo crimine quòd cum Medis sensimus. Quòd autē vos magis Græciā læseritis, ac digniores sitis omni supplicio, tētabimus ostendere. Extitistis (vt dicitis) ad nos vlciscendos Atheniensium socii atque conciues. Oportebat ergo vos duntaxat aduersum nos, non etiam aduersus alios, illis præstare comitatum: quum præsertim, siquò ab iis inuiti ducebamini, præsto Lacedæmonii essent, societate vobis cū illis iam inde cōtra Medum cōtracta, quā ipsi tantopere allegatis: quæ satis erat ad nos arcēdos ab inferēda vobis iniuria, & ad vestræ prorsus securitati consulendū. Sed nimirū volentes, nō coacti, adhuc magis partes Atheniensiū elegistis. Et postea dicitis turpe futurū fuisse prodere benemeritos: imò turpius fuit vniuersos prodere Græcos, cū quibus cōiurastis, quàm solos Athenienses: hos quidē, Græciā in seruitutem redigētes, illos verò, liberantes: quibus non similem vos gratiam retulistis, nec à dedecore alienam. Quippe iniuria lacessitū (vt dicitis) illos asciuistis: at eisdem in facienda aliis iniuria vos socios præstitistis. Et sanè minus turpe est similem gratiam non reddere, quàm eam quæ cum iustitia debetur, per iniustitiam reddere. Ex quo declarastis vos solos ex Bœotis, non Græcorū causa nō stetisse à Medis, sed quia nec Athenienses steterunt, eadem quæ illi facere volentes, contraria quàm cæteri Græci. Et nūc vt ea vobis prosint quæ aliorum causa fortiter egistis, postulatis. Verùm id nequaquā est

æquũ:ſed quemadmodũ Athenienſes elegiſtis,ſic ab eis adiuuemini:nec allegetis illius tẽporis coniurationẽ,tanquam nũc ob illam vos liberari oporteat cuius deſertores prævaricatoréſque fuiſtis,ad AEginetas potius,& aliquot aliorũ qui coniurauerant ſubigẽgendos,quàm ad eos ſubigi prohibendos:idque neq; inuiti,vt pote ſaluis legibus, quas in hunc diem habetis,neque,ſicuti nos,ab aliquo coacti. Nouiſſimam quoque, antequam muro concluderemini, exhortationẽ, ne eſſetis in partibus, ſed hoc bello ſuperſederetis,admittere recuſaſtis.Quinam igitur ſunt apud omnes Græcos vobis odio digniores,qui in illorum perniciem ſtrenui eſſe inſtituiſtis? Cæterùm veſtra quidem illa fortia facta quæ prædicatis,vobis non conuenire declaraſtis:at ea quæ ingeniũ *veſtrum* ſemper expetebat,certò patefacta ſunt. Nam cum Athenienſibus iniquum ingredientibus iter,perrexiſtis .Hactenus quæ pertinebant ad oſtendendum & nos inuitos à Medis,& vos ab Athenienſibus voluntarios ſtetiſſe.Quòd autem ad extremum dicitis,vobis iniuriam factam,quòd nefariè nos,ſtantibus fœderibus & die ſolẽni, ad vrbem veſtram acceſſimus, ne in hoc quidem nos magis quàm vos delinquere exiſtimamus. Nam ſi dum ad vrbem veſtram venimus,oppugaſſemus vos,agrúmque hoſtili more vaſtaſſemus,iniurii nimirum fuiſſemus:ſin verò quidam ex vobis tum opibus tum genere primores,quòd vellent vos ab externa ſocietate deſinere ,& ad communia Bœotorum omnium redire iura,nos vltrò accerſierunt,quid tandem iniuriæ facimus? Qui enim ducunt,potius quàm qui ſequuntur,delinqunt.Quanquam nec nos,nec illi(vt noſtra fert opinio) delinquunt. Quippe quum ciues eſſent, vt vos,& de pluribus quàm vos rebus periclitarentur,ſuas ipſorũ portas aperuerũt: & in ſuam vrbẽ intromittẽtes amicè nos,non hoſtiliter,volebant eos qui ex vobis improbiores eſſent,non iam magis *improbos* eſſe: & qui boni,quæ merebãtur,obtinere:caſtigantes animum veſtrum, non autem corporibus ciuitatem orbantes,ſed redintegrantes in priſtinam neceſſitudinem: nec vlli vos hoſtes eſſe, ſed cum omnibus æqualiter fœderatos reddere volentes. Cuius rei ſignum eſt, quòdneque hoſtiliter egimus, (ſiquidem nemini vis illata à nobis eſt)& ediximus vt quiſquis ſecundum communes Bœotiæ ritus degere vellet, ad nos tranſiret. Vos quoque libenter tranſiſtis,ac pactione inita initio quieuiſtis: ſed poſtea quum nos paucos eſſe cognouiſſetis , (ſi fortè iniquius aliquid egiſſe videbamur, quòd non de plebis veſtræ ſententia *vrbem* ingreſſi eſſemus) parem quidem nobis vicem non retuliſtis,vt nihil noui in nos facto moliremini, & verbis perſuaderetis egredi:ſed nos contra pacta aggreſſi,de iis quidem quos re ad manus vocata interfeciſtis non tantopere dolemus : (nam iure quodam id paſſi ſunt) at *erga eos* quos & viuos & manus protendentes cepiſtis,quóſque quum ſpopondiſſetis nobis nequaquam vos interfecturos,nefariè interemiſtis,quis vos ſceleratè egiſſe neget?Idque tribus ſceleribus breui tempore perpetratis,tum ſoluendo pactionem,tum viros,poſtquam eos in fidem recepiſſetis,tum illos non iri occiſum,ſi nihil agros veſtros læderemus, mendaciter pollicendo?Et tamen dicitis nos præter ius egiſſe, & poſtulatis vt ſupplicium viciſſim non luatis.Minimè verò,ſi modò iſti conſentanea rationi *de vobis* ſtatuant: ſed eorum omnium cauſa pœnas dabitis.Atque hæc nos, Lacedæmonii,& veſtra & noſtra cauſa commemorauimus: veſtra,vt vos quidem iſtos à vobis condemnatum iri intelligatis:noſtra autem *vt ſciamus* nos iuſtas etiam pœnas eis irrogaſſe. Neque verò priſca iſtorum decora(ſiqua extiterunt)audientes vos frangant,quæ iniuriam quidem patientibus debent eſſe præſidio, iis verò qui aliquid turpitudinis admiſerunt, duplicare ſupplicium:quoniam minimè conueniens *priſtinæ ſuæ virtuti* peccatum admittunt.Neque lamentis aliquid ac miſeratione proficiant,implorãtes patrum veſtrorum ſepulchra,& ſuam ſolitudinem deplorantes.Nam multo triſtiora nos paſſam oſtendimus noſtram iuuentutem, quæ ab iſtis trucidata eſt: cuius patres partim in Coronea, vobis Bœotiam adducentes,mortem oppetierunt,partim in ſenio filiis orbati,apud deſolatas domos longè iuſtioribus vos precibus obſecrant vt de iſtis ſumatis ſupplicium. Miſericordia enim digniores ſunt homines qui immeritò aliquid patiuntur: at qui meritò(ſicut iſti) contrà *digniores ſunt* gaudio excipi. Præſentémque ſolitudinem ſuapte culpa habent:quippe qui meliores ſocios,prudentes & ſcientes aſpernati ſint. Sceleratéque egerunt,nulla antea iniuria à nobis affecti,ſed ex odio potius quàm ex iure iudiciũ

ferentes. Neque verò nunc *à vobis interficientur*, rependentes parem pœnam (immò iustas pœnas sufferent) nec ex prælio manus tendentes (vt aiunt) sed ex compositione ad causam dicendam seipsos dedentes. Quæ quum ita sint, Lacedæmonii, & legi quam isti præuaricati sunt subuenite, & nobis qui passi sumus iniqua, iustam gratiam reddite eorum quæ gnauiter gessimus: neque istorum verbis apud vos repulsam feramus. Edite Græcis exemplum, non verborum vos certamina sed factorum proponere: quæ si bona fuerint, breui commemoratione cōtenta sunt: compti autem modulatíque sermones peccatis velamenta prætendunt. Quòd si illi penes quos arbitrium est, vt nunc penes vos, contractis in summā dubiis, cunctos semel interrogarent, minus captaret aliquis in turpibus factis pulchros sermones.

Ex libro quarto historiarum Thucydidis.

DEMOSTHENIS ORATIO.

ARGUMENTUM.

Pylum obsederant Athenienses duce Demosthene: liberare eam obsidione Lacedæmonii cum sociorum copiis parabant. Terra marique res gerebatur. Aduersus pedestres copias horum, suarum partem instruxerat Demosthenes: reliquam manum maritimis eorum viribus opponit, ne appelli possint. Instructos suos hortatur hac oratione vt pro virili parte hostem arceant, & à littore ac suis operibus summoueant. Necessitatem & facultatem proponit, quum ostendit quantam locus ille retentus opportunitatem ipsis sit præbiturus: & quàm facile sit hominibus rei maritimæ peritis rudiores aditu portus prohibere.

Ἄνδρες οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου, μηδεὶς ὑμῶν ἐν τῇ τοιᾷδε ἀνάγκῃ ξυνετὸς βουλέσθω δοκεῖν εἶναι, ἐκλογιζόμενος ἅπαν τὸ περιεστὼς ἡμᾶς δεινὸν μᾶλλον, ἢ ἀπερισκέπτως εὔελπις ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς ἐναντίοις, καὶ ἐκ τούτων ἂν περιγενόμενος. ὅσα γὰρ ἐς ἀνάγκην ἀφῖκται, ὥσπερ τάδε, λογισμὸν ἥκιστα ἐνδεχόμενα, κινδύνου τοῦ ταχίστου προσδεῖται. ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πλείω ὁρῶ πρὸς ἡμῶν ὄντα, ἢν ἐθέλωμέν τε μεῖναι καὶ μὴ τῷ πλήθει αὐτῶν καταπλαγέντες, τὰ ὑπάρχοντα ἡμῖν κρείσσω καταπροδοῦναι. τοῦ τε γὰρ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ, καίπερ χαλεπὸν ὂν, εὔπορον ἔσται, μηδενὸς κωλύοντος. καὶ τὸν πολέμιον δεινότερον ἕξομεν, μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ πάλιν οὔσης τῆς ἀναχωρήσεως, ἢν καὶ ὑφ' ἡμῶν βιάζηται. ἐπὶ γὰρ ταῖς ναυσὶ ῥᾷστοί εἰσιν ἀμύνεσθαι· ἀποβάντες δὲ, ἐν τῷ ἴσῳ ἤδη. τό, τε πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἄγαν δεῖ φοβεῖσθαι. κατ' ὀλίγον γὰρ μαχεῖται, καίπερ πολὺ ὂν, ἀπορίᾳ τῆς προσορμίσεως. καὶ οὐκ ἐν γῇ στρατός ἐστιν ἐκ τοῦ ὁμοίου μείζων, ἀλλ' ἀπὸ νεῶν, αἷς πολλὰ τὰ καίρια δεῖ ἐν τῇ θαλάσσῃ ξυμβῆναι. ὥστε τὰς τούτων ἀπορίας ἀντιπάλους ἡγοῦμαι τῷ ἡμετέρῳ πλήθει. καὶ ἅμα ἀξιῶ ὑμᾶς, Ἀθηναίους ὄντας, καὶ ἐπισταμένους ἐμπειρίᾳ τὴν ναυτικὴν ἐπ' ἄλλους ἀπόβασιν (ὅτι εἴ τις ὑπομένοι, καὶ μὴ φόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν δεινότητος κατάπλου ὑποχωροίη, οὐκ ἄν ποτε βιάζοιτο) καὶ αὐτοὺς νῦν μεῖναί τε, καὶ ἀμυνομένους παρ' αὐτὴν τὴν ῥαχίαν, σῴζειν ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ χωρίον.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

Viri, qui mecū hoc subiistis periculum, nemo vestrum malit in hac necessitate videri intelligens, reputando omnes quæ nos circūstant difficultates, potius quàm citra consultationem hostes inuadere: spem bonam concipiens fore vt etiam incolumis ex iis euadat. Quæcunque enim (vt hæc ipsa) in necessitatem deuenerunt, eorū minimè iniri ratio potest, sed periclitatione celerrima opus habent. Quanquam ego plura nobiscum facere video, si & impetum eorum sustinere, nec quas habemus commoditates deserere volumus, multitudine illorum deterriti. Nam quòd locus accessu difficilis est, id pro nobis facere existimo. quippe qui impetum quidem sustinentibus nobis auxiliaturus sit: at, si recedamus, accessu facilis *hosti* sit futurus, quantumuis alioqui difficilis, *vtpote* nemine prohibente. Hostem quoque ex hoc acriorē habebimus, quòd ei, si à nobis vrgeatur, non facilis rursus sit sui receptio. Nam & dum in nauibus est, facillimè illi resistitur: & dum egreditur, iam æquo in loco ipsius multitudo, quamlibet magna (in exiguo enim dimicatur) non valde timenda est, ob littoris in quod descenditur iniquitatem. Neque maior ille *hostium* exercitus in terra est perinde *vt noster*, sed è nauibus *pugnaturus est*, quibus multæ commoditates in mari contingant necesse est.

Adeo suas illis difficultates existimo instar esse qualis nostra est hominum paucitas. Insuper vos obsecro, (quum sitis Athenienses, & experientia in alios è nauibus desiliendi, sciatis, siquis perstet, nec terrore illisorum fluctuum & cum impetu incurrentium nauium summoueatur, hunc nunquam vi summoueri) vt maneatis ad ipsas littoris salebras arcentes hostem, vósque ipsos pariter ac locum conseruetis.

LACEDAEMONIORUM ORATIO.

ARGUMENTUM.

Lacedæmonii, re malè gesta apud Pylum, quòd nec vrbē illam obsidione liberare, nec suos, quos in insula quadam Atheniensium nauibus opposuerant, recipere poterat: (nolebant autem ad vtrosque seruandos belli aleam de integro subire) statuerunt cum Atheniensibus compositione rem totā transigere. Miserúntq; Athenas, qui pacē æquis conditionibus, si eò deduci Athenienses possent, conficerent. Eorum hæc est oratio in eam sententiam habita. Qui quum se legatos de obsessis recuperandis venisse ostendissent, multáque de moderatione, quæ in rebus secundis adhibenda est, dixissent: ad eam pacem hortati sunt Athenienses, quæ vtrisque eorum & Græciæ vniuersæ summopere expediret, ipsis verò Atheniensibus præcipuam gloriam haberet, quòd ii rebus suis integris Græciam pacassent.

Ἔπεμψαν ἡμᾶς Λακεδαιμόνιοι, ὦ Ἀθηναῖοι, περὶ τῶν ἐν τῇ νήσῳ ἀνδρῶν πράξοντας, ὅ,τι ἂν ὑμῖν τε ὠφέλιμον ὂν τὸ αὐτὸ πείθωμεν, καὶ ἡμῖν ἐς τὴν ξυμφορὰν ὡς ἐκ τῶν παρόντων κόσμον μάλιστα μέλλῃ οἴσειν. τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δὲ, ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν. λάβετε δὲ αὐτοὺς μὴ πολεμίως, μηδ' ὡς ἀξύνετοι διδασκόμενοι, ὑπόμνησιν δὲ τοῦ καλῶς βουλεύσασθαι πρὸς εἰδότας ἡγησάμενοι. ὑμῖν γὰρ εὐτυχίαν τὴν παροῦσαν ἔξεστι καλῶς θέσθαι, ἔχουσι μὲν ὧν κρατεῖτε, προσλαβοῦσι δὲ τιμὴν καὶ δόξαν, καὶ μὴ παθεῖν ὅπερ οἱ ἀήθως τι ἀγαθὸν λαμβάνοντες τῶν ἀνθρώπων. αἰεὶ γὰρ τοῦ πλέονος ἐλπίδι ὀρέγονται, διὰ τὸ καὶ τὰ παρόντα ἀδοκήτως εὐτυχῆσαι. οἷς δὲ πλεῖσται μεταβολαὶ ἐπ' ἀμφότερα ξυμβεβήκασι, δίκαιοί εἰσι καὶ ἀπιστότατοι εἶναι ταῖς εὐπραγίαις. ὃ τῇ τε ὑμετέρᾳ πόλει δι' ἐμπειρίαν, καὶ ἡμῖν μάλιστ' ἂν ἐκ τοῦ εἰκότος προσείη. γνῶτε δὲ καὶ ἐς τὰς ἡμετέρας νῦν ξυμφορὰς ἀπιδόντες, οἵτινες ἀξίωμα μέγιστον τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες ἥκομεν παρ' ὑμᾶς, πρότερον αὐτοὶ κυριώτεροι νομίζοντες εἶναι δοῦναι ἐφ' ἃ νῦν ἀφιγμένοι ὑμᾶς αἰτούμεθα. καίτοι οὔτε δυνάμεως ἐνδείᾳ ἐπάθομεν αὐτὸ, οὔτε μείζονος προσγενομένης ὑβρίσαντες, ἀπὸ δὲ τῶν αἰεὶ ὑπαρχόντων γνώμῃ σφαλέντες, ἐν ᾧ πᾶσι τὸ αὐτὸ ὁμοίως ὑπάρχει. ὥστε οὐκ εἰκὸς ὑμᾶς διὰ τὴν παροῦσαν νῦν ῥώμην πόλεώς τε καὶ τῶν προσγεγενημένων, καὶ τὸ τῆς τύχης οἴεσθαι αἰεὶ μεθ' ὑμῶν ἔσεσθαι. σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώτερον ἂν προσφέροιντο, τόν τε πόλεμον νομίσωσι μὴ καθ' ὅσον ἄν τις αὐτοῦ μέρος βούληται μεταχειρίζειν, τούτῳ ξυνεῖναι, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ τύχαι αὐτῶν ἡγήσωνται. καὶ ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πταίοντες, διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι, ἐν τῷ εὐτυχεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο. ὃ νῦν ὑμῖν ὦ Ἀθηναῖοι καλῶς ἔχει πρὸς ἡμᾶς πρᾶξαι, καὶ μή ποτε ὕστερον, ἢν ἄρα μὴ πειθόμενοι σφαλῆτε, ἃ πολλὰ ἐνδέχεται, νομισθῆναι τύχῃ καὶ τὰ νῦν προχωρήσαντα κρατῆσαι, ἐξὸν ἀκίνδυνον δόκησιν ἰσχύος καὶ ξυνέσεως ἐς τὸ ἔπειτα καταλιπεῖν. Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμᾶς προκαλοῦνται ἐς σπονδὰς καὶ διάλυσιν πολέμου, διδόντες μὲν εἰρήνην καὶ ξυμμαχίαν, καὶ ἄλλην φιλίαν πολλὴν καὶ οἰκειότητα ἐς ἀλλήλους ὑπάρχειν, ἀνταπαιτοῦντες δὲ τοὺς ἐκ τῆς νήσου ἄνδρας, καὶ ἄμεινον ἡγούμενοι ἀμφοτέροις μὴ διακινδυνεύεσθαι, εἴτε βίᾳ διαφύγοιεν, παρατυχούσης τινὸς σωτηρίας, εἴτε καὶ ἐκπολιορκηθέντες μᾶλλον ἂν χειρωθεῖεν. νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιστ' ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, οὐκ ἢν ἀνταμυνόμενός τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τοῦ πολέμου, κατ' ἀνάγκην ὅρκοις ἐγκαταλαμβάνων, μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ξυμβῇ, ἀλλ' ἢν παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι πρὸς τὸ ἐπιεικὲς, καὶ ἀρετῇ αὐτὸν νικήσας παρ' ἃ προσεδέχετο, μετρίως ξυναλλαγῇ. ὀφείλων γὰρ ἤδη ὁ ἐναντίος μὴ ἀνταμύνεσθαι, ὡς βιασθεὶς, ἀλλ' ἀνταποδοῦναι ἀρετὴν, ἑτοιμότερός ἐστιν αἰσχύνῃ ἐμμένειν οἷς ξυνέθετο. καὶ μᾶλλον πρὸς τοὺς μειζόνως ἐχθροὺς τοῦτο δρῶσιν οἱ ἄνθρωποι ἢ πρὸς τοὺς τὰ μέτρια διενεχθέντας, πεφύκασί τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι μεθ' ἡδονῆς, πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα, καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν. ἡμῖν δὲ καλῶς, εἴπερ ποτὲ, ἔχει ἀμφοτέροις ἡ ξυναλλαγὴ, πρίν τι ἀνήκεστον διὰ μέσου γενόμενον ἡμᾶς καταλαβεῖν, ἐν ᾧ ἀνάγκη ἀΐδιον ὑμῖν ἔχθραν πρὸς τῇ κοινῇ καὶ ἰδίαν ἔχειν, ὑμᾶς δὲ στερηθῆναι ὧν νῦν προκαλούμεθα. ἔτι δ' ὄντων ἀκρίτων, καὶ ὑμῖν μὲν δόξης καὶ ἡμετέρας φιλίας προσγιγνομένης, ἡμῖν δὲ πρὸ αἰσχροῦ τινος ξυμφορᾶς μετρίως κατατιθεμένης, διαλλαγῶμεν. καὶ αὐτοί τε ἀντὶ πολέμου εἰρήνην ἑλώμεθα, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀνάπαυσιν κακῶν ποιήσωμεν. οἳ καὶ ἐν τούτῳ ὑμᾶς αἰτιωτέρους ἡγήσονται. πολεμοῦνται γὰρ ἀσαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων. καταλύσεως δὲ γενομένης (ἧς νῦν ὑμεῖς τὸ πλέον κύριοί ἐστε) τὴν χάριν ὑμῖν προσθήσουσιν. ἤν τε γνῶτε, Λακεδαιμονίοις ἔξεστιν ὑμῖν φίλοις γενέσθαι βεβαίως, αὐτῶν τε προκαλεσαμένων, χαρισαμένοις τε μᾶλλον ἢ βιασαμένοις. καὶ ἐν τούτῳ τὰ ἐνόντα ἀγαθὰ σκοπεῖτε ὅσα εἰκὸς εἶναι. ἡμῶν γὰρ καὶ ὑμῶν ταὐτὰ λεγόντων, τό γε ἄλλο Ἑλληνικὸν ἴστε ὅτι ὑποδεέστερον ὂν τὰ μέγιστα τιμήσει.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

Lacedæmonii nos miserunt huc, Athenienses, ad transigendum de iis qui in insula sunt viris, suadentes quicquid vobis emolumentum, idémque nobis, vt in hoc

calamitoso casu, honestum maximè sit nobis futurum. Neque verò longiorem præter cõsuetudinem habebimus orationem: sed nostri instituti est, vbi pauca verba sufficiũt, non vti multis: rursus vti pluribus, quoties postulat tempus docere verbis quid in primis operæpretium sit facere. Quæ vos nolite hostili animo accipere, neque vos tanquã ignaros doceri, sed vt gnaros, de bene consultando commonefieri existimate. Vobis enim licet præsentem prosperitatem pulchrè administrare, præterquam quòd *viros* illos in vestra potestate habetis, honorem etiam & gloriam adipiscendo: nec admittendo id quod quidam faciunt, qui boni aliquid præter consuetudinem adepti, semper propter præsentem ex inopinato prosperitatem, sperantes, maiora concupiscunt. At ii quibus crebræ alternantis fortunæ vicissitudines contigerũt, eos æquum est minimè prosperitatibus confidere. id quod præcipuè & vestræ ciuitati ob experientiam, & nostræ meritò adsit. Quod etiam vobis licet intelligere, ad nostros casus respiciendo, qui quum simus summæ apud Græcos dignitatis, tamen vos adiuimus ad ea postulanda quæ dare antehac ipsi, vt credimus, potentiores eramus. Neque verò vel quòd defuerit nobis potentia, vel quòd ob eius incrementum insolentes facti simus, hæc nobis acciderunt: sed quum solitæ vires nobis essent, opinione decepti fuimus: qua in re omnium æqua conditio est. Quominus oportet vos, præsenti ciuitatis vestræ robore & accessione aliarum rerum fretos, opinari fortunam vobiscum perpetuò futuram: quum sit prouidorum hominum, felicitatem suam pro certo habere, in incerto positam esse, vt ferendis accidentibus sint instructiores: neque existimare, quatenus voluerit quis aggredi bellũ, eatenus ei facultatem adesse, sed quatenus fortuita sua ducent. Huiusmodi homines, quia animos non tollunt sua prosperitate confisi, minimùm labuntur, in summa felicitate maximè trepidi. Quod si erga nos hoc tempore facietis Athenienses, bene vobiscum agitur: ac non *committatis vt* si vos à nobis non exorati, rebus aduersis conflictemini (quales multæ accidere possunt) existimemini hanc quoque prosperitatem fortuitò consequuti esse, quum possitis, nullo cum periculo famam & potentiæ & prudentiæ posteritati relinquere. Lacedæmonii autem vos ad fœdera & ad finiendum bellum prouocant, offerentes pacem, societatem, & aliam in posterum quancunque amicitiam necessitudinémque, pro his reposcentes eos qui in insula sunt viros, satiúsque vtrisque fore existimantes nõ adire discrimen, siue illi effugiant oblata aliqua salutis occasione, siue expugnati potius capiantur. ac vehementes inimicitias ita demum vsquequaque dissolui arbitrantes, non si dimicando pars altera in bello iam multo superior alteram ad iusiurãdum adigat, neque ex æquo paciscatur, sed si dum occasio suppetit *alteri parti* idem faciendi, illa quæ victrix est, probitate vtens, pacis conditiones tolerabiles ferat. Quum enim debeat altera pars non iniuriam vlcisci, vt cui per vim *conditiones illæ* extortæ sint: sed probitatem compensare *quæ in illis præstita est*, præ verecundia ad standum conuentis promptior est. Quod citius faciunt homines erga maiores quàm erga mediocres aduersarios: quum sit natura comparatum vt sæpe sponte cedentibus libenter indulgeamus, insolentibus, etiam contra animi propositum, cum periculo aduersemur. Nobiscum verò vtrisque si vnquam aliàs, nunc profectò præclarè agitur si in gratiam redeamus priusquam aliquod grauissimum *malum* nobis interea accidat, ex quo necesse sit nos æternum erga vos gerere odium publicè priuatímque, & vos earum rerum amittatis arbitrium quas nunc flagitamus. Sed quoniam adhuc anceps euentus est, reconciliemur: vos, cum gloria nostráque beneuolẽtia: nos, cum mediocri tolerabilíque iactura, deuitato dedecore. Et cum ipsi bello pacem anteponamus, tum cæteris Græcis malorum requiem demus: cuius etiam rei vos præcipuè autores censebunt. Nunc enim bello vexantur, nescientes vtri autores belli extiterint: facta verò reconciliatione (cuius nunc penes vos maior potestas est) gratias vobis habebunt: sique *rem* perspiciatis, facultas vobis adest Lacedæmonios firmos vobis amicos efficiendi, quũ & ipsi ad hoc *vos* prouocauerint, & gratificaturi sitis, non vi compulsuri. In quo quot bona inesse credibile sit, considerate. Nam eadem nobis vobísque dicentibus, nostis fore vt cæteri Græci *nobis* inferiores maxima reuerentia ea prosequentur.

HERMOCRATIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum in Sicilia bella inteſtina exarſiſſent, principióque longè potentiſſimæ ciuitates duæ diſſiderent, Syracuſana & Leõtina: poſt verò manaſſet diſcordia ad alias ciuitates, totáque iam inſula bellis æſtuaret: pacti ſunt inducias Camarinæi & Geloi: deinde alii populi Galam legationes de pace miſerunt. Ibi quum pro ſe quiſque quæ viderentur diceret, Syracuſanus Hermocrates præter cæteros ſtudioſus hortator paci fuit, habuítque hanc orationem in eam ſententiam. In hac, belli calamitate expoſita, quòd illud nunquam vtriſque poſſet eſſe commodum, ſæpe ambobus pernicioſum, nunquam autem quicquam in ſe haberet boni: demõſtratóque periculo, quod vniuerſæ Siciliæ impenderet ab exteris auxiliis, quæ accita eſſent (maximè ab Athenienſibus, qui nõ obſcurè totius inſulæ imperio inhiarent) omnes ad pacis ſtudium eſt hortatus: autórque fuit, vt potius ſinguli de ſuo iure remitterent, quàm committerent vt repudiata pace ad arma rediretur.

Οὔτε πόλεως ὢν ἐλαχίστης, ὦ Σικελιῶται, τοὺς λόγους ποιήσομαι, οὔτε πονουμένης μάλιστα τῷ πολέμῳ, ἐς κοινὸν δὲ τὴν δοκοῦσάν μοι βελτίστην γνώμην εἶναι ἀποφαινόμενος τῇ Σικελίᾳ πάσῃ. καὶ περὶ μὲν τοῦ πολεμεῖν, ὡς χαλεπὸν, τί ἄν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη; οὐδεὶς γὰρ οὔτε ἀμαθίᾳ ἀναγκάζεται αὐτὸ δρᾷν, οὔτε φόβῳ, ἢν οἴηταί τι πλέον σχήσειν, ἀποτρέπεται. ξυμβαίνει δὲ τοῖς μὲν τὰ κέρδη μείζω φαίνεσθαι τῶν δεινῶν· οἱ δὲ τοὺς κινδύνους ἐθέλουσιν ὑφίστασθαι πρὸ τοῦ αὐτίκα τι ἐλασσοῦσθαι· αὐτὰ δὲ ταῦτα εἰ μὴ ἐν καιρῷ τύχοιεν ἑκάτεροι πράσσοντες, αἱ παραινέσεις τῶν ξυναλλαγῶν ὠφέλιμοι. ὃ καὶ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι πειθομένοις πλείστου ἂν ἄξιον γένοιτο. τὰ γὰρ ἴδια ἕκαστοι εὖ βουλευόμενοι δὴ θέσθαι, τό τε πρῶτον ἐπολεμήσαμεν, καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους δι᾽ ἀντιλογιῶν πειρώμεθα καταλλαγῆναι. καὶ ἢν ἄρα μὴ προχωρήσῃ ἴσον ἑκάστῳ ἔχοντι ἀπελθεῖν, πάλιν πολεμήσομεν. καίτοι γνῶναι χρὴ ὅτι οὐ περὶ τῶν ἰδίων μόνον, εἰ σωφρονοῦμεν, ἡ ξύνοδος ἔσται, ἀλλ᾽ εἰ ἐπιβουλευομένην τὴν πᾶσαν Σικελίαν, ὡς ἐγὼ κρίνω, ὑπ᾽ Ἀθηναίων, δυνησόμεθα ἔτι διασῶσαι· καὶ διαλλακτὰς πολὺ τῶν ἐμῶν λόγων ἀναγκαιοτέρους περὶ τῶνδε Ἀθηναίους νομίσαι, οἳ δύναμιν ἔχοντες μεγίστην τῶν Ἑλλήνων, τάς τε ἁμαρτίας ἡμῶν τηροῦσιν, ὀλίγαις ναυσὶ παρόντες, καὶ ὀνόματι ἐννόμῳ ξυμμαχίας, τὸ φύσει πολέμιον εὐπρεπῶς ἐς τὸ ξυμφέρον καθίστανται. πόλεμον γὰρ αἱρομένων ἡμῶν, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἄνδρας οἳ καὶ τοῖς μὴ ἐπικαλουμένοις αὐτοὶ ἐπιστρατεύουσι, κακῶς τε ἡμᾶς αὐτοὺς ποιούντων τέλεσι τοῖς οἰκείοις, καὶ τῆς ἀρχῆς ἅμα προκοπτόντων ἐκείνοις, εἰκὸς, ὅταν γνῶσιν ἡμᾶς τετρυχωμένους, καὶ πλέονί ποτε στόλῳ ἐλθόντας αὐτοὺς, τάδε πάντα πειράσεσθαι ὑπὸ σφᾶς ποιεῖσθαι. καίτοι τῇ ἑαυτῶν ἑκάστους, εἰ σωφρονοῦμεν, χρὴ τὰ μὴ προσήκοντα ἐπικτωμένους, μᾶλλον ἢ τὰ ἑτοῖμα βλάπτοντας, ξυμμάχους τε ἐπάγεσθαι, καὶ τοὺς κινδύνους προσλαμβάνειν. νομίσαι τε στάσιν μάλιστα φθείρειν τὰς πόλεις, καὶ τὴν Σικελίαν, ἧς γε οἱ ἔνοικοι ξύμπαντες μὲν ἐπιβουλευόμεθα, κατὰ πόλεις δὲ διέσταμεν. ἃ χρὴ γνόντας, καὶ ἰδιώτην ἰδιώτῃ καταλλαγῆναι, καὶ πόλιν πόλει, καὶ πειρᾶσθαι κοινῇ σώζειν τὴν πᾶσαν Σικελίαν· παρεστάναι δὲ μηδενὶ ὡς οἱ μὲν Δωριεῖς ἡμῶν, πολέμιοι τοῖς Ἀθηναίοις, τὸ δὲ Χαλκιδικὸν, τῇ Ἰάδι ξυγγενείᾳ ἀσφαλές. οὐ γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ὅτι δίχα πέφυκε τοῦ ἑτέρου, ἔχθει ἐπίασιν, ἀλλὰ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ ἀγαθῶν ἐφιέμενοι, ἃ κοινῇ κεκτήμεθα. ἐδήλωσαν δὲ νῦν ἐν τῇ τοῦ Χαλκιδικοῦ γένους παρακλήσει. τοῖς γὰρ οὐδέποτε σφίσι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν προσβοηθήσασιν αὐτοὶ τὸ δίκαιον μᾶλλον τῆς ξυνθήκης προθύμως παρέχοντο. καὶ τοὺς μὲν Ἀθηναίους ταῦτα πλεονεκτεῖν τε καὶ προνοεῖσθαι, πολλὴ ξυγγνώμη· καὶ οὐ τοῖς ἄρχειν βουλομένοις μέμφομαι, ἀλλὰ τοῖς ὑπακούειν ἑτοιμοτέροις οὖσι. πέφυκε γὰρ τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν μὲν τοῦ εἴκοντος, φυλάσσεσθαι δὲ τὸ ἐπιόν. ὅσοι δὲ γιγνώσκοντες αὐτὰ μὴ ὀρθῶς προσκοποῦμεν, μηδὲ τοῦτό τις πρεσβύτατον ἥκει κρίνας, τὸ κοινῶς φοβερὸν ἅπαντας εὖ θέσθαι, ἁμαρτάνομεν. τάχιστα δ᾽ ἂν ἀπαλλαγὴ αὐτοῦ γένοιτο εἰ πρὸς ἀλλήλους ξυμβαίημεν. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῶν ὁρμῶνται Ἀθηναῖοι, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς τῶν ἐπικαλεσαμένων. καὶ οὕτως οὐ πόλεμος πολέμῳ, εἰρήνῃ δὲ διαφοραὶ ἀπραγμόνως παύονται. οἵ τ᾽ ἐπίκλητοι εὐπρεπῶς ἄδικοι ἐλθόντες, εὐλόγως ἄπρακτοι ἀπίασι. καὶ τὸ μὲν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τοσοῦτον ἀγαθὸν εὖ βουλευομένοις εὑρίσκεται· τὴν δὲ ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην ἄριστον εἶναι εἰρήνην, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσασθαι; ἢ δοκεῖτε, εἴ τῳ τι ἔστιν ἀγαθὸν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία, οὐχ ἡσυχία μᾶλλον, ἢ πόλεμος, τὸ μὲν, παῦσαι ἂν ἑκατέρῳ, τὸ δὲ ξυνδιασῶσαι, καὶ τὰς τιμὰς καὶ λαμπρότητας ἀκινδυνοτέρας ἔχειν τὴν εἰρήνην, ἄλλα τε ὅσα ἐν μήκει λόγων ἄν τις διέλθοι, ὥσπερ περὶ τοῦ πολεμεῖν; ἃ χρὴ σκεψαμένους, μὴ τοὺς ἐμοὺς λόγους ὑπεριδεῖν, τὴν δὲ αὐτοῦ τινὰ σωτηρίαν μᾶλλον ἀπ᾽ αὐτῶν προϊδεῖν. καὶ εἴ τις βεβαίως τι ἢ τῷ δικαίῳ ἢ βίᾳ πράξειν οἴεται, τῷ παρ᾽ ἐλπίδα μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω, γνοὺς ὅτι πλείους ἤδη καὶ τιμωρίαις μετιόντες τοὺς ἀδικοῦντας, καὶ ἐλπίσαντες ἕτεροι δυνάμει τινὶ πλεονεκτήσειν, οἱ μὲν οὐχ ὅσον οὐκ ἠμύναντο, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐσώθησαν, τοὺς δ᾽, ἀντὶ τοῦ πλέον ἔχειν, προσκαταλιπεῖν τὰ αὐτῶν ξυνέβη. τιμωρία γὰρ οὐκ εὐτυχεῖ δικαίως, ὅτι καὶ ἀδικεῖται· οὐδὲ ἰσχὺς βέβαιον, διότι καὶ εὔελπι· τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ. πάντων τε σφαλερώτατον ὂν, ὅμως καὶ χρησιμώτατον φαίνεται· ἐξ ἴσου γὰρ δεδιότες, προμηθείᾳ μᾶλλον ἐπ᾽ ἀλλήλους ἐρχόμεθα. καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος, καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους κατ᾽ ἀμφότερα ἐκπλαγέντες, καὶ τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης, ὧν ἕκαστός τις ᾠήθημεν πράξειν, ταῖς κωλύμαις ταύταις ἱκανῶς νομίσαντες εἰρχθῆναι, τοὺς ἐφεστῶτας πολεμίους ἐκ τῆς χώρας ἀποπέμπωμεν. καὶ αὐτοὶ μάλιστα μὲν ἐς ἀΐδιον ξυμβῶμεν, εἰ δὲ μὴ, χρόνον ὡς πλεῖστον σπεισάμενοι, τὰς ἰδίας διαφορὰς ἐς αὖθις ἀναβαλώμεθα. τὸ ξύμπαν τε δὴ γνῶμεν, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ, πόλιν ἕξοντες ἕκαστος ἐλευθέραν, ἀφ᾽ ἧς αὐτοκράτορες ὄντες, τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσου ἀρετῇ ἀμυνούμεθα· ἢν δὲ ἀπιστήσαντες, ἄλλοις ὑπακούσωμεν, οὐ περὶ τοῦ τιμωρήσασθαί τινα, ἀλλὰ καὶ ἄγαν εἰ τύχοιμεν, φίλοι μὲν ἂν τοῖς ἐχθίστοις, διάφοροι δὲ οἷς οὐ χρὴ, κατ᾽ ἀνάγκην γιγνώμεθα. καὶ ἐγὼ μὲν (ὅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον) πόλιν τε μεγίστην παρεχόμενος, καὶ ἐπιὼν τῳ μᾶλλον ἢ ἀμυνούμενος, ἀξιῶ προειδομένους αὐτῶν ξυγχωρεῖν, καὶ μὴ τοὺς ἐναντίους οὕτω κακῶς δρᾷν

ὥστε

ὥστε αὐτοὺς τὰ πλείω βλάπτεσθαι, μηδὲ μωρείᾳ φιλονεικοῦν ἡγεῖσθαι, τῆς τε οἰκείας γνώμης ὁμοίως αὐτοκράτωρ εἶναι, καὶ ἧς οὐκ ἄρχω τύχης, ἀλλ' ὅσον εἰκὸς ἡσσᾶσθαι. καὶ τοὺς ἄλλους δικαιῶ ταὐτό μοι ποιῆσαι ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν πολεμίων τοῦτο παθεῖν. οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν οἰκείους οἰκείων ἡσσᾶσθαι, ἢ Δωριέα τινὰ, Δωριέως, ἢ Χαλκιδέα, τῶν ξυγγενῶν. τὸ δὲ ξύμπαν, γείτονας ὄντας, καὶ ξυνοίκους μιᾶς χώρας καὶ περιρρύτου, καὶ ὄνομα ἓν κεκλημένους Σικελιώτας, οἳ πολεμήσομέν τε, οἶμαι, ὅταν ξυμβῇ, καὶ ξυγχωρησόμεθά γε πάλιν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, λόγοις κοινοῖς χρώμενοι. τοὺς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἢν σωφρονῶμεν, ἀμυνούμεθα, εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμπαντες κινδυνεύομεν. ξυμμάχοις δ' οὐδέποτε τὸ λοιπὸν ἐπαξόμεθα, οὐδὲ διαλλακτάς. τάδε γὰρ ποιοῦντες, ἔν τε τῷ παρόντι δυοῖν ἀγαθοῖν οὐ στερήσομεν τὴν Σικελίαν, Ἀθηναίων τε ἀπαλλαγῆναι, καὶ οἰκείου πολέμου· καὶ ἐς τὸ ἔπειτα, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐλευθέραν νεμούμεθα, καὶ ὑπὸ ἄλλων ἧσσον ἐπιβουλευομένην.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laur. Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

NON ex ea ciuitate, viri Sicilienses, quæ aut minima sit, aut maximè bello laboret, ego ortus, verba facturus sum, sed vt aperiã quæ mihi sentẽtia optima videatur in commune totius Siciliæ bonum. Ac bellũ quidem gerere quàm res sit tristis, & vniuersa quæ in eo solent contingere, quid attinet quenquam singula colligentem, longa apud non ignaros oratione vti? Nemo enim aut rerum imperitia ad hoc agendum compellitur, aut ab hoc agendo, si quid amplius adepturum se sperat, terrore coercetur: sed vsuuenit vt his quidem maiora lucra quàm pericula esse videantur, illi quoduis discrimen adire quàm vllam iacturam in præsenti facere malint. Quòd si neutris hæc succedant, nimirum exhortatio ad reconciliationem conducit: id quod nobis hoc tempore, si acquiescimus, in primis operæpretium erit. Nanque antea, quũ vt suis quisque rebus bene consuleret, bellum susceperimus, nunc inuicem altercantes; tentemus in pristinam redire gratiam: rursum reuersuri ad bellum nisi suum ius cuique reddatur. Quanquam nosse vos oportet non de priuatis modò rebus (si sapimus) coactum esse concilium, sed an vniuersam quoque Siciliam, cui Athenienses (vt ego arbitror) insidiantur, poterimus adhuc conseruare. Ac certè pacificatores multo magis vrgentes existimare oportet Athenienses, quàm mea verba: qui quum maximam omniũ Græcorum obtineant potentiam, tum offensiones nostras obseruantes, cum nauibus paucis adsunt, cúmq; legitimæ societatis prætextu. innatũ sibi *aduersus Siculos omnes* odiũ, colore illo vtentes, ad vtilitatem suam accommodant. Nam si bellum suscipiamus, & hos viros accersierimus, qui etiam non accersentibus bellum inferunt, vbi nos mutuò vexauerimus domesticis sumptibus, cũ profectu imperii istorum, credibile est eos aliquando cũ maiori classe venturos, ac nostra omnia, vbi nos exhaustos esse cognouerint, in suam potestatem redigere conaturos. Atqui, si sapimus, satius est vnicuique aliena inuadendo quàm ea quæ possidet destruendo, socios accire, ac pericula suscipere: existimãti seditiones maximè perniciosas esse ciuitatibus, atque Siciliæ, quam nobis incolentibus vniuersis tenduntur insidiæ, dum nostræ ciuitates alia cum alia contendunt. Quæ nos animaduertẽtes, debemus, priuatus cũ priuato, & ciuitas cum ciuitate redire in gratiam, ac communiter dare operam vt omnem Siciliam liberemus. Nec in mentem venire cuipiam oportet, nostrates quidem Dores Atheniensibus esse inuisos, Chalcidenses autem propter Ionum cognationem tutos. Neque enim Athenienses inferunt bellum gentibus nostris partium odio, sed fortunarum auiditate quas cuncti in Sicilia possidemus. id quod in partibus Chalcidensium declararunt, ab illis acciti. Nam à quibus nunquam ex fœdere societatis adiuti fuerant, iis ipsi libentius ius confœderationis præstiterunt. Et Atheniensibus quidem hæc prospicientibus ac perficere volentibus nimirum veniam do, nec eos qui imperium affectant, sed eos qui proniores sunt ad imperata facienda vitupero. Humani nanque ingenii natura comparatum est vt submittenti se imperet, caueat ab inuadente. Quicunque autem, quum hæc perspecta habeamus, non diligẽter prouidemus, neque singuli antiquissimum esse iudicamus, quémque rectè se gerere in *cauendo* eo quod *omnibus* communiter metũ affert, fallimur. Hoc metu, si inuicem conueniamus, quamprimum liberabimur. neque enim ex sua nos terra Athenienses inuadunt, sed ex eorum à quibus acciti sunt. Atque ita non bellum bello, sed discordia pace sedabitur, nullo negotio: & qui accersiti venerunt specioso prætextu, iniussi iure optimo abibunt, infecta re. Et quantum quidem ad Athenienses

attinet, tanta vtilitas ex bono consilio, si illud inierimus, ad nos reditura comperitur. Pacem verò quam cuncti optimam esse confitentur, quonammodo non oporteat inter nos fieri? Nunquid existimatis, sicui boni quid adest, aut sicui cõtraria, nõ potiorem ei quietẽ esse quàm bellũ, tum ad liberandum vtrosque his *aduersis*, tum ad conseruandum illud *bonum*: pacémq; honores & dignitates magis tutas habere, atq; alia quæ quis oratione longa exequitur, quemadmodum econtrario de incommodis belli? Quæ vos considerantes debetis non verba mea pro nihilo habere, sed suæ potius quisq; saluti ex iis prouidere. Ac siquis vel suæ causæ æquitate, vel potentia sua fretus, certam de successu aliquo spẽ cõcepit, ne spe frustrante grauiter labatur, quũ sciat plerisq; contigisse iã vt quũ vel ad vlciscendas iniurias, vel solicitante spe, vtiq; freti aliqua potentia, ad ampliãdas facultates tẽdunt, neutri quod volebant effecerint, sed tantũ abfuerit vt illi iniurias suas vlti sint, vt ne salui quidẽ euaserint: hi verò qui adhuc maiora quærebant, etiã eorũ quæ habebant iacturã fecerint. Vltio enim, nõ quia iniuria cuipiã fit, protinus iustã prosperitatẽ nãciscitur: neq; potẽtia res est certa, quòd bene de ea speretur: sed plerunq; futuri temeritas præualet: quæ quũ sit omniũ rerũ periculosissima, tamẽ vtilissima videtur. Nã quũ tãtundẽ timoris vtrique adest, circũspectius alter alterũ inuadimus. Ita nũc nos tũ futuri, quod obscurum inexploratúmq; est, tũ Atheniensiũ, qui formidolosi iã adsunt, metu, quod superest existimemus, quæ quisq; nostrum se acturũ arbitrabatur, ea prorsus hisce impedimẽtis prohibita esse, & hostẽ huic regioni imminentẽ remittamus. & ante omnia ipsi inter nos æternũ fœdus ineamus. sin minus, certè in lõgissimũ tẽpus induciis factis, priuatas in aliud tempus discordias differamus: scientes in summa si mihi assensum sit, suã cuiq; futurã liberã ciuitatẽ, vnde habeamus arbitriũ bene maléve agẽti, pro merito ac iure vicẽ reddendi: sin assensum mihi non sit, sed alios audiamus, nõ de vlciscẽdo nobis aliquo res erit: sed si ad votũ prosperè cedet, necessariò amici quidẽ iis qui maximè hostes sunt, aduersarii verò iis quibus nos esse nõ cõuenit, efficiemur. Et ego (quemadmodũ initio dixi) ex ea ciuitate quũ sim quæ maxima est, & is qui bellũ inferre potius quàm repellere velim, hortor vt in posterũ ea prospicientes, pacẽ inter nos cõponamus, néve sic aduersarios mulctemus vt nos ipsos vehemẽtius lædamus: néve contẽtionis insania arbitremur dominos esse nos & proprii cõsilii, & (cuius nequaquam dominamur) fortunæ: sed quatenus par est aut nos aut alios iure superari, eatenus nobis per nos faciendũ, nõ ab hostibus patiendum. Neque enim turpe est Dorem aliquem à Dore, aut Chalcidensem à suo gentili superari, quũ omnes inuicem confines simus, & incolæ vnius terræ eiusdémq; insulæ, & idem sortiti nomẽ Sicilienses: qui quidẽ bellum geremus (vt opinor) quando conueniet, & rursus in mutuam redibimus gratiã, habito cõmuni colloquio. Alienigenas autẽ huc venientes, si sapimus, semper cõiuncti propulsabimus, quũ etiãsi aliquibus separatim vis afferatur, vniuersi periclitemur: nec socios vnquã posthac accersemus, neq; pacificatores. Quod facientes, Siciliam & impræsentiarum duobus bonis non fraudabimus, vt eam ab Atheniensibus intestinóq; bello liberemus, & in posterum per nos liberam, aliorúmque insidiis minus obnoxiam possidebimus.

BRASIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Acanthus erat vrbs Macedoniæ, Andriorũ colonia, Atheniẽsiũ socia. Eã Lacedæmonius Brasidas ad societatẽ Lacedæmoniorũ, vt & alias quascũq; posset, traducere volebat. Rẽ colloquio, priusquã vi, tẽtat, & in eorũ cõcione hac vtitur oratione: qua suadet vt se Lacedæmoniis dedãt: hortatur nequid per cupiditatẽ aut pertinaciã faciãt. Argumẽta eius sunt: libertatem illis afferri, & superbũ dominatũ Atheniensiũ infringi: causam sibi esse æquissimã: vires ad eos vrgẽdos, si adduci monendo nõ possint, maximas. nihil nisi Græciæ & finitimarũ ciuitatum libertatem quæri. Cui rei si obstare velle perseuerẽt, denuntiat agri vastitatem: testatúrque illorum omnem culpam futuram.

Ἡ μὲν ἔκπεμψίς μου καὶ τῆς στρατιᾶς ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ὦ Ἀκάνθιοι, γεγένηται, τὴν αἰτίαν ἐπαληθεύουσα ἣν ἀρχόμενοι τοῦ πολέμου προείπομεν, Ἀθηναίοις, ἐλευθεροῦντες τὴν Ἑλλάδα, πολεμήσειν· εἰ δὲ χρόνῳ ἐπήλθομεν, σφαλέντες τῆς ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πολέμου δόξης, ᾗ διὰ τάχους αὐτοὶ ἄνευ τοῦ ὑμετέρου κινδύνου ἠλπίσαμεν Ἀθηναίους καθαιρήσειν, μηδεὶς μεμφθῇ. νῦν γὰρ ὅτε παρέσχεν ἀφιγμένοι, καὶ μετὰ ὑμῶν πειρασόμεθα κατεργάζεσθαι αὐτούς. θαυμάζω δὲ τῇ τε ἀποκλείσει μου τῶν πυλῶν, καὶ εἰ μὴ ἀσμένοις ὑμῖν ἀφῖγμαι. ἡμεῖς μὲν γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι, οἰόμενοί τε παρὰ ξυμμάχους, καὶ πρὶν ἔργῳ ἀφικέσθαι, τῇ γοῦν γνώμῃ ἥξειν, καὶ βουλομένοις

ἔσεσθαι, κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνερρίψαμεν, διὰ τῆς ἀλλοτρίας πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἰόντες, καὶ πᾶν τὸ πρόθυμον παρεχόμενοι. ὑμεῖς δὲ, εἴ τι ἄλλο ἐν νῷ ἔχετε, ἢ εἰ ἐναντιώσεσθε τῇ τε ὑμετέρᾳ αὐτῶν ἐλευθερίᾳ, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, δεινὸν ἂν εἴη. καὶ γὰρ οὐ μόνον ὅτι αὐτοὶ ἀνθίστασθε, ἀλλὰ καὶ οἷς ἂν ἐπίω, ἧσσόν τις ἐμοὶ πρόσεισι καὶ δυσχερὲς ποιούμενοι, εἰ ἐπὶ οὓς πρῶτον ἦλθον ὑμᾶς, καὶ πόλιν ἀξιόχρεων παρεχομένους, καὶ ξύνεσιν δοκοῦντας ἔχειν, μὴ ἐδέξασθε· καὶ τὴν αἰτίαν οὐχ ἕξω πιστὴν ἀποδεικνύναι, ἀλλ' ἢ ἄδικον τὴν ἐλευθερίαν ἐπιφέρειν, ἢ ἀσθενὴς καὶ ἀδύνατος τιμωρῆσαι τὰ πρὸς Ἀθηναίους, ἢν ἐπίωσιν, ἀφῖχθαι. καὶ τῇ στρατιᾷ γε τῇδ' ἣν νῦν ἔχω, ἐπὶ Νίσαιαν ἐμοῦ βοηθήσαντος, οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι πλέονες ὄντες προσμίξαι. ὥστε οὐκ εἰκὸς νηΐτῃ γε αὐτοὺς τῷ ἐν Νισαίᾳ στρατῷ ἴσον πλῆθος ἐφ' ὑμᾶς ἀποστεῖλαι. αὐτός τε οὐκ ἐπὶ κακῷ, ἐπ' ἐλευθερώσει δὲ τῶν Ἑλλήνων παρελήλυθα, ὅρκοις τε Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις, ἦ μὴν οὓς ἂν ἔγωγε προσαγάγωμαι ξυμμάχους, ἔσεσθαι αὐτονόμους. καὶ ἅμα οὐχ ἵνα ξυμμάχους ὑμᾶς ἔχωμεν, ἢ βίᾳ ἢ ἀπάτῃ προσλαβόντες, ἀλλὰ τοὐναντίον ὑμῖν δεδουλωμένοις ὑπὸ Ἀθηναίων ξυμμαχήσοντες. οὔκουν ἀξιῶ οὔτ' αὐτὸς ὑποπτεύεσθαι, πίστεις τε διδοὺς τὰς μεγίστας, οὔτε τιμωρὸς ἀδύνατος νομισθῆναι, προσχωρεῖν τε ὑμᾶς θαρσήσαντας. καὶ εἴ τις ἰδίᾳ τινὰ δεδιὼς ἄρα, μὴ ἐγώ τισι προσθῶ τὴν πόλιν, ἀπρόθυμός ἐστι, πάντων μάλιστα πιστευσάτω. οὐ γὰρ συστασιάσων ἥκω, οὐδὲ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν, εἰ τὸ πάτριον παρεὶς, τὸ πλέον τοῖς ὀλίγοις, ἢ τὸ ἔλασσον τοῖς πᾶσι δουλώσαιμι. χαλεπωτέρα γὰρ ἂν τῆς ἀλλοφύλου ἀρχῆς εἴη, καὶ ἡμῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις οὐκ ἂν ἀντὶ πόνων χάρις καθίσταιτο, ἀντὶ δὲ τιμῆς καὶ δόξης, αἰτία μᾶλλον. οἷς τε τοὺς Ἀθηναίους ἐγκλήμασι καταπολεμοῦμεν, αὐτοὶ ἂν φαινοίμεθα ἐχθίονα ἢ ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετὴν κατακτώμενοι. ἀπάτῃ γὰρ εὐπρεπεῖ αἴσχιον τοῖς γε ἐν ἀξιώματι πλεονεκτῆσαι, ἢ βίᾳ ἐμφανεῖ. τὸ μὲν γὰρ, ἰσχύος δικαιώσει, ἣν ἡ τύχη ἔδωκεν, ἐπέρχεται· τὸ δὲ, γνώμης ἀδίκου ἐπιβουλῇ. οὕτω πολλὴν περιωπὴν τῶν ἡμῖν ἐς τὰ μέγιστα διαφόρων ποιούμεθα. καὶ οὐκ ἂν μείζω πρὸς τοῖς ὅρκοις βεβαίωσιν λάβοιτε, ἢ οἷς τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων ἀναθρούμενα, δόκησιν ἀναγκαίαν παρέχεται ὡς καὶ ξυμφέρει ὁμοίως ὡς εἶπον. εἰ δ' ἐμοῦ ταῦτα προϊσχομένου, ἀδύνατοι μὲν φήσετε εἶναι, εὖνοι δ' ὄντες, ἀξιώσετε μὴ κακούμενοι διωθεῖσθαι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν μὴ ἀκίνδυνον ὑμῖν φαίνεσθαι· δίκαιόν τε εἶναι οἷς καὶ δυνατὸν δέχεσθαι αὐτὴν, τούτοις καὶ ἐπιφέρειν, ἄκοντα δὲ μηδένα προσαναγκάζειν· μάρτυρας μὲν θεοὺς καὶ ἥρωας τοὺς ἐγχωρίους ποιήσομαι, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ ἥκων οὐ πείθω, γῆν δὲ τὴν ὑμετέραν δῃῶν, πειράσομαι βιάζεσθαι· καὶ οὐκ ἀδικεῖν ἔτι νομιῶ, προσεῖναι δέ τι μοι καὶ κατὰ δύο ἀνάγκας τὸ εὔλογον· τῶν μὲν Λακεδαιμονίων, ὅπως μὴ τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ, εἰ μὴ προσαχθήσεσθε, τοῖς ἀπὸ ὑμῶν χρήμασι φερομένοις παρ' Ἀθηναίους βλάπτωνται· οἱ δὲ Ἕλληνες, ἵνα μὴ κωλύωνται ὑφ' ὑμῶν δουλείας ἀπαλλαγῆναι. οὐ γὰρ δὴ εἰκότως γ' ἂν τάδε πράσσοιμεν. οὐδὲ ὀφείλομεν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ κοινοῦ τινος ἀγαθοῦ αἰτίᾳ τοὺς μὴ βουλομένους ἐλευθεροῦν. οὐδ' αὖ ἀρχῆς ἐφιέμεθα, παῦσαι δὲ μᾶλλον ἑτέρους σπεύδοντες, τοὺς πλείους ἂν ἀδικοῖμεν, εἰ ξύμπασιν αὐτονομίαν ἐπιφέροντες, ὑμᾶς τοὺς ἐναντιουμένους περιίδοιμεν. πρὸς ταῦτα βουλεύεσθε εὖ, καὶ ἀγωνίσασθε τοῖς τε Ἕλλησιν ἄρξαι πρῶτοι ἐλευθερίας, καὶ ἀΐδιον δόξαν καταθέσθαι· καὶ αὐτοὶ τά τε ἴδια μὴ βλαφθῆναι, καὶ ξυμπάσῃ τῇ πόλει τὸ κάλλιστον ὄνομα περιθεῖναι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

QVod ego atque exercitus, viri Acanthii, à Lacedæmoniis missi huc sumus, declarat veram esse causam quam bellum incipientes Atheniensibus prædiximus, nos bellum gesturos ob Græciam *Atheniensium* seruitute liberãdam. Si autem serò venimus, decepti videlicet spe ocyus debellandi Athenienses sine vestro periculo, nemo reprehendat: quum nunc, vbi tempus adfuit, venerimus, conaturi vobiscum illos euertere. Miror verò me portis excludi, & non libentibus vobis venire. Etenim nos Lacedæmonii, existimantes nos venturos esse ad eos qui, antequam ad ipsos reipsa peruenissemus, animo saltem socii essent, gratúmque vobis *aduentum nostrum* fore: tantũ discrimen adiimus, quum alienam terram multorum dierum itinere peragrauimus, exhibito omni erga vos studio. Quòd si vos aliud in animo habetis, aut si vestræ ipsorum ac cæterorum Græcorum liberati obsistetis, hoc grauiter ferendum fuerit, non modò quia ipsi obsistitis, verumetiam quia minus se mihi dedent ad quoscunque accesserim: vt pote quibus hoc scrupulũ iniiciat, quòd vos ad quos primos accessi, qui & vrbem autoritate præditam allegatis, & prudentes esse videmini, non receperitis. Neq; huius facti satis idoneam possum inire rationem, nisi quòd videor aut iniustam libertatem afferre, aut imbecillis atq; inualidus venire ad propulsandam Atheniẽsium vim, si inuaserint. Certè & dum ad Nisæam cum his quas nunc habeo copiis auxilio venissem, Athenienses, quũ plures essent, nõ sunt ausi cõfligere: vt credibile nõ sit eosdẽ huc esse missuros aduersus vos tantũ copiarũ quãtũ classiarii exercitus ad Nisæã miserũt. Atqui ego non ad perniciẽ sed ad libertatem Græciæ adueni, adactis ad maximũ iusiurãdũ summis Lacedæmoniorũ magistratibus, quoscũq; illis asciuero socios, suis vtiq; legibus esse victuros: neq; vt vos aut vi aut fraude adductos, socios habeamus, sed è cõtrario vt vobis in seruitutẽ Atheniẽsiũ redactis, socii in bello simus. Quapropter æquũ esse iudico

vt neque suspectus sim, quippe qui certissima vobis argumenta *eorũ quæ dico* afferam, neque is esse existimer cui vires ad vlciscendos *hostes Athenienses* desint: vtque vos audacter mihi dedatis. Quòd siquis priuatim sibi ab aliquo metuẽs, *quia timet* ne ego ciuitatem aliquibus tradam, *ad se mihi dedendum* minimè promptus est, hac de re magis quàm de vlla alia sit securus. Non enim huc, in partes transiturus venio: nec verò me stabilem afferre libertatem putem, si patrium morem *vestrum* missum faciens, plures paucioribus, aut pauciores vniuersis seruire cogã. Nam odiosius fuerit hoc quàm externum imperium, & nobis Lacedæmoniis gratia laborum nostrorum nõ deberetur, sed pro honore & gloria potius accusatio, quòd quib⁹ criminibus insectemur Atheniẽses, ea ipsi habere videamur, magis inuisa in nobis quàm in eo qui hanc virtutem non profitetur. Fraus enim *cùm in omnibus fœda est, tum verò* in iis qui *maiori* dignitate sũt præditi, fœdior est quàm aperta violentia. Nam violentia iure potentiæ, quam fortuna largita est, fraus autem insidiis iniusti propositi grassatur. Ita nos multam in maximarum rerum momentis adhibemus circunspectionem. Nec vos maiorem, præter iusiurandum, cõfirmationẽ sumere possitis, quàm vnde facta ipsa quæ ex verbis perspicua reddantur, vos existimare cogunt ita *hæc* è re vestra esse vt dixi. Quòd si me vobis hæc proponente, tamen negabitis vos posse *obsequi*, & quum bene nobis velitis, postulabitis vt sine vllo à nobis damno *nos* reiiciatis, quòd libertas vobis non sine periculo fore videtur, iustúmque esse eam illis offerre qui possunt recipere, inuitum autem compellere neminem: deos testor & heroas indigenas, me bono vestro venientem nihil verbis proficere: eóque experiar vastandis agris ad hoc vos compellere, existimans non iam me iniuria vos afficere, sed iure, & duabus necessariis rationibus id facere: vna, propter Lacedæmonios, ne si, eo quo nos prosequimini amore, ad vos nobis dedendos nõ adducemini, ex pecunia quam Atheniensibus penditis damnum patiantur Lacedæmonii: altera propter Græcos, ne per vos seruitute liberari prohibeantur. Neque enim meritò faceremus hoc: ac ne debemus quidẽ nos Lacedæmonii inuitos asserere in libertatem, nisi causa alicuius publici boni. Neque verò dominatum affectamus, sed alios potius dominatu abdicare properantes, essemus iniurii in maiorem *Græcorum* partem, si vniuersis libertatem inducentes, vos repugnantes toleraremus. De his bene cõsultetis, annitaminíque tum vt principes sitis apud Græcos capessendæ libertatis, tum vt sempiternam vobis gloriam pariatis, tum ne vestra priuatorum bona detrimentum accipiant, tum vt vniuersæ ciuitati honestissimum nomen imponatis.

ORATIO PAGONDAE.

ARGVMENTVM.

Athenienses Delium Bœotiæ templum muro cinxerant, relictóque præsidio versus Athenas abibant, & iam Atticæ fines attigerant. Bœoti fanum & Bœotiam omnem liberaturi, magnam manum coegerant. Abeuntes insequi plerisque non placebat: vnus ex ducibus Pagondas Thebanus, quum id temporis summam rerum teneret, centuriatim euocatos & suos & socios docuit hac oratione, esse cum hoste vbiuis locorum, quum id commodè fieri possit, dimicandum. Neque enim vbi sint, sed qui sint, quid fecerint, quid moliantur, quid ab eis expectandum sit, considerari oportere. Hoc ita expedire vsu & maiorum exemplis confirmat.

Χρῆν μὲν, ὦ ἄνδρες Βοιωτοὶ, μηδ᾽ εἰς ἐπίνοιαν τινα ἡμῶν ἐλθεῖν τῶν ἀρχόντων, ὡς οὐκ εἰκὸς Ἀθηναίοις, ἢν ἄρα μὴ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ ἔτι καταλάβωμεν αὐτοὺς, διὰ μάχης ἐλθεῖν. τὴν γὰρ Βοιωτίαν, ἐκ τῆς ὁμόρου ἐλθόντες, τεῖχος ἐνοικοδομησάμενοι, μέλλουσι φθείρειν. καὶ εἰσὶ δήπου πολέμιοι, ἐν ᾧ τε ἂν χωρίῳ καταληφθῶσι, καὶ ὅθεν ἐπελθόντες πολέμια ἔδρασαν. νυνὶ δ᾽ εἴτῳ καὶ ἀσφαλέστερον ἔδοξεν εἶναι, μεταγνώτω. οὐ γὰρ τὸ προμηθὲς οἷς ἂν ἄλλος ἐπίῃ, περὶ τῆς σφετέρας ὁμοίως ἐνδέχεται λογισμὸν, καὶ ὅστις τὰ μὲν ἑαυτοῦ ἔχει, τοῦ δὲ πλείονος ὀρεγόμενος, ἑκὼν τινι ἐπέρχεται. πάτριόν τε ὑμῖν, στρατὸν ἀλλόφυλον ἐπελθόντα, καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ καὶ ἐν τῇ τῶν πέλας ὁμοίως ἀμύνεσθαι. Ἀθηναίοις δὲ, καὶ προσέτι ὁμόροις ὄντας, πολλῷ μάλιστα δεῖ. πρός τε γὰρ τοὺς ἀστυγείτονας πᾶσι τὸ ἀντίπαλον καὶ ἐλεύθερον καθίσταται. καὶ πρὸς τούτους γε δὴ, οἳ καὶ μὴ τοὺς ἐγγὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄπωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, πῶς οὐ χρὴ καὶ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀγῶνος ἐλθεῖν; παράδειγμα δὲ ἔχομεν τούς τε ἀντιπέρας Εὐβοέας, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος τὸ πολὺ, ὡς αὐτοῖς διάκειται. καὶ γνῶναι ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις οἱ πλησιόχωροι περὶ γῆς ὅρων τὰς μάχας ποιοῦνται· ἡμῖν δὲ ἐς πᾶσαν, ἢν νικηθῶμεν, εἷς ὅρος οὐκ ἀντίλεκτος παγήσεται. εἰσελθόντες γὰρ, βίᾳ τὰ ἡμέτερα ἕξουσι. τοσούτῳ ἐπικινδυνωτέραν ἑτέρων τὴν παροίκησιν τῶνδε ἔχομεν. εἰώθασί τε οἱ ἰσχύος που θράσει τοῖς πέλας (ὥσπερ Ἀθηναῖοι νῦν) ἐπιόντες, τὸν μὲν ἡσυχάζοντα, καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ μόνον ἀμυνόμενον, ἀδεέστερον ἐπιστρατεύειν· τὸν δὲ ἔξω ὅρων προαπαντῶντα, καὶ ἢν καιρὸς ᾖ, πολέμου ἄρχοντα, ἧσσον ἑτοίμως κατέχειν. πεῖραν δὲ ἔχομεν

ἡμεῖς αὐτοὺς ἐς τούσδε. νικήσαντες γὰρ ἐν Κορωνείᾳ αὐτοὺς, ὅτε τὴν γῆν ἡμῶν στασιαζόντων κατεῖχον, πολλὴν ἄδειαν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ μέχρι τοῦδε κατεστήσαμεν. ὧν χρὴ μνησθέντας ἡμᾶς, τούς τε πρεσβυτέρους ὁμοιωθῆναι τοῖς πρὶν ἔργοις· τούς τε νεωτέρους, πατέρων τῶν τότε ἀγαθῶν γενομένων παῖδας, πειρᾶσθαι μὴ αἰσχῦναι τὰς προσηκούσας ἀρετάς· πιστεύσαντας δὲ τῷ θεῷ πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι, οὗ τὸ ἱερὸν ἀνόμως τειχίσαντες νέμονται, καὶ τοῖς ἱεροῖς ἃ ἡμῖν θυσαμένοις καλὰ φαίνεται, ὁμόσε χωρῆσαι τοῖσδε καὶ δεῖξαι ὅτι ὧν μὲν ἐφίενται, πρὸς τοὺς μὴ ἀμυνομένους ἐπιόντες κτάσθωσαν· οἷς δὲ γενναῖον τήν τε αὑτῶν αἰεὶ ἐλευθεροῦν μάχῃ, καὶ τὴν ἄλλων μὴ δουλοῦσθαι ἀδίκως, ἀναγώνιστοι ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἀπίασι.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

PAR erat, viri Bœoti, ne in mentem quidem cuiquam veſtrum venire, qui magiſtratus eſtis, non eſſe conſentaneum vt cum Athenienſibus, niſi eos in Bœotia aſſequuti, prælium ineamus: Nam quũ in Bœotia munitiones extruxerint, & eã è finitimis locis profecti ſint afflicturi, nimirum pro hoſtibus habendi ſunt, & quocunque in loco deprehendantur, & vndecunque venientes geſſerunt hoſtilia. Et nunc, ſi cui *non pugnare* tutius videbatur, is mutet ſententiam. Neque enim tam circunſpectè & cautè agendum eſt iis qui ab alio inuaduntur, quàm iis qui quum ſua ipſorum poſſideant, plura concupiſcentes, vltro aliena inuadunt. Et vobis certè cum patrium eſt, inuadentem vos peregrinum hoſtem, & domi & procul à domo, tum verò cõuenit multo magis Athenienſes, & quidem finitimos, propulſare. Nam ita demum cuiuſque ciuitatis libertas paratur, ſi in reſiſtendo vicinis par ſit. Quòd ſi iſti non modò vicinos, ſed etiam longè poſitos conantur in ſeruitutem redigere, quo tandem pacto non ad vltimum debeamus venire certaminis aduerſus eos: (habemus autem exemplum e regione poſitos trans fretum Eubœos, & cæteræ Græciæ plurimum, quomodo his ſubiectũ ſit) & intelligere cæteros vicinos de finibus dimicare: at ſi nos vincamur, fore vt vnus in vniuerſam *regionem* terminus ſtatuatur, de quo minimè diſceptandum ſit. Vbi enim *eam* ingreſſi fuerint, rebus noſtris vi potientur, eóque perículoſiores nobis ſunt iſti quàm alii accolæ. Et ſanè conſueuerunt qui viribus freti (vt nunc Athenienſes) vicinis arma inferunt, aduerſus quietum, & in ſua ſe tantummodo terra defendentẽ, promptius id facere: at ei qui extra fines occurrat, &, ſi occaſio fuerit, bellum incipiat, animo minus prompto coercere. Cuius rei ex iſtis documẽta habemus. Nam quum eos terrã noſtram ſeditione laborantem tenẽtes, ad Coroneam viciſſemus, ſecuram admodum ad hoc vſque tempus Bœotiam præſtitimus. Quorum nos memores debemus anniti, qui maiores quidem natu ſumus, vt noſtri ſimiles ſimus: qui verò iuniores, egregiis illis orti parentibus, ne domeſticas laudes dedecoremus: confidentéſque deo, ipſum à nobis futurum, cuius fanum iſti nefariè muro ſeptum incolunt, necnõ ſacrificiis, quæ nobis immolantibus pulchra ſe oſtendunt, aduerſus hos tendere, ac demonſtrare eis, ſe quæ concupiſcunt, nullis defendentibus aggreſſos obtinere oportere: ſed ab iis quibus patriæ generoſitatis eſt & ſuam regionem ſemper pugnando liberare, nec alienam iniuſtè in ſeruitutem redigere, ſine certamine non diſceſſuros.

HIPPOCRATIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Inſtructa vtrinque acie erant commiſſuri prælium Athenienſes & Bœoti. Athenienſibus præerat Hippocrates. Is antequam bellicum caneretur, cohortatione ſuos conatus eſt animare. Fecit hac oratione: qua, commemoratione patriæ & virtutis maiorum, propoſitóque præmio victoriæ, militum animos incendit.

Ὦ Ἀθηναῖοι, δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρός τε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται, καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ἐπικέλευσιν. παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν ὡς ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ οὐ προσῆκον τοσόνδε κίνδυνον ἀναρριπτοῦμεν. ἐν γὰρ τῇ τούτων, ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ὁ ἀγὼν ἔσται· καὶ ἢν νικήσωμεν, οὐ μή ποτε ὑμῖν Πελοποννήσιοι ἐς τὴν χώραν ἄνευ τῆς τῶνδε ἵππου ἐσβάλωσιν. ἐν δὲ μιᾷ μάχῃ τήνδε τε προσκτᾶσθε, καὶ ἐκείνην μᾶλλον ἐλευθεροῦτε. χωρήσατε οὖν ἀξίως ἐς αὐτοὺς τῆς τε πόλεως, ἣν ἕκαστος πατρίδα ἔχων πρώτην ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀγάλλεται, καὶ τῶν πατέρων, οἳ τούσδε μάχῃ κρατοῦντες μετὰ Μυρωνίδου ἐν Οἰνοφύτοις, τὴν Βοιωτίαν ποτὲ ἔσχον.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ.

BReuis quidem, Athenienses, exhortatio fit apud præstantes viros, sed tantundem præstat; magis in memoriam redigens quàm iubens. Nemini autem nostrum in mentem veniat, nos contrà quàm par sit, aliena in terra in tantum periculũ ruere. Nam in horum terra certamen erit pro nostra: in qua si vicerimus, nunquã inuadent Peloponnenses, istorum equitatu carentes. Vno autem prælio cum istam acquiritis, tum vel magis illam liberatis. Pergite igitur in eos, vti dignum est & patria, (quam vnusquisque vestrum inter Græcas principem habere se gloriatur) & vestris maioribus, qui duce Myronida, istis apud OEnophyta superatis, Bœotiam aliquando tenuerunt.

LACEDAEMONIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Non est quidem disertè à Thucydide dictum, per legatos fuisse hæc transacta cum Atheniensibus: sed tamen non abest à vero, legatis potius quàm literis hæc fuisse commissa: quia si coràm ageret, facilius rem possent conficere. Legationis autem illius hæc causa fuit. Athenienses bello defatigati, vltro appellarũt Lacedæmonios de induciis paciscendis. Placuit Lacedæmoniis vt earum formula Atheniensibus ederetur. Id faciunt hac oratione legati: conditiones enim exponunt, & ad quos eæ pertinerent, & quo iure omnes eos esse velint ad quos pertinent, ostendunt.

Περὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ μαντείου τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου δοκεῖ ἡμῖν, χρῆσθαι τὸν βουλόμενον ἀδόλως καὶ ἀδεῶς κατὰ τοὺς πατρίους νόμους. τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις ταῦτα δοκεῖ, καὶ τοῖς ξυμμάχοις τοῖς παροῦσι· Βοιωτοὺς δὲ καὶ Φωκέας πείσειν φασὶν ἐς δύναμιν προσκηρυκευόμενοι. περὶ δὲ τῶν χρημάτων τῶν τοῦ θεοῦ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως τοὺς ἀδικοῦντας ἐξευρήσωμεν, ὀρθῶς καὶ δικαίως τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι καὶ ὑμεῖς καὶ ἡμεῖς, καὶ τῶν ἄλλων οἱ βουλόμενοι, τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι πάντες. περὶ μὲν οὖν τούτων ἔδοξε Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις, ἐὰν σπονδὰς ποιῶνται οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τῆς αὐτῶν μένειν ἑκατέρους, ἔχοντας ἅπερ νῦν ἔχομεν· τοὺς μὲν ἐν τῷ Κορυφασίῳ ἐντὸς τῆς Βουφράδος καὶ τοῦ Τομέως μένοντας· τοὺς δὲ ἐν Κυθήροις, μὴ ἐπιμισγομένους ἐς τὴν ξυμμαχίαν, μήτε ἡμᾶς πρὸς αὐτούς, μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς· τοὺς δὲ ἐν Νισαίᾳ καὶ Μινῴᾳ, μὴ ὑπερβαίνοντας τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν Πυλῶν τῶν παρὰ τοῦ Νίσου ἐπὶ τὸ Ποσειδώνιον. ἀπὸ δὲ τοῦ Ποσειδωνίου, εὐθὺς ἐπὶ τὴν γέφυραν τὴν ἐς Μινῴαν· μηδὲ Μεγαρέας καὶ τοὺς ξυμμάχους ὑπερβαίνειν τὴν ὁδὸν ταύτην, καὶ τὴν νῆσον ἥνπερ ἔλαβον οἱ Ἀθηναῖοι ἔχοντας, μήτε ἐπιμισγομένους μηδετέρους μηδετέρωσε· καὶ τὰ ἐν Τροιζῆνι ὅσαπερ νῦν ἔχουσι, καὶ οἷα ξυνέθεντο πρὸς Ἀθηναίους· καὶ τῇ θαλάσσῃ χρωμένους, ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν. Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πλεῖν μὴ μακρᾷ νηί, ἄλλῳ δὲ κωπήρει πλοίῳ, ἐς πεντακόσια τάλαντα ἄγοντι μέτρα. κήρυκι δὲ, καὶ πρεσβείᾳ καὶ ἀκολούθοις ὁπόσοις ἂν δοκῇ περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου, καὶ δικῶν, ἐς Πελοπόννησον ἢ Ἀθήναζε σπονδὰς εἶναι ἰοῦσι καὶ ἀπιοῦσι, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. τοὺς δὲ αὐτομόλους μὴ δέχεσθαι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μήτε ἐλεύθερον, μήτε δοῦλον, μήτε ὑμᾶς, μήτε ἡμᾶς. δίκας τε διδόναι ὑμᾶς τε ἡμῖν, καὶ ἡμᾶς ὑμῖν κατὰ τὰ πάτρια, τὰ ἀμφίλογα δίκῃ διαλύοντας ἄνευ πολέμου. τοῖς μὲν Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις ταῦτα δοκεῖ· εἰ δέ τι ὑμῖν εἴτε κάλλιον εἴτε δικαιότερον τούτων δοκεῖ εἶναι, ἰόντες ἐς Λακεδαίμονα διδάσκετε. οὐδενὸς γὰρ ἀποστήσονται ὅσα ἂν δίκαια λέγητε, οὔτε οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὔτε οἱ ξύμμαχοι. οἱ δὲ ἰόντες, τέλος ἔχοντες ἰόντων, ᾗπερ καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς κελεύετε. αἱ δὲ σπονδαὶ ἐνιαυτὸν ἔσονται. ἔδοξε τῷ δήμῳ. Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει. Λάχης εἶπε. Τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων, ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν, καθ' ἃ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν. καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν. ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἰόντας ὡς ἀλλήλους πρέσβεις καὶ κήρυκας, ποιεῖσθαι τοὺς λόγους καθ' ὅτι ἔσται ἡ κατάλυσις τοῦ πολέμου. ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πρυτάνεις, πρῶτον περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους, καθ' ὅτι ἂν ἐσίῃ ἡ πρεσβεία περὶ τῆς καταλύσεως τοῦ πολέμου. σπείσασθαι δὲ αὐτίκα μάλα τὰς πρεσβείας ἐν τῷ δήμῳ τὰς παρούσας, ἦ μὴν ἐμμενεῖν ἐν ταῖς σπονδαῖς τὸν ἐνιαυτόν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henr. Stephano nonnullis in locis recognita.

QVod ad templum atque oraculum Apollinis Pythii attinet, placet nobis vt qui velint, nullo dolo nullóque metu consulant, ad patrium quisque ritum. Lacedæmonii probauerũt hæc, eorúmq; qui aderant socii, atq; dixerunt se Bœotis hoc atque Phocensibus quoad possent, misso caduceatore persuasuros. Quod ad pecu-

niam Dei attinet, curæ fore vt fontes comperiamus patriis ritibus vtentes vtrique & ex aliis quicunque voluerint, patriis *itidem* ritibus vtentes omnes. De his igitur placuit Lacedæmoniis & eorum sociis (si modò fœdera fiant cum Atheniensibus) vtrosque in sua terra manere, contentos iis quæ habemus: Lacedæmonios quidem in Coryphasio intra Buphradem & Tomæum manentes, Athenienses autem in Cytheris: ac neque nos cum ipsis, neque ipsos nobiscum societate misceri. Eos autem qui in Nisæa essent, & in Minoa, non transire iter quod est à Pylis præter Nisum ad Neptuni delubrum: ab ipso autem delubro statim ad pontem Minoam versus. Megarenses quoque ac socios non transcēdere viam hanc, & insulam habentes quam Athenienses ceperūt: neutrósque cum alteris vltro citróque commercium habere. Item illis vti licere quæcūque nunc in Trœzene habent, & de quibuscunque cum Atheniensibus conuenerit: necnon vti mari, quocunque placuerit vel ad sua ipsorum, vel ad sociorum ire. Item Lacedæmoniis licere & sociis nauigare naui non longa, sed alio nauigio quod remis agatur: sitque pondo vecturæ quingentorum talentorum. Item caduceatori atque legatis, comitibúsque quotcunque sibi placuerit, dissoluendi belli gratia & controuersiarum in Peloponnesum Athenásve euntibus, ac redeuntibus, terra maríque fœdera esse. Transfugas interea non recipi, liberum seruúmve, neque à vobis, neque à nobis. Item vos causam dicere nobis deferentibus, & nos vobis, secundum instituta maiorum, controuersias iure dirimentes citra bellum. Lacedæmoniis hæc ac sociis placita sunt. Quòd si quid aut honestius his aut iustius esse vobis videtur, euntes in Lacedæmona docete. nihil enim quod, modò iustum, dixeritis, abnuent vel Lacedæmonii, vel socii. Qui autem ibunt, iis autoritas detur *ad ineundum nobiscum fœdus*, sicut & vos nos iubetis. Fœdera hæc ad annum erunt. *Ita* placuit populo. Acamantis magistratum prytaneum gerebat, Phænippus scriba erat, Niciades præerat. Laches pronūtiauit, Quod faustum Atheniensibus sit, inducias fieri, prout concesserunt Lacedæmonii eorúmque socii: & spoponderunt in populo inducias esse annuas, quæ hodierno die incipiant, quartodecimo Elaphebolionis (*id est Decembris*) mēsis. Hoc interim tempore vtrorumque legatos atque caduceatores inuicem adeuntes, tractare qua ratione bellum dissoluatur. Concionem autem aduocantibus imperatoribus ac prætoribus, primùm de pace consultare Athenienses, quónam modo adeat legatio de bello dissoluendo: & perquam subitò legatos qui aderunt spondere apud populum, se fœderibus staturos ad annum vertentem.

BRASIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Expeditio fuerat suscepta aduersus Lyncestas à Brasida Lacedæmonio & Perdicca Macedonum rege: quibus erant præterea auxilio venturi Illyrii. Sed ii fidem repentè fefellerunt, & Lyncestarum partes sunt sequuti. Hoc nuntio perculsi Macedones, se in fugam coniecerunt. Deserti Lacedæmonii à sociis non mediocriter pertimuerunt, quòd bellicosa gens Illyriorum credebatur. Confirmare eos Brasidas hac oratione nititur: opponit enim barbarorum inani fiduciæ, temeritati, imperitiæ, virtutem Lacedæmoniorum, propriam illius gentis, ac disciplinam vsumque rei militaris.

Εἰ μὲν μὴ ὑπώπτευον, ἄνδρες Πελοποννήσιοι, ὑμᾶς τῷ τε μεμονῶσθαι, καὶ ὅτι βάρβαροι οἱ ἐπιόντες, καὶ πολλοί, ἔκπληξιν ἔχειν, οὐκ ἂν ὁμοίως διδαχὴν ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐποιούμην· νῦν δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόλειψιν τῶν ἡμετέρων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, βραχεῖ ὑπομνήματι καὶ παραινέσει τὰ μέγιστα πειράσομαι πείθειν. ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια, οὐ διὰ ξυμμάχων παρουσίαν ἑκάστοτε, ἀλλὰ δι' οἰκείαν ἀρετήν, καὶ μηδὲν πλῆθος πεφοβῆσθαι ἑτέρων· οἵ γε μηδὲ ἀπὸ πολιτειῶν τοιούτων ἥκετε, ἐν αἷς οὐ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν, ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους. οὐκ ἄλλῳ τινὶ κτησάμενοι τὴν δυναστείαν, ἢ τῷ μαχόμενοι κρατεῖν. βαρβάρους δὲ οὓς νῦν ἀπειρίᾳ δέδιτε, μαθεῖν χρὴ ἐξ ὧν τε προηγώνισθε τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν, καὶ ἀφ' ὧν ἐγὼ εἰκάζω τε, καὶ ἄλλων ἀκοῇ ἐπίσταμαι, οὐ δεινοὺς ἐσομένους. καὶ γὰρ ὅσα μὲν τῷ ὄντι ἀσθενῆ ὄντα τῶν πολεμίων, δόκησιν ἔχει ἰσχύος, διδαχὴ ἀληθὴς προσγενομένη περὶ αὐτῶν, ἐθάρσυνε μᾶλλον τοὺς ἀμυνομένους· οἷς δὲ βεβαίως τι πρόσεστιν ἀγαθόν, μὴ προειδώς τις ἂν αὐτοῖς τολμηρότερον προσφέροιτο. οὗτοι δὲ τὴν μέλλησιν μὲν ἔχουσι τοῖς ἀπείροις φοβεράν· καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δεινοί, καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι, ἥ τε διὰ κενῆς ἐπανάσεισις τῶν ὅπλων ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς· προσμίξαι δὲ τοῖς ὑπομένουσιν αὐτά, οὐχ ὅμοιοι. οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες, αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινα χώραν βιαζόμενοι, ἥ τε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει. αὐτοκράτωρ δὲ μάχη μάλισ' ἂν καὶ πρόφασιν τοῦ σώζεσθαί τινι πρεπόντως πορίσειε, τοῦ τε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ὑμᾶς

ἀκινδύνως ἡγοῦνται. ἐκείνῳ γὰρ ἂν πρὸ τούτου ἐχρῶντο. σαφῶς τε πᾶν τὸ προϋπάρχον δεινὸν ἀπ᾽ αὐτῶν, ὁρᾶτε, ἔργῳ μὲν βραχὺ ὄν, ὄψει δὲ καὶ ἀκοῇ κατασπέρχον. ὃ ὑπομείναντες ἐπιφερόμενον, καὶ, ὅταν καιρὸς ᾖ, κόσμῳ καὶ τάξει αὖθις ὑπαγαγόντες, ἔς τε τὸ ἀσφαλὲς θᾶσσον ἀφίξεσθε, καὶ γνώσεσθε τὸ λοιπὸν ὅτι οἱ τοιοῦτοι ὄχλοι τοῖς μὲν τὴν πρώτην ἔφοδον δεξαμένοις, ἄπωθεν ἀπειλαῖς τὸ ἀνδρεῖον μελλήσει ἐπικομποῦσιν· οἳ δ᾽ ἂν εἴξωσιν αὐτοῖς, κατὰ πόδας τὸ εὔψυχον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὀξεῖς ἐνδείκνυνται.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

NIsi ego suspicarer, viri Peloponnenses, terrore vos esse perculsos, quòd derelictus sim, quódque barbari & ii permulti in nos tendant, non ita vos hortarer pariter ac docerem. Nunc quod ad desertionem nostrorum, & ad hostium multitudinem attinet, vobis quæ maxima sunt breui admonitione & hortatione persuadere conabor. Conuenit enim vobis in bellicis rebus strenuos esse non propter præsentiam sociorum semper, sed virtutis propriæ causa: neque aliorum multitudine terreri. quippe qui nō ex eiusmodi rebuspublicis venitis in quibus præsunt paucis multi, sed potius pluribus pauciores, nullo alio adepti potentiam quàm vincendo in præliis. Barbaros autem (quos nunc inexperti formidatis) scire debetis & ex illis contra quos pro Macedonibus pugnauistis, & ex iis quæ ego partim cōiectura, partim fama intelligo, nō pertimescendos fore. Quæcunque enim reuera sunt imbecillia, sed putantur valida, quum de ipsis documētum veritatis accesserit, audaciores aduersarios reddunt: quibus autem aliqua fortitudo reuera inest, siquis id non præuiderit, hic in eos ferocior fertur. At isti, dum quidem prælium inire parant, terrori sunt iis qui eos minimè experti sunt: vtpote aspectu multitudinis horrendi, & vociferationis magnitudine terribiles. & inanis illa armorum concussio aliquas præ se fert minas: sed iidem in conferendis manibus aduersus eos qui ista sustinent, non tales existunt. Neque enim pudet eos, *quemadmodum nos Lacedæmonios*, quum ordinem nullum habeant, locum deserere dum vrgentur. Ac quum non minus honestum sit *apud eos* fugere, quàm hostem adoriri, nullum fortitudinis habetur examen. Ac certè in pugna in qua se quisque pro suo arbitrio gerit, maxima cuiuis occasio est seruato decoro saluti suæ consulere. Quòd si non existimarent se maiore cum fiducia posse nos terrefacere citra suum periculum, quàm nobiscum cōgredi, hoc certè iam antea fecissent. Denique quicquid horrendum hactenus præ se tulerūt, videtis re ipsa leue esse, ac *tantum* oculis & auribus terrorem incutere. Eos, quum infesti venient, vos sustinentes, &, quum tempus erit, cum decore & ordine rursus vos subducentes, in tutum properè abibitis, cogniturì in reliquum tempus, huiusmodi turbas, iis qui primum impetum exceperint, ostētare robur, minabundas eminus ac cunctabundas: contrà, si eis cedatur, in terga ruentes strenuitatem in tuto demonstrare.

Ex libro quinto historiarum Thucydidis.

BRASIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Brasidas commissurus cum Atheniensibus prælium, suis animós augere hac cohortatione voluit. Ea partes habet duas: priore, consilii sui, & certaminis ad quod eos ducebat, rationem exponit: velle incautos adoriri, & diuiso agmine terrere: altera parte eos animare ad strenuè pugnandum conatur. Proponit suis ciuibus gloriam communis patriæ, sociis spem libertatis, metum suæ & Græcorum seruitutis, omnibus præmium victoriæ. Ipse verò fidentem animum præ se fert, spei & consilii plenum.

ἌΝδρες Πελοποννήσιοι, ἀπὸ μὲν οἵας χώρας ἥκομεν, ὅτι αἰεὶ διὰ τὸ εὔψυχον ἐλευθέρας, καὶ ὅτι Δωριῆς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι, ὧν εἰώθατε κρείσσους εἶναι, ἀρκείτω βραχέως δεδηλωμένον. τὴν δὲ ἐπιχείρησιν ᾧ τρόπῳ διανοοῦμαι ποιεῖσθαι, διδάξω, ἵνα μὴ τό,τε κατ᾽ ὀλίγον καὶ μὴ ἅπαντας κινδυνεύειν, ἐνδεὲς φαινόμενον, ἀτολμίαν παράσχῃ. τοὺς γὰρ ἐναντίους εἰκάζω καταφρονήσει τε ἡμῶν, καὶ οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι τις αὐτοῖς ἐς μάχην, ἀναβῆναί τε πρὸς τὸ χωρίον, καὶ νῦν ἀτάκτως κατὰ θέαν τετραμμένους ὀλιγωρεῖν. ὅστις δὲ τὰς τοιαύτας ἁμαρτίας τῶν

ἐναντίων κάλλιστα ἰδών, καὶ ἅμα πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται, μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθέντος, ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο. καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστην δόξαν ἔχει, ἃ τὸν πολέμιον μάλιστ' ἄν τις ἀπατήσας, τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειεν. ἕως οὖν ἔτι ἀπαράσκευοι θαρσοῦσι, καὶ τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος, ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται, τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῶν τῆς γνώμης, καὶ πρὶν ξυνταθῆναι μᾶλλον τὴν δόξαν, ἐγὼ μὲν ἔχων τοὺς μετ' ἐμαυτοῦ, καὶ φθάσας, ἢν δύνωμαι, προσπεσοῦμαι δρόμῳ κατὰ μέσον τὸ στράτευμα. σὺ δὲ Κλεαρίδα, ὕστερον, ὅταν ἐμὲ ὁρᾷς ἤδη προσκείμενον, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς φοβοῦντα αὐτούς, τοὺς μετὰ σεαυτοῦ, τούς τ' Ἀμφιπολίτας καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους ἄγων, αἰφνιδίως τὰς πύλας ἀνοίξας ἐπεκθεῖν, καὶ ἐπείγεσθαι ὡς τάχιστα ξυμμῖξαι. (ἐλπὶς γὰρ μάλιστα αὐτοὺς οὕτω φοβηθῆναι. τὸ γὰρ ἐπιὸν ὕστερον, δεινότερον τοῖς πολεμίοις τοῦ παρόντος, καὶ μαχομένου) καὶ αὐτός τε ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, ὥσπερ σε εἰκὸς ὄντα Σπαρτιάτην· καὶ ὑμεῖς ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι ἀκολουθήσατε ἀνδρείως, καὶ νομίσατε εἶναι τοῦ καλῶς πολεμεῖν, τὸ ἐθέλειν, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι, καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι· καὶ τῇδε ὑμῖν τῇ ἡμέρᾳ, ἢ ἀγαθοῖς γενομένοις ἐλευθερίαν τε ὑπάρχειν, καὶ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις κεκλῆσθαι· ἢ Ἀθηναίων τε δούλοις, ἢν τὰ ἄριστα ἄνευ ἀνδραποδισμοῦ ἢ θανατώσεως πράξητε, καὶ δουλείαν χαλεπωτέραν ἢ πρὶν εἴχετε· τοῖς δὲ λοιποῖς Ἕλλησι, κωλυταῖς γενέσθαι ἐλευθερώσεως. ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς μαλακισθῆτε, ὁρῶντες περὶ ὅσων ὁ ἀγών ἐστιν, ἐγώ τε δείξω οὐ παραινέσαι οἷός τε ὢν μᾶλλον τοῖς πέλας, ἢ καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἐπεξελθεῖν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

Viri Peloponnenses, vos ex ea terra esse profectos quæ propter fortitudinẽ libera semper extitit, & vos Dores aduersus Iones dimicaturos esse, quibus superiores esse consueuistis, paucis declarasse sufficiat. At quónam modo *hostes* aggredi statuerim, id verò vos docebo, ne, mihi cum paucis *vestrum* non cum omnibus belli fortunam tentanti vires defuturas existimantes, deterreamini. Hostis enim quantum coniicio (contemptu nostri, quos non putat in se ad pugnam progressuros) locum illum conscendit: & nunc spectandi gratia ordinibus abruptis, palantem omnem prælii curã abiecisse. Quæ peccata hostium quisquis optimè animaduertit, & pro suis etiam viribus *eos* aggreditur, non id faciens ex aperto & instructo cõtrà agmine magis quàm ex præsenti opportunitate, is vtplurimum ex animi sententia res gerere queat. Atque hæc belli furta honestissimam gloriam obtinent, per quæ maxima fallacia circumueniens hostem, summo amicos afficiat commodo. Ergo dum imparati adhuc confidunt, dúmque abeundi potius quàm manendi (quantum mihi videtur) animum habent, in hac eorum remissione animi & dissolutione, priusquam magis sententiam componant, ego cum iis quos habeo anteuertam, in medium eorum agmen, si potero incurrens & irruens. Tu Clearida, mox vbi me iam insiliisse conspexeris, atque (vt credibile est) terrentem illos, tunc verò patefactis repentè portis prodeas cum istis qui tecum sunt, Amphipolitanísque ac sociis, anniteréque quamfe[illegible]antissimè te prælio immiscere. Sic enim præcipuè spero eos territum iri: quoniam terribiliores sunt hosti qui interueniunt pugnæ quàm qui iam adsunt & pugnant. Et quod ad te attinet, vt Spartiatam decet, virum te egregium præsta: & eum vos socii strenuè sequimini, existimantes id demum esse bene bellare, vt velis, vt erubescas, vt ducibus pareas: atque vt hodierno die fore vt aut liberi existatis, si strenuè vos gesseritis, & socii Lacedæmoniorum vocitemini: aut Atheniensium serui, duriore etiam quàm pertulistis seruitute, & quidem si vel optima conditione vti vobis liceat, absque mancipatione & internecione: cæterísque Græcis quominus liberi fiant impedimento sitis. Sed vos operam date vt molles remissique non sitis, quum sciatis quantis de rebus certamẽ sit: ad me autem quod attinet, ostendã eũ me esse qui non magis alios *ad rês suscipiendas* horter quàm ipsemet eas exequar.

Ex libro sexto historiarum Thucydidis.

NICIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Atheniensium opem implorabant Egestani Siculi, bello à Siluntinis petiti. Res delata est ad concionem. Populus id bellum iussit cupidissimis aliquot ducibus, qui illud deferri ad se cupiebant. In numero ducum erat nominatus Nicias. huic delatum impe-

rium, & omnis illa militia minimè grata erat. Itaque decernenti populo dissuadet ne omnino id bellum suscipiatur. Esse enim illud periculosum, præsertim nullis finitimorum pacatis, sed ardente Peloponesiaco bello, quod plenum negotii erat. Refellit quod dictum fuerat ab Egestanis, impendere grauissimum periculum Atheniensium imperio, si Syracusani rerum in Sicilia potirentur. Monet ne mos geratur cupidis hominibus, qui nihil libentius faciant quàm rem & gloriam priuatam ex reip. detrimentis quærant.

Ἡ μὲν ἐκκλησία περὶ παρασκευῆς τῆς ἡμετέρας ἥδε ξυνελέγη, καθ' ὅτι χρὴ ἐς Σικελίαν ἐκπλεῖν· ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ καὶ περὶ αὐτοῦ τούτου ἔτι χρῆναι σκέψασθαι, εἰ ἄμεινόν ἐστιν ἐκπέμπειν τὰς ναῦς, καὶ μὴ οὕτω βραχείᾳ βουλῇ περὶ μεγάλων πραγμάτων ἀνδράσιν ἀλλοφύλοις πειθομένους, πόλεμον οὐ προσήκοντα ἄρασθαι. καίτοι ἔγωγε καὶ τιμῶμαι ἐκ τοῦ τοιούτου, καὶ ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀρρωδῶ, νομίζων ὁμοίως ἀγαθὸν πολίτην εἶναι, ὃς ἂν καὶ τοῦ σώματός τι καὶ τῆς οὐσίας προνοῆται. μάλιστα γὰρ ἂν ὁ τοιοῦτος καὶ τὰ τῆς πόλεως δι' ἑαυτὸν βούλοιτο ὀρθοῦσθαι. ὅμως δὲ οὔτε ἐν τῷ προτέρῳ χρόνῳ διὰ τὸ προτιμᾶσθαι, εἶπον παρὰ γνώμην, οὔτε νῦν, ἀλλὰ ᾗ ἂν γιγνώσκω βέλτιστα, ἐρῶ. καὶ πρὸς μὲν τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους, ἀσθενὴς ἄν μου ὁ λόγος εἴη, εἰ τά τε ὑπάρχοντα σῴζειν παραινοίην, καὶ μὴ τοῖς ἑτοίμοις περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. ὡς δὲ οὔτε ἐν καιρῷ σπεύδετε, οὔτε ῥᾴδιά ἐστι κατασχεῖν ἐφ' ἃ ὥρμησθε, ταῦτα διδάξω. φημὶ γὰρ ὑμᾶς πολεμίους πολλοὺς ἐνθάδε ὑπολιπόντας, καὶ ἑτέρους ἐπιθυμεῖν ἐκεῖσε πλεύσαντας, δεῦρο ἐπαγαγέσθαι. καὶ οἴεσθε ἴσως τὰς γενομένας ὑμῖν σπονδὰς ἔχειν τι βέβαιον, αἳ ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν, ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται. οὕτω γὰρ ἐνθένδε τε ἄνδρες ἔπραξαν αὐτὰς, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων· σφαλέντων δέ που ἀξιόχρεῳ δυνάμει, ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ὑμῖν οἱ ἐχθροὶ ποιήσονται, οἷς πρῶτον μὲν διὰ ξυμφορῶν ἡ ξύμβασις, καὶ ἐκ τοῦ αἰσχίονος ἢ ἡμῖν, κατ' ἀνάγκην ἐγένετο· ἔπειτα ἐν αὐτῇ ταύτῃ πολλὰ τὰ ἀμφισβητούμενα ἔχομεν. εἰσὶ δ' οἳ οὐδὲ ταύτην πω τὴν ὁμολογίαν ἐδέξαντο, καὶ οὐχ οἱ ἀσθενέστατοι· ἀλλ' οἱ μὲν ἄντικρυς πολεμοῦσιν, οἱ δὲ καὶ διὰ τὸ Λακεδαιμονίους ἔτι ἡσυχάζειν, δεχημέροις σπονδαῖς καὶ αὐτοὶ ἔτι κατέχονται. τάχα δ' ἂν ἴσως εἰ δίχα ἡμῶν τὴν δύναμιν λάβοιεν (ὅπερ νῦν σπεύδομεν) καὶ πάνυ ἂν ξυνεπίθοιντο μετὰ Σικελιωτῶν, οὓς πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο ξυμμάχους σφίσι γενέσθαι ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. ὥστε χρὴ σκοπεῖν τινὰ αὐτὰ, καὶ μὴ μετεώρῳ τῇ πόλει ἀξιοῦν κινδυνεύειν, καὶ ἀρχῆς ἄλλης ὀρέγεσθαι, πρὶν ἣν ἔχομεν βεβαιωσώμεθα. εἰ Χαλκιδεῖς γε οἱ ἐπὶ Θρᾴκης, ἔτη τοσαῦτα ἀφεστῶτες ἡμῶν, ἔτι ἀχείρωτοί εἰσι, καὶ ἄλλοι τινὲς κατὰ τὰς ἠπείρους ἐνδοιαστῶς ἀκροῶνται, ἡμεῖς δὲ Ἐγεσταίοις δὴ οὖσι ξυμμάχοις, ὡς ἀδικουμένοις ὀξέως βοηθοῦμεν· ὑφ' ὧν δ' αὐτῶν πάλαι ἀφεστώτων ἀδικούμεθα, ἔτι μέλλομεν ἀμύνεσθαι. καίτοι τοὺς μὲν κατεργασάμενοι, κἂν κατάσχοιμεν· τῶν δ' εἰ καὶ κρατήσαιμεν, διὰ πολλοῦ γε καὶ πολλῶν ὄντων, χαλεπῶς ἂν ἄρχειν δυναίμεθα. ἀνόητον δ' ἐπὶ τοιούτους ἰέναι, ὧν κρατήσας τε μὴ κατασχήσει τις, καὶ μὴ κατορθώσας, μὴ ἐν τῷ ὁμοίῳ καὶ πρὶν ἐπιχειρῆσαι ἔσται. Σικελιῶται δ' ἄν μοι δοκοῦσιν, ὥς γε νῦν ἔχουσι, καὶ ἔτι ἂν ἧσσον δεινοὶ ἡμῖν γενέσθαι, εἰ ἄρξειαν αὐτῶν Συρακούσιοι, ὅπερ οἱ Ἐγεσταῖοι μάλιστα ἡμᾶς ἐκφοβοῦσι. νῦν μὲν γὰρ κἂν ἔλθοιεν ἴσως Λακεδαιμονίων ἕκαστοι χάριτι, ἐκείνως δ' οὐκ εἰκὸς ἀρχὴν ἐπὶ ἀρχὴν στρατεῦσαι. ᾧ γὰρ ἂν τρόπῳ τὴν ἡμετέραν μετὰ Πελοποννησίων ἀφέλωνται, εἰκὸς ὑπὸ τῶν αὐτῶν καὶ τὴν σφετέραν διὰ τοῦ αὐτοῦ καθαιρεθῆναι. ἡμᾶς δ' ἂν οἱ ἐκεῖ Ἕλληνες μάλιστα μὲν ἐκπεπληγμένοι εἶεν, εἰ μὴ ἀφικοίμεθα· ἔπειτα δὲ, καὶ εἰ δείξαντες τὴν δύναμιν, δι' ὀλίγου ἀπέλθοιμεν. εἰ δὲ σφαλείημέν τι, τάχιστ' ἂν ὑπεριδόντες, μετὰ τῶν ἐνθάδε ἐπιθοῖντο. τὰ γὰρ διὰ πλείστου πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα, καὶ τὰ πεῖραν ἥκιστα τῆς δόξης δόντα. ὅπερ νῦν ὑμεῖς ὦ Ἀθηναῖοι ἐς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους πεπόνθατε, διὰ τὸ παρὰ γνώμην αὐτῶν πρὸς ἃ ἐφοβεῖσθε τὸ πρῶτον, περιγεγενῆσθαι, καταφρονήσαντες, ἤδη καὶ Σικελίας ἐφίεσθε. χρὴ δὲ μὴ πρὸς τὰς τύχας τῶν ἐναντίων ἐπαίρεσθαι, ἀλλὰ τὰς διανοίας κρατήσαντας, θαρσεῖν. μηδὲ Λακεδαιμονίους ἄλλο τι ἡγήσασθαι ἢ διὰ τὸ αἰσχρὸν, σκοπεῖν ὅτῳ τρόπῳ ἔτι καὶ νῦν ἢν δύνωνται, σφήλαντες ἡμᾶς, τὸ σφέτερον ἀπρεπὲς εὖ θήσονται, ὅσῳ καὶ περὶ πλείστου καὶ διὰ πλείστου, δόξαν ἀρετῆς μελετῶσιν. ὥστε οὐ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ Ἐγεσταίων ἡμῖν ἀνδρῶν βαρβάρων ὁ ἀγὼν, εἰ σωφρονοῦμεν, ἀλλ' ὅπως πόλιν δι' ὀλιγαρχίας ἐπιβουλεύουσαν, ὀξέως φυλαξόμεθα. καὶ μεμνῆσθαι χρὴ ἡμᾶς ὅτι νεωστὶ ἀπὸ νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, ὥστε καὶ χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ηὐξῆσθαι· καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἡμῶν δίκαιον ἐνθάδε εἶναι ἀναλοῦν, καὶ μὴ ὑπὲρ ἀνδρῶν φυγάδων τῶνδε, ἐπικουρίας δεομένων, οἷς τό τε ψεύσασθαι καλῶς χρήσιμον, καὶ τῷ τοῦ πέλας κινδύνῳ αὐτοὺς λόγους μόνον παρασχομένους, ἢ κατορθώσαντας, χάριν μὴ ἀξίαν εἰδέναι, ἢ πταίσαντάς που, τοὺς φίλους ξυναπολέσαι. εἴ τέ τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς, παραινεῖ ὑμῖν ἐκπλεῖν, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν, ἄλλως τε καὶ νεώτερος ὢν ἔτι ἐς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν, καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε, τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι. νομίσατε δὲ τοὺς τοιούτους τὰ μὲν δημόσια ἀδικεῖν, τὰ δὲ ἴδια ἀναλοῦν, καὶ τὸ πρᾶγμα μέγα εἶναι, καὶ μὴ οἷον νεωτέρῳ βουλεύσασθαί τε καὶ ὀξέως μεταχειρίσαι. οὓς ἐγὼ ὁρῶν νῦν ἐνθάδε τῷ αὐτῷ ἀνδρὶ παρακελευστοὺς καθημένους, φοβοῦμαι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύομαι μὴ καταισχυνθῆναι, εἴ τῳ τις παρακάθηται τῶνδε, ὅπως μὴ δόξει, ἂν μὴ ψηφίζηται πολεμεῖν, μαλακὸς εἶναι. μηδ' ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθοιεν, δυσέρωτας εἶναι τῶν ἀπόντων, γνόντας ὅτι ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα κατορθοῦνται, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα· ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναρριπτούσης, ἀντιχειροτονεῖν, καὶ ψηφίζεσθαι τοὺς μὲν Σικελιώτας οἷσπερ νῦν ὅροις χρωμένους πρὸς ὑμᾶς οὐ μεμπτοῖς, τῷ τε Ἰονίῳ κόλπῳ, παρὰ γῆν ἤν τις πλέῃ, καὶ τῷ Σικελικῷ διὰ πελάγους, τὰ αὑτῶν νεμομένους, καθ' αὑτοὺς καὶ ξυμφέρεσθαι. τοῖς δ' Ἐγεσταίοις ἰδίᾳ εἰπεῖν, ἐπειδὴ ἄνευ Ἀθηναίων καὶ ξυνῆψαν πρὸς Σελινουντίους τὸ πρῶτον πόλεμον, μετὰ σφῶν αὐτῶν καὶ καταλύεσθαι. καὶ τὸ λοιπὸν ξυμμάχους μὴ ποιεῖσθαι, ὥσπερ εἰώθαμεν, οἷς κακῶς μὲν πράξασιν ἀμυνοῦμεν, ὠφελείας δ' αὐτοὶ δεηθέντες, οὐ τευξόμεθα. καὶ σὺ ὦ πρύτανι, ταῦτα (εἴπερ ἡγῇ σοι προσήκειν κήδεσθαί τε τῆς πόλεως, καὶ βούλει γενέσθαι πολίτης ἀγαθὸς) ἐπιψήφιζε, καὶ γνώμας προτίθει αὖθις Ἀθηναίοις, νομίσας, εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι, τὸ μὲν λύειν τοὺς νόμους, μὴ μετὰ τοσῶνδ' ἂν μαρτύρων αἰτίαν σχεῖν, τῆς δὲ πόλεως βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι. καὶ τὸ καλῶς ἄρξαι τοῦτ' εἶναι, ὃς ἂν τὴν πατρίδα ὠφελήσῃ ὡς πλεῖστα, ἢ ἑκὼν εἶναι μηδὲν βλάψῃ.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ,ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

HAEC quidem concio ob nostram classem instruendam coacta est,perinde acsi in Siciliam nauigare oporteat. Mihi autem videtur de hoc ipso quoque considerari oportere, vtrum satius sit mittere classem nécne: nec ita breui consultatione de rebus arduis,credendo viris alienigenis,bellum sumere quod ad nos nihil pertineat. Equidem quod ad me attinet,ego ex hac re honorem consequor,& meo ipsius corpori minimè omnium timeo. Sed quum existimem bonum ciuem esse, cum eum qui & corpori & fortunis suis prospicit,tum eum multo magis qui vult sua opera remp. prosperam esse: sicuti tamen superiori tempore nunquam ampliandæ dignitatis gratia dixi secus atque sentiebam,ita nunc non alia quàm quæ optima esse sentio,dicam. Qui si suadeam vobis ea quæ adsunt tueri,nec de iis quæ certa sunt,propter incerta periclitari, infirma quidem apud affectus vestros fuerit oratio mea: quòd autem neque tempestiui sint conatus vestri, neque facilia sunt ad obtinendum ea ad quæ contenditis, hoc planum faciam. Etenim dico vos,illuc traiiciendo, quum multos hîc hostes relinquatis, cupere vt plures etiam huc hostes contrahatis. Et opinamini fortasse apud illos fœdera quæ nobiscum inierunt, aliquid firmitatis habitura. Illa verò quiescentibus quidem nobis erunt fœdera duntaxat nomine: (sic enim quidam è nostris atque ex aduersariis rem transegerunt) quòd si numerosi *alicuius* exercitus clades nobis contingat,sine mora manus hostilis ingruet nobis: primùm quia nobiscum pacti sunt non voluntate, sed iniquitate fortunæ & necessitate, ac maiore quàm nos turpitudine: deinde quòd in his fœderibus multa controuersa habemus. Præterea verò sunt qui has pactiones neutiquam admiserunt, neque ii inualidissimi, & eorum alii, professi hostes,alii,quia Lacedæmonii quiescunt adhuc,& ipsi per decem dierum fœdera ab inuadendo cohibentur: qui forsitan si nostras copias bifariam diuisas esse acceperint (id quod nunc facere festinamus) nos prorsus adorientur vnà cum Siciliensibus, quorum societatem iampridem ingenti pretiio redemissent. Ex quo animaduertere debemus qualia sint hæc,neque,dum ciuitas nostra fluctuat,periculis nos obiicere, & alienũ imperium affectare,priusquam id quod habemus stabilierimus. Siquidem & Chalcidenses qui sunt in Thracia, qui à tot iam annis defecerunt à nobis, nondum subiugati sunt,aliique in continentibus non certam obedientiam nobis præstãt. Sed nos Egestanis *nostris* scilicet sociis,vt quibus inferatur iniuria,properè succurrimus: at verò eos ipsos à quibus iampridem, ex quo à nobis defecerunt,iniuria afficimur, bello persequi cunctamur. Atqui hos vincendo retinebimus: illis certè,quòd procul absunt, quódque permulti sunt,ægrè imperabimus. Amẽtia igitur sit eos inuadere quos qui vicerit, retinere *sub imperio suo* nequeat,& si res ei non successerit,non eadem quæ ante illam tentatam,conditio eius futura sit. Sicilienses autem mihi videntur,vt nunc se res habent, si imperio eorum potiantur Syracusani,etiam minus formidabiles nobis fore: quo nomine præcipuè terrorem nobis incutiũt Egestani. Nunc enim fieri quidem certè possit vt veniant singuli gratificandi Lacedæmoniis gratia: at illo modo verisimile nõ esset,fore vt principatus bellũ principatui inferret. Quoniã quo ipsi modo cum Peloponnẽsibus nostrũ imperium euertissent,eodem credere deberẽt suũ ab eisdem euersum iri. Porro Græci qui illic sunt,primùm nos magnopere extimescent si illuc non transmiserimus: dehinc etiam,si ostentatis copiis paulò post discesserimus. Quòd si quid cladis acceperimus,continuò per contemptum nostri cum aliis hinc Græcis nos adorientur: quæ enim à nobis longissimè remota sunt,& quæ experientiam opinionis *de se conceptæ* nõ dederunt,omnes admirationi esse scimus. Id quod nunc vobis Athenienses,erga Lacedæmonios ergáque socios vsuuenit. qui quoniam præter opinionẽ,circa ea quæ metuebatis antea superiores illis extitistis,iam præ contemptu illorum, Siciliam affectatis. Atqui non oportet ad casus aduersariorum extollere animos, sed animos ipsos cohibẽdo confidere: sentiréque nihil aliud Lacedæmonios speculari, propter ignominiã acceptã, quàm quo pacto vel nunc quoque si possint euertendo nos, emendent turpitudinem

ſuam: idque tanto magis quanto maiore ſtudio & à longiori tempore fortitudinis exercitationibus laudem venantur. Itaque nō de Egeſtanis barbaris qui apud Siciliam ſunt, nobis certamen propoſitum eſt; ſi prudenter attendimus, ſed de cauendo properè ab vrbe per oligarchiam nobis inſidiante. Ac certè meminiſſe debemus nos nuper à morbo graui & bello paululum eſſe recreatos, adeo vt validiores & opibus & corporibus facti ſimus. Hæc autem æquum eſſe pro nobiſmetipſis hîc impendere, non pro viris iſtis profugis auxilio egentibus. quibus & pulchrè mentiri vtile eſt, & aliorum periculo (quum nihil ipſi niſi verba tantùm impendant) aut meritam gratiam nobis non habere rebus proſperè euntibus, aut, ſiquid ſecus accidat, amicos ſecum in perniciem trahere. Quòd ſiquis ad hanc præfecturam libens delectus, hortatur vos ad nauigandum, ſuarum tantùm rerum rationem habens, præſertim quum ſit iunior quàm vt imperio fungatur, vt propter ſumptus quos in alendos equos facit, admirationi ſit, ſimul etiam vt propter magnificentiam aliquid emolumenti ex dignitate *imperatoria* percipiat: ne huic quidem concedere debetis vt priuatum ſplendorē *nominis ſui* quærat periculo ciuitatis, ſed exiſtimare ab huiuſcemodi hominibus res quidē publicas lædi, priuatas autē profligari. Præterea hoc negotiū grande eſſe, nec de quo adoleſcens conſultare, quódq; properè adminiſtrare poſſit. Cui viro nunc hîc aſſidētes ab ipſo corrogatos quū videam, timeo, & ob id ediuerſo ſeniores hortor, ne ſiquis alicui eorum aſſidet, eum pudeat ne ignauus eſſe videatur, ſi bellum ſuffragio ſuo non comprobauerit. Ac *eoſdem hortor* ne eodem quo illi vitio laborantes, eorum quæ abſunt perdito amore teneantur, (quippe qui norint cupiditate res paucas proſperè geri, at prouidentia plurimas) ſed pro patria, vt in maximum omnium ſuperiorum periculum adducta, refragantes, decernant, Sicilienſes iiſdem quibus nunc finibus vtentes, de quibus non eſt quòd queramur, (Ionico *videlicet* ſinu, ſiquis terram legat, Siculo autem, ſiquis altum teneat) ſua poſſidentes, res itē ſuas inter ſe agere. Egeſtanis autē ſeparatim reſpondeāt, quandoquidem ſine Athenienſibus à principio bellum cum Selinuntiis contraxerunt, vt id ipſi per ſe diſſoluant. Nec poſthac ſocietatem, quemadmodum conſueuimus cum iis faciamus, quibus calamitate preſſis ſubſidium feremus: ipſi verò deſiderantes ſubſidium, non inueniemus. Tu quoque quæſtor, ſi & te dignum ducis gerere curam ciuitatis, & bonus ciuis exiſtere, de integro conſulito Athenienſes de his, & ad ſuffragia reuocato, perſuaſum habens, ſi exhorreſcis, rogare iterum ſententias, quòd ſolutæ leges fuerint, id in tanta teſtium frequētia *factum*, crimini datum non iri: te autem ciuitatis quæ malū conſilium ceperit, medicum fore. atq; adeo eum demum rectè magiſtratu eſſe functū, qui patriam beneficiis quàm potuerit plurimis affecerit, aut ſaltem nullum ei data opera damnum attulerit.

ALCIBIADIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Intererat eidem illi concioni Alcibiades, genere, opibus, eloquentia florens, ſed iuuenili inſolentia ferox: dux porro iam deſignatus, ſi populus eam expeditionem ſciuiſſet, vt iam cœperat. Is, quòd oratione Niciæ ſe non obſcurè carpi ſenſerat, ſimul vt populo eam nauigationem perſuaderet, ad dicendam ſententiam acceſſit, quam hac oratione eſt complexus. Primùm coarguit ea quæ à Nicia fuerant coniecta in aliquot iuuenum immodicam magnificentiam & oſtentationem: deinde expeditionem ſuadet, quòd vtilem & neceſſariam eſſe probet: neceſſariam, ne ſocii deſerantur, & ne imperium Athenienſe propter inertiam minuatur: vtilem, quia cōfirmatis in Sicilia ſociis, hoſtes Athenienſium debilitarentur: & quia ſemper ita eueniſſet, vt multis iuuandis Athenienſium opes creſcerent.

ΚΑΙ προσήκει μοι μᾶλλον ἑτέρων, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄρχειν, (ἀνάγκη γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, ἐπειδή μου Νικίας καθήψατο) καὶ ἄξιος ἅμα νομίζω εἶναι. ὧν γὰρ πέρι ἐπιβόητός εἰμι, τοῖς μὲν προγόνοις μου καὶ ἐμοὶ δόξαν φέρει ταῦτα, τῇ δὲ πατρίδι καὶ ὠφέλειαν. οἱ γὰρ Ἕλληνες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μείζω ἡμῶν τὴν πόλιν ἐνόμισαν, τῷ ἐμῷ διαπρεπεῖ τῆς ὀλυμπίαζε θεωρίας, πρότερον ἐλπίζοντες αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι, διότι ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα, ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον, ἐνίκησα δὲ καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος ἐγενόμην, καὶ τἆλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην. νόμῳ μὲν γὰρ, τιμὴ τὰ τοιαῦτα, ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται. καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις ἢ ἄλλῳ τῳ λαμπρύνομαι, τοῖς μὲν ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, πρὸς δὲ τοὺς ξένους καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται

φαίνεται. καὶ οὐκ ἄχρηστος ἡ διάνοια, ὃς ἂν τοῖς ἰδίοις τέλεσι μὴ ἑαυτὸν μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὠφελῇ. οὐδέ γε ἄδικον ἐφ' ἑαυτῷ μέγα φρονοῦντα μὴ ἴσον εἶναι. ἐπεὶ καὶ ὁ κακῶς πράσσων, πρὸς οὐδένα τῆς ξυμφορᾶς ἰσομοιρεῖ. ἀλλ' ὥσπερ δυστυχοῦντες οὐ προσαγορευόμεθα, ἐν τῷ ὁμοίῳ τις ἀνεχέσθω καὶ ὑπὸ τῶν εὐπραγούντων ὑπερφρονούμενος, ἢ τὰ ἴσα νέμων, τὰ ὁμοῖα ἀνταξιούτω. οἶδα δὲ τοὺς τοιούτους, καὶ ὅσοι ἔν τινος λαμπρότητι προέσχον, ἐν μὲν τῷ κατ' αὐτοὺς βίῳ λυπηροὺς ὄντας, τοῖς ὁμοίοις μὲν μάλιστα, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ξυνόντας· τῶν δὲ ἔπειτα ἀνθρώπων προσποίησίν τε ξυγγενείας τισί, καὶ μὴ οὖσαν καταλιπόντας, καὶ ἧς ἂν ὦσι πατρίδος, ταύτῃ αὔχησιν, ὡς οὐ περὶ ἀλλοτρίων, οὐδ' ἁμαρτόντων, ἀλλ' ὡς περὶ σφετέρων τε καὶ καλὰ πραξάντων. ὧν ἐγὼ ὀρεγόμενος, καὶ διὰ ταῦτα τὰ ἴδια ἐπιβοώμενος, τὰ δημόσια σκοπεῖτε εἴ του χεῖρον μεταχειρίζω. Πελοποννήσου γὰρ τὰ δυνατώτατα ξυστήσας ἄνευ μεγάλου ὑμῖν κινδύνου καὶ δαπάνης, Λακεδαιμονίους ἐς μίαν ἡμέραν κατέστησα ἐν Μαντινείᾳ περὶ τῶν ἁπάντων ἀγωνίσασθαι. ἐξ οὗ καὶ περιγενόμενοι τῇ μάχῃ, οὐδέπω καὶ νῦν βεβαίως θαρσοῦσι· καὶ ταῦτα ἡ ἐμὴ νεότης καὶ ἄνοια παρὰ φύσιν δοκοῦσα εἶναι, ἐς τὴν Πελοποννησίων δύναμιν λόγοις τε πρέπουσιν ὡμίλησε, καὶ ὀργῇ πίστιν παρασχομένη, ἔπεισε. καὶ νῦν μὴ πεφόβησθε αὐτήν. ἀλλ' ἕως ἐγώ τε ἔτι ἀκμάζω μετ' αὐτῆς, καὶ ὁ Νικίας εὐτυχὴς δοκεῖ εἶναι, ἀποχρήσασθε τῇ ἑκατέρου ἡμῶν ὠφελείᾳ· καὶ τὸν ἐς τὴν Σικελίαν πλοῦν μὴ μεταγιγνώσκετε, ὡς ἐπὶ μεγάλην δύναμιν ἐσόμενον. ὄχλοις τε γὰρ ξυμμίκτοις πολυανδροῦσιν αἱ πόλεις, καὶ ῥᾳδίας ἔχουσι τῶν πολιτειῶν τὰς μεταβολάς, καὶ ἐπιδοχάς. καὶ οὐδεὶς δι' αὐτό, ὡς περὶ οἰκείας πατρίδος, οὔτε τὰ περὶ τὸ σῶμα ὅπλοις ἐξήρτυται, οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ νομίμοις κατασκευαῖς· ὅ,τι δὲ ἕκαστος ἢ ἐκ τοῦ λέγων πείθειν οἴεται, ἢ στασιάζων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ λαβών, ἄλλην γῆν μὴ κατορθώσας οἰκήσειν, ταῦτα ἑτοιμάζεται. καὶ οὐκ εἰκὸς τὸν τοιοῦτον ὅμιλον οὔτε λόγου μιᾷ γνώμῃ ἀκροᾶσθαι, οὔτε ἐς τὰ ἔργα κοινῶς τρέπεσθαι· ταχὺ δ' ἂν ὡς ἕκαστοι, εἴ τι καθ' ἡδονὴν λέγοιτο, προσχωροῖεν· ἄλλως τε καὶ εἰ στασιάζουσιν, ὥσπερ πυνθανόμεθα. καὶ μὴν οὐδ' ὁπλῖται οὔτ' ἐκείνοις ὅσοι περ κομποῦνται, οὔτε οἱ ἄλλοι Ἕλληνες διεφάνησαν τοσοῦτοι ὄντες ὅσοι ἕκαστοι σφᾶς αὐτοὺς ἠρίθμουν, ἀλλὰ μέγιστον δὴ αὐτοὺς ἐψευσμένη ἡ Ἑλλάς, μόλις ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἱκανῶς ὡπλίσθη. τά τε οὖν ἐκεῖ, ἐξ ὧν ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι, τοιαῦτα, καὶ ἔτι εὐπορώτερα ἔσται. βαρβάρους τε γὰρ πολλοὺς ἕξομεν, οἳ Συρακοσίων μίσει ξυνεπιθήσονται αὐτοῖς, καὶ τὰ ἐνθάδε οὐκ ἐπικωλύσει, ἢν ὑμεῖς ὀρθῶς βουλεύησθε. οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν τοὺς αὐτοὺς τούτους οὕσπερ νῦν φασὶ πολεμίους ὑπολιπόντας ἂν ἡμᾶς πλεῖν, καὶ προσέτι τὸν Μῆδον ἐχθρὸν ἔχοντες, τὴν ἀρχὴν ἐκτήσαντο, οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἢ τῇ περιουσίᾳ τοῦ ναυτικοῦ ἰσχύοντες. καὶ νῦν οὔτε ἀνέλπιστοί πω μᾶλλον Πελοποννήσιοι ἐς ἡμᾶς ἐγένοντο, εἴ τε καὶ πάνυ ἔρρωνται, τὸ μὲν ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ἐσβάλλειν, κἂν μὴ ἐκπλεύσωμεν, ἱκανοί εἰσι, τῷ δὲ ναυτικῷ οὐκ ἂν δύναιντο βλάπτειν. ὑπόλοιπον γὰρ ὑμῖν ἐστιν ἀντίπαλον ναυτικόν. ὥστε τί ἂν λέγοντες εἰκός, ἢ αὐτοὶ ἀποκνοῖμεν, ἢ πρὸς τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους σκηπτόμενοι, μὴ βοηθοῖμεν; οἷς χρεών, ἐπειδή γε καὶ ξυνωμόσαμεν, ἐπαμύνειν, καὶ μὴ ἀντιτιθέναι, ὅτι οὐδὲ ἐκεῖνοι ἡμῖν. οὐ γὰρ ἵνα δεῦρο ἀντιβοηθῶσι προσεθέμεθα αὐτούς, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἐκεῖ ἐχθροῖς ἡμῶν λυπηροὶ ὄντες, δεῦρο κωλύωσιν αὐτοὺς ἐπιέναι. τήν τε ἀρχὴν οὕτως ἐκτησάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι ἦρξαν, παραγιγνόμενοι προθύμως τοῖς ἀεὶ ἢ βαρβάροις, ἢ Ἕλλησιν ἐπικαλουμένοις. ἐπεὶ εἴ γε ἡσυχάζοιεν πάντες, ἢ φυλοκρινοῖεν οἷς χρεὼν βοηθεῖν, βραχὺ ἄν τι προσκτώμενοι αὐτῇ, περὶ αὐτῆς ἂν ταύτης μᾶλλον κινδυνεύοιμεν. τὸν γὰρ προὔχοντα οὐ μόνον ἐπιόντα τις ἀμύνεται, ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει. καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν, ἀλλ' ἀνάγκη, ἐπειδήπερ ἐν τῷδε καθέσταμεν, τοῖς μὲν ἐπιβουλεύειν, τοὺς δὲ μὴ ἀνιέναι, διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι, εἰ μὴ αὐτοὶ ἄλλων ἄρχοιμεν. καὶ οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκεπτέον ἡμῖν τοῖς ἄλλοις τὸ ἥσυχον, εἰ μὴ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐς τὸ ὁμοῖον μεταλήψεσθε. λογισάμενοι οὖν τάδε μᾶλλον αὐξήσειν, ἐπ' ἐκεῖνα ἢν ἴωμεν, ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων τε στορέσωμεν τὸ φρόνημα, εἰ δόξομεν ὑπεριδόντες καὶ οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν, καὶ ἐπὶ Σικελίαν πλεῦσαι. καὶ ἅμα ἢ τῆς Ἑλλάδος τῶν ἐκεῖ προσγενομένων πάσης τῷ εἰκότι ἄρξομεν, ἢ κακώσομέν γε Συρακοσίους, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ξύμμαχοι ὠφελησόμεθα. τὸ δὲ ἀσφαλὲς καὶ μένειν, ἤν τι προχωρῇ, καὶ ἀπελθεῖν, αἱ νῆες παρέξουσιν. αὐτοκράτορες γὰρ ἐσόμεθα καὶ ξυμπάντων Σικελιωτῶν. καὶ μὴ ὑμᾶς ἡ Νικίου τῶν λόγων ἀπραγμοσύνη καὶ διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους ἀποστρέψῃ. τῷ δὲ εἰωθότι κόσμῳ, ὥσπερ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, ἅμα νέοι γεραιτέροις βουλεύοντες, ἐς τάδε ἦραν αὐτά, καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πειρᾶσθε προαγαγεῖν τὴν πόλιν· καὶ νομίσατε νεότητα μὲν καὶ γῆρας ἄνευ ἀλλήλων μηδὲν δύνασθαι· ὁμοῦ δὲ τό, τε φαῦλον, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς ἂν ξυγκραθέν, μάλιστ' ἂν ἰσχύειν. καὶ τὴν πόλιν, ἂν μὲν ἡσυχάζῃ, τρίψεσθαί τε αὐτὴν περὶ ἑαυτήν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ πάντων τὴν ἐπιστήμην ἐγγηράσεσθαι· ἀγωνιζομένην δὲ, ἀεὶ προσλήψεσθαί τε τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὸ ἀμύνεσθαι, οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ μᾶλλον ξύνηθες ἕξειν. παράπαν τε γιγνώσκω πόλιν μὴ ἀπράγμονα τάχιστ' ἄν μοι δοκεῖν ἀπραγμοσύνης μεταβολῇ διαφθαρῆναι, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ νόμοις, ἢν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύωσι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

IMperatorem esse me, Athenienses, magis quàm alium quenquam decet (hinc enim exordiri necesse habeo, quum me Nicias pupugerit) & dignum me esse arbitror. nã propter quæ inter homines celebror, ea afferunt cum meis maioribus ac mihi ipsi gloriam, tum verò patriæ emolumentum. Etenim propter splendorem quo vsus sum

in spectaculis Olympicis, maiorem de nostræ vrbis potentia conceperunt opinionem quàm pro eius viribus, quam prius debellatam esse credebant: quòd ego illuc cum septem curribus adii, cum quot priuatus antea nemo, quódque victor extiti & secundus & quartus, & in cæteris apparatu pro dignitate victoriæ vsus sum: quæ iure honorifica sunt, quæque dum fiunt, afferunt etiam potentiæ opinionem. Hæc magnificentiæ opera, aliáve quibus in ciuitate celebror, natura sunt illa quidem conciuibus inuidiosa, apud hospites verò exterósque, potentiæ specimen. Neque verò incommodum est hoc hominis propositum, quisquis suis sumptibus non de seipso tantùm, sed etiam de sua patria bene meretur. Neque verò improbum est, de se aliquem magnificè sentientem nolle esse cæteris parem: quia neque infelix vllum habet calamitatis suæ socium: sed quemadmodum, dum calamitosi sumus, ab aliis contemnimur, ita dum sumus felices, ferant vicissim iidem se à nobis contemni, dum erunt parem adepti statum, parem vicem, si volent, repensuri. Nec me fugit huius generis homines, & quicunque alia dignitate præcellunt, inuisos fuisse maximè paribus & nonnihil aliis quoque cum quibus vnà vixerunt, id tamen suo duntaxat æuo: eosdem autē id posteritati reliquisse vt nōnulli cognationem eorum sibi vendicarent, quū nulla esset, & quæcunq; esset eorū patria, ea de illis non tāquam alienis, & qui infeliciter pugnauissent, sed vt de suis, & qui res præclaras gessissent, gloriaretur. Quarum rerum ego quum desiderio sim captus, & quum ob priuata hæc sim celebris, perpendite an publica negotia deterius vllo alio administrem. Etenim maxima quaque Peloponnesi potentia per me contracta, sine vestro magno aut periculo aut sumptu, compuli Lacedæmonios vno die apud Mantineā de omni statu suo dimicare: quo ex prælio licet victores discesserint, tamē ne nūc quidem stabilem fiduciam conceperunt. Ac mea certè iuuentus & amentia, quam afferre natura videbatur apud potentissimos quosque Peloponnensium tum oratione apposita hæc transigendo, tum etiam cum ira fidem illi *orationi* addendo, nunc quoque eam non timere persuasit. Verùm quandiu cum illa *amentia* ætate floreo, & Nicias felix in rebus gerendis esse videtur, vtroque nostrum ad commoda vestra pro arbitrio vtimini. Neque profectionem in Siciliam reuocandam putetis, tanquam ea aduersus magnam potentiam futura sit. Nanque vrbes illic sunt promiscuis hominibus frequētes, facileque statum suum mutant, & *peregrinos* recipiunt: vnde fit vt nec quisquam, tanquam pro sua patria, armis circa corpus instructus sit, neque ipsa regio legitimo apparatu *instructa sit.* & vnusquisque, quia opinatur se aut persuasurum quæ dicit, aut seditione orta, si se frustretur spes, cum aliquo peculatu solum esse versurū, ad hoc ipsum se accingit. Ex quo verisimile est huiuscemodi turbam neque vnanimi consensu verba orantis exauditūram, neque communiter ad res agendas se collaturam: sed statim, siquid ad voluptatem illis dicatur, se dedituram, præsertim si, quemadmodum audimus, seditione laborant. Neque verò tot armati milites sunt illis quot fama feruntur, quum ne alios quidem Græcos tot fuisse compertum sit quot suos esse illorum quique iactabant. Sed quum lōgè supra veritatem suorum *militum* numerum *antea* extulerit Græcia, vix tandem hoc in bello abundè armata fuit. Tales igitur ibi res, quantum sentio ex iis quæ audiui, atque adeo faciliores erunt. Nam & barbaros multos nobiscum habebimus, qui Syracusanis sibi inuisis vnà inferent bellum: neque ista erunt impedimento negotiis nostris, si rectè consulueritis. Siquidem nostri progenitores quum hos ipsos hostes quibus relictis nos nauigaturos esse aiunt, prætereáque Medum hostem haberent, hoc imperium comparauerunt, nullo alio nisi quòd magnitudine classis pollebant, nec aliam ob rem Peloponnenses, & nunc nunquam minus spei aduersus nos conceperunt Lacedæmonii: quòd si etiam valde sint animati, regionem quidem nostrā, etiamsi naualē hanc expeditionē nō suscipiamus, inuadere possint: at classe nihil nobis nocere queant, quoniam reliquū nostrarum nauiū par illis est. Quid igitur rationi consentaneum afferemus cur nos ire pigeat, aut tergiuersantes auxilium sociis qui illic sunt, ferre recusemus, quibus debemus, quū de ferendis suppetiis fidem mutuò dederimus: ac non obiicere, ne illos quidem nobis *auxilium tulisse*? Neque enim idcirco

eos asciuimus, vt huc ad ferendum nobis vicissim auxilium veniant, sed vt iis hostibus quos illic habemus, negotium facessentes, eos huc ad nos inuadendos venire prohibeant. Atque hunc in modum imperium parauimus, & nos, & quicunque alii rerum potiti sunt, impigrè succurrendo semper iis qui implorabant, siue barbari siue Græci vocati. Nam si supersedeamus opitulari, aut inter genera hominum quibúsnam opitulari oporteat delectum habeamus, parum augentes imperium, de ipso imperio magis hac ipsa re periclitabimur. Eum enim qui præualet, non modò inuadentem arcet quisque, sed etiam præoccupat, nequando inuadat. Neque verò nobis licet imperium pro nostro arbitrio dispensare: sed necesse est, quoniã imperium habemus, aliis insidias tendere, alios missos non facere, *quos videlicet iam aggredi cœpimus*, quòd periculum sit ne alii nobis imperent, nisi ipsi aliis imperemus. Neque eodem modo nobis habẽda est ratio quietis quo cæteris, nisi in eadem in quæ illi studia incumbamus. Considerantes igitur potius fore vt his *rebus* incrementum afferamus, si ad succurrendum *rebus* illis proficiscamur, nauigationẽ suscipiamus, vt & animos prosternamus Peloponnesium, si per contemptum *ipsorum* in Siciliam traiicere videbimur, nec gaudere quiete huius temporis. Simul autem, rebus illic bene gerendis, totius Græciæ (vt credibile est) imperium nanciscemur: aut certè (quod in nostram pariter & sociorum rem fuerit) malo afficiemus Syracusanos. Sine noxa autem & manendi, si qui *ad nos* deficiant, & abeundi facultatem naues præstabunt. nam penes nos arbitrium erit etiam omnium Siciliensium. Neque verò auocare vos à proposito debet oratio Niciæ quæ quietem suadet, dissidiúmque inter iuuenes & senes quærit: sed pulchro instituto, & maiorum nostrorum exemplo, apud quos iuuenes cum senibus consultantes, rem Atheniensem in hunc statum extulerunt, nunc eadem ratione vos vrbem amplificare conemini, existimantes iuuentutem senectutémque nihil alteram sine altera valere: at imbecillum & mediocre & quod planè absolutum est, maximè pollere, quum simul sunt permixta: ac fore vt ciuitas si sit in otio, in se ac per seipsam atteratur more aliarum rerum, & omnium *apud nos* disciplina consenescat: ac per certamina fore vt assiduè proficiat experientia, & tutandi se scientiam non loquendo, sed potius operibus, consuetam habeat. Ad summam sic sentio, ciuitatem negotiosam, in otium mutatam, confestim meo iudicio destrui, ac tutissimos inter omnes degere eos homines qui præsentibus moribus ac legibus, etiamsi minus bonæ sint, vtentes, eodem tenore rempublicam administrant.

NICIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Nicias, cui nec bellum plebiscito decretum, nec imperium ad ipsum delatum placebat, quum se dissuadendo nihil proficere intelligeret, accessit de integro ad sententiam dicendam, qua decernendi apparatus in id bellum quam copiosissimi autor est, eo consilio, vt siue non probasset (quod malebat) populus rei difficultate deterritus consilium belli abiiceret: siue persuasisset, saluti suæ & imperio cautum esset, instructiórque ad res gerendas accederet. Causas suæ sentẽtiæ affert, hostium vires, locorum interualla, conditionem belli.

Ἐπειδὴ πάντως ὁρῶ ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, ὡρμημένους στρατεύειν, ξυνενέγκοι μὲν ταῦτα ὡς βουλόμεθα, ἐπὶ δὲ τῷ παρόντι ἃ γιγνώσκω σημανῶ. ἐπὶ γὰρ πόλεις (ὡς ἐγὼ ἀκοῇ αἰσθάνομαι) μέλλομεν ἰέναι μεγάλας, καὶ οὔθ' ὑπηκόους ἀλλήλων, οὔτε δεομένας μεταβολῆς, ᾗ ἂν ἐκ βιαίου τις δουλείας ἄσμενος ἐς ῥᾴω μετάστασιν χωροίη· οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν εἰκότως ἀντ' ἐλευθερίας προσδεξομένας. τό, τε πλῆθος ὡς ἐν μιᾷ νήσῳ πολλὰς τὰς Ἑλληνίδας. πλὴν γὰρ Νάξου καὶ Κατάνης (ἃς ἐλπίζω ἡμῖν κατὰ τὸ Λεοντίνων ξυγγενὲς προσέσεσθαι) ἄλλαι εἰσὶν ἑπτὰ, καὶ παρεσκευασμέναι τοῖς πᾶσιν ὁμοιοτρόπως μάλιστα τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ ἃς μᾶλλον πλέομεν, Σελινοῦς καὶ Συράκουσαι. πολλοὶ μὲν γὰρ ὁπλῖται ἔνεισι, καὶ τοξόται, καὶ ἀκοντισταὶ, πολλαὶ δὲ τριήρεις, καὶ ὄχλος ὁ πληρώσων αὐτάς. χρήματά τ' ἔχουσι, τὰ μὲν ἴδια, τὰ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐστι Σελινουντίοις. Συρακουσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων τινῶν ἀπαρχὴ εἰσφέρεται. ᾧ δὲ μάλιστα ἡμῶν προέχουσιν, ἵππους τε πολλοὺς κέκτηνται, καὶ σίτῳ οἰκείῳ καὶ οὐκ ἐπακτῷ χρῶνται. πρὸς οὖν τοιαύτην δύναμιν οὐ ναυτικῆς καὶ φαύλου στρατιᾶς μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ πεζὸν πολὺν ξυμπλεῖν, εἴπερ βουλόμεθα ἄξιόν τι τῆς διανοίας δρᾶν, καὶ μὴ ὑπὸ ἱππέων πολλῶν εἴργεσθαι τῆς γῆς· ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις, φοβηθεῖσαι, καὶ μὴ ἀντιπαράσχωσιν ἡμῖν φίλοι τινὲς γενόμενοι ἄλλοι ἢ Ἐγ-

σταῖοι ὦσιν, ᾧ ἀμυνούμεθα ἱππικόν. αἰσχρὸν δὲ βιασθέντας ἀπελθεῖν, ἢ ὕστερον ἐπιμεταπέμπεσθαι, τὸ πρῶτον ἀσκέπτως βουλευσαμένους. αὐτόθεν δὲ παρασκευῇ ἀξιόχρεῳ ἐπιέναι, γνόντας ὅτι πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν μέλλομεν πλεῖν, καὶ οὐκ ἐν τῷ ὁμοίῳ στρατευσόμενοι. καὶ οὐκ ἐν τοῖς τῇδε ὑπηκόοις ξύμμαχοι ἤλθετε ἐπί τινα, ὅθεν ῥᾴδιαι αἱ κομιδαὶ ἐκ τῆς φιλίας ὧν προσέδει, ἀλλ' ἐς ἀλλοτρίαν πᾶσαν ἀπαρτήσαντες, ἐξ ἧς μηνῶν οὐδὲ τεσσάρων τῶν χειμερινῶν ἄγγελον ῥᾴδιον ἐλθεῖν. ὁπλίτας τε οὖν πολλούς μοι δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς ἄγειν καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων, τῶν τε ὑπηκόων, καὶ ἤν τινα ἐκ Πελοποννήσου δυνώμεθα ἢ πεῖσαι, ἢ μισθῷ προσαγαγέσθαι· καὶ τοξότας πολλοὺς καὶ σφενδονήτας, ὅπως πρὸς τὸ ἐκείνων ἱππικὸν ἀντέχωσι· ναυσί τε καὶ πολὺ περιεῖναι, ἵνα καὶ τὰ ἐπιτήδεια ῥᾷον ἐσκομιζώμεθα. τὸν δὲ καὶ αὐτόθεν σῖτον ἐν ὁλκάσι πυροὺς καὶ πεφρυγμένας κριθὰς ἄγειν, καὶ σιτοποιοὺς ἐκ τῶν μυλώνων πρὸς μέρος ἠναγκασμένους ἐμμίσθους, ἵνα ἤν που ὑπὸ ἀπλοίας ἀπολαμβανώμεθα, ἔχῃ ἡ στρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια. πολλὴ γὰρ οὖσα, οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι τά τε ἄλλα, ὅσοι δυνατὸν ἑτοιμάσασθαι, καὶ μὴ ἐπὶ ἑτέροις γίγνεσθαι· μάλιστα δὲ χρήματα αὐτόθεν ὡς πλεῖστα ἔχειν. τὰ δὲ παρ' Ἐγεσταίων, ἃ λέγεται ἐκεῖ ἑτοῖμα, νομίσατε καὶ λόγῳ ἂν μάλιστα ἑτοῖμα εἶναι. ἢν γὰρ αὐτοὶ ἔλθωμεν ἐνθένδε μὴ ἀντίπαλον μόνον παρασκευασάμενοι, πλήν γε πρὸς τὸ μάχιμον αὐτῶν τὸ ὁπλιτικόν, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλοντες τοῖς πᾶσι, μόλις οὕτως οἷοί τε ἐσόμεθα τῶν μὲν κρατεῖν, τὰ δὲ καὶ διασῶσαι. πόλιν τε νομίσαι χρὴ ἐν ἀλλοφύλοις καὶ πολεμίοις οἰκιοῦντας ἰέναι, οὓς πρέπει τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν κατάσχωσιν, εὐθὺς κρατεῖν τῆς γῆς· ἢ εἰδέναι ὅτι ἢν σφάλλωνται, πάντα πολέμια ἕξουσιν. ὅπερ ἐγὼ φοβούμενος, καὶ εἰδὼς πολλὰ μὲν ἡμᾶς δέον εὖ βουλεύσασθαι, ἔτι δὲ πλείω εὐτυχῆσαι (χαλεπὸν δὲ ἀνθρώπους ὄντας) ὅτι ἐλάχιστα τῇ τύχῃ παραδοὺς ἐμαυτόν, βούλομαι ἐκπλεῖν, παρασκευῇ δὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἀσφαλὴς ἐκπλεῦσαι. ταῦτα γὰρ τῇ τε ξυμπάσῃ πόλει βεβαιότατα ἡγοῦμαι, καὶ ἡμῖν τοῖς στρατευσομένοις σωτήρια. εἰ δέ τῳ ἄλλως δοκεῖ, παρίημι αὐτῷ τὴν ἀρχήν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETATIONE Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

QVoniam vos ad hanc militiam obeundam, Athenienſes, prorſus animatos video, *vtinam* quidem is ſit eius exitus qualem optamus: ſed in præſentia ſententiam meam vobis exponam. Etenim aduerſus ciuitates, quantum audiendo didici, magnas ituri ſumus, neque aliam alii obtemperantes, neque tales quæ aut ſtatus mutationem deſiderent, (illi optabilem quæ violenta è ſeruitute in faciliorem cõditionem tranſiret) aut quas veriſimile ſit ſeruitium noſtri cum ſua libertate commutaturas: itémque aduerſus permultas, vt in vna inſula, Græcas *inſulas*. Nam præter Naxũ & Catanam, (quas propter Leontinorum cognationem, ſpero ad nos conceſſuras) aliæ ſunt numero ſeptẽ ciuitates, omnibus rebus inſtructæ quibus noſter exercitus, eodémque modo, & præcipuè illæ aduerſus quas tendimus Selinus & Syracuſæ. Vbi per quam multi ſunt & armati & ſagittarii, & iaculatores: vbi quoque permultũ eſt triremium, ac multitudinis ad illas implendas, ſuppetítque pecunia cum aliis priuatim, tum Selinuntiis, in templis. Tributa quoque Syracuſanis penduntur à barbaris quibuſdam. Et (quo nobis præcipuè præſtant) equorum copia præditi ſunt, nec aduectitio frumento vtuntur, ſed vernaculo. Aduerſus hanc itaque potentiã opus eſt nõ claſſe modò & imbecilli exercitu, ſed vt peditatus quoq; multus vnà traiiciat, ſiquid dignum cogitatis agere volumus, nec equitatu hoſtiũ arceri à terra: præſertim ſi metu noſtri conſpirent inter ſe ciuitates, nec vlli alii quàm Egeſtani, amici facti, equitatũ quo reſiſtamus nobis viciſſim ſuppeditent. Turpe eſt autem vi eiectos nos diſcedere, aut poſtea plus copiarum accerſere, quòd primò prudens conſilium non inierimus. Satiúſq; iã nunc cũ iuſto apparatu in hoſtem contẽdere, gnaros & lõgè nos à domo nauigaturos, neq; æquo in loco caſtra habituros, nec per aliqua ſubditorũ noſtrorũ loca tranſituros, vnde facilè ire liceat ad ſumenda quæ opus fuerint ex terra amicorum, ſed omne iter emẽſuros per imperium alienum, vt vix illinc quatuor hybernis menſibus perueniat nuntius. Quapropter mihi videtur debere vos ducere magnam vim armatorum, tum noſtratum, tum ſociorũ, tum ſubditorum: & ſiquem ex Peloponneſo poſſumus aut ſuadendo, aut mercede inducere. Adhæc ſagittarios multos & funditores, vt hoſtili equitatui obſiſtant: præterea multo pluribus abundare nauibus, vt etiam ad ſubuehenda neceſſaria facilè ſuppeditent: onerariiſque rem frumentariam hinc portare, triticum & hordeum toſtum: ac piſtores, quorum pars molere cogatur, vt ſicubi deprehendamur nauigare prohibiti, habeat exercitus neceſſaria. cuius etiam propter multitudinem ne vrbs quidem quælibet erit capax. denique cætera omnia quoad fieri poteſt, præparare: neque ab aliis pen-

dere. In primis autem pecuniam hinc quamplurimam ferre. nam quæ ab Egestanis prædicatur illic in promptu esse, eã putate verbo maximè esse in promptu. Nisi enim hinc proficiscamur non pari tantùm apparatu instructi rerũ omnium, (præterquam aduersus id quod habent armatorum robur) sed longè etiam illis instructiores, vix illos superare, vel illa *nostra* cõseruare poterimus. Ac certè reputare debemus, nos ad vrbem inter exteros & hostes nobis asciscendam, proficisci: quos quò primùm appulerint die, protinus agro potiri oportet: aut persuasum habere, si hoc nõ successerit, fore vt omnia habeant hostilia. Quod ego extimescens, atque intelligẽs debere nos etiam atque etiam bene consultare, ac multo magis felices esse, (quod arduum est, quum simus homines) volo proficisci, quamminimùm memet fortunæ committens, opportunísque rebus instructus ac munitus. Hæc enim reor & cunctæ ciuitati tutissima fore, & nobis militaturis salutaria. Quod si cui videtur secus, huic ego magistratum cedo.

HERMOCRATIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Confecto omni illo apparatu, de quo habitæ sunt proximæ conciones, & classe ingenti deducta, Athenienses Syracusas petebant. Syracusani licet rescirent, tamen bonam partem falsa afferri putabant de illorum nauigatione. Itaque iacebat omnis belli apparatus. Erant alii qui asseuerarent ita instructos venire, & breui affore. In his Hermocrates erat, qui hanc habuit concionem, quò illis tum inanem confidentiam, tum metum eriperet: neque enim illos in nimio metu aut contemptu ponendos esse. De apparatu quid sentiat, quas societates adiungi, quam rationem belli administrandi esse velit ostendit.

Ἄπιστα μὲν ἴσως, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, δόξω ὑμῖν περὶ τοῦ ἐπίπλου τῆς ἀληθείας λέγειν, καὶ γιγνώσκω ὅτι οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι ἢ λέγοντες, ἢ ἀπαγγέλλοντες, οὐ μόνον οὐ πείθουσιν, ἀλλὰ καὶ ἄφρονες δοκοῦσιν εἶναι· ὅμως δὲ οὐ καταφοβηθεὶς ἐπισχήσω, κινδυνευούσης τῆς πόλεως, πείθων γε ἐμαυτὸν, σαφέστερόν τι ἑτέρου εἰδὼς λέγειν. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐφ' ἡμᾶς (ὃ πάνυ θαυμάζετε) πολλῇ στρατιᾷ ὥρμηνται καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ, πρόφασιν μὲν Ἐγεσταίων ξυμμαχίᾳ, καὶ Λεοντίνων κατοικίσει, τὸ δὲ ἀληθὲς, Σικελίας ἐπιθυμίᾳ, μάλιστα δὲ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ἡγούμενοι, εἰ ταύτην σχοῖεν, ῥᾳδίως καὶ τἄλλα ἕξειν. ὡς οὖν ἐν τάχει παρεσομένων, ὁρᾶτε ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ὅπως τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτοὺς καὶ μήτε καταφρονήσαντες, ἄφαρκτοι ληφθήσεσθε, μήτε ἀπιστήσαντες, τοῦ ξύμπαντος ἀμελήσετε· εἰ δέ τῳ καὶ πιστὰ, τὴν τόλμαν αὐτῶν καὶ δύναμιν μὴ ἐκπλαγῇ. οὔτε γὰρ βλάπτειν ἡμᾶς πλείω οἷοί τε ἔσονται ἢ πάσχειν, οὔθ' ὅτι μεγάλῳ στόλῳ ἐπέρχονται, ἀνωφελεῖς. ἀλλὰ πρός τε τοὺς ἄλλους Σικελιώτας πολὺ ἄμεινον· μᾶλλον γὰρ ἐθελήσουσιν ἐκπλαγέντες ἡμῖν ξυμμαχεῖν. καὶ ἢν ἄρα ἢ κατεργασώμεθα αὐτοὺς, ἢ ἀπράκτους ὧν ἐφίενται ἀπώσωμεν (οὐ γὰρ δὴ μὴ τύχωσί γε ὧν προσδέχονται φοβοῦμαι) κάλλιστον δὴ ἔργον ἡμῖν ξυμβήσεται, καὶ οὐκ ἀνέλπιστον ἔμοιγε. ὀλίγοι γὰρ δὴ στόλοι μεγάλοι ἢ Ἑλλήνων, ἢ βαρβάρων, πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀπάραντες, κατώρθωσαν. οὔτε γὰρ πλείους τῶν ἐνοικούντων καὶ ἀστυγειτόνων ἔρχονται (πάντα γὰρ δὴ ὑπὸ δέους ξυνίσταται) ἤν τε δι' ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ σφαλῶσι, τοῖς ἐπιβουλευθεῖσιν ὄνομα, κἂν περὶ σφίσιν αὐτοῖς τὰ πλείω πταίσωσιν, ὅμως καταλείπουσιν. ὅπερ καὶ Ἀθηναῖοι αὐτοὶ οὗτοι, τοῦ Μήδου παρὰ λόγον πολλὰ σφαλέντος, ἐπὶ τῷ ὀνόματι ὡς ἐπ' Ἀθήνας ᾔει, ηὐξήθησαν. καὶ ἡμῖν οὐκ ἀνέλπιστον τὸ τοιοῦτο ξυμβῆναι. θαρσοῦντες οὖν τά τε αὐτοῦ παρασκευαζώμεθα, καὶ ἐς τοὺς Σικελοὺς πέμποντες, τοὺς μὲν, μᾶλλον βεβαιωσώμεθα, τοῖς δὲ φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πειρώμεθα ποιεῖσθαι· ἐς δὲ τὴν ἄλλην Σικελίαν πέμπωμεν πρέσβεις, δηλοῦντες ὡς κοινὸς ὁ κίνδυνος· καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν, ὅπως ἢ ξυμμαχίαν ποιῶνται ἡμῖν, ἢ μὴ δέχωνται Ἀθηναίους. δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐς Καρχηδόνα ἄμεινον εἶναι πέμψαι. οὐ γὰρ ἀνέλπιστον αὐτοῖς, ἀλλ' ἀεὶ διὰ φόβου εἰσὶ μήποτε Ἀθηναῖοι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔλθωσιν. ὥστε τάχ' ἂν ἴσως νομίσαντες, εἰ τάδε προήσονται, κἂν σφεῖς ἐν πόνῳ εἶναι, ἐθελήσειαν ἡμῖν ἤτοι κρύφα γε, ἢ φανερῶς, ἢ ἐξ ἑνός γέ του τρόπου ἀμῦναι. δυνατοὶ δέ εἰσι μάλιστα τῶν νῦν, βουληθέντες. χρυσὸν γὰρ καὶ ἄργυρον πλεῖστον κέκτηνται, ὅθεν ὅ,τε πόλεμος καὶ τἄλλα εὐπορεῖ. πέμπωμεν δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα καὶ ἐς Κόρινθον, δεόμενοι δεῦρο κατὰ τάχος βοηθεῖν, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον κινεῖν. ὃ δὲ μάλιστα ἐγώ τε νομίζω ἐπίκαιρον, ὑμεῖς τε, διὰ τὸ ξύνηθες ἥσυχον, ἥκιστ' ἂν ὀξέως πείθοισθε, ὅμως εἰρήσεται. Σικελιῶται γὰρ, εἰ θέλοιμεν, ξύμπαντες, εἰ δὲ μὴ, ὅτι πλεῖστοι μεθ' ἡμῶν, καθελκύσαντες ἅπαν τὸ ὑπάρχον ναυτικὸν, μετὰ δυοῖν μηνοῖν τροφῆς, ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν, καὶ δῆλον ποιῆσαι αὐτοῖς ὅτι οὐ περὶ τῆς Σικελίας πρότερον ἔσται ὁ ἀγὼν, ἢ τοῦ ἐκείνους περαιωθῆναι τὸν Ἰόνιον· μάλιστ' ἂν αὐτοὺς ἐκπλήξαιμεν, καὶ ἐς λογισμὸν καταστήσαιμεν ὅτι ὁρμώμεθα μὲν ἐκ φιλίας χώρας φύλακες (ὑποδέχεται γὰρ ἡμᾶς Τάρας) τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς πολὺ περαιοῦσθαι μετὰ πάσης τῆς παρασκευῆς· χαλεπὸν δὲ, διὰ πλοῦ μῆκος, ἐν τάξει μεῖναι. καὶ ἡμῖν ἂν εὐεπίθετος εἴη, βραδεῖά τε καὶ κατ' ὀλίγον προσπίπτουσα. εἰ δ' αὖ τῷ ταχυναυτοῦντι ἀθροωτέρῳ κουφίσαντες προσβάλοιεν, εἰ μὲν κώπαις χρήσαιντο, ἐπιθοίμεθ' ἂν κεκμηκόσιν· εἰ δὲ μὴ δοκοίη, ἔστι καὶ ὑποχωρῆσαι ἡμῖν ἐς Τάραντα. οἱ δὲ, μετ' ὀλίγων ἐφοδίων ὡς ἐπὶ ναυμαχίᾳ περαιωθέντες, ἀποροῖεν ἂν κατὰ χωρία ἐρῆμα· καὶ ἢ μένοντες πολιορκοῖντο ἂν, ἢ πειρώμενοι παραπλεῖν, τήν τε ἄλλην παρασκευὴν ἀπολείποιεν ἂν, καὶ τὰ τῶν πόλεων οὐκ ἂν βέβαια ἔχοντες, εἰ ὑποδέξοιντο, ἀθυμοῖεν. ὥστε ἔγωγε τούτῳ τῷ λογισμῷ ἡγοῦμαι ἀποκλειομένους αὐτοὺς, οὐδ' ἂν ἀπᾶραι ἀπὸ Κερκύρας· ἀλλ' ἢ διαβουλευσαμένους καὶ κατασκοπαῖς χρωμένους ὁπόσοι τ' ἐ-

σμεν καὶ ἐν ᾧ χωρεῖ ὡς ἐξωσθῆναι ἐν τῇ ὥρᾳ ἐς χειμῶνα, ἢ καταπλαγέντας τῷ ἀδοκήτῳ, καταλῦσαι ἂν τὸν πλοῦν. ἄλλως τε καὶ τοῦ ἐμπειροτάτου τῶν στρατηγῶν (ὡς ἐγὼ ἀκούω) ἄκοντος ἡγουμένου, καὶ ἀσμένου ἂν πρόφασιν λαβόντος εἴ τι ἀξιόχρεων ἀφ' ἡμῶν ὀφθείη. ἀγγελοίμεθα δ' ἂν εὖ οἶδ' ὅτι ἐπὶ τὸ πλεῖον. τῶν δ' ἀνθρώπων πρὸς τὰ λεγόμενα καὶ αἱ γνῶμαι ἵστανται, καὶ τοὺς προεπιχειροῦντας, ἢ τοῖς γε ἐπιχειροῦσι προδηλοῦντας ὅτι ἀμυνοῦνται, μᾶλλον πεφόβηνται, ἰσοκινδύνους ἡγούμενοι. ὅπερ ἂν νῦν Ἀθηναῖοι πάθοιεν. ἐπέρχονται γὰρ ἡμῖν ὡς οὐκ ἀμυνουμένοις· δικαίως κατεγνωκότες ὅτι αὐτοὺς οὐ μετὰ Λακεδαιμονίων ἐφθείρομεν. εἰ δ' ἴδοιεν παρὰ γνώμην τολμήσαντας, τῷ ἀδοκήτῳ μᾶλλον ἂν καταπλαγεῖεν ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς δυνάμει. πείθεσθε οὖν, μάλιστα μὲν ταῦτα τολμήσαντες, εἰ δὲ μή, ὅτι τάχιστα τἆλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν, καὶ παραστῆναι παντί, τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας, ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ δείκνυσθαι, τὸ δ' ἤδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας ὡς ἐπικινδύνους πράσσειν, χρησιμώτατα ἂν ξυμβῆναι. οἱ δ' ἄνδρες καὶ ἐπέρχον), καὶ ἐν πλῷ εὖ οἶδ' ὅτι ἤδη εἰσί, καὶ ὅσον οὔπω πάρεισι.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

INcredibilia quidem, quemadmodum alii nonnulli, videbor & ego forsitã apud vos dicere, classem contra nos vtique venire. Nec me præterit, quæ supra fidem sunt, qui ea narrant nuntiántve, eos non modò nõ persuadere, verumetiã videri dementes. Sed nõ deterritus idcirco desinam, quum reip. periculum impendeat: quòd persuasum habeam aliquid me exploratius afferre quàm quemuis alium. Atheniẽses enim in nos (id quod vehementer admiramini) cum ingenti exercitu veniunt, tum nauali, tum pedestri, prætextu quidem Egestanorum societatis, ac Leontinos domũ reducendi, re autem vera, Siciliæ auiditate, & in primis vrbis nostræ: existimãtes, si hac vrbe potiantur, facilè se cæteris potituros. Itaque eis, tanquam propediem applicaturis, cõsiderate quẽ admodum ex præsentibus copiis pulcherrimè resistatis, nec velitis contemnendo hostem, impræparati deprehendi, nec rem non credendo, omnia ducere omittẽda. Quòd sicui non incredibilia videntur hæc, is nolim vel audaciam eorum, vel copias reformidet. Neque enim magis lædere nos quàm lædi à nobis poterunt: & quòd magna cum classe veniunt, id non inutile nobis est, imò adeo vtilius, multóque melius & erga alios Sicilienses, quippe qui metu illorum malent à nobis stare. Ac certè siue superauerimus istos, siue infecto, quod optant, negotio reiecerimus, (non enim vereor ne consequantur quod expectant) præclarissimi facinoris gloria nobis continget. id quod (vt mea fert opinio) sperare debemus. Etenim paucis classibus seu Græcorum seu barbarorum, vtique procul à domo profectis, rectè successit. Nam neque numero superant eos qui vrbem & loca finitima habitant, contra quos veniunt, vndique in vnum se præ timore congregantes: &, si penuria rerum necessariarum in alieno solo malè rem gerant, quanuis cladem magna ex parte ipsimet sibi inuexerint, tamen *victoriæ* famam relinquũt iis quibus arma intulerant insidiatíque fuerant. Qua ratione isti ipsi Athenienses celebres facti sunt, quum Medus, tanquam qui contra Athenas iret, plerunque iniquitate fortunæ malè pugnasset. Cui simile quiddam nobis euenturum non est desperandum. Quo magis audacter & quæ hîc opus sunt præparemus, & ad Siculos mittendo, alios firmiores reddamus, aliorum societatem amicitiámque contrahere tentemus. In reliquam quoque Siciliam mittamus, ostendentes commune hoc periculum esse: neq; ad hos tantùm, sed etiam in Italiam, vt aut nobis in bello socii sint, aut ne recipiant Athenienses. Neque eò solùm, sed & Carthaginem mittere, satius mihi esse videtur. non enim fide carebit hoc apud illos, assiduo in metu agentes, nequando aduersus vrbem suam veniant Athenienses. Itaque rati fortasse si hæc deseruerint, se futuros calamitatis participes, volent aut clàm, aut palàm, aut alio quouis pacto nobis opitulari. Et certè possunt vel maximè omnium qui nunc *rerum potiuntur*, si velint: quippe qui plurimũ auri argentíque possideant, vnde & bellum & cætera commodè administrantur. Mittamus præterea Lacedæmona ac Corinthum oratum vt huc properè mittant auxilia, & illic in Athenienses bellum moueant. Quódque ego in primis opportunum arbitror, etsi vos, vt pote iampridem desides, minimè ei acquiescetis, tamẽ à me dicetur. Si enim voluerimus vniuersi Sicilienses, sin minus, maxima pars, deductis cunctis nauibus cũ duorum mensium cibariis occurrere Atheniensibus ad Tarentum & ad Iapygiam pro-

montorium, eísque demonstrare non sibi de Sicilia prius fore certamen quàm de Ionio mari transeundo: hoc facto nimirum eos maximopere deterrere possimus & ad cogitandum etiam atque etiam reuocare, nos quidem è sociali terra obuiam, vt *nostram* tueremur esse profectos: (excipiet enim nos Tarentum) at ipsis quum ingens pelagus sit transeundum, difficile esse toti classi in tanto trãsitu seruare ordinem, nobis verò facile factu fore breui spatio & ordine venientes inuadere. Quòd si ad accelerandum cursum exoneratis nauibus confertísque venient, iam remigãdo defessos aggrediemur: sin hoc non placebit agere, licebit nos subducere Tarentum. Iidem si cum exiguo commeatu, tanquam ad nauale prælium, mare transierint, certè apud deserta loca penuria laborabunt, & aut manentes obsidebuntur, aut, si abire conabuntur, cæterum apparatum derelinquent: & quũ inexploratum habeant an à ciuitatibus recipiantur, solicito tamen animo erũt. Existimo itaque fore vt hac cogitatione aditũ illis ad nos præcludente, ne soluant quidem è Corcyra, sed aut consultando illic mittendóque qui speculẽtur quot numero simus, & quo in loco, in hyemis opportunitatem extractum iri, aut perculsos inopinata re, à progrediendo desituros. Eo quidem magis quòd (quantum ego audio) peritissimus inter duces eorũ inuitus accepit hoc munus, libenter prætextũ capturus, siquis iustus apparatus à nobis *prodiisse* conspiciatur. Certũ autem habeo fore vt nuntiemur illis plures esse *quàm simus*. At mẽtes hominum ad ea quæ referuntur erigi solent, & ii qui priores aggrediuntur, aut aggredientibus præsignificant se propulsaturos, maiorem illis metum incutiunt, eos in adeundis periculis sibi pares esse existimantibus. Id quod nunc Atheniensibus vsuueniet, qui in nos tendunt perinde ac non repugnaturos: neque immeritò id sentiunt, quòd se iuncti Lacedæmoniis bello non vexauerimus. Iidem si præter opinionem suam audere nos viderint, magis ex ipsa re inopinata terrebũtur, quàm quanta erit reuera nostra potentia. Mihi igitur dicto audientes estote, maximè quidem in eo *quod dixi* audendo: sin minus, in reliquis quæ ad bellum pertinet, primo quoque tempore apparandis: hoc vobis in animum inducentes, contemnere *hostes* inuadentes per fortia facta declarari: at verò eis qui res suas apparârint cum metu, non secus ac in periculo constituti, & hoc tutissimum existimarint fore vt id in maximam vtilitatem cedat. At hostes cum classe veniunt, atque adeò iam aduentant, & tantum non adsunt.

ATHENAGORAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Hæc oratio superiori est aduersaria. Nam Athenagoras, qui tribunatum plebis gerebat, & eloquentia gratiáque multùm poterat, expeditionem autem illam Atheniensium commentitiam putabat, grauiter in eos inuectus est hac oratione, qui in cõtraria erant sententia. Primùm enim hanc opinionem labefactare conatur, quum opes Atheniensium despicit, Syracusanas altera ex parte euehit. Deinde illos rumorum autores increpat, atque affectati dominatus insimulat. eos ab iis consiliis deterret, & quid animi quidve consilii in Atheniensium aduentu (siquis sit) habere debeant, ostendit.

Τοὺς μὲν Ἀθηναίους ὅστις μὴ βούλεται οὕτω κακῶς φρονῆσαι, καὶ ὑποχειρίους ἡμῖν γενέσθαι ἐνθάδε ἐλθόντας, ἢ δειλός ἐστιν, ἢ τῇ πόλει οὐκ εὔνους· τοὺς δ' ἀγγέλλοντας τὰ τοιαῦτα, καὶ περιφόβους ὑμᾶς ποιοῦντας, τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας, εἰ μὴ οἴονται ἔνδηλοι εἶναι. οἱ γὰρ δεδιότες ἰδίᾳ τι, βούλονται τὴν πόλιν ἐς ἔκπληξιν καθιστάναι, ὅπως τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται. καὶ νῦν αὗται αἱ ἀγγελίαι τοῦτο δύνανται· οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου, ἐκ δὲ ἀνδρῶν οἵπερ ἀεὶ τάδε κινοῦσι, ξύγκεινται. ὑμεῖς δὲ, ἢν εὖ βουλεύησθε, οὐκ ἐξ ὧν οὗτοι ἀγγέλλουσι σκοποῦντες, λογιεῖσθε τὰ εἰκότα, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἄνθρωποι δεινοὶ, καὶ πολλῶν ἔμπειροι (ὥσπερ ἐγὼ Ἀθηναίους ἀξιῶ) δράσειαν. οὐ γὰρ αὐτοὺς εἰκὸς Πελοποννησίους τε ὑπολιπόντας, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον μήπω βεβαίως καταλελυμένους, ἐπ' ἄλλον πόλεμον οὐκ ἐλάσσω ἑκόντας ἐλθεῖν. ἐπεὶ ἔγωγε ἀγαπᾶν οἴομαι αὐτοὺς ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐπ' ἐκείνους ἐρχόμεθα, πόλεις τοσαῦται, καὶ οὕτω μεγάλαι. εἰ δὲ δὴ, ὥσπερ λέγονται, ἔλθοιεν, ἱκανωτέραν ἡγοῦμαι Σικελίαν Πελοποννήσου διαπολεμῆσαι, ὅσῳ κατὰ πάντα ἄμεινον ἐξήρτυται· τὴν δὲ ἡμετέραν πόλιν αὐτὴν, τῆς νῦν στρατιᾶς, ὥς φασιν, ἐπιούσης, καὶ εἰ δὶς τοσαύτη ἔλθοι, πολὺ κρείσσω εἶναι. οἷς γ' ἐπίσταμαι οὔθ' ἵππεις ἀκολουθήσοντας, οὐδ' αὐτόθεν πελασθησομένους, εἰ μὴ ὀλίγους τινὰς παρ' Ἐγεσταίων, οὐδ' ὁπλίτας ἰσοπληθεῖς τοῖς ἡμετέροις, ἐπὶ νεῶν γε ἐλθόντας. μέγα γὰρ τὸ καὶ αὐταῖς ταῖς ναυσὶ κούφαις τοσοῦτον πλοῦν δεῦρο κομισθῆναι· τήν τε ἄλλην παρασκευὴν ὅσην δεῖ ἐπὶ πόλιν τοσήνδε πελασθῆναι, οὐκ ὀλίγην οὖσαν. ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω, μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν, εἰ πόλιν ἑτέραν τοσαύτην, ὅσαι Συράκουσαί εἰσιν, ἔλθοιεν ἔχοντες, καὶ ὅμορον οἰκήσαντες τὸν πόλεμον ποιοῖντο, οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι· ἦ πού γε δὴ ἐν πάσῃ πολεμίᾳ Σικελίᾳ. ξυστήσεται γὰρ στρατοπέδῳ τε ἐκ νεῶν ἱδρυθέντι, καὶ

ἐκ σκηνιδίων καὶ ἀναγκαίας παρασκευῆς, οὐκ ἐπὶ πολὺ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἱππέων ἐξιόντες. τὸ δὲ ξύμπαν, οὐδ' ἂν κρατῆσαι αὐτοὺς τῆς γῆς ἡγοῦμαι· τοσούτῳ τὴν ἡμετέραν παρασκευὴν κρείσσω νομίζω. ἀλλὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, οἵ τε Ἀθηναῖοι γιγνώσκοντες, τὰ σφέτερα αὐτῶν εὖ οἶδ' ὅτι σώζουσι, καὶ ἐνθένδε ἄνδρες οὔτε ὄντα, οὔτε ἂν γενόμενα λογοποιοῦσιν. οὓς ἐγὼ οὐ νῦν πρῶτον ἀλλ' ἀεὶ ἐπίσταμαι, ἤτοι λόγοις γε τοιοῖσδε καὶ ἔτι τούτων κακουργοτέροις ἢ ἔργοις βουλομένους καταπλήξαντας τὸ ὑμέτερον πλῆθος, αὐτοὺς τῆς πόλεως ἄρχειν. καὶ δέδοικα μέντοι μήποτε πολλὰ πειρῶντες καὶ κατορθώσωσιν· ἡμεῖς δὲ κακοί, πρὶν ἐν τῷ παθεῖν ὦμεν, προφυλάξασθαί τε, καὶ αἰσθόμενοι ἐπεξελθεῖν. τοιγάρτοι δι' αὐτὰ ἡ πόλις ἡμῶν ὀλιγάκις μὲν ἡσυχάζει, στάσεις δὲ πολλὰς καὶ ἀγῶνας οὐ πρὸς τοὺς πολεμίους πλείονας ἢ πρὸς αὐτὴν ἀναιρεῖται, τυραννίδας δὲ ἔστιν ὅτε καὶ δυναστείας ἀδίκους. ὧν ἐγὼ πειράσομαι, ἤν γε ὑμεῖς ἐθέλητε ἕπεσθαι, μήποτε ἐφ' ἡμῶν τι περιιδεῖν γενέσθαι· ὑμᾶς μὲν τοὺς πολλοὺς πείθων, τοὺς δὲ τὰ τοιαῦτα μηχανωμένους κολάζων, μὴ μόνον αὐτοφώρους, (χαλεπὸν γὰρ ἐπιτυγχάνειν) ἀλλὰ καὶ ὧν βούλονται μέν, δύνανται δ' οὔ. τὸν γὰρ ἐχθρὸν οὐχ ὧν δρᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρή, εἴπερ καὶ μὴ προφυλαξάμενός τις προπείσεται. τοὺς δ' αὖ ὀλίγους, τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ φυλάσσων, τὰ δὲ, καὶ διδάσκων. μάλιστα γὰρ δοκῶ ἄν μοι οὕτως ἀποτρέπειν τῆς κακουργίας. καὶ δῆτα (ὃ πολλάκις ἐσκεψάμην) τί καὶ βούλεσθε ὦ νεώτεροι; πότερον ἄρχειν ἤδη; ἀλλ' οὐκ ἔννομον. ὁ δὲ νόμος ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ὑμᾶς μᾶλλον ἢ δυναμένους ἐτέθη ἀτιμάζειν. ἀλλὰ δὴ μὴ μετὰ πολλῶν ἰσονομεῖσθαι; καὶ πῶς δίκαιον τοὺς αὐτοὺς μὴ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι; φησί τις δημοκρατίαν οὔτε ξυνετὸν, οὔτ' ἴσον εἶναι, τοὺς δ' ἔχοντας τὰ χρήματα, καὶ ἄρχειν ἄριστα βελτίστους. ἐγὼ δέ φημι πρῶτα μὲν, δῆμον ξύμπαν ὠνομάσθαι, ὀλιγαρχίαν δὲ, μέρος· ἔπειτα φύλακας μὲν ἀρίστους εἶναι χρημάτων τοὺς πλουσίους, βουλεῦσαι δ' ἂν βέλτιστα τοὺς ξυνετοὺς, κρῖναι δ' ἂν ἀκούσαντας ἄριστα τοὺς πολλούς· καὶ ταῦτα ὁμοίως καὶ κατὰ μέρη καὶ ξύμπαντα ἐν δημοκρατίᾳ ἰσομοιρεῖν. ὀλιγαρχία δὲ τῶν μὲν κινδύνων τοῖς πολλοῖς μεταδίδωσι, τῶν δ' ὠφελίμων οὐ πλεονεκτεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ἀφελομένη ἔχει· ἃ ὑμῶν οἵ τε δυνάμενοι καὶ οἱ νέοι προθυμοῦνται, ἀδύνατα ἐν μεγάλῃ πόλει καταχεῖν. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, ἢ ἀμαθέστατοί ἐστε ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων, ἢ ἀδικώτατοι, εἰ εἰδότες τολμᾶτε. ἀλλ' ἤτοι μαθόντες γε, ἢ μεταγνόντες, τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε, ἡγησάμενοι τοῦτο μὲν ἂν ἴσον καὶ πλέον οἱ ἀγαθοὶ ὑμῶν, ἤπερ τὸ τῆς πόλεως πλῆθος μετασχεῖν· εἰ δ' ἄλλα βουλήσεσθε, καὶ τοῦ παντὸς κινδυνεῦσαι στερηθῆναι· καὶ τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν, ὡς πρὸς αἰσθανομένους, καὶ μὴ ἐπιτρέψοντας, ἀπαλλάγητε. ἡ γὰρ πόλις ἥδε, καὶ εἰ ἔρχονται Ἀθηναῖοι, ἀμυνεῖται αὐτοὺς ἀξίως αὐτῆς· καὶ στρατηγοί εἰσιν ἡμῖν οἳ σκέψονται αὐτά. καὶ εἰ μή τι αὐτῶν ἀληθές ἐστιν (ὥσπερ οὐκ οἴομαι) οὐ πρὸς τὰς ὑμετέρας ἀγγελίας καταπλαγεῖσα, καὶ ἑλομένη ἡμᾶς ἄρχοντας, αὐθαίρετον δουλείαν ἐπιβαλεῖται· αὐτὴ δ' ἐφ' ἑαυτῆς σκοποῦσα, τούς τε λόγους ἀφ' ὑμῶν ὡς ἔργα δυναμένους κρινεῖ, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλευθερίαν οὐχὶ ἐκ τοῦ ἀκούειν ἀφαιρεθήσεται, ἐκ δὲ τοῦ ἔργῳ φυλασσομένη μὴ ἐπιτρέπειν, πειράσεται σώζειν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

QVisquis non vult Athenienses tam demẽtes esse *vt huc veniant*, & à nobis subigi quũ venerint, is aut meticulosus est, aut ciuitati minimè beneuolus. Quod qui ad nos deterrendos nuntiant, horum non temeritatem demiror, sed insipientiam, nisi si patêre se non arbitrantur. Etenim qui priuatim sibi aliquid timent, ii captant ciuitatem perterrefacere, vt publico metu suum occultent. Et huc isti nunc rumores tendunt, haudquaquam sua sponte confecti, sed ab hominibus qui semper talia moliuntur. Quòd si vos rectè consulueritis, non ex eorum consideratione quæ isti nũtiãt, quid facto opus sit deliberabitis, sed ex iis quæ perspicaces viri & multarum rerum experti (quales ego Athenienses reor) acturi sint. Non est enim credibile hos, relictis Peloponnensibus, & bello nondum illic planè finito, ad alterum bellum non inferius illo vltro venire: quos ego arbitror putare bene secum agi quòd in se nos non tendamus, tot ciuitates atque tam magnæ. Quinetiam si veniant (vt fertur) ad eosdem debellandos, Siciliam vel magis suffecturam quàm Peloponnesum existimo, quo est omnis generis apparatu instructior: imò adeo nostram ipsam ciuitatem validiorem esse hoc qui nunc dicitur venire exercitu, atque etiam bis tanto: vtpote quos sciam nullos sequentes equites habituros, & ex hac ipsa regione non comparaturos, nisi aliquos paucos ab Egestanis: & eorum numerus armatorum nequaquam nostro comparandus, vtpote qui nauibus venerit. Arduum nanque sit vel vacuis exercitu nauibus cursum huc tendere, cæterum apparatum ferentibus, quantum suppetere oportet aduersus tantam ciuitatem, qui certè exiguus nõ est. Itaque adeo ab ista ego opinione dissentio, vt si Athenienses vrbem aliam tantam quantæ sunt Syracusæ, & finitimam regionem incolerent, è qua egressi bellum nobis inferrent, vix fieri posse rear quin profligarentur: nedum nunc, quum omnis sit eis Sicilia hostis. Continebuntur enim castris ex classe communitis, atque ex tabernaculis, necessarióque apparatu, non laxè tendentes, vt-

pote à noſtro equitatu exire prohibiti: prorſus vt ne terra quidem eos potituros credã: adeo noſtras quàm illorum copias cenſeo præſtantiores. Quod intelligentes Athenienſes, ſua ipſorum (vt certum habeo) cõſeruant. Sed quidam ex hac vrbe homines, ea quæ neque ſunt neque futura ſunt, dictitant: quos ego non nunc primùm deprehendi, ſed iam olim, huiuſcemodi rumoribus, & nonnunquam malignioribus, vel factis, veſtræ multitudini terrore incuſſo, ipſos ciuitatis potiri imperio velle. Quod ſæpenumero conantes, nequando conſequantur vereor, néve nos ſegnes, antequam opprimamur, ab iſtis non caueamus: & quum intelligamus hoc, nõ tamen obuiam eis eamus. His enim de cauſis rarò quieſcit noſtra ciuitas, permultis ſeditionibus agitata, permultiſque certaminibus, ac pluribus ſecum ipſa quàm cum hoſtibus, nonnunquam etiam tyrannide iniquóque dominatu. Quorum quicquam (ſi vos ſequi *me* volueritis) quoad eius facere potero, noſtro tempore accidere non ſinam: veſtram quidem multitudinem verbis in meam ſententiam adducens, de iis autem qui talia machinantur ſupplicium ſumens, non modò quum manifeſtò comperti atque deprehenſi fuerint, (arduum enim fuerit deprehendere) ſed etiam ob ea quæ etſi non potuerunt, tamen voluerunt efficere. Hoſtis enim iniuria non ea tantùm quam infert propulſanda eſt, ſed ea etiam quam inferre cogitat. quoniam niſi quis ſibi præcauerit prior, detrimentum accipiet. Nam ſic mihi præcipuè videor iſtos oligarchiæ ſtudentes à maleficio reuocare, ſi *eorum facta* partim coarguam, partim caueam, partim doceam. Enimuero ſæpe mecum conſideraui quidnam *à nobis* velitis adoleſcentes, vtrúmne iamnunc imperia obtinere? at iſtud legitimũ non eſt. Nam lex idcirco lata eſt *ne vos geratis imperia*, quia non poteſtis ea gerere, non vt contumeliam faceret vobis ad gerenda idoneis. An *vultis* non eſſe pari iure cum cæteris? At iſtud quo pacto iuſtum eſt, eoſdem homines non eiſdem honoribus affici? Dicat aliquis, popularem ſtatum, rem eſſe neque cõſultam, neque æquabilem, ſed qui locupletes ſint, eoſdem optimos eſſe ad præclariſſimè imperãdum. At ego primùm quidem reſpondeo, populum appellatum fuiſſe vniuerſum *corpus ciuitatis*, oligarchiã autem partem: poſtea verò, cuſtodes quidem pecuniarum optimos, eſſe locupletes: conſultores autem præſtantiſſimos eſſe eos, qui prudentia præditi ſunt: iudices autem optimos, poſtquam audierunt eſſe ipſos multos: & hæc item ſiue per partes, ſiue in vniuerſum, æqualiter diſtribui in democratia. At paucorum ſtatus pericula quidem multitudini impertit, commodorum autem nõ modò plus habet, verumetiam vniuerſa ſibi vendicat, erepta aliis ſua portione. Quæ ſcilicet hoc tempore qui ſunt potentes, iidémque iuuenes, affectant, rem impoſſibilem in magna ciuitate. Sed nũc quoque omnium dementiſſimi eſtis niſi animaduertitis vos ad malum properare: aut imperitiſſimi omnium quos noui Græcorum, aut iniuſtiſſimi, ſi, quum ſciatis *hoc*, audetis. Verùm aut à me edocti, aut mutata ſententia, quod ad totius ciuitatis bonum pertinet, id augeatis, exiſtimetiſque hoc æquũ & ſatius eſſe, eos qui boni ex vobis ſunt, *hoc eſt* multitudinem ciuitatis, *rerum* eſſe participem: quòd ſi ſecus volueritis, periculũ vos adire ne omni parte priuemini. Et talia nuntia, vt qui præſenſeritis, & obſtituri ſitis, amãdate à vobis. Nã vt etiam veniant Athenienſes, hæc ciuitas pro ſua dignitate propulſabit: ſúntque nobis duces qui iſta prouidebũt. Quòd ſi nihil horum veri fuerit, (prout ego ſuſpicor) nequaquam veſtris rumoribus expauefacta ciuitas, ſua ſponte ſeruitutem ſuſcipiet, vos ſibi duces eligendo: ſed ipſa per ſeſe rimata veritatem de verbis veſtris, tãquam idem quod facta pollentibus, iudicabit, & præſentem libertatem nõ ex auditu amittet, ſed factis, ita ſibi cauens vt non permittat *eos facere quæ moliuntur*, conſeruare conabitur.

ORATIO NICIAE.

ARGVMENTVM.

Cohortatio eſt ad fortiter dimicandum. Nam conflicturus acie cum Syracuſanis Nicias, ſuos ad certamen animat, à commemoratione patriæ virtutis, & à difficultate recipiendi ſeſe ex fuga, ſi ignauiter pugnauerint. Neque enim præſtò eſſe patriam, quæ fugientibus ſit perfugio.

Πολλῇ μὲν παραινέσῃ, ὦ ἄνδρες, τί δεῖ χρῆσθαι, οἳ πάρεσμεν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα; αὐτὴ γὰρ ἡ παρασκευὴ ἱκανωτέρα μοι δοκεῖ εἶναι θάρσος παρασχεῖν, ἢ καλῶς λεχθέντες λόγοι, μετὰ ἀσθενοῦς στρατοπέδου. ὅπου γὰρ Ἀργεῖοι

καὶ Μαντινῆς, καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ νησιωτῶν οἱ πρῶτοι ἐσμὲν, πῶς οὐ χρὴ μετὰ τοιῶνδε καὶ τοσῶνδε ξυμμάχων πάντα τινὰ μεγάλην τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχειν; ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρας πανδημεί τε ἀμυνομένους, καὶ οὐκ ἀπολέκτους, ὥσπερ καὶ ἡμᾶς, καὶ προσέτι Σικελιώτας, οἳ ὑπερφρονοῦσι μὲν ἡμᾶς, ὑπομενοῦσι δὲ οὔ, διὰ τὸ τὴν ἐπιστήμην τῆς τόλμης ἥσσω ἔχειν. παραστήτω δέ τινι καὶ τόδε, πολύ τε ἀπὸ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν εἶναι, καὶ πρὸς γῇ οὐδεμιᾷ φιλίᾳ, ἥντινα μὴ αὐτοὶ μαχόμενοι κτήσεσθε. καὶ τοὐναντίον ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς ἢ οἱ πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς (εὖ οἶδ' ὅτι) παρακελεύονται. οἱ μὲν γὰρ, ὅτι περὶ πατρίδος ἔσται ὁ ἀγών· ἐγὼ δὲ, ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ, ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν. οἱ γὰρ ἱππῆς πολλοὶ ἐπικείσονται. τῆς τε οὖν ὑμετέρας αὐτῶν ἀξίας μνησθέντες, ἐπέλθετε τοῖς ἐναντίοις προθύμως, καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην καὶ ἀπορίαν φοβερωτέραν ἡγησάμενοι τῶν πολεμίων.

EADEM LATINE EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

Longa exhortatione, viri, quid vti attinet *nos* qui ad idē certamen adſumus? Hic enim apparatus videtur mihi per ſe efficacior eſſe ad præbendam audaciam, quàm verba *alicuius* probè dicta, ſi imbecillus ſit apparatus. Nam vbi ſumus Argiui & Mantinei & Athenienſes, & præcipui inter inſulanos, quónam pacto oporteat nos inter tantos ac tales ſocios non habere ingentem victoriæ ſpem? præſertim aduerſus homines non delectos, quales nos ſumus, ſed vniuerſim venientes ad reſiſtendum, & eos quidē, Sicilienſes, qui nos quidē contemnunt, ſed impetum tamen noſtrū non ſuſtinebunt, quia minus peritiæ quàm audaciæ habent. Id quoque velim cuique veſtrum veniat in mentem, nos procul à noſtra *patria*, & nulli terræ *nobis* beneuolæ vicinos eſſe, niſi quam ipſi pugnando obtinebitis. Atque ego diuerſa ratione quàm ſeipſos (vt probè ſcio) hoſtes adhortantur, vos admoneo. illi enim, quòd pro patria ſibi certamen futurum ſit: at ego, quòd nequaquam in patria, ex qua non facilè reuertendum ſit, niſi potitis victoria. permulti nanque equites nobis ingruent. Vos igitur veſtræ ipſorum dignitatis memores, inuadite ſtrenuè hoſtem, exiſtimantes præſentem difficultatem atque neceſſitatem quàm aduerſarios eſſe terribiliorem.

HERMOCRATIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Athenienſes, commodius bellaturi cum Syracuſanis, ſi ciuitates Siciliæ ab hoſtibus auertiſſent, ad ſuas autem partes deduxiſſent, dabant operam vt quamplurimas ſocietates contraherent: in his Camarinam ſolicitabant. Syracuſani miſſa legatione contrà nitebantur. Eam legationem obibat Hermocrates: qui quum hanc cauſam pro concione Camarinorum agere cœpiſſet, eos ab illa ſocietate deterrere eſt conatus, quòd diceret Athenienſium expeditionem in totius Siciliæ perniciem eſſe comparatam. Itaque hāc ſocietatem, ſi eam iniſſent, futuram temerariam, fraudulentam, & ipſis Camarinis exitioſam. Totus eſt in patefaciendis Athenienſium conſiliis, repetito principio vſque à dominatus eorum primordiis.

Οὐ τὴν παροῦσαν δύναμιν τῶν Ἀθηναίων, ὦ Καμαριναῖοι, μὴ αὐτὴν καταπλαγῆτε δείσαντες, ἐπρεσβευσάμεθα· ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς μέλλοντας ἀπ' αὐτῶν λόγους, πρίν τι καὶ ἡμῶν ἀκοῦσαι, μὴ ὑμᾶς πείσωσι. ἥκουσι γὰρ ἐς τὴν Σικελίαν, προφάσει μὲν, ᾗ πυνθάνεσθε, διανοίᾳ δὲ, ἣν πάντες ὑπονοοῦμεν. καί μοι δοκοῦσιν οὐ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι. οὐ γὰρ δὴ εὔλογον τὰς μὲν ἐκεῖ πόλεις ἀναστάτους ποιεῖν, τὰς δὲ ἐνθάδε κατοικίζειν· καὶ Λεοντίνων μὲν Χαλκιδέων ὄντων κατὰ τὸ ξυγγενὲς κήδεσθαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ (ὧν οἵδε ἄποικοί εἰσι) δουλωσαμένους ἔχειν. τῇ δὲ αὐτῇ ἰδέᾳ ἐκεῖνά τε ἔσχον, καὶ τὰ ἐνθάδε νῦν πειρῶνται. ἡγεμόνες γὰρ γενόμενοι ἑκόντων τῶν τε Ἰώνων, καὶ ὅσοι ἀπὸ σφῶν ἦσαν ξύμμαχοι, ὡς ἐπὶ τοῦ Μήδου τιμωρίᾳ, τοὺς μὲν, λειποστρατίαν, τοὺς δὲ, ἐπ' ἀλλήλους στρατεύειν, τοῖς δ' ὡς ἑκάστοις τινὰ εἶχον αἰτίαν εὐπρεπῆ ἐπενεγκόντες, κατεστρέψαντο. καὶ οὐ περὶ τῆς ἐλευθερίας ἄρα οὔτε οὗτοι τῶν Ἑλλήνων, οὔθ' οἱ Ἕλληνες τῆς ἑαυτῶν τῷ Μήδῳ ἀντέστησαν, περὶ δὲ οἱ μὲν σφίσιν ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ καταδουλώσεως, οἱ δ' ἐπὶ δεσπότου μεταβολῇ, οὐκ ἀξυνετωτέρου, κακοξυνετωτέρου δέ. ἀλλ' οὐ γὰρ δὴ τὴν τῶν Ἀθηναίων εὐκατηγόρητον οὖσαν πόλιν νῦν ἥκομεν ἀποφανοῦντες ἐν εἰδόσιν ὅσα ἀδικεῖ· πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιασόμενοι, ὅτι ἔχοντες παραδείγματα τῶν τε ἐκεῖ Ἑλλήνων, ὡς ἐδουλώθησαν, οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς, καὶ νῦν ἐφ' ἡμᾶς ταῦτα παρόντα σοφίσματα, Λεοντίνων τε ξυγγενῶν κατοικίσεις, καὶ Ἐγεσταίων ξυμμάχων ἐπικουρείας, οὐ ξυστραφέντες βουλόμεθα προθυμότερον δεῖξαι αὐτοῖς ὅτι οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν, οὐδ' Ἑλλησπόντιοι, καὶ νησιῶται, οἳ δεσπότην ἢ Μῆδον, ἢ ἕνα γέ τινα αἰεὶ μεταβάλλοντες, δουλοῦνται, ἀλλὰ Δωριεῖς, ἐλεύθεροι ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. ἢ μένομεν ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ πόλεις ληφθῶμεν, εἰδότες ὅτι ταύτῃ μόνον ἁλωτοί ἐσμεν, καὶ ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους

ἔστι τοὺς μὲν λόγοις ἡμῶν διιστάναι, τοὺς δὲ ξυμμάχων ἐλπίδι ἐκπολεμοῦν πρὸς ἀλλήλους, τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες, δύνανται κακουργεῖν. καὶ οἰόμεθα, τοῦ ἄπωθεν ξυνοίκου προαπολλυμένου, οὐκ ἐς αὐτόν τινα ἥξειν τὸ δεινόν, πρὸ δὲ αὐτοῦ μᾶλλον τὸν πάσχοντα καθ' ἑαυτὸν δυστυχεῖν. καὶ εἴ τῳ ἄρα παρέστηκε, τὸν μὲν Συρακούσιον, ἑαυτὸν δ' οὐ πολέμιον εἶναι τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ δεινὸν ἡγεῖται ὑπέρ γε τῆς ἐμῆς κινδυνεύειν, ἐνθυμηθήτω οὐ περὶ τῆς ἐμῆς μᾶλλον, ἐν ἴσῳ δὲ καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἅμα ἐν τῇ ἐμῇ μαχούμενος, τοσούτῳ δὲ καὶ ἀσφαλέστερον, ὅσῳ οὐ προδιεφθαρμένου ἐμοῦ, ἔχων δὲ ξύμμαχον ἐμέ, καὶ οὐκ ἐρῆμος, ἀγωνιεῖται. τόν τε Ἀθηναῖον μὴ τὴν τοῦ Συρακουσίου ἔχθραν κολάσασθαι, τῇ δ' ἐμῇ προφάσει τὴν ἐκείνου φιλίαν οὐχ ἧσσον βεβαιώσασθαι βούλεσθαι. εἴ τέ τις φθονεῖ μὲν, ἢ καὶ φοβεῖται (ἀμφότερα γὰρ τάδε πάσχει τὰ μείζω) διὰ δὲ αὐτὰ τὰς Συρακούσας κακωθῆναι μὲν, ἵνα σωφρονισθῶμεν, βούλεται, περιγενέσθαι δὲ ἕνεκα τῆς αὑτοῦ ἀσφαλείας, οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βούλησιν ἐλπίζει. οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα τῆς τε ἐπιθυμίας καὶ τῆς τύχης τὸν αὐτὸν ὁμοίως ταμίαν γενέσθαι. καὶ εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, τοῖς αὑτοῦ κακοῖς ὀλοφυρθεὶς, τάχ' ἂν ἴσως καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀγαθοῖς ποτὲ βουληθείη αὖθις φθονῆσαι. ἀδυνάτῳ δὲ προεμένῳ, καὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς κινδύνους οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων ἀλλὰ περὶ τῶν ἔργων ἐθελήσαντι προσλαβεῖν. λόγῳ μὲν γὰρ, τὴν ἡμετέραν δύναμιν σῴζοι ἄν τις, ἔργῳ δὲ, τὴν αὑτοῦ σωτηρίαν. καὶ μάλιστα εἰκὸς ἦν ὑμᾶς, ὦ Καμαριναῖοι, ὁμόρους ὄντας, καὶ τὰ δεύτερα κινδυνεύσοντας, προορᾶσθαι αὐτὰ, καὶ μὴ μαλακῶς, ὥσπερ νῦν, ξυμμαχεῖν· αὐτοὺς δὲ, πρὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἰόντας, ἅπερ ἂν εἰ ἐς τὴν Καμαριναίαν πρῶτον ἀφίκοντο οἱ Ἀθηναῖοι, δεόμενοι ἂν ἐπεκαλεῖσθε, ταῦτα ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ νῦν παρακελευομένους, ὅπως μηδὲν ἐνδώσομεν, φαίνεσθαι. ἀλλ' οὔθ' ὑμεῖς νῦν γέ πω, οὔθ' οἱ ἄλλοι ἐπὶ ταῦτα ὥρμησθε. δειλίᾳ δὲ ἴσως τὸ δίκαιον πρός τε ἡμᾶς καὶ πρὸς τοὺς ἐπιόντας θεραπεύσετε, λέγοντες ξυμμαχίαν εἶναι ὑμῖν πρὸς Ἀθηναίους, ἥν γε οὐκ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἐποιήσασθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν ἤν τις ἐφ' ὑμᾶς ἴῃ, καὶ τοῖς γε Ἀθηναίοις βοηθεῖν, ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοί, ὥσπερ νῦν, τοὺς πέλας ἀδικῶσιν. ἐπεὶ οὐδ' οἱ Ῥηγῖνοι, ὄντες Χαλκιδεῖς, Χαλκιδέας ὄντας Λεοντίνους ἐθέλουσι ξυγκατοικίζειν. καὶ δεινὸν εἰ ἐκεῖνοι μὲν τὸ ἔργον τοῦ καλοῦ δικαιώματος ὑποπτεύοντες, ἀλόγως σωφρονοῦσιν, ὑμεῖς δ' ἐν εὐλόγῳ προφάσει, τοὺς μὲν φύσει πολεμίους βούλεσθε ὠφελεῖν, τοὺς δὲ ἔτι μᾶλλον φύσει ξυγγενεῖς μετὰ τῶν ἐχθίστων διαφθεῖραι. ἀλλ' οὐ δίκαιον· ἀμύνειν δὲ, καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν. οὐ γὰρ ἢν ἡμεῖς ξυστῶμεν πάντες, δεινή ἐστιν, ἀλλ' ἢν (ὅπερ οὗτοι σπεύδουσι) τἀναντία διαστῶμεν. ἐπεὶ οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς μόνους ἐλθόντες καὶ μάχῃ περιγενόμενοι ἔπραξαν ἃ ἐβούλοντο, ἀπῆλθον δὲ διὰ τάχους. ὥστε οὐκ ἀθρόους γε ὄντας εἰκὸς ἀθυμεῖν, ἰέναι δὲ ἐς τὴν ξυμμαχίαν προθυμότερον, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ Πελοποννήσου παρεσομένης ὠφελείας, οἳ τῶνδε κρείσσους εἰσὶ τὰ πολέμια. καὶ μὴ ἐκείνην τὴν προμηθίαν δοκεῖν, τῷ ἡμῖν μὲν ἴσην εἶναι, ὑμῖν δὲ ἀσφαλῆ, τὸ μηδετέροις δὴ, ὡς καὶ ἀμφοτέρων ὄντας ξυμμάχους, βοηθεῖν. οὐ γὰρ ἔργῳ ἴσον ὥσπερ τῷ δικαιώματί ἐστιν. εἰ γὰρ δι' ὑμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας, ὅ τε παθὼν σφαλήσεται, καὶ ὁ κρατῶν περιέσται, τί ἄλλο ἢ τῇ αὐτῇ ἀπουσίᾳ, τοῖς μὲν οὐκ ἠμύνατε σωθῆναι, τοὺς δὲ οὐκ ἐκωλύσατε κακοὺς γενέσθαι; καίτοι κάλλιον τοῖς ἀδικουμένοις καὶ ἅμα ξυγγενέσι προσθεμένους, τήν τε κοινὴν ὠφέλειαν τῇ Σικελίᾳ φυλάξαι, καὶ τοὺς Ἀθηναίους φίλους δὴ ὄντας μὴ ἐᾶσαι ἁμαρτεῖν. ξυνελόντες τε, λέγομεν οἱ Συρακούσιοι, ἐκδιδάσκειν μὲν οὐδὲν ἔργον εἶναι σαφῶς, οὔθ' ὑμᾶς, οὔτε τοὺς ἄλλους, περὶ ὧν αὐτοὶ οὐδὲν χεῖρον γιγνώσκετε. δεόμεθα δὲ, καὶ μαρτυρόμεθα ἅμα, εἰ μὴ πείσομεν, ὅτι ἐπιβουλευόμεθα μὲν ὑπὸ Ἰώνων αἰεὶ πολεμίων, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν, Δωριεῖς Δωριέων. καὶ εἰ καταστρέψονται ἡμᾶς Ἀθηναῖοι, ταῖς μὲν ἡμετέραις γνώμαις κρατήσουσι, τῷ δ' αὑτῶν ὀνόματι τιμηθήσονται, καὶ τῆς νίκης οὐκ ἄλλον τινὰ ἆθλον ἢ τὸν τὴν νίκην παρασχόντα λήψονται. καὶ εἰ αὖ ἡμεῖς περιεσόμεθα, τῆς αἰτίας τῶν κινδύνων οἱ αὐτοὶ τὴν τιμωρίαν ὑφέξετε. σκοπεῖτε οὖν, καὶ αἱρεῖσθε ἤδη ἢ τὴν αὐτίκα ἀκίνδυνον δουλείαν, ἢ κἂν περιγενόμενοι μεθ' ἡμῶν, τούσδε τε μὴ αἰσχρῶς δεσπότας λαβεῖν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν μὴ ἂν βραχεῖαν γενομένην διαφυγεῖν.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

NON ideo ad vos legati missi sumus, viri Camarinæi, quòd timeamus ne præsenti Atheniensium exercitu terreamini: sed potius ne, priusquam à nobis quippiam audieritis, illorum verbis *quæ apud vos facturi sunt*, inducamini. Veniunt enim in Siciliam, sub obtentu quidem eo quem audistis, animo autẽ quo iam omnes suspicamur, & (vt mihi videtur) non ad Leontinos in sedem suam reducendos, sed ad nos potius à sede nostra abducendos. Neque enim consentaneum est, eos è ciuitatibus quæ illic sunt ciues exterminare, eas autem quæ hîc sunt ciuibus suis frequentare. & Leontinorum curam gerere quasi cognatorum, quia Chalcidenses sint: ipsos autem Chalcidenses, qui apud Eubœam sunt, à quibus isti oriundi sunt, in seruitute continere. Itaque quo prætextu illa obtinent, eodem nunc ista obtinere conantur. Nam quum à voluntariis Ionibus essent tanquam ad vlciscendum Medum duces constituti, & à cæteris qui ex ipsorum coloniis socii erant, eos in potestatem suam redegerũt: partim quasi desertores militiæ fuissent, partim quòd inter se belligerarẽt, partim ob aliam causam, quam vt in quosque habebant opportunam, obiectabant. Neque verò aut Athenienses pro Græcorum, aut Græci pro sua ipsorum libertate Medo restiterunt: sed ad *Græcos* sibi, non Medo, in seruitutem redigendos: illi vt dominum commutarent, non pro eo qui minus, eum qui magis, sed pro eo qui peius, eum qui melius sentiret. Verùm, etsi fa-

cilè reprehensibilis est Atheniensium ciuitas, non tamen ad eam reprehendendam nūc venimus, apud homines planè scientes quanta illius existat iniuria: sed vel multo magis ad nosmetipsos accusandos, qui quū habeamus exempla Græcorum qui illic sunt, quomodo in seruitutem redacti sint, dum se non defenderent: & nunc præsentia aduersus nos sophismata, tum Leontinorum, qui cognati sunt, in suam ciuitatem restitutiones, & Egestanorum, qui socii sunt, suppetias, nolimus facto agmine alacrius ostendere non esse in his *locis* Iones, neque Hellespontios, & insulanos, qui dominum aut Medū aut quemlibet alium permutantes, subiugantur: sed Dores, liberos, è Peloponneso quæ sui iuris est, Siciliam incolentes. Quid? expectamúsne donec singuli oppidatim capiamur? scientes nos hoc tantummodo capi posse, & animaduertētes eos ad hanc artem animum appellere, vt alios è nobis verbis suis dissocient, alios spe societatis *suæ* ad mutuum bellum concitent, in alios autem, prout possunt, singulis aliquid blandum dicentes, grassentur? Et arbitratur aliquis nostrum, remotiore vicino iam subuerso, non deuenturam in se quoque calamitatem, sed in eo substituram potius qui prior passus est. Quòd siquis statuit nō se, sed Syracusanum, hostem esse Atheniensium, & durū sibi esse pro mea patria periclitari, is cogitet non magis pro mea se, sed pariter ac peræquè pro sua ipsius pugnaturum, dum pugnabit in mea: & quidem eo tutius, quòd me nō prius euerso, sed sibi socio, ope non destitutus suscipiet bellum. *Cogitet* item Atheniensem nō vlcisci velle inimicitiam Syracusanorum, sed hoc colore suam nō minus vobiscum amicitiam confirmare. Verùm siquis aut inuidet nobis, aut nos metuit, (inuidiæ enim ac timori *imbecilliorum* obnoxii sunt potentiores) & ob id vult Syracusas, quò simus modestiores, damno quidem affici, superiores tamen euadere, quò ipse tutius degat, is non humanarum virium spem concipit. (Neque enim possunt homines in suo arbitrio peræquè habere votum pariter & fortunam) Quòd si aliter atque expectauit eueniat, tunc calamitatis suæ tædio forsitan velit rursus (vt prius) bonis meis posse inuidere: quod iam impossibile fuerit ei, postquam nos ope sua destituerit, eadémque pericula non de verbis sed de factis, suscipere nobiscum recusauerit: qui enim nos tuebitur, nomine quidem statum nostrum, opere autem suam ipsius salutem tuebitur. Et sanè decebat vos præcipuè qui finitimi estis, Camarinæos, quíque secundum nos periclitabimini, ista prospicere: neque segnes, sicut hactenus, præbere vos socios, sed vestra potius sponte venientes ad nos, exhibere hortatores ne animo succumberemus: eadem nobis allegando nunc quæ allegassetis ope nostra indigentes, si contra vos prius Athenienses venissent. Sed neque vos adhuc, neque alii vlli ad hoc agendum accesserūt. Fortassis autem timiditati vestræ æquitatem erga nos & erga eos qui *nos* inuadunt, prætexetis, vobis cum Atheniensibus societatem esse dicentes: quum profectò non aduersus amicos eā contraxeritis, sed aduersus hostes, si qui vos adorientur: vtque Atheniensibus essetis auxilio quoties eis fieret ab aliis iniuria, non quum ipsi (quemadmodum nunc) aliis iniuriam facerent, quia ne Rhegini quidem, etsi Chalcidēses sunt, volunt restituere Leōtinos, qui sunt Chalcidēses. Et certè indignum est si illi, factum hoc *Atheniensium* cui speciosa æquitas prætexitur, suspectum habentes, se, contra quàm ratio postulare videtur, contineant: vos autem occasionem rationi consentaneam habentes, illis quidem qui natura sunt hostes, opitulari, at eos qui vel magis etiam natura sunt cognati, perdere vnà cum inimicissimis vultis. Atqui hoc minimè æquum est, sed *potius est æquum* opem ferre, eorúmque copias non reformidare. Non enim si coniungamur omnes, periculosæ sunt, sed si (quod hi moliuntur) contrà disiungamur. Nam tametsi nos solos adorti, prælio superiores fuerunt, tamen quæcunque volebant non effecerūt, sed quāprimùm *rebus infectis* abierunt. Quamobrem si coeamus in vnum, animos deiicere non debemus, sed societatem belli inire, eo etiam alacrius quòd auxilium nobis laturi sint Peloponnenses, qui homines sunt istis in re bellica longè præstantiores. Neque illud circunspectum vobis esse videatur, quod nobis quidem æquum, vobis autem tutū sit, nolle alterutris auxilio esse, tanquam vtrorumque sociis. Non enim vt iure istud, ita facto par est. Nam si propterea quòd vos abestis à partibus, ii quibus bellum est, succūbent, & alii victores existent: quid aliud nisi horum salutem non defenditis, illos, ne mali fiant, non prohibetis? Atqui satius fuerit, iniuriam patientibus, & iis quidem cognatis,

gnatis, iunctos, commune Siciliæ commodum tueri, & Athenienses, qui (vt ipsi aiunt) amici sunt, non sinere peccare. Atque (vt semel omnia complectamur) nos Syracusani tum dicimus, nullius negotii esse planè docere aut vos aut alios ea quæ nihilo minus ipsi cognoscitis, tum verò precamur pariter & testificamur, nisi verbis nostris acquiescitis, insidias ab Ionibus nobis tendi perpetuis hostibus, & à vobis prodi Doribus Dores. Qui si ab Atheniensibus superemur, propter vestra quidem consilia superabimur: sed victoriæ laus penes illos erit, nullum aliud præmium accepturos quàm eum ipsum qui victoriam subministrauit. At si victoria penes nos fuerit, pœnā luetis quòd autores extiteritis periculorum nostrorum. Quare considerate, atque iam nunc eligite aut præsentem, sine alea belli, seruitutem, aut hoc, vt, si viceritis nobiscum, ne turpiter istos dominos suscipiatis, & inimicitiam nostram non breuem futuram deuitetis.

ORATIO EVPHEMI.

ARGVMENTVM.

Aduersaria est superiori hæc oratio. Nam quum Euphemus Atheniēsis Camerinam, item vt Hermocrates, de societate ineunda venisset, audissētque quæ erant à Siculo in Athenienses coniecta, simul ad ea respondit, simul id cuius causa venerat, exposuit. Primùm enim quæ de iniquitate Atheniensis imperii ab illo dicta fuerant, refellit, & honestissimis rationibus partum esse ostendit. Suspiciones verò appetitæ Siciliæ dominationis infirmat. Esse enim potius ab Atheniensibus patrocinium Siciliæ susceptum aduersus opes Syracusanorum: quod & superioribus bellis re ipsa comprobassent. Quin & securitati suæ se consulere. Hortatur igitur ne, quorum societatem & fidem antea expetiuissent, oblatam nunc repudient, ne sibi id fraudi esse aliquando, sed serius, sentiant.

Ἀφικόμεθα μὲν ἐπὶ τῆς πρότερον οὔσης ξυμμαχίας ἀνανεώσει, τοῦ δὲ Συρακοσίου καθαψαμένου, ἀνάγκη καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς εἰπεῖν, ὡς εἰκότως ἔχομεν. τὸ μὲν οὖν μέγιστον μαρτύριον αὐτὸς εἶπεν, ὅτι οἱ Ἴωνες ἀεί ποτε πολέμιοι τοῖς Δωριεῦσιν εἰσίν. ἔχει δὲ καὶ οὕτως. ἡμεῖς γὰρ, Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις Δωριεῦσι, καὶ πλείοσιν οὖσι καὶ παροικοῦσιν, ἐσκεψάμεθα ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστα αὐτῶν ὑπακουσόμεθα· καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ ναῦς κτησάμενοι, τῆς μὲν Λακεδαιμονίων ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἀπηλλάγημεν, οὐδὲν προσῆκον μᾶλλόν τι ἐκείνους ἡμῖν ἢ καὶ ἡμᾶς ἐκείνοις ἐπιτάσσειν, πλὴν καθ' ὅσον ἐν τῷ παρόντι μεῖζον ἴσχυον. αὐτοὶ δὲ τῶν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ πρότερον ὄντων ἡγεμόνες καταστάντες οἰκοῦμεν, νομίσαντες ἥκιστ' ἂν ὑπὸ Πελοποννησίοις οὕτως εἶναι, δύναμιν ἔχοντες ᾗ ἀμυνούμεθα. καὶ, ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ ἀδίκως καταστρεψάμενοι τούς τε Ἴωνας καὶ νησιώτας, οὓς ξυγγενεῖς φασὶν ὄντας ἡμᾶς Συρακούσιοι δεδουλῶσθαι. ἦλθον γὰρ ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἐφ' ἡμᾶς μετὰ τοῦ Μήδου, καὶ οὐκ ἐτόλμησαν ἀποστάντες τὰ οἰκεῖα φθεῖραι, ὥσπερ ἡμεῖς ἐκλιπόντες τὴν πόλιν. δουλείαν δὲ αὐτοί τε ἐβούλοντο καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἐπενεγκεῖν. ἀνθ' ὧν ἄξιοί τε ὄντες ἅμα ἄρχομεν, ὅτι τε ναυτικὸν πλεῖστόν τε καὶ προθυμίαν ἀπροφάσιστον παρεσχόμεθα ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ διότι καὶ τῷ Μήδῳ ἑτοίμως τοῦτο δρῶντες οὗτοι ἡμᾶς ἔβλαπτον, ἅμα δὲ τῆς πρὸς Πελοποννησίους ἰσχύος ὀρεγόμενοι. καὶ οὐκ ἄλλῳ ἑπόμεθα, ὡς ἢ τὸν βάρβαρον μόνοι καθελόντες, εἰκότως ἄρχομεν, ἢ ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῇ τῶνδε μᾶλλον ἢ τῶν ξυμπάντων τε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ αὐτῶν κινδυνεύσαντες. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὴν προσήκουσαν σωτηρίαν ἐκπορίζεσθαι. καὶ νῦν τῆς ἡμετέρας ἀσφαλείας ἕνεκα καὶ ἐνθάδε παρόντες, ὁρῶμεν καὶ ὑμῖν ταὐτὰ ξυμφέροντα. ἀποφαίνομεν δὲ ἐξ ὧν οἵδε τε διαβάλλουσι, καὶ ὑμεῖς μάλιστα ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ὑπονοεῖτε, εἰδότες τοὺς περιδεῶς ὑποπτεύοντάς τι, λόγου μὲν ἡδονῇ τὸ παραυτίκα τερπομένους, τῇ δ' ἐγχειρήσει ὕστερον τὰ ξυμφέροντα πράσσοντας. τήν τε γὰρ ἐκεῖ ἀρχὴν εἰρήκαμεν διὰ δέος ἔχειν, καὶ τὰ ἐνθάδε, διὰ τὸ αὐτὸ, ἥκειν μετὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς καταστησόμενοι, καὶ οὐ δουλωσόμενοι, μὴ παθεῖν δὲ μᾶλλον τοῦτο κωλύσοντες. ὑπολάβῃ δὲ μηδεὶς ὡς οὐδὲν προσῆκον ὑμῶν κηδόμεθα, γνοὺς ὅτι σῳζομένων ὑμῶν, καὶ διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ὑμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρακοσίοις, ἧσσον ἂν τούτων πεμψάντων τινὰ δύναμιν Πελοποννησίοις ἡμεῖς βλαπτοίμεθα. καὶ ἐν τούτῳ προσήκετε ἤδη ἡμῖν τὰ μέγιστα. διόπερ καὶ τοὺς Λεοντίνους εὔλογον κατοικίζειν, μὴ ὑπηκόους, ὥσπερ τοὺς ξυγγενεῖς αὐτῶν τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ, ἀλλ' ὡς δυνατωτάτους· ἵνα ἐκ τῆς σφετέρας ὅμοροι ὄντες, τοῖσδε ὑπὲρ ἡμῶν λυπηροὶ ὦσι. τὰ μὲν γὰρ ἐκεῖ, καὶ αὐτοὶ ἀρκοῦμεν πρὸς τοὺς πολεμίους· καὶ ὁ Χαλκιδεὺς, ὃν ἀλόγως ἡμᾶς φησὶ δουλωσαμένους τοὺς ἐνθάδε ἐλευθεροῦν, ξύμφορος ἡμῖν ἀπαράσκευος ὢν, καὶ χρήματα μόνον φέρων· τὰ δὲ ἐνθάδε, καὶ Λεοντῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι, ὅτι μάλιστα αὐτονομούμενοι. ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ, οὐδὲν ἄλογον, ὅτι ξυμφέρον, οὐδ' οἰκεῖον, ὅτι μὴ πιστόν. πρὸς ἕκαστα δὲ δεῖ ἢ ἐχθρὸν ἢ φίλον μετὰ καιροῦ γίγνεσθαι. καὶ ἡμᾶς τοῦτο ὠφελεῖ ἐνθάδε, οὐκ ἢν τοὺς φίλους κακώσωμεν, ἀλλ' ἢν οἱ ἐχθροὶ διὰ τὴν τῶν φίλων ῥώμην ἀδύνατοι ὦσιν. ἀπιστεῖν δὲ οὐ χρή. καὶ γὰρ τοὺς ἐκεῖ ξυμμάχους ὡς ἕκαστοι χρήσιμοι ἐξηγούμεθα, Χίους μὲν καὶ Μηθυμναίους, νεῶν παροχῇ αὐτονόμους, τοὺς δὲ πολλοὺς χρημάτων βιαιότερον φορᾷ, ἄλλους δὲ καὶ πάνυ ἐλευθέρως ξυμμαχοῦντας, καίπερ νησιώτας ὄντας καὶ εὐλήπτους, διότι ἐν χωρίοις ἐπικαίροις εἰσὶ περὶ τὴν Πελοπόννησον. ὥστε καὶ τἀνθάδε εἰκὸς πρὸς τὸ λυσιτελοῦν, καὶ ὃ λέγομεν, ἐς Συρακουσίους δέος, καθίστασθαι. ἀρχῆς γὰρ ἐφίενται ὑμῶν, καὶ βούλονται μὲν ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ ξυστήσαντες ὑμᾶς ὑπόπτῳ βίᾳ, ἢ κατ' ἐρημίαν, ἀπράκτων ἡμῶν ἀπελθόντων, αὐτοὶ ἄρξαι τῆς Σικελίας· ἀνάγκη δὲ, ἢν ξυστῆτε πρὸς αὐτούς. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἔτι ἔσται ἰσχὺς τοσαύτη ἐς ἓν ξυστᾶσα ὥστε μεταχειρι-

στος, οὔθ' οἷοί τ' ἀσθενεῖς ἂν ἡμῶν μὴ παρόντων πρὸς ὑμᾶς εἶεν. καὶ ὅτῳ ταῦτα μὴ δοκεῖ, αὐτὸ τὸ ἔργον ἐλέγχει. τὸ γὰρ πρότερον ἡμᾶς ἐπηγάγεσθε, οὐκ ἄλλον τινὰ προσσείοντες φόβον, ἢ, εἰ περιοψόμεθα ὑμᾶς ὑπὸ Συρακοσίοις γενέσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ κινδυνεύσομεν. καὶ νῦν οὐ δίκαιον, ὅπερ καὶ ἡμᾶς ἠξιοῦτε λόγῳ πείθειν, τῷ αὐτῷ ἀπιστεῖν· οὐδ' ὅτι δυνάμει μείζονι πρὸς τὴν τῶνδε ἰσχὺν πάρεσμεν, ὑποπτεύεσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖσδε ἀπιστεῖν. ἡμεῖς μέν γε οὔτε ἐμμεῖναι δυνατοὶ μὴ μεθ' ὑμῶν, εἴτε καὶ γενόμενοι κακοὶ κατεργασαίμεθα, ἀδύνατοι κατασχεῖν, διὰ μῆκός τε πλοῦ, καὶ ἀπορίᾳ φυλακῆς πόλεων μεγάλων, καὶ τῇ παρασκευῇ ἠπειρωτίδων. οἵδε δὲ οὐ στρατοπέδῳ, πόλει δὲ μείζονι τῆς ἡμετέρας παρουσίας ἐποικοῦντες ὑμῖν, ἀεί τε ἐπιβουλεύουσιν, καὶ ὅταν καιρὸν λάβωσιν ἑκάστου, οὐκ ἀνιᾶσιν. ἔδειξαν δὲ καὶ ἄλλα ἤδη, καὶ τὰ ἐς Λεοντίνους. καὶ νῦν τολμῶσιν ἐπὶ τοὺς ταῦτα κωλύοντας, καὶ ἀνέχοντας τὴν Σικελίαν μέχρι τοῦδε μὴ ὑπ' αὐτοὺς εἶναι, παρακαλεῖν ὑμᾶς ὡς ἀναισθήτους. πολὺ δὲ ἐπὶ ἀληθεστέραν γε σωτηρίαν ἡμεῖς ἀντιπαρακαλοῦμεν, δεόμενοι τὴν ὑπάρχουσαν ἀπ' ἀλλήλων ἀμφοτέροις μὴ προδιδόναι· νομίσαι τε τοῖσδε μὲν, καὶ ἄνευ ξυμμάχων, ἀεὶ ἐφ' ὑμᾶς ἑτοίμην διὰ τὸ πλῆθος εἶναι ὁδόν, ὑμῖν δ' οὐ πολλάκις παρασχήσειν μετὰ τοσῆσδε ἐπικουρίας ἀμύνασθαι· ἣν εἰ τῷ ὑπόπτῳ ἢ ἄπρακτον ἐάσετε ἀπελθεῖν, ἢ καὶ σφαλεῖσαν, ἔτι βουλήσεσθε καὶ πολλοστημόριον αὐτῆς ἰδεῖν, ὅτε οὐδὲν ἔτι περανεῖ παραγιγνόμενον ὑμῖν. ἀλλὰ μήτε ὑμεῖς, ὦ Καμαριναῖοι, ταῖς τῶνδε διαβολαῖς ἀναπείθεσθε, μήτε οἱ ἄλλοι. εἰρήκαμεν δ' ὑμῖν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ ὧν ὑποπτευόμεθα, καὶ ἔτι ἐν κεφαλαίοις ὑπομνήσαντες, ἀξιώσομεν πείθειν. φαμὲν γὰρ ἄρχειν μὲν τῶν ἐκεῖ, ἵνα μὴ ὑπακούωμεν ἄλλου, ἐλευθεροῦν δὲ τὰ ἐνθάδε, ὅπως μὴ ὑπ' αὐτῶν βλαπτώμεθα· πολλὰ δ' ἀναγκάζεσθαι πράσσειν, διότι καὶ πολλὰ φυλασσόμεθα. ξύμμαχοι δὲ καὶ νῦν καὶ πρότερον τοῖς ἐνθάδε ὑμῶν ἀδικουμένοις οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δέ, ἥκειν. καὶ ὑμεῖς μήθ' ὡς δικασταὶ γενόμενοι τῶν ἡμῖν ποιουμένων, μήθ' ὡς σωφρονισταὶ (ὃ χαλεπὸν ἤδη) ἀποτρέπειν πειρᾶσθε· καθόσον δέ τι ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ ξυμφέρει, τούτῳ ἀπολαβόντες χρήσασθε· καὶ νομίσατε μὴ πάντας ἐν ἴσῳ βλάπτειν αὐτά, πολὺ δὲ πλείους τῶν Ἑλλήνων καὶ ὠφελεῖν. ἐν παντὶ γὰρ πᾶς χωρίῳ, καὶ ᾧ μὴ ὑπάρχομεν, ὅ, τε οἰόμενος ἀδικήσεσθαι, καὶ ὁ ἐπιβουλεύων, διὰ τὸ ἑτοίμην ὑπεῖναι ἐλπίδα, τῷ μὲν, ἀντιτυχεῖν ἐπικουρίας ἀφ' ἡμῶν, τῷ δέ, εἰ ἥξομεν, μὴ ἀδεεῖς εἶναι κινδυνεύειν, ἀμφότεροι ἀναγκάζονται, ὁ μὲν, ἄκων σωφρονεῖν, ὁ δ' ἀπραγμόνως σώζεσθαι. ταύτην οὖν τὴν κοινὴν τῷ τε δεομένῳ καὶ ὑμῖν νῦν παροῦσαν ἀσφάλειαν μὴ ἀπώσησθε, ἀλλ' ἐξισώσαντες τοῖς ἄλλοις μεθ' ἡμῶν, τοῖς Συρακοσίοις, ἀντὶ τοῦ ἀεὶ φυλάσσεσθαι αὐτούς, καὶ ἀντεπιβουλεῦσαί ποτε ἐκ τοῦ ὁμοίου μεταλάβετε.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano aliquot in locis recognita.

VEneramus quidem ad renouandam pristinam inter nos & vos, Camarinæi, societatem: sed quoniam Syracusanus nos incessit, necessarium est etiam de imperio nostro verba facere, qua ratione illud meritò obtineamus. Atque huius rei vel maximè iste testimonium perhibet, qui dixit Iones semper Doribus extitisse hostes. Sed ita res se habet. nos enim, quum simus Iones, Peloponnenses autem Dores, iidémque & plures nobis & accolæ, dedimus operã vt illis minimè obediremus: & post Medicũ bellum, quum classem haberemus, à Lacedæmoniorum imperio ac principatu nos exemimus, arbitrantes nihilo magis conuenire vt illi nobis quàm vt nos illis imperaremus, nisi quatenus potentiores nobis tum temporis erant. Iidem nos omnium *Græcorum* qui prius regi paruerant, principes constituti, *nostra* incolimus existimantes sic minimè nos Peloponnensibus obnoxios futuros, si habeamus potentiam qua vim propulsemus. Atque (vt vera loquamur) non iniuria in nostram redegimus potestatem Iones atque insulanos: quos etsi cognatos nostros, tamẽ à nobis in seruitutem redactos aiunt Syracusani. Quippe venerant cum Medo aduersus nos metropolin suam, nõ ausi, vbi defecissent *à nobis*, profligare res domesticas, sicut nos, vrbe relicta: sed maluerũt & ipsi seruire, & nobis seruitutem inducere. Propter quæ digni sumus qui imperemus, & quòd plus nauium quàm cæteræ, plúsque animorum, sine vlla tergiuersatione, præstitimus pro Græcia, quódq; ab istis hoc idem enixè præstantibus Medo, læsi fuimus. Et super hæc, quũ vires aduersus Peloponnenses optemus, neq; alterius auspicia sequi, iure optimo speramus, vt qui vel soli profligauimus barbarũ, vel pro libertate istorũ, magis quàm pro vniuersorum ac nostra ipsorum, pericula adiuimus. Minimè autem inuidiosum est quenquam suæ ipsius saluti consulere. Et nunc adeo, quum etiã huc ad cõparãdũ nobis præsidiũ venerimus, hæc vobis quoq; expedire cernimus. Quod tum ex istorum *in nos* criminationibus, tũ vestris potissimùm cũ vehemẽtiore metu cõiunctis suspicionibus, arguimus: quippe qui sciamus, eos qui ob aliquam suspicionem metu percelluntur, protinus quidem orationis illecebris capi, sed postea in re aggredienda,

suorum commodorum rationem habere. Etenim nos illic imperium ob metum tenere memorauimus,& eadem de causa venisse huc vt cum amicis res hîc tutò constituamus, non vt in seruitutem redigamus, imò potius vt, ne hoc patiantur, prohibeamus. Neque opinetur quispiam nos curam vestri, quæ nihil ad nos attineat, gerere, quum sciat, statu vestro incolumi,& dum non estis ad resistendum Syracusanis impares, minus noceri nobis posse à Peloponnensibus, ad quos minus copiarum Syracusani submittant. Quod quum ita sit, ad nos attinetis vel maximè: Quocirca Leontinos quoque suæ ciuitati restituere consentaneum est, non *tanquam* imperio *nostro* subditos, sicut eorum cognatos qui apud Eubœam sunt, sed tanquam potentissimos: vt è sua regione cōtermina negotiū his nostro nomine facessant. Illic enim per nos ipsi sufficimus ad hostem propulsandum. Et Chalcidenses,(quos quia subegimus, Syracusanus hic ait absurdè nos velle eos qui hîc sunt asserere in libertatem) vtiles nobis erunt, nullo bellico apparatu instructi, tantùm pecuniam pendentes. Vtiles item qui apud Siciliam sunt Leontini, ac cæteri amici quamplurimi potuerunt à nobis asseri in libertatem. Viro autem tyrannidem, aut ciuitati principatum obtinenti, nihil à ratione alienū est quod vtile sit: nihil proprium, quod non idem fidum sit. Atque omnibus in rebus, vel amicum, vel aduersarium fieri oportet ex temporis commoditate. Et nobis commodum est hoc loco non vt amicis noceamus, sed vt per amicorum potentiam inualidi reddantur inimici. Quod non debet apud vos carere fide. nam sociis illic nostris ita imperamus prout quisq; nobis est vtilis: Chiis & Methymnæis, vt classem præbeāt, cætera vt liberi sint: multis, vt maiorem pecuniam soluant: aliis, vt liberi omnino socii sint, tametsi insulani sint,& prædæ opportuni, quia Peloponneso adiacent in locis ad occasionem expositis. Ex quo credibile est, quod facimus hîc quoque, ad vtilitatem spectare. Atque hoc quod dicimus, pertinet ad inferendū terrorem Syracusanis, qui vobis dominari affectant, imò toti Siciliæ: idque obtinere aut vi, aut vestra solitudine, si nos re infecta redierimus, à quibus illi vos, tanquam suspectis, abducere volunt: quod euenire necesse est si vos ad eos transieritis. Nam neque nobis facultas erit amplius parandi tantum copiarum, neque isti inualidi contra vos erunt, nobis absentibus. Hoc si cui non videatur, res ipsa arguit. Siquidem quum primùm nos adiistis, hortatique estis, nullum alium metum allegastis, nisi fore vt, si neglexissemus vos in Syracusanorum venire potestatem, ipsi periculum adiremus. Quo minus decet nunc, qua ratione postulastis vt induceremur, eadem vos induci nolle,& hoc quòd aduersus istorum vim validiore cum classe adsumus, in suspicionem vocare, quum potius de istis diffidere debeatis. Nos enim, nisi vobiscum, ne manere quidem hîc possumus: quòd si etiam mali effecti res nobis subiiceremus, inualidi ad eas retinendas essemus, tum longitudine nauigationis, tum difficultate custodiendi vrbes & magnas alioqui & mediterraneis copiis subnixas. At isti non exercitu, sed (quod maius nostro exercitu est) suo populo, quum sint finitimi vestri, insidiantur vobis assiduè, & quancunque sibi oblatam occasionem non omittent. Id quod iam declararunt cum erga alios, tum verò erga Leontinos: & nunc *declarant, quum* audent contra eos à quibus hæc facere prohibētur, & qui ad hunc vsque diem Siciliam tuentur ne illorum imperio subiiciatur, vos hortari, velut amentes. At nos è contrario ad multo veriorem salutem exhortamur, orantes ne mutuam vtrisque nostrum *vtilitatem* prodatis, sed existimetis, semper istis in vos, etiam citra sociorum auxilia, propter populi multitudinem, esse viam expeditam, vobis verò non sæpe futuram facultatem cùm tot auxiliaribus copiis eos arcendi: quas si aut ob suspicionem, infecto negotio, aut accepta calamitate sineris abscedere, optabitis profectò aliquando earum vel minimam videre partem, quum eius aduentus nullo amplius adiumento vobis esse poterit. Sed ne criminationibus istorum aut vos Camarinæi, aut alii fidem habeant. Exposita autem omni cur suspecti simus veritate, summatim etiam in memoriam vestram redigentes *quæ dicta sint*, postulabimus vt iis acquiescatis. Non enim negamus nos quidem aliquot circa populis imperitare, ne nobis alius imperitet: sed tamen adesse ad Sicilienses seruitio eximendos, nequid ab eis lædamur: & quo plura sunt à quibus cauere nos oportet, eò ad plura facienda cogi: & socios tū antea tum verò nunc venisse iis vestrum, quibus inferebatur

M.ii.

iniuria, nõ ſponte noſtra, ſed vocatu veſtro. Quos nequaquam vos, tanquam facti iudices aut cenſores rerum à nobis geſtarum, (quod iam difficile factu eſt) reuocare tentetis. Sed quatenus inſtitutum noſtrum & multarum rerum aggreſſio conducunt, eatenus in vſum veſtrum aſſumatis, exiſtimetiſque non omnibus peræque iſta officere, ſed multo pluribus Græcorum *non modo non officere, ſed etiam* prodeſſe. In omni enim loco, etiam vbi non imperamus, & is qui ſibi ab iniuria timet, & is qui inſidiatur, quod in promptu ſit ſpes, illi quidem, fore vt viciſſim auxilio noſtro defendatur, huic verò, fore vt, ſi venerimus, metu periculi non vacet: ambo coguntur, hic quidem, inuitus ſe continere, ille autem, nullo cum labore ſalutem conſequi. Hoc igitur præſidium, quod omnibus qui eo indigent commune eſt, & vobis nunc adeſt, ne repudietis: ſed vſi pari iure ac cæteri *homines*, iuncti nobiſcum, reddite vices Syracuſanis: &, ne ſemper ab eis caueatis, aliquando vos ipſis inſidias tendite.

ORATIO ALCIBIADIS.

ARGVMENTVM.

Alcibiades Athenis profugus Lacedæmonem ſe contulit. Venerat eodem legati Syracuſanorum & cum his Corinthiorum, vtrique poſtulaturi vt claſſis in Siciliam ad Syracuſarum & totius Siciliæ defenſionem mitteretur. Productus in cõcione Alcibiades, ſuaſit eadem quæ legati, ibique hac orationem, ardens vindicta in Athenienſes, habuit. Cuius principium collatũ eſt ad auertendam antè actæ vitæ inuidiã, & præſentẽ fraudulenti animi ſuſpicionem. Reliqua oratione Athenienſium conſilia aperit, qui particeps eorum fuiſſet, omniáque optimè noſſet. Quid facto opus ſit, & quid Lacedæmoniis ſociiſque expediat, oſtendit, & quemadmodum dominatus Athenienſium infringi atque adeo opprimi poſſit.

Ἀναγκαῖον περὶ τῆς ἐμῆς διαβολῆς πρῶτον ἐς ὑμᾶς εἰπεῖν, ἵνα μὴ χεῖρον τὰ κοινὰ τῷ ὑπόπτῳ μου ἀκροάσησθε. τῶν δ' ἡμετέρων προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν κατά τι ἔγκλημα ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν ἀναλαμβάνων, ἐθεράπευον ὑμᾶς, ἄλλα τε καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου ξυμφοράν. καὶ διατελοῦντός μου προθύμου, ὑμεῖς πρὸς Ἀθηναίους καταλλασσόμενοι, τοῖς μὲν ἐμοῖς ἐχθροῖς δύναμιν δι' ἐκείνων πράξαντες, ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν περιέθετε. καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ὑπ' ἐμοῦ, πρός τε τὰ Μαντινέων καὶ Ἀργείων τραπομένου, καὶ ὅσα ἄλλα ἠναντιούμην ὑμῖν, ἐβλάπτεσθε. καὶ νῦν εἴ τις καὶ τότε ἐν τῷ πάσχειν οὐκ εἰκότως ὠργίζετό μοι, μετὰ τοῦ ἀληθοῦς σκοπῶν ἀναπειθέσθω· ἢ εἴ τις, διότι καὶ τῷ δήμῳ προσεκείμην μᾶλλον, χείρω με ἐνόμιζε, μηδ' οὕτως ἡγήσηται ὀρθῶς ἄχθεσθαι. τοῖς γὰρ τυράννοις αἰεί ποτε διάφοροί ἐσμεν, πᾶν δὲ τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι, δῆμος ὠνόμασται· καὶ ἀπ' ἐκείνου ξυμπαρέμεινεν ἡ προστασία ἡμῖν τοῦ πλήθους. ἅμα δὲ καὶ τῆς πόλεως δημοκρατουμένης, τὰ πολλὰ ἀνάγκη ἦν τοῖς παροῦσιν ἕπεσθαι. τῆς δὲ ὑπαρχούσης ἀκολασίας, ἐπειρώμεθα μετριώτεροι ἐς τὰ πολιτικὰ εἶναι. ἄλλοι δ' ἦσαν καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι καὶ νῦν, οἳ ἐπὶ τὰ πονηρότερα ἐξῆγον τὸν ὄχλον· οἵπερ καὶ ἐμὲ ἐξήλασαν. ἡμεῖς δὲ τοῦ ξύμπαντος προέστημεν, δικαιοῦντες, ἐν ᾧ σχήματι μεγίστη ἡ πόλις ἐτύγχανε καὶ ἐλευθερωτάτη οὖσα, καὶ ὅπερ ἐδέξατό τις, τοῦτο ξυνδιασώζειν. ἐπεὶ δημοκρατίαν γε καὶ ἐγιγνώσκομεν οἱ φρονοῦντές τι, καὶ αὐτὸς οὐδενὸς ἂν χεῖρον, ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι. ἀλλὰ περὶ ὁμολογουμένης ἀγνοίας οὐδὲν ἂν καινὸν λέγοιτο· καὶ τὸ μεθιστάναι αὐτὴν, οὐκ ἐδόκει ἡμῖν ἀσφαλὲς εἶναι, ὑμῶν πολεμίων προσκαθημένων. καὶ τὰ μὲν ἐς τὰς ἐμὰς διαβολὰς τοιαῦτα ξυνέβη. περὶ δὲ ὧν ὑμῖν τε βουλευτέον, καὶ ἐμοί, εἴ τι πλέον οἶδα, εἰσηγητέον, μάθετε ἤδη. ἐπλεύσαμεν ἐς Σικελίαν, πρῶτον μὲν, εἰ δυναίμεθα, Σικελιώτας καταστρεψόμενοι, μετὰ δ' ἐκείνους αὖθις καὶ Ἰταλιώτας· ἔπειτα καὶ τῆς Καρχηδονίων ἀρχῆς καὶ αὐτῶν ἀποπειράσοντες. εἰ δὲ προχωρήσειε ταῦτα, ἢ πάντα, ἢ καὶ τὰ πλείω, ἤδη τῇ Πελοποννήσῳ ἐμέλλομεν ἐπιχειρήσειν, κομίσαντες ξύμπασαν μὲν τὴν ἐκεῖθεν προσγενομένην δύναμιν τῶν Ἑλλήνων, πολλοὺς δὲ βαρβάρους μισθωσάμενοι, καὶ Ἴβηρας, καὶ ἄλλους τῶν ἐκεῖ ὁμολογουμένως νῦν βαρβάρων μαχιμωτάτους· τριήρεις τε πρὸς ταῖς ἡμετέραις πολλὰς ναυπηγησάμενοι, ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα, αἷς τὴν Πελοπόννησον πέριξ πολιορκοῦντες, καὶ τῷ πεζῷ ἅμα ἐκ γῆς ἀφορμαῖς, τῶν πόλεων τὰς μὲν βίᾳ λαβόντες, τὰς δ' ἐντειχισάμενοι, ῥαδίως ἠλπίζομεν καταπολεμήσειν, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τοῦ ξύμπαντος Ἑλληνικοῦ ἄρξειν. χρήματα δὲ καὶ σῖτον, ὥστε εὐπορώτερον γίγνεσθαί τινα αὐτῶν, αὐτὰ τὰ προσγενόμενα ἐκεῖθεν χωρία ἔμελλε διαρκῆ ἄνευ τῆς ἐνθένδε προσόδου παρέξειν. τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ νῦν οἰχομένου στόλου παρὰ τοῦ τὰ ἀκριβέστατα εἰδότος, ὡς διενοήθημεν, ἀκηκόατε· καὶ ὅσοι ὑπόλοιποι στρατηγοί, ἢν δύνωνται, ὁμοίως αὐτὰ πράξουσιν. ὡς δὲ εἰ μὴ βοηθήσετε οὐ περιέσται τἀκεῖ, μάθετε ἤδη. Σικελιῶται γὰρ ἀπειρότεροι μέν εἰσιν, ὅμως δ' ἂν ξυστραφέντες ἁθρόοι, καὶ νῦν ἔτι περιγένοιντο. Συρακούσιοι δὲ μόνοι, μάχῃ τε ἤδη πανδημεὶ ἡσσημένοι, καὶ ναυσὶν ἅμα κατειργόμενοι, ἀδύνατοι ἔσονται τῇ νῦν Ἀθηναίων ἐκεῖ παρασκευῇ ἀντισχεῖν. καὶ εἰ αὕτη ἡ πόλις ληφθήσεται, ἔχεται καὶ ἡ πᾶσα Σικελία, καὶ εὐθὺς καὶ Ἰταλία· καὶ ὃν ἄρτι κίνδυνον ἐκεῖθεν προεῖπον, οὐκ ἂν διὰ μακροῦ ὑμῖν ἐπιπέσοι. ὥστε μὴ περὶ τῆς Σικελίας τις οἰέσθω μόνον βουλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Πελοποννήσου, εἰ μὴ ποιήσετε τάδε ἐν τάχει· στρατιάν τε ἐπὶ νεῶν πέμψετε τοιαύτην ἐκεῖσε, οἵτινες αὐτερέται κομισθέντες, καὶ ὁπλιτεύσουσιν εὐθύς· καὶ ὃ τῆς στρατιᾶς ἔτι χρησιμώτερον εἶναι νομίζω, ἀν-

ἄρα Σπαρτιάτην ἄρχοντα, ὡς ἂν τούς τε παρόντας ξυντάξῃ, καὶ τοὺς μὴ ἐθέλοντας προσαναγκάσῃ. οὕτω γὰρ οἵ τε ὑπάρχοντες ὑμῖν φίλοι θαρσήσουσι μᾶλλον, καὶ οἱ ἐνδοιάζοντες, ἀδεέστερον προσίασι. καὶ τὰ ἐνθάδε χρὴ ἅμα φανερώτερον ἐκπολεμεῖν, ἵνα Συρακούσιοί τε, νομίζοντες ὑμᾶς ἐπιμελεῖσθαι, μᾶλλον ἀντέχωσι, καὶ Ἀθηναῖοι τοῖς ἑαυτῶν ἧσσον ἄλλην ἐπικουρίαν πέμπωσι. τειχίζειν δὲ χρὴ Δεκέλειαν τῆς Ἀττικῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μάλιστα ἀεὶ φοβοῦνται, καὶ μόνου αὐτοῦ νομίζουσι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ οὐ διαπεπειρᾶσθαι. βεβαιότατα δ᾽ ἄν τις οὕτω τοὺς πολεμίους βλάπτοι, εἰ ἃ μάλιστα δεδιότας αὐτοὺς αἰσθάνοιτο, ταῦτα σαφῶς πυνθανόμενος ἐπιφέροι. εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς ἀκριβέστατα ἑκάστους τὰ σφέτερα αὐτῶν δεινὰ ἐπισταμένους φοβεῖσθαι. ἃ δ᾽ ἐν τῇ ἐπιτειχίσει αὐτοὶ ὠφελούμενοι τοὺς ἐναντίους κωλύσετε, πολλὰ παρείς, τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω. οἷς τε γὰρ ἡ χώρα κατεσκεύασται, τὰ πολλὰ πρὸς ὑμᾶς, τὰ μὲν, ληφθέντα, τὰ δ᾽, αὐτόματα ἥξει, καὶ τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων νῦν ὠφελοῦνται, εὐθὺς ἀποστερήσονται. μάλιστα δὲ τῆς ἀπὸ τῶν ξυμμάχων προσόδου ἧσσον διαφορουμένης, οἱ τὰ παρ᾽ ὑμῶν νομίσαντες ἤδη κατὰ κράτος πολεμεῖσθαι, ὀλιγωρήσουσι. γίγνεσθαι δέ τι αὐτῶν καὶ ἐν τάχει καὶ προθυμότερον, ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὦ Λακεδαιμόνιοι. ἐπεὶ ὥς γε δυνατά, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεσθαι οἶμαι γνώμης, πάνυ θαρσῶ. καὶ χείρων οὐδενὶ ἀξιῶ δοκεῖν ὑμῶν εἶναι, εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων, φιλόπολις ποτὲ δοκῶν εἶναι, νῦν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι· οὐδὲ ὑποπτεύεσθαί μου εἰς τὴν φυγαδικὴν προθυμίαν τὸν λόγον. φυγάς τε γάρ εἰμι τῆς τῶν ἐξελασάντων πονηρίας, καὶ οὐ τῆς ὑμετέρας, ἢν πείθησθέ μοι, ὠφελείας. καὶ πολεμιώτεροι οὐχ οἱ τοὺς πολεμίους που βλάψαντες ὑμεῖς, ἢ οἱ τοὺς φίλους ἀναγκάσαντες πολεμίους γενέσθαι. τό, τε φιλόπολι, οὐκ ἐν ᾧ ἀδικοῦμαι ἔχω, ἀλλ᾽ ἐν ᾧ ἀσφαλῶς ἐπολιτεύθην. οὐδ᾽ ἐπὶ πατρίδα οὖσαν ἔτι ἡγοῦμαι ἰέναι, πολὺ δὲ μᾶλλον τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι. καὶ φιλόπολις οὗτος ὀρθῶς, οὐχ ὃς ἂν τὴν ἑαυτοῦ ἀδίκως ἀπολέσας μὴ ἐπίῃ, ἀλλ᾽ ὃς ἂν ἐκ παντὸς τρόπου, διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν, πειραθῇ αὐτὴν ἀναλαβεῖν. οὕτως ἐμοί γε ἀξιῶ ὑμᾶς καὶ ἐς κίνδυνον καὶ ἐς ταλαιπωρίαν πᾶσαν ἀδεῶς χρῆσθαι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, γνόντας τοῦτον δὴ τὸν ὑφ᾽ ἁπάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς εἰ πολέμιός γε ὢν σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἂν φίλος ὤν, ἱκανῶς ὠφελοίην, ὅσῳ τὰ μὲν Ἀθηναίων οἶδα, τὰ δ᾽ ὑμέτερα εἴκαζον. καὶ αὐτοὺς νῦν νομίσαντας περὶ μεγίστων δὴ τῶν διαφερόντων βουλεύεσθαι, μὴ ἀποκνεῖν τὴν ἐς τὴν Σικελίαν τε καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν στρατείαν· ἵνα τά τε ἐκεῖ βραχεῖ μορίῳ ξυμπαραγενόμενοι, μεγάλα σώσητε, καὶ Ἀθηναίων τήν τε οὖσαν καὶ τὴν μέλλουσαν δύναμιν καθέλητε, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοί τε ἀσφαλῶς οἰκῆτε, καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος ἑκούσης καὶ οὐ βίᾳ, κατ᾽ εὔνοιαν δὲ ἡγήσησθε.

EADEM LATINE, EX INTERPRETAtione Laurentii Vallæ, ab Henrico Stephano nonnullis in locis recognita.

NEcessarium mihi est ante omnia de mea criminatione apud vos verba facere, ne suspectum habentes me, quum de republica loquor, non libenter audiatis. Quũ mei progenitores propter accusationem quãdam hospitium vestræ ciuitatis repudiassent, ipse rursus illud instauraui: coluíque vos cum aliis rebus, tum verò circa cladem quam ad Pylum accepistis. Atq; in hoc erga vos affectu quum ego perseuerarem, vos reconciliati cum Atheniensibus, per eos inimicis quidem meis potentiam, mihi verò ignominiam attulistis. Propter quæ ad partes Mantineorum Argiuorúmque non immeritò trãsgressus, atque hostis factus, vobis quoquomodo nocui. Quòd siquis tũc dum damnum acciperet, immeritò mihi irascebatur, nunc *rem* ad veritatem examinans, de sententia deducatur. Item, siquis, quòd factionem popularem sectatus sum potius, de me peius sentiat, ne hic quidem se rectè mihi succensuisse existimet. Semper enim tyrannis fuimus infesti. quicquid autem imperitanti aduersatur, id populus nominatur: atque hinc penes nos populare imperium permansit, & statu populari vigente, plerunque necesse nobis fuit rebus præsentibus obsequi. In administrandis tamẽ reip. negotiis maiorem quàm pro superioris temporis licentia moderationem adhibere sumus conati: quum non defuissent tam superiore quàm nostra memoria qui plebem in deteriora deducerent, qui & me eiecerunt. Nos autem, dum vniuersæ *plebi* præfuimus, æquum esse censuimus, in quo statu amplissima & maximè libera ciuitas esset, & quẽ quis accepisset, ad eundẽ conseruandũ eniti. Nam popularem statum cum omnes qui aliquid sapiebamus, cognitum habebamus, tum verò ipse, quo maiore iniuria affectus sum, eo magis vitupero: nequid de concessa eius amentia dicatur. Hunc autem statum non videbatur tutũ nobis immutare, dum à vobis hostibus obsideremur. Hactenus de iis quæ mihi inuidiã cõflauerunt. Nunc quod ad ea pertinet de quibus vobis deliberandũ, & siquid quod magis ego compertum quàm vos habeam, commemorãdũ est, cognoscite. In Siciliam eo animo traiecimus vt Sicilienses primùm, si possemus, in nostram potestatem redigeremus, mox deinde Italicos: tum vt Carthaginensium so

ciis atque ipsis etiam Carthaginensibus imperare tentaremus. Quæ si procederent, aut omnia, aut pleraque, tum verò Peloponnesum aggrederemur, assumptis illinc vniuersis Græcorum copiis, multisque barbarorum mercede conductis, & Iberis, & aliis illic cunctorum qui nunc sunt barbarorum sine controuersia pugnacissimis: ædificatis etiã permultis triremibus præter nostras, (affatim materiæ habente Italia) quibus Peloponnesum circunsideremus: quam peditatu pariter à terra inuadentes, vrbium alias vi expugnando, alias circunuallando, facilè nos debellaturos, & mox omnis Græciæ imperio potituros sperabamus. Pecuniam verò & rem frumentariam ad hæc commodius transigenda, eadem illa oppida nobis adiuncta suppeditatura erant, præter eos prouentus qui hinc exigerentur. Quæ ad classem quæ modò profecta est pertinent, audistis ex homine qui quæ cogitaueramus, exploratissima habet: quæ *etsi ego discessi illinc, tamen* à reliquis imperatoribus itidẽ conficientur, si *illi* poterũt. Huic autẽ rei nisi occurratis, res ibi saluas nõ fore iam discite. Etenim Sicilienses, homines imperiti illi quidem sunt rei militaris, tamẽ si conueniant, frequentésq; bellũ ineant, nunc quoq; superiores fuerint. Verùm soli Syracusani, qui & vniuersi iam in acie victi sunt, & à nauigando cohibentur, impares erunt exercitui qui nunc est illic Atheniensium: quæ vrbs si capiatur, reliqua quoque Sicilia occupabitur, mox & Italia. Atq; hoc quod modò prædixi illinc *vobis impendere* periculum, non diu abierit quin in vos decidat. Nemo itaque de Sicilia solùm, verumetiam de Peloponneso consultare se putet, nisi properè hæc exequuti fueritis: talémque illuc classem miseritis vt iidem remiges sint, & mox milites, &(quod ipso hoc exercitu magis expedire opinor) virum Spartiatam pro imperatore, qui & præsentes in officio teneat, & recusantes adesse cõpellat. Sic enim & qui vobis amici sunt, plus fiduciæ habebunt: & qui animo nutant, minus timidè accedent. Et quod ad hæc loca pertinet, debetis ex iis apertius bellum Atheniensibus inferre, vt Syracusani, sentiẽtes curam vos sui gerere, resistant magis, & Athenienses minus alia auxilia suis mittant. Quinetiam Deceleam Atticæ muro cingere: quod Athenienses semper præcipuè formidant, quódque solum rentur in bello se non esse expertos. Et sanè quis ita maximo damno hostes afficiat, si quæ illi maximè reformidãt, hæc ipse vbi planè explorarit, inferat. Credibile enim est vnumquenque quæ sibi periculosa sunt, ea & scire præcipuè & timere. Quãtopere autem ex hac muri extructione vobis vtiles, aduersariis autem impedimento futuri sitis, vt multa omittam, ea quæ maxima sunt, summatim dicam. Ea enim quibus regio illa instructa est, magna ex parte ad vos partim intercepta, partim sponte sua deuenient. Prouentibus quoque ex argentifodinis Laurei, & cõmodis quæcunque illis nunc ex agro atque è iudiciis suggeruntur, statim priuabuntur: præsertimque iis quæ à sociis obueniunt, quæ minus aduehẽtur, vtpote illis, vbi intellexerint vos omni ope bellum administrare, negligentibus. Quarum rerum vt maturè aliquid & impigrè fiat, in vobis situm est Lacedæmonii. Nam & hoc fieri posse, nec me falli opinione, prorsus confido. Neque verò debeo aut cuiquam vestrum videri deterior, si, qui inter infestissimos vobis hostes aliquãdo patriæ amãs habitus sum, idem nunc contra rempublicam meam acerrimè tendo: aut in suspicionem venire, quasi emerẽdi exilio fauoris gratia loquar. Exulo quidem, sed à peruersitate illorum qui me eiecerunt, non autem à vestra (si mihi credideritis) vtilitate. Neque mihi pro hostibus magis habendi vos, qui aliquando nobis hostibus nocuistis, quàm qui amicos esse hostes coegerunt. Et amorem ciuitatis nõ quatenus iniuria sum affectus, retineo, sed quatenus rempub. administrans, in nullum eam periculum adduxi. Neque verò me eã quæ adhuc patria *mea* sit, inuadere existimo, sed potius eam quæ amplius non sit, recuperare. Atque is rectè amator patriæ est, non qui suam, quam iniustè amiserit, non inuadit: sed qui eam quoquomodo potest, ob illius desiderium, recuperare conatur. Ex quo ego dignum me arbitror Lacedæmonii, quo & in periculis & in laboribus omnibus intrepidè vtamini: quum sciatis vulgò in prouerbium venisse hoc dictum, Si, dum hostis eram, valde nocebam: postquam amicus sim, multùm me profuturum. eo quidem magis quòd res Athenienses cognitas habeo, at vestras coniectura colligebam. *Postulo* etiam vt quum de maximi momenti rebus cõsultari sentiatis, ne pigeat expeditionem vos in Siciliam atque in Atticam suscipere, vt illuc traiicientes parua manu, res ibi maximas conserue-

tis, & Athenienſium potentiam præſentem pariter & futuram euertatis: ipſi in poſterum tutò habitaturi, & cunctæ Græciæ non coactæ, ſed voluntariæ, imperio beneuolo potituri.

Ex libro ſeptimo hiſtoriarum Thucydidis.

NICIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Nicias, commiſſurus cum Syracuſanis prælium illud nauale quo res Athenieñsis proſtrata eſt, quòd videbat ſuos ſuperioris prælii clade conſternatos, antequam decertaret, confirmandos ſibi eorum animos exiſtimauit. In eam ſententiam hæc ab eo concio habita eſt: nam in hac languentes animos ad ſpem melioris ſucceſſus erigit, hortatúrque vt animoſe pugnent. Capita præcipua cohortationis ſunt: firmior quàm antea apparatus: neceſſitas pro ſua & reip. ſalute dimicandi: fructus ampliſſimæ victoriæ, ſi eam reportent.

Ἄνδρες στρατιῶται Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων, ὁ μὲν ἀγὼν ὁ μέλλων ὁμοίως κοινὸς ἅπασιν ἔσται, περί τε σωτηρίας καὶ πατρίδος ἑκάστοις οὐχ ἧσσον ἢ τοῖς πολεμίοις. ἢν γὰρ κρατήσωμεν νῦν ταῖς ναυσὶν, ἔστι τῳ τὴν ὑπάρχουσάν που οἰκείαν πόλιν ἐπιδεῖν. ἀθυμεῖν δὲ οὐ χρὴ, οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἳ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες, ἔπειτα διὰ παντὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ φόβου ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσιν. ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρεστε, πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειροι ὄντες, καὶ ὅσοι τῶν ξυμμάχων ξυστρατευόμενοι αἰεὶ, μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων, καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες, στῆναι, καὶ ὡς ἀναμαχούμενοι ἀξίως τοῦδε τοῦ πλήθους ὅσον αὐτοὶ ὑμῶν ἐφορᾶτε, παρασκευάζεσθε. ἃ δὲ ἀρωγὰ ἐνείδομεν ἐπὶ τῇ τοῦ λιμένος στενότητι πρὸς τὸν μέλλοντα ὄχλον τῶν νεῶν ἔσεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρασκευὴν, οἷς πρότερον ἐβλαπτόμεθα, πάντα καὶ ἡμῖν νῦν, ἐκ τῶν παρόντων, μετὰ τῶν κυβερνητῶν ἐσκεμμένα ἡτοίμασται. καὶ γὰρ τοξόται πολλοὶ καὶ ἀκοντισταὶ ἐπιβήσονται, καὶ ὄχλος, ᾧ ναυμαχίαν μὲν ποιούμενοι ἐν πελάγει, οὐκ ἂν ἐχρώμεθα, διὰ τὸ βλάπτειν ἂν τὸ τῆς ἐπιστήμης τῇ βαρύτητι τῶν νεῶν· ἐν δὲ τῇ ἐνθάδε ἠναγκασμένῃ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζομαχίᾳ πρόσφορα ἔσται. ηὕρηται δ' ἡμῖν ὅσα χρὴ ἀντιναυπηγῆσαι, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἐπωτίδων αὐτοῖς παχύτητας, ᾧπερ μάλιστα ἐβλαπτόμεθα, χειρῶν σιδηρῶν ἐπιβολαὶ, αἳ σχήσουσι τὴν πάλιν ἀνάκρουσιν τῆς προσπεσούσης νεὼς, ἢν τὰ ἐπὶ τούτοις οἱ ἐπιβάται ὑπουργῶσιν. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ἠναγκάσμεθα ὥστε πεζομαχεῖν ἀπὸ τῶν νεῶν. καὶ τὸ μήτε αὐτοὺς ἀνακρούεσθαι, μήτ' ἐκείνους ἐᾶν, ὠφέλιμον φαίνεται, ἄλλως τε καὶ τῆς γῆς, πλὴν ὅσον ἂν ὁ πεζὸς ἡμῶν ἐπέχῃ, πολεμίας οὔσης. ὧν χρὴ μεμνημένους, διαμάχεσθαι ὅσον ἂν δύνησθε, καὶ μὴ ἐξωθεῖσθαι ἐς αὐτὴν, ἀλλὰ ξυμπεσούσης νηὶ νεὼς, μὴ πρότερον ἀξιοῦν ἀπολύεσθαι, ἢ τοὺς ἀπὸ τοῦ πολεμίου καταστρώματος ὁπλίτας ἀπαράξητε. καὶ ταῦτα τοῖς ὁπλίταις οὐχ ἧσσον τῶν ναυτῶν παρακελεύομαι, ὅσῳ τῶν ἄνωθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τοῦτο. ὑπάρχει δ' ὑμῖν ἔτι νῦν γε τὰ πλείω τῷ πεζῷ ἐπικρατεῖν. τοῖς δὲ ναύταις παραινῶ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τῷδε καὶ δέομαι, μὴ ἐκπεπλῆχθαί τι ταῖς ξυμφοραῖς ἄγαν, τήν τε παρασκευὴν ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων βελτίω νῦν ἔχοντας, καὶ τὰς ναῦς πλείους. ἐκείνην τε τὴν ἡδονὴν ἐνθυμεῖσθαι ὡς ἀξία ἐστὶ διασώσασθαι, οἳ τέως Ἀθηναῖοι νομιζόμενοι καὶ μὴ ὄντες ὑμῶν, τῆς τε φωνῆς τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ τῶν τρόπων τῇ μιμήσει, ἐθαυμάζεσθε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ἡμετέρας οὐκ ἔλασσον κατὰ τὸ ὠφελεῖσθαι, ἔς τε τὸ φοβερὸν τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι, πολὺ πλεῖον μετείχετε. ὥστε κοινωνοὶ μόνοι ἐλευθέρως ἡμῖν τῆς ἀρχῆς ὄντες, δικαίως ἂν αὐτὴν νῦν μὴ καταπροδίδοτε. καταφρονήσαντες δὲ Κορινθίων τε, οὓς πολλάκις νενικήκατε, καὶ Σικελιωτῶν, ὧν οὐδ' ἀντιστῆναι οὐδεὶς, ἕως ἤκμαζε τὸ ναυτικὸν, ἡμῖν ἠξίωσεν, ἀμύνασθε αὐτούς· καὶ δείξατε ὅτι καὶ μετὰ ἀσθενείας καὶ ξυμφορῶν ἡ ὑμετέρα ἐπιστήμη κρείσσων ἐστὶν ἑτέρας εὐτυχούσης ῥώμης. τούς τε Ἀθηναίους ὑμῶν πάλιν αὖ καὶ τάδε ὑπομιμνήσκω, ὅτι οὔτε ναῦς ἐν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας ταῖσδε, οὔτε ὁπλιτῶν ἡλικίαν ὑπελίπετε. εἴ τε ξυμβήσεταί τι ἄλλο ἢ τὸ κρατεῖν ὑμῖν, τούς τε ἐνθάδε πολεμίους εὐθὺς ἐπ' ἐκεῖνα πλευσομένους, καὶ τοὺς ἐκεῖ ὑπολοίπους ἡμῶν ἀδυνάτους ἐσομένους, τούς τε αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐπελθόντας ἀμύνασθαι. καὶ οἱ μὲν ἂν ὑπὸ Συρακουσίοις εὐθὺς γίγνοισθε, οἷς αὐτοὶ ἴστε οἵᾳ γνώμῃ ἐπήλθετε· οἱ δ' ἐκεῖ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις. ὥστε ἐν ἑνὶ τῷδε ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἀγῶνι καθεστῶτες καρτερήσατε, εἴπερ ποτὲ, καὶ ἐνθυμεῖσθε καθ' ἑκάστους τε καὶ ξύμπαντες, ὅτι οἱ ἐν ταῖς ναυσὶν ὑμῶν νῦν ἐσόμενοι, καὶ πεζοὶ τοῖς Ἀθηναίοις εἰσὶ καὶ νῆες, καὶ ἡ ὑπόλοιπος πόλις, καὶ τὸ μέγα ὄνομα τῶν Ἀθηνῶν· περὶ ὧν εἴ τις τι ἕτερος ἑτέρου προφέρει ἢ ἐπιστήμῃ ἢ εὐψυχίᾳ, οὐκ ἂν ἐν ἄλλῳ μᾶλλον καιρῷ ἀποδειξάμενος, αὐτός τε αὑτῷ ὠφέλιμος γένοιτο, καὶ τοῖς ξύμπασι σωτήριος.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PRælii huius diſcrimen, Athenienſium ſociorúmque aliorum milites, ex æquo omnium eſt cõmune: ſalus & patria vniuſcuiuſque noſtrum, æquè atque hoſtium, agitur. Si noſtra ſit naualis prælii victoria, ſuæ cuiq; reuiſendæ ciuitatis facultas dabitur. Animos autem deſpondere non debemus, nec ita eſſe affecti vt ſolent homines

rerum omnium imperiti: quibus si primus statim conflictus malè processit, in reliquũ omne tempus consimilem acceptis cladibus periculi expectationem concipiunt. Sed quotquot vestrum estis Athenienses, multis vtique iam præliis exercitati, quíque è sociis, perpetuò militiæ participes, recordamini inopinatos belli casus, fortunæque vim, quam vel à vobis esse staturam sperate, vósque ita ad pugnam redintegrandam comparate vt tanta multitudine dignum est quantam esse vestram hanc conspicitis. Quæ autem in portus angustiis multitudini nostrarum nauium adiumento futura animaduertimus aduersus illum constratarum nauium apparatum, qui nobis antea vehemẽter nocebat, ea de gubernatorum sententia quæsita sunt à nobis omnia, & iam, prout res tulit, prouisa. Nam sagittarios & ferentarios imponemus in naues, præterea classiariorum multitudinem, cuius antea in aperto mari præliantibus nullus erat vsus: quia nauium grauitas rationem illam pugnæ ferre non poterat. huic autem statariæ è nauibus pugnæ, quam nobis necessitas imponit, illa sunt profutura. Et ne contra illorum naues aliæ essent nobis ædificãdæ, aduersus hostilium nauium cornua, quæ nobis maximum detrimentum importabant, institutæ sunt à nobis ferrearum manuum iniectiones, quæ repetitam quassationem incidentis nauis inhibebunt, si modò classiarii ea administrent quæ horum vsus requirit. Eò enim res deducta est, vt pedestrem è nauibus pugnam edere sit necesse. Cui rei conducere illud videtur, vt neque nos eorum naues concutiamus, neque id ab illis fieri patiamur: quum præsertim ora omnis maritima, præter eam partem quam peditatus noster tenet, in hostium potestate sit. Cuius rei vos memores esse oportet, & pro virili parte dimicare, nec committere vt in illam detrudamini: sed quum nauis nauem offenderit, non prius erit dimittenda, quàm loricati, qui ex hostium tabulatis pugnant, elisi sint. Atque hæc non minus loricatis præcipio, quàm nautis, quo etiam magis hoc ad eos pertinet qui è superiore loco pugnant. Vos præterea etiamnunc peditatu facilè estis superiores. Nautas verò hortor, simuletiã rogo, vt ne magnopere cladibus acceptis terreantur, quum præsertim sint à nauium tabulatis instructiores quàm antea, naues quoque plures habeant. Iidem cum animis suis reputent quàm sit omni studio retinendus hîc delectationis fructus, vt qui Athenienses non essetis, tamen propter sermonis peritiam, & vitæ imitationem pro Atheniensibus superiore tempore habiti, maximum honorem tota Græcia obtineretis: imperii verò nostri, ad commoda quidem capienda non minus quàm nos participes essetis, ad coercendos verò vestigales vestros, & ad propulsandas iniurias, plus etiam quàm nos ipsi. vt vos æquum sit, qui soli salua libertate in imperii nostri societatem estis recepti, illud hoc tempore non deserere. Quin potius Corinthios pro nihilo habitos, quos sæpe superastis, & Siculos, quorum nemo vnquam impetum nostrum, quandiu re nauali floruimus, sustinere est ausus, propulsate: & re ipsa ostendite, vel peritiam nostram cum imbecillitate & cladibus coniunctam, tamen vigenti aliorum robori præpollere. Vobis autem Athenienses denuo in memoriam redigo, vos neque naues in naualibus harum similes alias, neque sobolem vllam armatorum domi reliquam fecisse. Quòd si alius erit euentus quàm victoriæ, continuò qui hîc sunt hostes, scitote illuc esse nauigaturos: nostros verò, qui illic residui sunt, non futuros pares iis qui iam in illis locis sunt, & iis qui hinc superuenient. Ac vobis quidem in Syracusanorum manum veniẽdum erit, contra quos quibus animis veneritis, scitis ipsi: illis verò in Lacedæmoniorũ potestatem cadendum erit. Itaque quum sit illud vobis propositum certamen, in quo pro vtrisque decertãdum sit, si vnquam fortiter vos gessistis, nunc fortitudinẽ vestram expromite: simúlque illud vobiscum reputate tum singuli, tum vniuersi, in vobis, qui naues estis cõscensuri, esse quicquid peditatus, quicquid classis habet populus Atheniensis: in vobis esse reliquam reip. spem, & præclarum illud Athenarum nomen. In quibus conseruandis siquis est qui præter cæteros vel scientia vel fortitudine polleat, non alio melius tempore illius specimen ediderit, sibíque vtilem, omnibus verò salutarem operam nauarit.

Oratio Gylippi et caeterorum belli ducum.

ARGVMENTVM.

Gylippus Lacedæmonius, dux auxiliarium, qui Syracusas Lacedæmone missi fuerat, & cui Syracusani multùm tribuebant, antequam inirent prælium illud sui Syracusanique, ad pugnam eos animare hac oratione voluit. Ea superiori è regione respõdet: nam superiorum præliorum felicitatem commemorat, victos esse ab iis Athenieses, qui naualis rei gloriam vbinis gentium vsque adhuc obtinuissent. Itaque illorum apparatum omnem, spem, consilium præ suis contemnit: neque enim spe, sed desperatione ad dimicandum eos impelli. Postremò suorum animos iniecta vindictæ cupiditate stimulat: esse enim persequendas ab hostibus iniquissimi belli concitati, & appetitæ Siciliæ pœnas.

Ὅτι μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα, καὶ ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων ὁ ἀγὼν ἔσται, ὦ Συρακούσιοι καὶ ξύμμαχοι, οἵ τε πολλοὶ δοκεῖτε ἡμῖν εἰδέναι· (οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως αὐτῶν προθύμως ἀντελάβεσθε) καὶ εἴ τις μὴ ἐπὶ ὅσον δεῖ ᾔσθηται, σημανοῦμεν. Ἀθηναίους γὰρ ἐς τὴν χώραν τήνδε ἐλθόντας, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Σικελίας καταδουλώσει, ἔπειτ', εἰ κατορθώσειαν, καὶ τῆς Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ ἀρχὴν τὴν ἤδη μεγίστην τῶν τε πρὶν Ἑλλήνων καὶ τῶν νῦν κεκτημένους, πρῶτοι ἀνθρώπων ὑποστάντες τῷ ναυτικῷ, ᾧπερ πάντα κατέσχον, τὰς μὲν νενικήκατε ναυμαχίας, τὴν δ' ἐκ τοῦ εἰκότος νῦν νικήσετε. ἄνδρες γὰρ ἐπειδὰν ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἐστιν, ἢ εἰ μηδ' ᾠήθησαν τὸ πρῶτον· καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ αὐχήματος σφαλλόμενοι, καὶ παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασι· ὃ νῦν Ἀθηναίους εἰκὸς πεπονθέναι. ἡμῶν δὲ τό, τε ὑπάρχον πρότερον, ᾧπερ καὶ ἀνεπιστήμονες ἔτι ὄντες ἀπετολμήσαμεν, βεβαιότερον νῦν, καὶ τῆς δοκήσεως προσγιγνομένης αὐτῷ, τὸ κρατίστους εἶναι, εἰ τοὺς κρατίστους ἐνικήσαμεν, διπλασία ἑκάστου ἡ ἐλπίς. τὰ δὲ πολλά, πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις ἡ μεγίστη ἐλπὶς μεγίστην καὶ τὴν προθυμίαν παρέχεται. τά τε τῆς ἀντιμιμήσεως αὐτῶν τῆς παρασκευῆς ἡμῶν, τῷ μὲν ἡμετέρῳ τρόπῳ ξυνήθη τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἀνάρμοστοι πρὸς τὴν ἑκάστην αὐτῶν ἐσόμεθα· οἱ δ' ἐπειδὰν πολλοὶ μὲν ὁπλῖται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων παρὰ τὸ καθεστηκὸς ὦσι, πολλοὶ δὲ ἀκοντισταὶ χερσαῖοι, ὡς εἰπεῖν, Ἀκαρνᾶνές τε καὶ ἄλλοι ἐπὶ ναῦς ἀναβάντες, οἳ οὐδ' ὅπως καθεζομένους χρὴ τὸ βέλος ἀφεῖναι εὑρήσουσι, πῶς οὐ σφαλοῦσί τε τὰς ναῦς, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς πάντες, οὐκ ἐν τῷ αὐτῶν τρόπῳ κινούμενοι, ταράξονται; ἐπεὶ καὶ τῷ πλήθει τῶν νεῶν οὐκ ὠφελήσονται, εἴ τις καὶ τόδε ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἴσαις ναυμαχήσει, πεφόβηται· ἐν ὀλίγῳ γὰρ πολλαί, ἀργότεραι μὲν ἐς τὸ δρᾶν τι ὧν βούλονται ἔσονται, ῥᾷσται δὲ ἐς τὸ βλάπτεσθαι ἀφ' ὧν ἡμῖν παρεσκεύασται. τὸ δ' ἀληθέστατον γνῶτε ἐξ ὧν ἡμεῖς οἰόμεθα σαφῶς πεπύσθαι. ὑπερβαλλόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν κακῶν, καὶ βιαζόμενοι ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας, ἐς ἀπόνοιαν καθεστήκασιν, οὐ παρασκευῆς πίστει μᾶλλον, ἢ τύχης ἀποκινδυνεῦσαι οὕτως ὅπως δύνανται, ἵν' ἢ βιασάμενοι ἐκπλεύσωσιν, ἢ κατὰ γῆν μετὰ τοῦτο τὴν ἀποχώρησιν ποιῶνται, ὡς τῶν γε παρόντων οὐκ ἂν πράξοντες χεῖρον. πρὸς οὖν ἀταξίαν τε τοιαύτην, καὶ τύχην ἀνδρῶν ἑαυτὴν παραδεδωκυῖαν πολεμιωτάτων, ὀργῇ προσμίξωμεν· καὶ νομίσωμεν, ἅμα μὲν νομιμώτατον εἶναι πρὸς τοὺς ἐναντίους, οἳ ἂν ὡς ἐπὶ τιμωρίᾳ τοῦ προσπεσόντος δικαιώσωσιν, ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι ἐγγενησόμενον ἡμῖν, καὶ τὸ λεγόμενόν που ἥδιστον εἶναι. ὡς δὲ ἐχθροὶ καὶ ἔχθιστοι, πάντες ἴστε, οἵ γε ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθον δουλωσόμενοι. ἐν ᾧ εἰ κατώρθωσαν, ἀνδράσι μὲν ἂν τὰ ἄλγιστα προσέθεσαν, παισὶ δὲ καὶ γυναιξὶ τὰ ἀπρεπέστατα, πόλει δὲ τῇ πάσῃ τὴν αἰσχίστην ἐπίκλησιν. ἀνθ' ὧν μὴ μαλακισθῆναί τινα πρέπει, μηδὲ τὸ ἀκινδύνως ἀπελθεῖν αὐτούς, κέρδος νομίσαι. τοῦτο μὲν γάρ, καὶ ἐὰν κρατήσωσιν, ὁμοίως δράσουσι· τὸ δέ, πραξάντων ἐκ τοῦ εἰκότος ἃ βουλόμεθα, τούσδε τε κολασθῆναι, καὶ τῇ πάσῃ Σικελίᾳ, καρπουμένῃ καὶ πρίν, ἐλευθερίαν βεβαιοτέραν παραδοῦναι, καλὸς ὁ ἀγών. καὶ κινδύνων οὗτοι σπανιώτατοι, οἳ ἂν ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες, πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελοῦσι.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PRæclaras esse res eas quas gessimus, Syracusani & socii, præclarásque esse huic certamini, in quod descendimus, propositas, plerosque omnes vestrum arbitror intelligere: (neque enim tanta animorum alacritate de illis contendissetis) sed si quis est qui hoc minus, quàm opus sit, adhuc perceperit, nos planum faciemus. Etenim Athenienses, qui iis animis in hæc loca venerant, primùm vt Siciliam subigerent, deinde, si illis res feliciter cecidisset, Peloponneso cæteráque Græcia potirentur, quique imperium habent Græcorum omnium superiore nostráque hac memoria potentissimũ, vos omnium mortalium primi classe, qua illi omnia obtinuerũt, sustinuistis, & naualibus præliis victores euasistis: & hoc ipso, nisi me omnia fallunt, vincetis. Nam postquam homines eo, quo se præstare confidunt, sunt mutilati, tum verò reliqua eorum gloria multo infringitur magis, quàm si nunquam illam de se opinionem cõcepissent: & inani eorum confidentia elusa, etiam intra suarum virium modum demittuntur.

Quod Atheniẽsibus vsu euenisse credibile est. Nostra verò superioris temporis fiducia, qua freti quum nos rei vsus adhuc deficeret, timorem omnem perrupimus, nunc etiã quàm antè firmior est reddita. Quoniam huius existimationis accessione aucta, quòd qui præstantissimos vicerimus, ipsi simus præstantissimi, in vtranque partem victoriæ spem auget. At verò spes summa sæpenumero ad res aggrediendas ingentem alacritatem iniicit. Quòd verò illi apparatu suo nostrum è contraria parte sunt imitati, nihil habet ea res ab institutis nostris remotum: quin aduersus omnes eorum apparatus instructi erimus. At illis quum plures solito loricati in tabulatis astiterint, plures item ferentarii terrestres, vt ita dicam, Acarnanes aliíque classiarii, qui ne quomodo quidem sedentes telum torquere oporteat excogitare poterunt, quî tandem nauibus suis nõ deerunt, & inter sese omnes, sine militiæ disciplina, cõcursantes non turbabuntur? Accedit quòd nihil eos nauium multitudo iuuabit. (ne quem fortè vestrum terreat, quòd non sit cum pari numero conflicturus) nam in angustiis naues confertæ, ad id quod velint administrandum ineptæ sunt: peropportunæ autem, vt his ab apparatu nostro noceri possit. Vos autem vera omnia ex nostris sententiis scitote vos apertè cognouisse. Nam quia malis grauissimis conflictantur, & quòd summa vrgentur inopia, ad rerum suarũ desperationem redacti sunt, non tam illi apparatu suo freti, quàm quòd belli aleam quacunque possunt, tentare volunt: vt si erumpere possint, vel nunc nauibus fugiant, vel paulò pòst terra sibi receptum quærant: quia ne sic quidem peius quàm nunc cum illis ageretur. Ergo cum tanta perturbatione, & cum hominibus nobis infestissimis, quorum iam fortuna sese nobis vltrò dedidit, ira incensi confligamus: itaque cogitemus, simul esse æquissimum, vt aduersus eos hostes quibus quæcunque pœna irrogabitur, iure irrogata videbitur, voti compotes fiamus: simul hominum nobis inimicorũ vlciscẽdorum facultas detur, & re quæ omnium fertur suauissima, fruamur. Quos quidem esse vobis inimicos, pessiméque in vos animatos scitis omnes: qui, patriam hanc nostram suæ deditionis facturi, venerint. quæ si res illis ex sententia cessisset, haud dubiè viros ipsos crudelissimè mulctassent, liberos & coniuges nostras fœdissima quæq; pati coegissent, vrbi verò turpissimi nominis notam inussissent. His de causis nõ est cur cuiusquam animus emolliatur: neque est committendum vt illi in lucro ponãt, si hinc impunè abire possint. nam hoc idem, si superiores sint, facturi sunt. Honestè autem dimicamus, quum & pœnas istis infligere volumus, & Siciliæ, quæ iam antea tutò incolebatur, libertatem etiam quàm antè firmiorem constituere. Neque est vllum periculi genus præstabilius, quàm quod, re malè gesta, minus habet detrimenti: re bene gesta, emolumenti plurimum.

ORATIO NICIAE.

ARGVMENTVM.

Victi Athenienses, desperata non modò expugnatione Syracusarum, sed etiam propè salute sua, perfugio locum quæsituri abibãt. Non carebat luctu, lacrymis, periculis, ea profectio. imminebant enim hostes fugam intercluruſi: cuius rei faciendæ opportunitatem illis afferebant locorum angustiæ. Itaque Nicias mœrorem iis lenire, metúmque minuere hac consolatione est conatus. nam & suo exemplo iubet bono animo esse, & sperare numinis miserationem tot iam exhaustis laboribus. siqua vis ingruat, quæ haud dubiè expectanda erat, animosè se patriámque tutentur.

Ἔτι καὶ ἐκ τῶν παρόντων, ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ξύμμαχοι, ἐλπίδα χρὴ ἔχειν. ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν. μηδὲ καταμέμφεσθε ὑμᾶς ἄγαν αὐτοὺς μήτε ταῖς ξυμφοραῖς, μήτε ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν νῦν κακοπαθείαις. κἀγώ τοι οὐδενὸς ὑμῶν οὔτε ῥώμῃ προφέρων, (ἀλλ' ὁρᾶτε δὴ ὡς διάκειμαι ὑπὸ τῆς νόσου) οὔτ' ἀτυχίᾳ δοκῶν που ὕστερός του εἶναι) κατὰ τὸν ἴδιον βίον, καὶ ἐς τὰ ἄλλα, νῦν ἐν τῷ αὐτῷ κινδύνῳ τοῖς φαυλοτάτοις αἰωροῦμαι. καίτοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα δεδιήτημαι, πολλὰ δὲ ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. ἀνθ' ὧν ἡ μὲν ἐλπὶς ὅμως θαρσεῖα τοῦ μέλλοντος, αἱ δὲ ξυμφοραὶ οὐ κατ' ἀξίαν δὴ φοβοῦσι, τάχα δ' ἂν καὶ λωφήσειαν. ἱκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις ηὐτύχηται, καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα. ἦλθον γάρ που καὶ ἄλλοι τινὲς ἤδη ἐφ' ἑτέρους, καὶ ἀνθρώπεια δράσαντες, ἀνεκτὰ ἔπαθον. καὶ ἡμᾶς εἰκὸς νῦν τά τε ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐλπίζειν ἠπιώτερα ἕξειν· (οἴκτου γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἀξιώτεροι ἤδη ἐσμὲν ἢ φθόνου) καὶ ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς οἷοι ὁπλῖται ἅμα καὶ ὅσοι ξυντεταγμένοι χωρεῖτε, μὴ καταπέπληχθε ἄγαν· λογίζεσθε δὲ ὅτι αὐτοί τε πόλις εὐθύς ἐστε, ὅποι ἂν καθέζοισθε, καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς τῶν ἐν Σικελίᾳ οὔτ' ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως, οὔτ' ἂν ἱδρυθέν-

τας που ξυναστήσετε. τὴν δὲ πορείαν, ὥστ' ἀσφαλῆ καὶ εὔτακτον εἶναι, αὐτοὶ φυλάξατε, μὴ ἄλλο τι ἡγησάμενος ἕκαστος, ἢ ἐν ᾧ ἂν ἀναγκασθῇ χωρίῳ μάχεσθαι, τοῦτο καὶ πατρίδα καὶ τεῖχος κρατήσας ἕξειν. σπουδὴ δὲ ὁμοίως καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν ἔσται τῆς ὁδοῦ. τὰ γὰρ ἐπιτήδεια, βραχέα ἔχομεν. καὶ ἢν ἀντιλαβώμεθα τοῦ φιλίου χωρίου τῶν Σικελῶν, (οὗτοι γὰρ ἡμῖν διὰ τὸ Συρακοσίων δέος ἔτι βέβαιοί εἰσι) ἤδη νομίζετε ἐν τῷ ἐχυρῷ εἶναι. προπέμπετε δ' ὡς αὐτούς, καὶ ἀπαντᾶν, εἰρημένον, καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶτε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἀναγκαῖόν τε ὂν ὑμῖν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς γίγνεσθαι, ὡς μὴ ὄντος χωρίου ἐγγὺς ὅποι ἂν μαλακισθέντες σωθείητε· καὶ ἢν νῦν διαφύγητε τοὺς πολεμίους, οἵ τε ἄλλοι τευξόμενοι ὧν ἐπιθυμεῖτέ που ἐπιδεῖν, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν μεγάλην δύναμιν τῆς πόλεως, καίπερ πεπτωκυῖαν, ἐπανορθώσοντες. ἄνδρες γὰρ πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

VEL in hoc rerum ſtatu, Athenienſes & ſocii, ſpes eſt retinenda. Alii ſunt qui è grauioribus, quàm quibus nunc premimur, emerſerunt. Neque eſt quòd vos veſtri pœniteat vel propter acceptas clades, vel propter acerbitates, quæ vos, meliore ſorte dignos, perſequuntur. Ego quoque qui nec robore, quoquam veſtrum ſum ſuperior, (videtis vtique quò me vis morbi redegerit) neque rurſus priuatæ vitæ cæterarúmque rationum felicitate vlli veſtrum ſecũdus, iiſdem malis, quibus infimi quique, iactor. Atqui multa in vita religioſè in deos geſſi, multa in homines iuſtè atque inculpaté. Quæ res ſpem mihi præſentiorem rerum poſterarum etiamnũ afferunt, faciúntque vt me minus res aduerſæ quàm pro acerbitate ſua terreant: ac fortaſſe etiam eas ſedabunt. Nam & hoſtibus ſatis ſupérque afflauit fortuna: & nos, ſicui deorum inuiſa fuit noſtra expeditio, ſatis pœnarum luimus. Etenim fuerunt & alii, qui quum in alios inuaſiſſent, feciſſéntque quæ inter homines fieri aſſolet, tamen erroris pœnas tolerabiles ſufferrent. Nos quoque ſperare par eſt, deos futuros mitiores. ſiquidem in quo nunc ſtatu ſumus, cõmiſeratione eorum digniores ſumus quàm indignatione. Tũ vos oportet, qui & multitudinem veſtram, & hanc armatorum aciem incedentem videatis, non magnopere commoueri. Sic etiam vobis ineunda eſt ratio, vos, vbicunque conſideatis, continuò ibi vrbem efficere. Neque vlla præterea relinquitur Siciliæ vrbs, quæ vos aut venientes excipiat, aut fixos iam poſſit deturbare. Ipſum verò iter vt tutum expeditúmque habeamus, viderit veſtrum quiſq; ne aliter rationem ineat, quàm vt quemcũque pugnandi locum neceſſitas dederit, ibi ſe patriam, ibi mœnia, ſi eo potiatur, habiturum eſſe arbitretur. Cæterùm iter nec noctu nec interdiu intermittetur. commeatus enim nobis ſunt exigui. Quòd ſi vrbem Siculorum nobis amicam obtinere poſſimus, (nam illa quidem propter Syracuſanorum motum adhuc in fide manet) tum vos in tuto futuros confidite. Sed mittendi qui præcurrant, mandéntque vt nobis cum imperatis cibariis, aliiſque præterea, obuiam procedãt. Quod autẽ caput eſt, milites, ſic habete: Poſtulat omnino hoc tempus vt præſtemus nos viros, quum nullum in propinquo ignauis perfugium pateat. Quòd ſi hoſtes effugere poteritis, tum cæteris, cuius quiſque deſiderio tenetur, eius videndi facultas dabitur: tum verò Athenienſes potentiſſimam vrbem ſuam videbunt, quam ipſi, licet collapſam, ſunt inſtauraturi. Viri enim ipſi ciuitatem conſtituunt, non mœnia, aut naues, in quibus ſit ſolitudo à viris.

Orationes seu conciones ex Xenophonte excerptæ.

Ex libro primo.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Lacessitus bello ab Assyriis Mediæ rex Cyaxares, misit pro amicitia & consanguinitate, qui auxilium à Cambyse Persarum rege, Cyri patre, peteret. Quod petiit, impetrauit: quinquaginta enim auxiliarium millia misit ad eum Cambyses, iisque Cyrum præfecit. Delectus autem more à maioribus eorum accepto habitus erat, quo principes primùm viri legebantur, accommodatò eorum numero ad exercitus conscribendi magnitudinem. Tum lecti sunt ad ducentos: qui rursus cooptarunt singuli quaternos. Hos omnes, quum iam copias vellet educere, Cyrus conuocat, & hac oratione ad bellum magnis animis capessendum hortatur. Officium iis, & rei gerendæ facultates, proponit: officium, quum commemorat anteactæ vitæ laudem, suum de illorum virtute iudicium, ipsius virtutis vim, pulchritudinem, præmia ostendit, & contraria omnia in ignauia: quem locum luculenter tractat. postremò æquitatem causæ, seu belli suscepti: iusta esse arma, quæ ad vim propulsandam, non inferendam, capiuntur. Facultates verò, quũ eos virtute, peritia rei militaris, optimis studiis & patria disciplina imbutos esse docet: quæ contrà omnia hostibus demonstrat deesse.

Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ προσειλόμην μὲν ὑμᾶς, οὐ νῦν πρῶτον δοκιμάσας, ἀλλ᾽ ἐκ παίδων ὁρῶν ὑμᾶς ἃ μὲν καλὰ ἡ πόλις νομίζει, προθύμως αὐτὰ ἐκπονοῦντας, ἃ δὲ αἰσχρὰ ἡγεῖται εἶναι, παντελῶς τούτων ἀπεχομένους. ὧν δ᾽ ἕνεκα αὐτός τε οὐκ ἄκων εἰς τόδε τὸ τέλος κατέστην, καὶ ὑμᾶς παρεκάλεσα, δηλῶσαι ὑμῖν βούλομαι. ἐγὼ γὰρ κατενόησα ὅτι οἱ πρόγονοι οὐδὲν χείρους ἡμῶν ἐγένοντο· ἀσκοῦντες γοῦν κἀκεῖνοι διετέλεσαν ἅπερ ἔργα ἀρετῆς νομίζεται. ὅ,τι μέντοι προσεκτήσαντο τοιοῦτοι ὄντες ἢ τῷ τῶν Περσῶν κοινῷ ἀγαθὸν, ἢ αὑτοῖς, τοῦτο οὐκέτι δύναμαι κατιδεῖν. καίτοι ἔγωγε οἶμαι οὐδεμίαν ἀρετὴν ἀσκεῖσθαι ὑπ᾽ ἀνθρώπων, ὡς μηδὲν πλέον ἔχωσιν οἱ ἐσθλοὶ γενόμενοι τῶν πονηρῶν· ἀλλ᾽ οἵ τε τῶν παραυτίκα ἡδονῶν ἀπεχόμενοι, οὐχ ἵνα μηδέποτε εὐφρανθῶσι τοῦτο πράττουσιν, ἀλλ᾽ ὅπως διὰ ταύτην τὴν ἐγκράτειαν πολλαπλάσια εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὐφραίνωνται, οὕτω παρασκευάζονται· οἵ τε λέγειν προθυμούμενοι δεινοὶ γενέσθαι, οὐχ ἵνα εὖ λέγοντες μηδέποτε παύσωνται, τοῦτο μελετῶσιν, ἀλλ᾽ ἐλπίζοντες τῷ λέγειν εὖ πείθοντες πολλοὺς ἀνθρώπους, πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ διαπράξεσθαι· οἵ τ᾽ αὖ τὰ πολεμικὰ ἀσκοῦντες, οὐχ ὡς μαχόμενοι μηδέποτε παύσωνται, τοῦτ᾽ ἐκπονοῦσιν, ἀλλὰ νομίζοντες καὶ οὗτοι, τὰ πολεμικὰ ἀγαθοὶ γενόμενοι πολὺν μὲν ὄλβον, πολλὴν δὲ εὐδαιμονίαν, μεγάλας δὲ τιμὰς καὶ αὑτοῖς καὶ τῇ πόλει περιάψειν. εἰ δέ τινες ταῦτα ἐκπονήσαντες, πρίν τινα καρπὸν ἀπ᾽ αὐτῶν κομίσασθαι, περιεῖδον αὑτοὺς γήρᾳ ἀδυνάτους γενομένους, ὅμοιον ἔμοιγε δοκοῦσι πεπονθέναι οἷον εἴ τις γεωργὸς ἀγαθὸς προθυμηθεὶς γενέσθαι, καὶ εὖ σπείρων, καὶ εὖ φυτεύων, ὁπότε καρποῦσθαι ταῦτα δέοι, ἐῴη τὸν καρπὸν ἀσυγκόμιστον εἰς τὴν γῆν πάλιν καταρρεῖν. καὶ εἴ τις ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας, καὶ ἀξιόνικος γενόμενος, ἀναγώνιστος διατελέσειεν, οὐδ᾽ ἂν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ δικαίως ἀναίτιος εἶναι ἀφροσύνης. ἀλλ᾽ ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, μὴ πάθωμεν ταῦτα· ἀλλ᾽ ἐπείπερ σύνισμεν ἡμῖν αὐτοῖς ἀπὸ παίδων ἀρξάμενοι ἀσκηταὶ ὄντες τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἔργων, ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν, ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. οὐ γάρ πω οὗτοι ἱκανοί εἰσιν ἀγωνισταὶ, οἳ ἂν τοξεύωσι ἢ ἀκοντίζωσι ἢ ἱππεύωσιν ἐπιστημόνως, ἢν δέ που πονῆσαι δέῃ, τούτῳ λείπωνται· ἀλλ᾽ οὗτοι ἰδιῶταί εἰσι κατὰ τοὺς πόνους. οὐδέ γε οἵτινες, ἀγρυπνῆσαι δέον, ἡττῶνται τούτου· ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἰδιῶταί εἰσι κατὰ τὸν ὕπνον. οὐδέ γε οἱ ταῦτα μὲν ἱκανοὶ, ἀπαίδευτοι δὲ ὡς χρὴ καὶ συμμάχοις καὶ πολεμίοις χρῆσθαι· ἀλλὰ καὶ οὗτοι δῆλον ὅτι τῶν μεγίστων παιδευμάτων ἀπείρως ἔχουσιν. ὑμεῖς δὲ νυκτὶ μὲν δήπου, ὅσαπερ οἱ ἄλλοι ἡμέρᾳ, δύναισθε χρῆσθαι· πόνους δὲ τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνας νομίζετε· λιμῷ δὲ ὅσαπερ ὄψῳ διαχρῆσθε· ὑδροποσίαν δὲ ῥᾷον τῶν λεόντων φέρετε. κάλλιστον δὲ πάντων καὶ πολεμικώτατον κτῆμα εἰς τὰς ψυχὰς συγκεκόμισθε· ἐπαινούμενοι γὰρ μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι χαίρετε. τοὺς δὲ ἐπαίνου ἐραστὰς ἀνάγκη ἐπὶ τούτῳ πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ἡδέως ὑποδύεσθαι. εἰ δὲ ταῦτα ἐγὼ λέγω περὶ ὑμῶν, ἄλλως γιγνώσκων, ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ. ὅ,τι γὰρ μὴ τοιοῦτον ἀποβήσεται παρ᾽ ὑμῶν, εἰς ἐμὲ τὸ ἐλλεῖπον ἥξει. ἀλλὰ πιστεύω τοι τῇ πείρᾳ, καὶ τῇ ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ, καὶ τῇ τῶν πολεμίων ἀνοίᾳ, μὴ ψεύσειν με ταύτας τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας. ἀλλὰ θαρροῦντες ὁρμώμεθα, ἐπειδὴ καὶ ἐκποδὼν ἡμῖν γεγένηται τὸ δόξαι τῶν ἀλλοτρίων ἀδίκως ἐφίεσθαι. νῦν γὰρ ἔρχονται μὲν οἱ πολέμιοι, ἄρχοντες ἀδίκων χειρῶν· καλοῦσι δὲ ἡμᾶς οἱ φίλοι ἐπικούρους. τί οὖν ἐστιν ἢ τοῦ ἀλέξασθαι δικαιότερον, ἢ τοῦ τοῖς φίλοις ἀρήγειν κάλλιον; ἀλλὰ μὴν διὰ τοῦτο ὑμᾶς οὐχ ἥκιστα οἶμαι θαρρεῖν, τὸ μὴ παρημεληκότα με τῶν θεῶν τὴν ἔξοδον ποιεῖσθαι. πολλὰ γάρ μοι συνόντες ἐπίστασθε οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ πειρώμενον ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι ἀεί. τέλος ἔφη, Τί δεῖ λέγειν ἔτι; ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν τοὺς ἄνδρας ἑλόμενοι καὶ ἀναλαβόντες, καὶ τἄλλα παρασκευασάμενοι, ἴτε εἰς Μήδους· ἐγὼ δ᾽ ἐπανελθὼν πρὸς τὸν πατέρα, πρόειμι δὴ, ὅπως τὰ τῶν πολεμίων ὡς τάχιστα μαθὼν οἷά ἐστι, παρασκευάσω ὑμῖν ὅ,τι ἂν δύνωμαι, ὅπως ὡς κάλλιστα σὺν θεῷ ἀγωνιζώμεθα.

EADEM LATINE,
Henr. Stephano interprete.

ALlegi vos mihi, amici, non quorum nunc primum periculum fecerim, sed quos animaduerterim iis quæ ciuitas honesta esse censet, iam inde à pueritia studium & laborem impendere: quæ autem turpia existimat, ab iis omnino abstinere. Libet verò quibus de causis & ipse munus hoc subierim, & vos aduocarim, vobis exponere. Maiores nostros nulla in re nobis inferiores fuisse comperi: quippe qui & ipsi in iis quæ virtutis sunt, operam posuerint: quid tamen emolumenti, ita se gerendo, vel publicè rebus Persarum, vel suis priuatim attulerint, hoc verò nequaquã perspicere possum. Neque tamen virtutem vllam ab hominibus coli existimo, vt qui probi euaserint, nihilo meliore conditione sint quàm improbi. Qui enim à voluptatibus in præsens abstinent, non vt nulla vnquam gaudia percipiant, id faciunt, sed potius vt quo magis ab iis sibi temperauerint, eo maiora gaudia postea percipiant, ita se comparant. Itidémque qui quotquot eloquentiæ studio dediti sunt, non vt semper ei vacent, in ea se exercent, sed fore sperant vt quum hac dicendi facultate multis ea quæ volunt persuaserint, multa magnáque bona adipiscantur. Itidem verò qui res bellicas tractant, non ideo vt toto vitæ tempore prælientur hunc laborem sustinent, sed hi pariter fore sperant vt quum in bello strenuè se gesserint, magnas opes, magnam felicitatem, magnos honores cùm sibi tũ patriæ acquirant. Quòd si qui quũ laborẽ his impendissent, non prouiderunt ne senectute imbecilles redderentur antequam fructum vllũ ex iis perciperent, idem vsuuenisse illis censeo quod ei vsueniret, qui postquam boni agricolæ officio fungi studuisset, bene serendo, bene item plantando: quum tandem fructus hinc carpendus esset, eum minimè conueheret, sed rursus in terram dilabi pateretur. Itidémque si quis athleta post multos labores, ex quibus tandem idoneus ad victoriam adipiscendam euaserit, certandi artem desinat, & hic certè meritò dementiæ accusandus mihi videatur. Nobis verò, milites, absit vt hoc vsuueniat: sed potius quum in rebus præclarè gerendis nos iam inde à pueritia exercitatos esse sciamus, aduersus hostes tẽdamus: quos equidẽ, vt oculatus testis, planè tyrones præ vobis esse cõpertum habeo. Nequaquam enim boni milites fuerint ii qui sagittas quidem vel iacula mittendi, vel equitandi periti sunt: labores autem perferre, quum opus est, non itidem possunt, sed tyrones sunt quod ad labores attinet. Nec ii certè qui, quum vigilandum est, vigiliis succumbunt. eodem enim & hi modo tyrones sunt quod ad somnum attinet. Iamverò ne ii quidẽ boni fuerint milites, qui illa quidem omnia præstare possunt: sed quomodo erga socios & hostes se gerere debeant, ignorant. Quin potius hi quoque earum rerum quas didicisse maximi refert, cognitione destituentur. At vos nocte perinde atque alii die, potestis vti: labores autem ad iucundam vitam duces vobis esse existimatis: fames opsonii vsum vobis præstat, aquæ potum facilius quàm leones ipsi fertis. Possessionem præterea pulcherrimam, & præ quauis alia bellatoribus conueniẽtem, in animos vestros inuexistis, quòd nulla re æquè ac laude gaudetis. Qui autem laudis studio tenentur, eius gratia omnem laborem & omne periculum lubẽter subire necesse est. Quòd si hæc de vobis aliter ac sentiam dico, meipsum fallo. quoniam si contigerit vt vos tales non præstetis, quicquid defuerit, in me recidet. Verùm & peritia vestra, & beneuolentia erga me, & hostium amentia, faciunt vt minimè verear ne hæ bonæ spes me frustrentur. Fidentibus igitur animis iter capessamus, præsertim etiam quum hoc à nobis procul absit, vt aliena contra ius & æquum appetere videamur. Hostes enim nunc aduenïunt, nósque iniusto prælio lacessunt, nos autem amici auxilio vocant. Quid igitur est aut iustius quàm propulsare iniuriam, aut pulchrius quàm amicis opitulari? Est verò & quiddam præterea quod non minimum fiduciæ addere vobis debet, quòd nimirum minimè neglectis diis expeditionem hanc paro. Nam quũ multũ mecum versemini, scitis me non in magnis solùm sed & in paruis rebus conari à diis initium sumere. *Quibus tandem subiunxit*, Quid pluribus verbis opus est? vos, lectis assumptísque viris, paratísque rebus cæteris, ad Medos pergite. At ego ad patrem me refero, vt quum intellexero quo in loco sunt res hostium, omnem pro viribus apparatum vobis suppeditem, vt præclarissimè, Deo iuuante, bellum geramus.

Ex libro secundo.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Fretus suorum virtute Cyrus, facilè hostium multitudinem contemnebat, & diffidentem Cyaxarem confirmabat, tantúmque de armorum copia & genere eum iubebat prouidere. Ea cõparata & comportata, quũ in milites dispertire oporteret, primùm collegas illos, quos ὁμοτίμους appellabant, deinde vulgus militum, nactus hanc armorum occasionem, officii commonefecit. Cuius orationis hæc est summa. Militibus quum arma non desint, si fortitudo desit, summæ futurum ignauiæ. Quibus omnia sint paria, patria, firmitudo corporis, ætas militaris, arma, eos ad communem causam parem animum afferre debere. Sola fuisse arma, quibus ipse ab illis differret, nunc iis distributis, se cum illis esse æquatum. Itaque non minus in ipsis animi, quàm in se esse oportere.

Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν χώρᾳ, καὶ ἐτράφητε· καὶ τὰ σώματά γε ἡμῶν οὐδὲν χείρονα ἔχετε, ψυχάς τε οὐδὲν κακίονας ὑμῖν προσήκει ἡμῶν ἔχειν. τοιοῦτοι δ᾽ ὄντες, ἐν μὲν τῇ πατρίδι οὐ μετείχετε τῶν ἴσων ἡμῖν, οὐχ ὑφ᾽ ἡμῶν ἀπελαθέντες, ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἀνάγκην ὑμῖν εἶναι πορίζεσθαι. νῦν δὲ ὅπως μὲν ταῦτα ἕξετε, ἐμοὶ μελήσει σὺν τοῖς θεοῖς. ἔξεστι δ᾽ ὑμῖν, εἰ βούλεσθε, λαβοῦσιν ὅπλα οἷάπερ ἡμεῖς ἔχομεν, καὶ εἴ τι χείρονες ἡμῶν ἐστέ, εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν· κἄν τι ἐκ τούτων καλὸν κἀγαθὸν γίγνηται, τῶν ὁμοίων ἡμῖν ἀξιοῦσθαι. τὸν μὲν οὖν πρόσθεν χρόνον ὑμεῖς τε τοξόται καὶ ἀκοντισταὶ ἦτε, καὶ ἡμεῖς· εἴ τι χείρους ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε, οὐδὲν θαυμαστόν· οὐ γὰρ αὖ ὑμῖν σχολὴ, ὥσπερ ἡμῖν, τούτων ἐπιμελεῖσθαι· ἐν δὲ τῇδε τῇ ὁπλίσει οὐδὲν ἡμεῖς ὑμῶν προέξομεν. θώραξ μὲν γὰρ περὶ τὰ στέρνα ἁρμόζων ἑκάστῳ ἔσται, γέρρον δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ὃ πάντες εἰθίσμεθα φορεῖν, μάχαιρα δὲ ἢ σάγαρις ἐν τῇ δεξιᾷ, ᾗ δὴ παίειν τοὺς ἐναντίους δεήσει, οὐδὲν φυλαττομένους μή τι παίσαντες ἐξαμάρτωμεν. τί οὖν ἂν ἐν τούτοις ἕτερος ἑτέρου ἡμῶν διαφέροι, πλὴν τόλμῃ; ἣν οὐδὲν ὑμῖν προσήκει ἥττονα ἡμῶν παρέχεσθαι. νίκης τε γὰρ ἐπιθυμεῖν, ἣ τὰ καλὰ πάντα καὶ τὰ ἀγαθὰ κτᾶται καὶ σώζει, τί μᾶλλον ἡμῖν ἢ ὑμῖν προσήκει; κράτους τε, ὃ πάντα τὰ τῶν ἡττόνων τοῖς κρείττοσι δωρεῖται, τί εἰκὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἢ καὶ ὑμᾶς τούτου δεῖσθαι; τέλος εἶπεν, Ἀκηκόατε πάντα· ὁρᾶτε τὰ ὅπλα πάντα· ὁ μὲν χρῄζων, λαμβανέτω ταῦτα, καὶ ἀπογραφέσθω πρὸς τὸν ταξίαρχον εἰς τὴν ὁμοίαν τάξιν ἡμῖν· ὅτῳ δ᾽ ἀρκεῖ ἐν μισθοφόρου χώρᾳ εἶναι, καταμενέτω ἐν τοῖς ὑπηρετικοῖς ὅπλοις.

EADEM LATINE,

Henrico Steph. interprete.

IN eadem, Persæ, qua & nos, regione & nati estis & educati: & corpora nostris nihilo deteriora habetis: ideóque vt animos itidem nostris nihilo ignauiores habeatis consentaneum est. Quum autem huiusmodi sitis, in patria quidem eorundem nobiscũ studiorum participes non eratis: haud certè quòd ab iis vos repulissemus, sed quòd in parandis quæ ad vitam sunt necessaria, occupari necesse foret. At nunc vt quidem hæc vobis suppetant, à me opera dabitur, diis iuuantibus: potestis autem eiusdem generis armis in manus sumptis, etiãsi quid deteriores nobis sitis, eandem nobiscum belli fortunam tentare, paritérque eadem quæ & nos præmia, tanquam iis digni, consequi, siquid bonarum rerum inde obtigerit. Enimuero antea quidem sagittarii ac iaculatores, quemadmodum & nos, fuistis: quòd si minus, quàm nos, periti, minimè mirum id videri debet, quum in horum exercitatione curam adhibere vobis non vacaret, sicut nobis. At in hoc armaturæ genere, nihilo potiores vobis erimus. Nostrum enim vnicuiq; thorax erit pectori aptatus, & cratis in læua manu, quã gestare omnes solemus: in dextra gladius, aut securis: qua feriendi nobis erunt hostes, minimè verentibus ne ictus nostri aberrent. Quid igitur est in his quo alii aliis præstare possimus, præter audaciã, quam certè vos nõ minorẽ quàm nos exhibere decet? Cur enim nos maiore quàm vos victoriæ (quæ res omnes bonas ac præclaras & comparat & conseruat) maiore desiderio teneri deceat? Et cur victricib⁹ viribus quæ omnia quæ inferiorũ sũt, superiorib⁹ donãt, nobis opus esse magis quàm vobis, rationi consentaneum est? *Tandem verò dixit*, Audistis omnia: superest vt arma ipsa inspiciatis, & qui iis indiget, capiat: noménque professus apud ordinis præfectum, ordini nostro se adiungat. Cui autem satis est mercenarii locum obtinere, is in armis famularibus remaneat.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Aduentante hoste, confirmandos sibi suorum animos aduersus rerum difficultatem censuit Cyrus, & apud collegas illos, quos ab honoris societate ὁμοτίμους vocabant, hanc

orationem habuit, quæ omnis cohortationem habet ad virtutem, cui victoria proposita est, victoriæ verò amplissima præmia. Sed eam demũ esse viam ad certã victoriam, si pro se quisque enitatur, & pro virili parte dimicet, impositásque sibi partes minimè defugiat, aut languidè administret. Ad extremum, quia inter familiares hæc habebatur oratio, ponit quæstionem de studio virtutis, an æquè ad eam persequendam impellat laborum necessaria perpessio, vtilitatis causa consequendæ, & spes bonorum per inertiã potiundo rum, si ita contingat.

Ἄνδρες φίλοι, ὁ μὲν ἀγὼν ἡμῖν ἐγγύς· προσέρχονται γὰρ οἱ πολέμιοι. τὰ δ' ἆθλα, τῆς νίκης. ἢν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν, δῆλον ὅτι οἵ τε πολέμιοι ἂν ἡμέτεροι, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα· ἢν δὲ ἡμεῖς αὖ νικώμεθα, (τοῦτο γὰρ ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν δεῖ) καὶ οὕτω τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται. οὕτω δὴ (ἔφη) δεῖ ὑμᾶς γιγνώσκειν ὡς ὅταν μὲν ἄνθρωποι κοινωνοὶ πολέμου γενόμενοι, ἐν ἑαυτοῖς ἔχωσιν ἕκαστοι ὡς, εἰ μὴ αὐτός τις προθυμηθήσεται, οὐδὲν ἐσόμενον τῶν δεόντων, ταχὺ πολλά τε καὶ καλὰ διαπράττονται· (οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἀργεῖται τῶν πράττεσθαι δεομένων) ὁπόταν δὲ ἕκαστος διανοηθῇ ὡς ἄλλος ἔσται ὁ πράττων καὶ ὁ μαχόμενος, κἂν αὐτὸς μαλακίζηται, τούτοις (ἔφη) εὖ ἴστε ὅτι πᾶσιν ἅμα πάντα ἥξει τὰ χαλεπὰ φερόμενα. καὶ ὁ θεὸς οὕτω πως ἐποίησε, τοῖς μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς προστάττειν ἐκπονεῖν τἀγαθὰ, ἄλλους αὐτοῖς ἐπιτακτῆρας δίδωσι. νῦν οὖν (ἔφη) λεγέτω τις ἐνθάδε ἀναστὰς περὶ αὐτοῦ τούτου, ποτέρως ἂν τὴν ἀρετὴν οἴεται ἀσκεῖσθαι μᾶλλον παρ' ἡμῖν, εἰ μέλλοι ὁ πλεῖστα καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν ἐθέλων, πλείστης καὶ τιμῆς τεύξεσθαι, ἢ ἂν εἰδῶμεν ὅτι οὐδὲν διαφέρει κακὸν εἶναι· ὁμοίως γὰρ πάντες τῶν ἴσων τευξόμεθα.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amicissimi, certamen est nobis proximum: aduentant enim hostes. præmia autem, sunt victoriæ. Si quidem vicerimus, & hostes & eorum bona omnia nostra erunt: sin vincamur, (hoc enim semper dicẽdũ est) sic quoque omnia eorum qui victi fuerint bona, victoribus proposita sunt præmia. Hoc igitur pacto vobis est sentiendum, quando singuli eorum qui in eiusdem belli societatem venerint, hoc secum reputant, nihil futurum ex sententia sua nisi quisque pro se alacer ad pugnam fuerit, plurima quamprimum ac præclara perfici: (nihil enim pigrè agunt eorum quæ facienda sunt) sed vbi quisque cogitarit alium fore qui & agat & pugnet, quanuis remissius ipse egerit, his omnibus omnia simul mala subeunda veniunt. Ac deus ipse ita fecit quodammodo, qui hominibus qui nolunt sibi imperare laborem ad bonum consequendum, facit vt alii his imperent. Nunc igitur surgat hîc aliquis, qui de hac ipsa re verba faciat, vtrũnam modo putet virtutem magis exerceri posse: num si is qui plurimum & laborum & periculorum subire volet, plurimum quoque honoris consequuturus sit: an si videamus referre nihil, si ignauus quis fuerit. nos enim eodem modo æqualia consequuturos omnes.

ORATIO CHRYSANTAE.

ARGVMENTVM.

Inducit duos Xenophon, qui ad quæstionem illam à Cyro propositã respondeant, Chrysantam & Pheraulam. Dicit prior Chrysantas, & quemadmodum interpretetur Cyri quæstionem ostendit. Sic autem sibi videri dicit: Si omnes, qui possunt, egregiam operam nauent, eum qui propè imbellis sit, tamen ex aliorum victoria fructum aliquẽ posse percipere: sin officio desint, qui illud præstare debuerunt, eundem illum multo maximam incommodorum partem accipere.

Ἀλλ' οἶμαι μὲν, ὦ Κῦρε, οὐδὲ διανοούμενόν σε ὡς δεῖ ἴσον τοῖς κακοῖς τοῖς ἀγαθοῖς ἔχειν, ἐμβαλεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ἀλλ' ἀποπειρώμενον εἴ τις ἄρα ἔσται ἀνὴρ ὅστις ἐθελήσει ἐπιδεῖξαι ἑαυτὸν ὡς διανοεῖται μηδὲν καλὸν κἀγαθὸν ποιῶν, ἃ ἂν ἄλλοι τῇ ἀρετῇ καταπράξωσι, τούτων ἰσομοιρεῖν. ἐγὼ δὲ (ἔφη), εἰμὶ μὲν οὔτε ποσὶ ταχὺς, οὔτε χερσὶν ἰσχυρός· γιγνώσκω δὲ ὅτι ἐξ ὧν ἂν ἐγὼ τῷ ἐμῷ σώματι ποιήσω, οὐκ ἂν κριθείην οὔτε πρῶτος, οὔτε δεύτερος, οἴομαι δὲ οὐδὲ χιλιοστὸς, ἴσως δὲ οὐδὲ μυριοστός. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο σαφῶς ἐπίσταμαι, ὅτι εἰ μὲν οἱ δυνατοὶ ἐρρωμένως ἀντιλήψονται τῶν πραγμάτων, ἀγαθοῦ τινός μοι μετέσται μέρος ὅσον ἂν δίκαιον ᾖ· εἰ δ' οἱ μὲν κακοὶ μηδὲν ποιήσουσιν, οἱ δ' ἀγαθοὶ καὶ δυνατοὶ ἀθύμως ἕξουσι, δέδοικα (ἔφη) μὴ ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἢ τοῦ ἀγαθοῦ μεθέξω πλέον μέρος ἢ ἐγὼ βούλομαι.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

At ego arbitror, Cyre, te minimè hoc in animo habentem, parem debere portionẽ improbos atque probos habere, sermonẽ hunc iniecisse: sed tẽtare volentẽ an quis tandẽ vir sit futurus qui ostẽdere velit se hoc esse animo, vt nihil faciens

neque pulchrè neq; fortiter, eorũ æqualem portionẽ accipiat quæ alii virtute cõsequuti fuerint. At ego neque pedibus velox ſum, neque manibus validus: neque ignarus certè ſum, quòd ex rebus quas ego corpore meo fecero, non ſim iudicandus neque primus neque ſecundus, puto etiam neque milleſimus, & forſitan ne ex decẽ millibus quidem vnus. Verùm & illud certò ſcio, quòd ſi viri robuſti res fortiter capeſſent, alicuius boni tanta mihi pars erit quanta iure debita fuerit. Quòd ſi homines ignaui nihil geſſerint, fortes autem viri ac robuſti remiſſius ſe habuerint, vereor ne alius rei cuiuſquam magis quàm boni maiorem ſim partem habiturus quàm velim.

PHERAVLAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Excipit Chryſantæ orationem Pheraulas, & in eandem partem diſſerit pluribus. Suos plebeios, quos occultè contempſiſſe videbatur Chryſantas, laudat: & ad æmulationem virtutis accendit. Oſtendit eaſdem eſſe omnibus cauſas fortitudinis & alacritatis: præmia eſſe communia: qui ea decernat & tribuat, vnum eſſe, & eum quidem bene erga omnes affectum. Peritiam verò fuiſſe principibus illis diſciplina traditam: ſe autem & gregales omnes ſuos, qui erant obſcuriores homines, partim à natura magiſtra accepiſſe, partim neceſſitate duce excoluiſſe: quem locum perſequitur vberius. Deniq; ſuos commilitones incitat ad ſpecimen ſuæ virtutis edendum, vt prouocent lautiores illos nobiliores, qui ὁμότιμοι dicebantur, ad pugnam, ſi eam Cyrus velit decernere.

Ἐγώ, ὦ Κῦρε, καὶ πάντες οἱ παρόντες Πέρσαι, ἡγοῦμαι μὲν ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἴσου νῦν ὁρμᾶσθαι πάντας εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς. ὁρῶ γὰρ ὁμοίᾳ μὲν τροφῇ πάντας ἡμᾶς τὸ σῶμα ἀσκοῦντας, ὁμοίως δὲ συνουσίας πάντας ἀξιουμένους, τὰ δὲ αὐτὰ καλὰ πᾶσιν ἡμῖν προκείμενα. τό, τε γὰρ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι ἐν κοινῷ κεῖται, καὶ ὃς ἂν φανῇ τοῦτο ἀπροφασίστως ποιῶν, τοῦτον ὁρῶ παρὰ Κύρου τιμῆς τυγχάνοντα· τό, τ' αὖ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄλκιμον εἶναι, οὐ τῷ μὲν προσῆκον, τῷ δ' οὔ, ἀλλὰ πᾶσι καὶ τοῦτο προκέκριται κάλλιστον εἶναι. νῦν δέ (φημί) ἡμῖν καὶ δέδεικται μάχη, ἣν ἐγὼ ὁρῶ πάντας ἀνθρώπους φύσει ἐπισταμένους, ὥσπερ γε καὶ τἆλλα ζῶα ἐπίσταται τινὰ μάχην ἕκαστα, οὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλου μαθόντα ἢ παρὰ τῆς φύσεως· οἷον ὁ βοῦς κέρατι παίειν, ὁ ἵππος ὁπλῇ, ὁ κύων στόματι, ὁ κάπρος ὀδόντι· καὶ φυλάττεσθαι δέ (ἔφη) ἐπίστανται ταῦτα πάντα ἀφ' ὧν μάλιστα δεῖ, καὶ ταῦτα εἰς οὐδενὸς διδασκάλου πώποτε φοιτήσαντα. καὶ ἐγὼ ἐκ παιδίου εὐθὺς μὲν προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτου ὅτῳ ὤμην πληγήσεσθαι, καὶ εἰ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προέχων ἐνεπόδιζον ὅ, τι ἠδυνάμην τὸν παίοντα. καὶ τοῦτο ἐποίουν οὐ διδασκόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παιόμενος εἰ προβαλλοίμην. μάχαιράν γε μὴν εὐθὺς παιδίον ὢν ἥρπαζον ὅπου ἴδοιμι, οὐδὲ παρ' ἑνὸς οὐδὲ τοῦτο μαθὼν ὅπως δέοι λαμβάνειν ἄλλου ἢ παρὰ τῆς φύσεως, ὡς ἐγώ φημι. ἐποίουν γοῦν καὶ τοῦτο κωλυόμενος, οὐ διδασκόμενος· ὥσπερ καὶ ἄλλα ἔστιν ἃ εἰργόμενος καὶ ὑπὸ πατρὸς καὶ ὑπὸ μητρός, ὑπὸ τῆς φύσεως πράττειν ἠναγκαζόμην, καὶ ναὶ μὰ Δία ἔπαιον γε τῇ μαχαίρᾳ πᾶν ὅ, τι δυναίμην λανθάνειν. οὐ γὰρ μόνον φύσει ἦν, ὥσπερ τὸ βαδίζειν καὶ τρέχειν, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ πρὸς τῷ πεφυκέναι τοῦτο ποιεῖν ἐδόκει μοι εἶναι. ἐπεὶ οὖν (ἔφη) αὕτη ἡ μάχη καταλείπεται, ἐν ᾗ προθυμίας μᾶλλον ἢ τέχνης ἔργον ἐστί, πῶς ἡμῖν οὐχ ἡδέως πρὸς τοὺς ὁμοτίμους ἀγωνιστέον; ὅπου γε τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται, παραβαλλόμενοι δὲ οὐκ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἴσμεν, ἀλλ' οὗτοι μὲν ἔντιμον βίον, ὅσπερ βίων ἥδιστος, ὃς μόνος· ἡμεῖς δὲ ἐπίπονον μέν, ἄτιμον δέ, ὅσπερ, οἶμαι, χαλεπώτατος. μάλιστα, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με εὐθύμως εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς τούσδε παρορμᾷ, ὅτι Κῦρός ἐσται ὁ κρίνων, ὃς οὐ φθόνῳ κρίνει, ἀλλὰ (σὺν θεῶν ὅρκῳ λέγω) ἦ μὴν ἐμοὶ δοκεῖ Κῦρος, οὕστινας ἂν ὁρᾷ ἀγαθούς, φιλεῖν οὐδὲν ἧττον ἑαυτοῦ. τούτοις γοῦν ὁρῶ αὐτὸν ὅ, τι ἂν ἔχοι ἥδιον διδόντα μᾶλλον ἢ αὐτὸν ἔχοντα. καίτοι (ἔφη) οἶδα ὅτι οὗτοι μέγα φρονοῦσιν ὅτι πεπαίδευνται δὴ καὶ πρὸς λιμὸν καὶ πρὸς δίψος καὶ πρὸς ῥῖγος καρτερεῖν, κακῶς εἰδότες ὅτι καὶ ταῦτα ἡμεῖς ὑπὸ κρείττονος διδασκάλου πεπαιδεύμεθα ἢ οὗτοι. οὐ γάρ ἐστι διδάσκαλος τούτων οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης, ἣ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβοῦν ταῦτα ἐδίδαξε. καὶ πονεῖν μὲν οὗτοι δὴ τὰ ὅπλα φέροντες ἐμελέτων, ἅ ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις εὑρημένα ὡς ἂν εὐφορώτατα εἴη· ἡμεῖς δέ γε (ἔφη) ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἠναγκαζόμεθα. ὥστε νῦν ἐμοὶ δοκεῖ τὰ τῶν ὅπλων φορήματα πτεροῖς μᾶλλον ἐοικέναι ἢ φορτίοις. ὡς οὖν ἐμοῦ γε καὶ ἀγωνιουμένου, καί, ὁποῖός τις ἂν ὦ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι ἀξιώσοντος, οὕτως (ἔφη) ὦ Κῦρε, γίγνωσκε. καὶ ὑμῖν δέ, ὦ ἄνδρες δημόται, παραινῶ ὁρμᾶσθαι εἰς ἔριν ταύτης τῆς μάχης πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους τούσδε. νῦν γὰρ (ἔφη) ἄνδρες εἰλημμένοι εἰσὶν ἐν δημοτικῇ ἀγωνίᾳ.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

EQuidem Cyre, & vos Perſæ quotquot adeſtis, ipſe nos omnes arbitror æqualiter nunc animatos eſſe ad virtutis certamen. Video enim nos omnes ſimili alimento exercere corpora, & ſimili dignos congreſſu omnes iudicari, eadémque etiam nobis omnibus honeſta proponi. Nã parere præfectis, omnibus cõmuniter propoſitum eſt: & quicunq; hoc libenter fecerit, hunc video à Cyro honorari. Ac præſtare ſe fortem

omnibus in rebus aduersus hostes, nō aliam decet, alium verò dedecet: sed hoc omnes decere maximè, antea iudicatum est. Nunc pugna quoque demōstratur nobis, ad quā video homines omnes à natura doctos: quemadmodum alia item animalia norunt singula pugnam quandam, quam neque ab alio quopiam didicêre quàm ab ipsa natura: veluti bos cornu percutere, equus vngula, canis ore, aper dente. Quæ quidem animalia omnia cauere etiam sciunt à quibus maximè est cauendum, & hæc quidem sine vllius prorsus doctoris præceptione. Atque ipse ego statim à puero sciebam aliquid opponere ei quo me percussum iri putabam: quòd si aliud nihil habebam, vtranque manum protendens, impediebam quantum poteram percutientem. Et hoc faciebam nō edoctus: quin propter hoc ipsum percutiebar, si quid *ictibus* opponerem. Gladium equidem continuò puellus adhuc rapiebam vbi viderem, quum neque à quoquam alio id didicissem vt capiundus est gladius, quàm à natura, vt dico. Faciebam igitur hoc item, quum tamen facere prohiberer, non docerer. quemadmodum sunt etiam alia, quæ, vetantibus & patre & matre, agere cogebar à natura. Ac percutiebam mediusfidius gladio quodcunque poteram clam percutere. Non enim erat solùm à natura, quemadmodū incedere & currere, sed hoc facere: præterquā quòd à natura ingenitum erat, iucūdum etiam mihi videbatur. Verùm posteaquam hæc nobis pugna relicta est, in qua alacritatis magis quàm artis est opus, quî nobis nō iucundè certandum est aduersus hosce homotimos, vbi virtutis præmia proposita sunt paria? Quòd si conferimur, non paria nobis pro periculo proposita esse scimus: sed hi quidē habituri sunt vitam honorificam, nos verò vitam laboriosam quidem, sed inhonoratam: quæ mea sententia est molestissima. Maximè autem ô viri, hoc me ad obeundum bono animo certamen aduersus hosce incitat, quòd Cyrus iudicabit, qui non inuidè iudicat: sed videtur religioso iureiurando planum facere, si quos viros probos viderit, nihilo quàm seipsum minus eos amare. Hisce enim ipsum video iucūdius dare quicquid habeat, quàm sibi retinere. Quāquam ego istos animis elatis esse noui, quòd sint iam instituti & ad famem & ad sitim & ad frigus tolerandum: nescientes hi quidem hæc nos quoque didicisse à meliore magistro quàm ipsos. Nemo enim est horum præstantior doctor quàm necessitas, quæ hæc nos docuit diligentissimè. Hi laborem in ferendis armis exercebant; quæ omnes homines excogitarunt talia quæ facillimè gestari possent: nos autem in magnis oneribus & incedere & currere coacti sumus. adeo vt mihi videatur armorum gestamentum alis, potius quàm oneri, esse simile. Quamobrem Cyre me & certaturum, & qualiscunque fuero, digna meritis præmia postulaturum scito. Et vos ego moneo, viri plebeii, vt contendatis in hac pugna cum hisce viris pugnandi eruditis. nunc enim viri in plebeio certamine sumpti sunt.

Ex libro tertio.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Acceperat in suam fidem Armenios Cyrus, quibus imminebant perpetuóque infesti erant Chaldæi. Statuit igitur eos ab ea calamitate vendicare. Erant autem editi & syluestres montes, quos insederat Chaldæi, & crebris inde excursionibus ac populationibus subiectum Armeniæ agrum deuastabant. Eos vt inde deiiceret, suos instruxit, prius monitos hac oratione quid vellet. Cuius hæc summa est, vt doceat quàm vtilitatem sit allatura locorum opportunitas, si hostium præsidia expugnent, & ostendat breuissimā ad illa potiunda rationem in sola celeritare consistere: occasionis rem esse potius quàm prælii.

Ἄνδρες φίλοι, ἔστι μὲν τὰ ὄρη ταῦτα, ἃ ὁρῶμεν, Χαλδαίων· εἰ δὲ ταῦτα καταλάβοιμεν, καὶ ἐπ' ἄκρου γένοιτο τὸ ἡμέτερον φρούριον, σωφρονεῖν ἀνάγκη ἂν εἴη πρὸς ἡμᾶς ἀμφοτέροις, τοῖς τε Ἀρμενίοις καὶ τοῖς Χαλδαίοις. τὰ μὲν οὖν ἱερὰ καλὰ ἡμῖν· ἀνθρωπίνη δὲ προθυμία εἰς τὸ πραχθῆναι ταῦτα οὐδὲν οὕτω μέγα σύμμαχον ἂν γένοιτο ὡς τάχος. ἢν γὰρ φθάσωμεν πρὶν τοὺς πολεμίους συλλεγῆναι ἀναβάντες, ἢ παντάπασιν ἀμαχεὶ λάβοιμεν ἂν τὸ ἄκρον, ἢ ὀλίγοις τε καὶ ἀσθενέσι χρησαίμεθα ἂν πολεμίοις. τῶν οὖν πόνων οὐδεὶς ῥᾴων οὐδὲ ἀκινδυνότερος (ἔφη) ἢ τὸ νῦν καρτερῆσαι σπεύδοντας. ἴτε οὖν ἐπὶ τὰ ὅπλα. καὶ ὑμεῖς μὲν, ὦ Μῆδοι, ἐξ ἀριστερᾶς ἡμῶν πορεύεσθε· ὑμεῖς δὲ, ὦ Ἀρμένιοι, οἱ μὲν ἡμίσεις ἐν δεξιᾷ, οἱ δὲ ἡμίσεις ἔμπροσθεν ἡμῶν ἡγεῖσθε. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἱππεῖς, ὄπισθεν ἕπεσθε, διακελευόμενοι καὶ ὠθοῦντες ἄνω ἡμᾶς· ἢν δέ τις μαλακύνηται, μὴ ἐπιτρέπετε.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amicissimi, montes hi quos videmus, sunt Chaldæorum: hos si occupauerimus, & in vertice fuerit nostrum præsidium, necesse sit vt vtrique & Armenii & Chaldæi modestè erga nos se gerant. Et sacrificia quidem nobis benè habent: humanæ verò alacritati ad hæc agenda nihil ita nobis magno erit adiumento vt celeritas. Nam si ascenderimus priusquam hostes congregentur, aut sine pugna omnino capere possimus verticem, aut cum paucis & imbecillis hostibus res nobis fuerit. Laborum autem nullus est neque facilior neque tutior, quàm vt nunc constanter acceleremus. Ite igitur ad arma. & vos quidem Medi pergite nobis ad læuam: vos autem Armenii in duas partes diuisi, pars ad dexteram nobis sitis, pars ante nos præeatis: at vos equites post nos sequimini, hortantes & vrgentes nos sursum. Quòd siquis molliorem se præstiterit, ei aduersamini.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Magnam vim pecuniæ acceptam ab Armeniorum rege effuderat in donatiua Cyrus. Ea munificentia quum mirificè exhilaratos milites videret, hortatus est hac conciuncula omnes, vt magis ac magis in studium virtutis incumberent. Ita enim sibi nec quod largiretur, nec qui ea liberalitate digni essent, vnquam defuturos.

Ἄνδρες φίλοι, δοκεῖ ἡμῖν εὐφροσύνη τις νῦν παρεῖναι, καὶ ὅτι εὐπορία τις προσγεγένηται, καὶ ὅτι ἔχομεν ἀφ' ὧν τιμᾶν ἕξομεν οἷς ἂν βουλώμεθα, καὶ τιμᾶσθαι ὡς ἂν ἕκαστος ἄξιος ᾖ. πάντως δὴ ἀναμιμνῃσκώμεθα τὰ ποῖα ἄττα ἔργα τούτων τῶν ἀγαθῶν ἐστιν αἴτια. σκοπούμενοι γὰρ εὑρήσετε τό τε ἀγρυπνῆσαι ὅπου ἔδει, καὶ τὸ πονῆσαι, καὶ τὸ σπεῦσαι, καὶ τὸ μὴ εἶξαι τοῖς πολεμίοις. οὕτως οὖν χρὴ καὶ τὸ λοιπὸν ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι, γιγνώσκοντας ὅτι τὰς μεγάλας ἡδονὰς καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ μεγάλα ἡ πειθὼ καὶ ἡ καρτερία καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι καὶ κίνδυνοι παρέχονται.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amicissimi, videtur nobis quædam nunc adesse lætitia, & quòd opulentia quædam est addita, & quòd ea habemus quibus honorare poterimus quos velimus, & honorari quoque pro dignitate cuiusque. Omnino autem reminiscamur, quæ qualiáque opera horum fuere bonorum causa. Nam si vobiscum velitis animo volutare, inuenietis & vigilasse vbi oportebat, & laborasse accelerasséque, & hostibus non cessisse, fuisse in causa. Sic igitur est opus, præstetis vosmetipsos in posterum viros fortes: illud sanè intelligentes, magnas voluptates, maximáque bona præberi ab obedientia, perseuerantia, tempestiuísque & laboribus & periculis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Quum bellum magis duceret quàm gereret hostis, aduersus quem suscepta erat pro Cyaxaris defensione expeditio, pertæsus tantæ cunctationis Cyrus, vltrò Cyaxarem appellat, consiliúmque illi suum aperit hac oratione. Placere sibi dicit ex Media mouere, & ad hostem vltrò tendere. Profectionis illius multa commoda ostēdit. Pertinere enim & ad commeatuum facultatem, & ad Mediæ trāquillitatem, ad terrorem hostilem, & ad militis sui fiduciam, quum qui bellum propulsabat, nunc inferet.

Οἶδα μέν, ὦ Κυαξάρη, ὅτι ἃ μέλλω λέγειν, σοὶ πάλαι δοκεῖ οὐδὲν ἧττον ἢ ἡμῖν· ἀλλ' ἴσως αἰσχύνῃ λέγειν ταῦτα, μὴ δοκῇς, ἀχθόμενος ὅτι τρέφεις ἡμᾶς, ἐξόδου μεμνῆσθαι. ἐπεὶ οὖν σὺ σιωπᾷς, ἐγὼ λέξω ὑπὲρ σοῦ τε ὑπὲρ ἡμῶν. ἡμῖν γὰρ δοκεῖ πᾶσιν, ἐπείπερ παρεσκευάσμεθα, μὴ ἐπειδὰν ἐμβάλλωσιν οἱ πολέμιοι εἰς τὴν σὴν χώραν, τότε μάχεσθαι, μηδ' ἐν τῇ φιλίᾳ καθημένους ἡμᾶς ὑπομένειν, ἀλλ' ἰέναι ὡς τάχιστα εἰς τὴν πολεμίαν. νῦν μὲν γὰρ ἐν τῇ σῇ χώρᾳ ὄντες, πολλὰ τῶν σῶν σινόμεθα ἄκοντες· ἢν δ' εἰς τὴν πολεμίαν ἴωμεν, τὰ ἐκείνων κακῶς ποιήσομεν ἡδόμενοι.

ἔπειτα νῦν μὲν σὺ ἡμᾶς τρέφεις, πολλὰ δαπανῶν· ἢν δ᾽ ἐκστρατευώμεθα, θρεψόμεθα ἐκ τῆς πολεμίας. ἔτι δὲ εἰ μὲν μείζων τις ἡμῖν κίνδυνος ἔμελλεν εἶναι ἐκεῖ ἢ ἐνθάδε, ἴσως τὸ ἀσφαλέστατον ἦν ἂν αἱρετέον· νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, ἐάν τε ἐνθάδε ἐπιόντες αὐτοῖς μαχώμεθα, ἐάν τε εἰς ἐκείνην ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς. ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἤν τε ἐνθάδε ἐρχομένοις αὐτοῖς δεχώμεθα, ἤν τε ἐπ᾽ ἐκείνους ἰόντες τὴν μάχην συνάπτωμεν. πολὺ μέντοι ἡμεῖς βελτίοσι καὶ ἐρρωμενεστέραις ταῖς ψυχαῖς τῶν στρατιωτῶν χρησόμεθα, ἢν ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς, καὶ μὴ ἄκοντες δοκῶμεν ὁρᾶν τοὺς πολεμίους. πολὺ δὲ κἀκεῖνοι μᾶλλον ἡμᾶς φοβήσονται, ὅταν ἀκούσωσιν ὅτι οὐχ ὡς φοβούμενοι πτήσσομεν αὐτοὺς οἴκοι καθήμενοι, ἀλλ᾽ ἐπεὶ αἰσθανόμεθα προσιόντας, ἀπαντῶμέν τε αὐτοῖς ἵν᾽ ὡς τάχιστα συμμίξωμεν, καὶ οὐκ ἀναμένομεν ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται, ἀλλὰ φθάνοντες ἤδη δῃοῦμεν τὴν ἐκείνων γῆν. καίτοι (ἔφη) εἴ τι ἐκείνους μὲν φοβερωτέρους ποιήσομεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς θαρραλεωτέρους, πολὺ τοῦτο ὑμῖν ἐγὼ πλεονέκτημα νομίζω, καὶ τὸν κίνδυνον οὕτως ἡμῖν μὲν ἐλάττω λογίζομαι, τοῖς δὲ πολεμίοις μείζω πολὺ ἂν μᾶλλον. καὶ ὁ πατὴρ ἀεὶ λέγει, καὶ σὺ φῄς, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς Αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

NON equidem nescius sum, Cyaxares, quæ à me dicenda sunt, ea tibi iandiu nihilo minus visa esse quàm nobis: sed pudet te fortassis ea dicere, ne videaris idcirco de educendo exercitu facere mentionem, quoniam molestè feras nos alere. Quare posteaquam ipse taces, loquar ego & tua & nostra causa. Nobis enim videtur omnibus, quandoquidem parati sumus, non tum demum pugnandum esse quum hostes in agrum tuum impetum fecerint, neque in amica regione sedentibus hostes esse expectandos: sed in illorum potius regionem primo quoque tempore esse irruendum. Nunc enim quum in tua sumus regione, magnum rebus tuis vel inuiti detrimentum inferimus. quòd si in hostilem eamus terram, res eorum quamlibentissimè damnis afficiemus. Præterea abs te ipsi nunc alimur, magna tua cum impensa: at si aduersus hostes eduxerimus exercitum, ex illorum agro alimenta capiemus. Insuper si maius nobis illic quàm hîc periculum impenderet, fortassis id esset expetendum quod securius foret: sed nũc pares illi futuri sunt, siue hîc expectemus, seu in illorum regionem iis obuii eamus: & nos item pares sumus pugnaturi, siue eamus pugnatum aduersus illos, seu hîc illos adorientes excipiamus. Sed multò profectò præstantioribus robustioribúsque vtemur militum animis, si eamus aduersus inimicos, neque inuiti hostes aspicere videamur. Longè etiam illi magis nos metuent, vbi audierint nos nequaquam sui tanquam terrore exanimatos domi sedere: sed posteaquam eos sentimus aduenientes, & ipsis occurrere quamcelerrimè manum conserturos, & minimè expectare donec nostra regio detrimentum patiatur, sed anteuertentes potius vastare iam illorum solum. Ac si quidē maiorem illis metum iniecerimus, & nosipsos alacriores fecerimus ad audendum, hoc ego nobis maximo lucro cessurum puto: & hoc item modo periculi nobis minus, hostibus verò plus fore censeo. Nam (vt & meus pater dicere semper solet, & tu dixisti, & alii omnes consentiunt) PRAELIA animis longè magis quàm viribus corporum iudicantur.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Cyrus mox prælium commissurus, suos ad pugnam prius animare vult. Idcirco principes eorum τοῖς ὁμοτίμοις conuocat, & in eorum corona ita concionatur. Sed quia eorũ partim erant veterani, à primo militiam sequuti, partim tyrones nuper allecti, priores illos quum iussisset conuenire, ita officii commonefacit, vt in iis diligētiam & fidelem traditæ disciplinæ memoriam laudet: ideóque longiore monitione supersedeat, tantùm mandet, vt recentiores illos & ea re rudiores instituant, iis omnis officii magistri sint, & exemplo virtutis præeant. Ita neque sibi, neque aliis defuturos.

ΑΝδρες, οἱ μὲν θεοί, ὡς οἵ τε μάντεις φασὶ καὶ ἐμοὶ συνδοκεῖ, μάχην τ᾽ ἔσεσθαι προαγγέλλουσι, καὶ νίκην διδόασι, καὶ σωτηρίαν προϋπισχνοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς. ἐγὼ δὲ ὑμῖν μὲν παραινῶν ὁποίους τινὰς χρὴ εἶναι ἐν τῷ τοιῷδε, αἰσχυνοίμην ἄν. οἶδα γὰρ ὑμᾶς ταῦτα ἐπισταμένους, καὶ ταῦτα μεμελετηκότας τε καὶ ἀκηκοότας καὶ ἀκούοντας διὰ τέλους ἅπερ ἐγώ, ὥστε καὶ ἄλλους εἰκότως ἂν διδάσκοιτε τάδε. εἰ δὲ μὴ τυγχάνετε κατανενοηκότες, ἀκούσατε. οὓς γὰρ νεωστὶ συμμάχους τε ἔχομεν καὶ πειρώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίους ποιεῖν, τούτους δεῖ ὑμᾶς ὑπομιμνή-

σκεῖτε ἐφ' οἷς τε ἐτρεφόμεθα ὑπὸ Κυαξάρου, ἅ τε ἠσκοῦμεν, ἐφ' ἅ τε αὐτοὺς παρακεκλήκαμεν, ὥστε ἄσμενοι ἀνταγωνισταὶ ἡμῖν ἔφασαν ἔσεσθαι· καὶ τοῦτο δὲ αὐτοὺς ὑπομιμνήσκετε, ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα δείξει ὧν ἄξιος ἕκαστός ἐστιν. ὧν γὰρ ἂν ἄνθρωποι ὀψιμαθεῖς γένωνται, οὐδὲν θαυμαστὸν εἴ τινες αὐτῶν καὶ τοῦ ὑπομνήσοντος δέονται· ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ ἐξ ὑποβολῆς δύναιντο ἄνδρες ἀγαθοὶ εἶναι. καὶ ταῦτα μέντοι πράττοντες, ἅμα καὶ ὑμῶν αὐτῶν πεῖραν λήψεσθε. ὁ μὲν γὰρ δυνάμενος ἐν τῷ τοιῷδε καὶ ἄλλους βελτίους ποιεῖν, εἰκότως ἂν ἤδη καὶ ἑαυτῷ συνειδείη τελείως ἀγαθὸς ἀνὴρ ὤν· ὁ δὲ τὴν τούτων ὑπόμνησιν αὐτὸς μόνος ἔχων, καὶ τοῦτο ἀγαπῶν, εἰκότως ἂν ἡμιτελῆ αὑτὸν νομίζοι. τούτου δ' ἕνεκεν οὐκ ἐγὼ (ἔφη) αὐτοῖς λέγω, ἀλλὰ ὑμᾶς κελεύω λέγειν, ἵνα καὶ ἀρέσκειν ὑμῖν πειρῶνται. ὑμεῖς γὰρ καὶ πλησιάζετε αὐτοῖς, ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ μέρει. εὖ δ' ἐπίστασθε (ἔφη) ἕως ἂν θαρροῦντας τούτοις ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπιδεικνύητε, καὶ τούτους καὶ ἄλλους πολλοὺς οὐ λόγῳ ἀλλ' ἔργῳ θαρρεῖν διδάξετε.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amici, dii immortales, quemadmodum & augures dicunt, & mihi etiam videtur, tum pugnam fore pronuntiant, tum dant victoriam, & salutem in sacrificiis pollicetur. Quales autem vos esse oporteat, pudeat me sanè admonere. Noui enim æquè vobis hæc esse cognita ac mihi, & eadem vos exercuisséque & audisse, audiréque assiduè, quæ etiam ego. vnde & alios meritò hæc docere possitis. Sed hæc nunc si minus considerastis, auditote. Quos enim & nouissimè habemus socios, & enitimur facere nobis similes, hi nobis admonendi sunt, & quorum gratia à Cyaxare alebamur, & quæ ipsi exercebamus, & ad quas res eos inuitauimus: quapropter dixere se nobis adiutores fore. Et huius rei admonitos eos reddite, quòd hic dies demonstraturus est quæ quisque mereatur. Nam quas res homines serò discunt, non est mirandum si qui ipsorum admonitoris quoque indigent: verùm satis fuerit si vel ex admonitione se fortiter gerant. Quæ quidem agentes de vobis quoque vnà periculum facietis. nam qui potest in huiusmodi re facere alios fortiores, sibi iam meritò conscius sit absolutæ suæ fortitudinis: qui autem horum admonitionem habet sibi duntaxat, ésque hac contentus, se iure semiperfectum existimet. Ideo autem haud ego iis dico, sed iubeo vos dicatis, vt etiam vobis placere studeant. Vos enim iis estis proximi, quisque suæ parti. Neque vos lateat, donec istis vestram fiduciam ostēderitis, & his & aliis multis non verbo sed opere doctores fiduciæ futuri estis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Dimissis primis illis Cyrus orationem ad alios *ὁμοτίμους* conuertit, qui & stipendiis recentiores erant, & gradu inferiores. Eius orationis summa in causis & partibus officii versatur. Causas ostendit duas: locum, quem tuendum susceperint, in quo turpe sit quippiā per ignauiam peccasse: & victoriam, quæ illis præcipuo nomine est expetēda. Partes item duas, vt & bene præesse, & bene imperare quibus debent, sciant.

Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ τῶν ὁμοτίμων γεγόνατε, καὶ ἐπιλελεγμένοι ἐστέ, οἳ δοκεῖτε τὰ μὲν ἄλλα τοῖς κρατίστοις ὅμοιοι εἶναι, τῇ δ' ἡλικίᾳ καὶ φρονιμώτεροι. καὶ τοίνυν χώραν ἔχετε οὐδὲν ἧττον ἔντιμον τῶν πρωτοστατῶν. ὑμεῖς γὰρ ὄπισθεν ὄντες, τούς τ' ἀγαθοὺς ἂν ἐφορῶντες καὶ ἐπικελεύοντες αὐτοῖς, ἔτι κρείττους ποιεῖτε· εἴ τέ τις μαλακίζοιτο, καὶ τοῦτον ὁρῶντες οὐκ ἂν ἐπιτρέποιτε αὐτῷ. συμφέρει δ' ὑμῖν, εἴπερ τῳ καὶ ἄλλῳ, τὸ νικᾶν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ βάρος τῆς στολῆς. ἂν δ' ἄρα ὑμᾶς καὶ οἱ ἔμπροσθεν ἀνακαλοῦντες ἕπεσθαι παρεγγυῶσιν, ὑπακούετε αὐτοῖς. καὶ ὅπως μηδ' ἐν τούτῳ αὐτῶν ἡττηθήσεσθε, ἀντιπαρακελευόμενοι αὐτοῖς, θᾶττον ἡγεῖσθε ἐπὶ τοὺς πολεμίους. καὶ ἀπιόντες (ἔφη) ἀριστήσαντες ὦ ὑμεῖς, ἥκετε σὺν τοῖς ἄλλοις ἐστεφανωμένοι ἐς τὰς τάξεις.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri Persæ, vos facti estis & homotimi, & electi, qui videmini aliis quidem in rebus viris fortissimis esse similes, ætate verò etiam prudentiores: atque adeo habetis locum nihilo minus honestum quàm præfecti. Vos enim quum in postremo estis agmine, viros fortes obseruantes ipsósque adhortantes, reddere possitis etiam fortiores: quòd si quis molliorem se præstiterit, hunc quoque videntes, nequaquam ei per-

mittatis. Conducit autem vobis victoria quãtum alteri cuiquam, tum propter ætatem, tum propter grauitatem stolæ. Quare si vos etiam qui anteriores sunt, acciuerint, sequique hortentur, ipsis obedite: & quò ne hac quidem in re sitis illis inferiores, ipsos adhortamini vt ocyus progrediãtur aduersus hostes. Atque abite (inquit) quúmq; & ipsi pransi fueritis, vnà cum aliis coronati ad ordines accedite.

ORATIO REGIS ASSYRIORVM.

ARGVMENTVM.

Assyrius, qui antea Medis bellum inferebat, pòst ab iis quos oppugnabat, illatum defendere est coactus: & quum vrgeretur, nec detrectandi certaminis rationem videret vllam, aciem instruere, & suis addere animos cœpit. Illius est hæc cōciuncula: in qua summa arte Xenophon seruat decorum, & personæ seruit. Nam hic rex non decus, nō gloriam, non laudem, sed vt agrestibus & incultis hominibus detrimenta tantùm & periculi magnitudinem proponit. Summa est, agi omnia in hoc prælio, quæ habeant charissima, quibus incolumitatem præstare, nisi fortiter dimicando, non possint.

Ἄνδρες Ἀσσύριοι, νῦν δεῖ ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. νῦν γὰρ περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ γῆς ἐν ᾗ ἔφυτε, καὶ περὶ οἴκων ἐν οἷς ἐτράφητε, καὶ περὶ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων, καὶ περὶ πάντων ὧν κέκτησθε ἀγαθῶν. νικήσαντες μὲν γὰρ ἁπάντων τούτων ὑμεῖς, ὥσπερ πρόσθεν, κύριοι ἔσεσθε· εἰ δ' ἡττηθήσεσθε, εὖ ἴστε ὅτι παραδώσετε ταῦτα πάντα τοῖς πολεμίοις. οἵ τε οὖν νίκης ἐρῶντες, μένοντες μάχεσθε. μωρὸν γὰρ, τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος φεύγειν ἐπιχειροίη, εἰδὼς ὅτι οἱ μὲν νικῶντες σώζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνήσκουσι μᾶλλον τῶν μενόντων. μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις χρημάτων ἐπιθυμῶν, ἧτταν προσίεται. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι οἱ μὲν νικῶντες τά τε ἑαυτῶν σώζουσι, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ἡττωμένων προσλαμβάνουσιν, οἱ δ' ἡττώμενοι ἅμα ἑαυτούς τε καὶ τὰ ἑαυτῶν πάντα ἀποβάλλουσι;

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri Assyrii, nunc opus est viros fortissimos vos præstetis. per hoc enim temporis de vita vobis propositum est certamen, de solo vbi orti estis, de ædibus in quibus estis & alti & educati, de vxoribus, de liberis, ac de bonis omnibus vestris. Nam si quidem viceritis, estis harum omnium rerum domini futuri, vt antea; sin victi fueritis, hæc omnia tradetis hostibus. quare si victoriã amatis, manete ac pugnate. STVLTVM est enim qui potiri volunt victoria, hos terga, & eas corporis partes quæ & oculis & armis carent & manibus, per fugam aduersariis opponere. Sultus etiam est, si quis vitæ appetens se fugæ commiserit, quum non sit ignarus victoria parari salutẽ, at mortem fugientes magis quàm manentes occumbere. Atque ille quoque stultus est, qui pecuniarum cupidus vinci æquo animo patiatur. Quis enim ignorat, victores & suas sibi res saluas facere, & succumbentium bona etiam capere? victos autem & seipsos vnà & sua omnia amittere?

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Hæc quidem disputatio potius est, quàm oratio: quippe subiecta est ei thesis, nō hypothesis: sed tamen quia profecta est ab hypothesi, quod ex argumento patet, & quia in magna militum frequentia est habita, non incommodè in orationum numero reponetur. Eius hoc est argumentum. Producti quidam perfugæ dicebant educi ab Assyrio copias, & monendo hortandóque militum animos acui. Dedit ea res sermonem Cyro & Chrysantæ, qui vltrò ac citrò quæsiuerunt, possétne ignauis hominibus vna aut altera concione ignauia eripi. Dubitat Chrysantas. Cyrus negat, cuius hîc est exposita disputatio. Eius argumenta ducuntur à contentione fortitudinis & ignauiæ: à causis, effectis, officio fortitudinis: breui oratione non posse ingenerari grauissimam virtutem in imbutis cōtrario vitio animis. Docet quàm laboriosa sit præceptio illius virtutis, si ex tēpore discenda sit, quum inserendæ sint nouæ opiniones, & animus à perniciosis reflectendus, quibus irretitus abhorret ab ea virtute.

Ἦ καὶ δύναιτ' ἂν, εἷς λόγος ῥηθεὶς αὐθημερὸν αἰδοῦς μὲν ἐμπλῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουσάντων, ἢ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κωλῦσαι, προτρέψαι δὲ ὡς χρὴ, ἐπαίνου μὲν ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον

ὑποδύεσθαι, λαβεῖν δ' ἐν ταῖς γνώμαις βεβαίως τοῦτο, ὡς αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνήσκειν μᾶλλον ἢ φεύγοντας σώζεσθαι; ἆρ' οὖν, εἰ μέλλουσι τοιαῦται διάνοιαι ἐγγραφήσεσθαι ἀνθρώποις καὶ ἔμμονοι ἔσεσθαι, πρῶτον μὲν νόμους ὑπάρξαι δεῖ τοιούτους, δι' ὧν τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἔντιμος καὶ ἐλευθέριος ὁ βίος παρασκευασθήσεται, τοῖς δὲ κακοῖς ταπεινός τε καὶ ἀλγεινὸς καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπανακείσεται; ἔπειτα διδασκάλους, οἶμαι, δεῖ καὶ ἄρχοντας ἐπὶ τούτοις γενέσθαι, οἵτινες δείξουσί τε ὀρθῶς καὶ διδάξουσι καὶ ἐθίσουσι ταῦτα δρᾶν, ἕως ἂν ἐγγένηται αὐτοῖς τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς εὐδαιμονεστάτους τῷ ὄντι νομίζειν, τοὺς δὲ κακοὺς καὶ δυσκλεεῖς ἀθλιωτάτους πάντων ἡγεῖσθαι. οὕτω γὰρ διατεθῆναι χρὴ τοὺς μέλλοντας τὸ ἀπὸ τῶν πολεμίων φόβον τῇ μαθήσει κρείττονα παρέξεσθαι. εἰ δὲ τοι ἰόντων εἰς μάχην σὺν ὅπλοις, ἐν ᾧ πολλοὶ καὶ τῶν παλαιῶν μαθημάτων ἐξίστανται, ἐν τούτῳ δυνήσεταί τις ἀπορραψῳδήσας παραχρῆμα ἄνδρας πολεμικοὺς ποιῆσαι, πάντων ἂν ῥᾷστον εἴη καὶ μαθεῖν καὶ διδάξαι τὴν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀρετήν. ἐπειδὴ ἔγωγ' οὐδ' ἂν τούτοις ἐπίστευον ἐμμόνοις ἔσεσθαι, οὓς νῦν ἔχοντες παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἠσκοῦμεν, εἰ μὴ καὶ ὑμᾶς ἑώρων παρόντας, οἳ καὶ παράδειγμα αὐτοῖς ἔσεσθε οἵους χρὴ εἶναι, καὶ ὑποβάλλειν δυνήσεσθε ἤν τι ἐπιλανθάνωνται. τοὺς δ' ἀπαιδεύτους παντάπασιν ἀρετῆς θαυμάζοιμ' ἄν, ὦ Χρυσάντα, εἴ τι πλέον ἂν ὠφελήσειε λόγος καλῶς ῥηθεὶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ἢ τοὺς ἀπαιδεύτους μουσικῆς ᾆσμα καλῶς ᾀσθὲν εἰς μουσικήν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

NVM queat vna oratio eodem die auditorum animos verecundia implere, aut à turpitudine cohibere, atque inducere vt laudis gratia omnem laborem, omne periculum subeant, & vt hoc mentibus suis infixum habeant, expetendum magis esse mori pugnando quàm fugiendo seruari? Nónne si huiusmodi cogitationes debent in hominibus coalescere, stabilésque manere, leges primùm huiusmodi sint oportet per quas viris bonis vita honorifica liberalísque paretur, malis autem æuum proponatur & humile & molestum & mendicum? Dein magistri ac etiam principes, mea sententia, his præficiendi sunt, qui & rectè demonstraturi sint & docturi, assuefacturíque ad hæc facienda: donec eis inhærescat penitus, viros bonos ac præclaros putandos esse indubitatò felicissimos, malos autem & famosos omnium miserrimos duci oportere. Sic enim affectos esse oportet qui disciplinam hostili metui sint prælaturi. Si verò tunc quum milites armati eunt in pugnam, (quo tempore multi etiā ea quæ iam olim didicerint obliuiscuntur) hîc potis quisquam erit verbis funditatis è vestigio bellicosos viros efficere, omnium facillimum certè sit & didicisse & docuisse maximā rerum humanarum omnium virtutem. Siquidem ne hosce quidem crederem stabiles futuros quos nunc habentes apud nos exercebamus, nisi præsentes vos viderem, qui ipsis eritis exēplo quales oporteat esse, & quod eos latuerit, poteritis suggerere. At ignaris omnino virtutis mirarer equidem Chrysanta, siquid plus apposita oratio prodesset ad probitatem, quàm musicæ indoctis pulchrè cantatum carmen ad musicam.

Ex libro quarto.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Prælio commisso inter Assyrios & Persas, eorúmque socios Medos, inclinata iam acies Assyriorum, & in fugam effusa: mulierum vlulatu & querela, ac ducum pudore, ægrè reuocata est & repressa fuga. Cyrus tum exploratam victoriam longius persequi noluit, eámque receptui iussit, ac mox concionem conuocari: vbi ille victoriam suis & egregiam virtutem gratulatus est, simul cohortatus vt grati erga deos immortales essent. Collaudauit vniuersos. De præmiis verò nihil se prius posse constituere dixit, quàm ex ordinum ductoribus singulorum facta cognouisset: vnum tamen, cuius ipse spectator virtutis fuerat, Chrysantam & laudibus & præmiis ornat. Reliquam multitudinem dimittit commonefactam, vt ita sua fortitudine gauderet, vt in posterum eam etiam alacrius, quum vsus foret, expromeret: vteretúrque victoriæ huius memoria ad iucundos virtutis fructus æstimandos.

Ἄνδρες Πέρσαι, πρῶτον μὲν τοὺς θεοὺς ἐγώ τε ἐπαινῶ ὅσον δύναμαι, καὶ ὑμεῖς πάντες, οἶμαι· νίκης τε γὰρ τετυχήκαμεν καὶ σωτηρίας. τούτων μὲν οὖν χρὴ χαριστήρια ὧν ἂν ἔχωμεν τοῖς θεοῖς ἀποτελεῖν. ἐγὼ δὲ σύμπαντας μὲν ὑμᾶς ἤδη ἐπαινῶ· (τὸ γὰρ γεγενημένον ἔργον σύμπασιν ὑμῖν καλὸν ἀποτετέλεσται) ὧν δ' ἕκαστος ἄξιος, ἐπειδὰν παρ' ὧν προσήκει πύθωμαι, τότε τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ πειράσομαι ἀποδιδόναι. τὸν δ' ἐμοῦ ἐγγύτατα ταξίαρχον Χρυσάνταν οὐδὲν παρ' ἄλλων δέομαι πυνθάνεσθαι, ἀλλ' αὐτὸς οἶδα οἷος ἦν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα,

ὅσαπερ οἶμαι καὶ ὑμεῖς πάντες, ἐποίει· ἐπεὶ δ᾽ ἐγὼ παρηγγύησα ἐπανάγειν, καλέσας ὀνομαστὶ αὐτόν, ἀνατεταμένος τὴν μάχαιραν ὡς παίσων πολέμιον, ὑπήκουσέ τέ μου εὐθύς, καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἔπραττεν. αὐτός τε γὰρ ἐπανήγαγε, καὶ τοῖς ἄλλοις μάλα ἐπισπερχῶς παρηγγύα. ὥστ᾽ ἔφθασεν ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιήσας, πρὶν τοὺς πολεμίους κατανοῆσαί τε ὅτι ἀναχωροῦμεν, καὶ τόξα ἐντείνασθαι, καὶ τὰ παλτὰ ἐπαφεῖναι. ὥστε αὐτός τε ἀβλαβής, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἄνδρας ἀβλαβεῖς διὰ τὸ πείθεσθαι παρέχεται. ἄλλους δ᾽ ὁρῶ τετρωμένους, περὶ ὧν ἐγὼ σκεψάμενος ἐν ὁποίῳ χρόνῳ ἐτρώθησαν, τότε τὴν γνώμην περὶ αὐτῶν ἀποφανοῦμαι. Χρυσάνταν δὲ καὶ ἐργάτην τῶν πολεμικῶν, καὶ φρόνιμον, καὶ ἄρχεσθαι ἱκανὸν καὶ ἄρχειν, χιλιαρχίᾳ μὲν ἤδη τιμῶ· ὅταν δὲ καὶ ἄλλο τι ἀγαθὸν ὁ θεὸς δῷ, οὔτε τότε ἐπιλήσομαι αὐτοῦ. καὶ πάντας δὲ ὑμᾶς βούλομαι ὑπομνῆσαι. ἃ γὰρ νῦν εἴδετε ἐν τῇ μάχῃ τῇδε, ταῦτα ἐνθυμούμενοι μή ποτε παύσησθε, ἵνα παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς αἰεὶ κρίνητε πότερον ἡ ἀρετὴ μᾶλλον ἢ ἡ φυγὴ σῴζει τὰς ψυχάς, καὶ πότερον οἱ μάχεσθαι θέλοντες ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν ἢ οἱ οὐκ ἐθέλοντες, καὶ ποίαν τινὰ ἡδονὴν τὸ νικᾶν παρέχει: ταῦτα γὰρ νῦν ἄριστα κρίναιτ᾽ ἂν, πεῖράν τε αὐτῶν ἔχοντες, καὶ ἄρτι γεγενημένου τοῦ πράγματος. καὶ ταῦτα μὲν αἰεὶ διανοούμενοι, βελτίους ἂν εἴητε· νῦν δέ, ὡς καὶ θεοφιλεῖς καὶ ἀγαθοὶ καὶ σώφρονες ἄνδρες, δειπνοποιεῖσθε, καὶ σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιεῖσθε, καὶ παιᾶνα ἐξάρχετε, καὶ ἅμα τὸ παραγγελλόμενον προνοεῖτε.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PRincipiò diis immortalibus gratias ipse, quanta possum, ago, Persæ, & vos idem facere arbitror. Nobis enim vno tempore victoria & salus parta est: quas ob res diis sacrificia, quibus gratum animum testemur, ex iis quæ ad manum erunt, oportet persoluamus. Deinde vos omnes in præsentia equidem collaudo. (nam in re quæ gesta est egregia à vobis omnib⁹ opera est nauata) Pòst verò singulos pro meritis, vbi quæ cuiusq; sint merita de iis cōperero, de quibus par est, laudibus præmiisq; afficere conabor. De Chrysanta verò centurione, qui mihi est proximus, nihil me attinet ex aliis cognoscere. Scio ipse quem se ille præstiterit. Nam is cum cætera exequebatur, quæ vos item fecisse omnes puto, tum verò quum ego receptui cani iussissem, eúmque nominatim vocassem, gladiúmque quo feriret, iam in hostem intentum haberet, mihi protinus dicto audiens fuit, missóque quod instituerat, imperata fecit. Nam & suos reduxit ipse, & alios vt idem facerent sedulò vrgebat. Itaque ante ordinem suum extra teli iactum deduxit, quàm hostis de receptu nostro quicquam suspicari, aut arcum intendere, iaculúmve torquere posset. quo fit, vt se & suos, quia morem imperanti gessit, integros sistat. Alios autem conspicio saucios: qui quo tempore vulnera acceperint vbi cognouero, quid de iis sentiam tum aperiam. Chrysantam verò qui res bellicas bene administret, magnáque hominem prudentia, quíque & præcipienti parere, & præesse ipse sciat, primùm hodierno die millenarium ordinem ducere iubeo: deinde in posterum, siquid nobis diuinitus datum fuerit, ne tum quidem illius virtutis obliuiscar. Sed & vos omnes commonitos volo. Quæ enim hodierno prælio estis experti, ea perpetuò meditamini, vt vos cū animis vestris reputetis, certiúsne in fuga quàm in virtute sit salutis præsidium: & vtri sese facilius expediant, qui libenter se in certamina dant, an qui illa detrectant: postremò, quantum delectationis fructum afferat victoria. De his verissimè potestis hoc tempore existimare. nam vos de iis periculum fecistis, & res ipsa est recens. Atque harum rerum cogitatio vos virtute augere potest. Cæterùm vos hac pietate, hac virtute & moderatione præditos ad curanda corpora dimitto, & diis libare iubeo, pæanem concinere, simúlque quæ mandata sunt, ea prouidere.

CYAXARIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Aduerso facto prælio, Assyrii castra in loco commodiore munierant: cui quum non satis fiderent, inde quoque metu sunt dilapsi. Eos, quoniam integri erant, nolebat Cyrus cum parte copiarum insequi vniuersos, sed palantes & fusos excipere. Consilium communicat cum Cyaxare. is sibi probari negat, atque in eam sententiam pluribus disserit: cuius disputatio in hanc orationem coniecta est. Duo sunt argumenta præcipua, tranquillitatis vtilitas, & periculum auidioris victoriæ. Orditur à laude Persarum, qui rebus secundis efferri non consueuerint, & ab ipsius moderationis commendatione. Moderationis autē esse dicit, cum æquitate animi bonò victoriæ perfrui: ac proinde cautum esse in

esse in adeundis periculis. Deinde docet quàm sæpe periculose fugientes hostes, vel qui imbelles sunt, irritentur: vt sæpe hi desperatione perculsi victores ferocientes & exultantes opprimant. id similitudine confirmat. Postremò sibi esse difficile dicit suos Medos à præsentis lætitiæ fructu abstrahere, & ad nouum laborem compellere.

Ἀλλ', ὦ Κῦρε, ὅτι μὲν μάλιστα ἀνθρώπων μελετᾶτε ὑμεῖς οἱ Πέρσαι πρὸς μηδεμίαν ἡδονὴν ἀπλήστως διακεῖσθαι, καὶ ὁρῶν καὶ ἀκούων οἶδα· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τῆς μεγίστης ἡδονῆς πολὺ μᾶλλον συμφέρειν ἐγκρατῆ εἶναι. μείζω δὲ ἡδονὴν τί παρέχει ἀνθρώποις εὐτυχίας, ἢ νῦν ἡμῖν παραγεγένηται; ἣν μὲν τοίνυν, ἐπεὶ εὐτυχοῦμεν, σωφρόνως διαφυλάττωμεν αὐτήν, ἴσως δυναίμεθ' ἂν ἀκινδύνως εὐδαιμονοῦντες γηρᾶν· εἰ δ' ἀπλήστως χρώμενοι ταύτῃ, ἄλλην καὶ ἄλλην πειρασόμεθα διώκειν, ὁρᾶτε μὴ πάθωμεν ἅπερ πολλοὺς μὲν λέγουσιν ἐν θαλάττῃ πεπονθέναι, διὰ τὸ εὐτυχεῖν οὐκ ἐθέλοντας παύεσθαι πλέοντας, ἕως ἂν ἀπόλωνται· πολλοὺς δὲ νίκης τυχόντας, ἑτέρας ἐφιεμένους, καὶ τὴν πρόσθεν ἀποβαλεῖν. καὶ γὰρ εἰ μὲν οἱ πολέμιοι ἥττους ὄντες ὑμῶν ἔφευγον, ἴσως ἂν καὶ διώκειν τοὺς ἥττους ἀσφαλῶς εἶχε· νῦν δὲ κατανόησον πόστῳ αὐτῶν μέρει πάντες μαχεσάμενοι νενικήκαμεν· οἱ δ' ἄλλοι ἄμαχοί εἰσιν· οὓς εἰ μὲν μὴ ἀναγκάσομεν μάχεσθαι, ἀγνοοῦντες καὶ ἡμᾶς καὶ ἑαυτοὺς, δι' ἀμαθίαν καὶ μαλακίαν ἄπιασιν· εἰ δὲ γνώσονται ὅτι καὶ ἀπιόντες οὐδὲν ἧττον κινδυνεύουσιν ἢ μένοντες, ὅπως μὴ ἀναγκάσωμεν αὐτούς, καὶ εἰ μὴ βούλονται, ἀγαθοὺς γενέσθαι. ἴσθι γὰρ ὅτι οὐ σὺ μᾶλλον τὰς ἐκείνων γυναῖκας καὶ παῖδας ἐπιθυμεῖς λαβεῖν ἢ ἐκεῖνοι σῶσαι. ἐννόει δ' ὅτι καὶ αἱ σύες ἐπειδὰν ὀφθῶσι, φεύγουσι καὶ πολλαὶ οὖσαι σὺν τοῖς τέκνοις· ἐπειδὰν δέ τις αὐτῶν θηρᾷ τι τῶν τέκνων, οὐκέτι φεύγει οὐδ' ἢν μία τύχῃ οὖσα, ἀλλ' ἵεται ἐπὶ τὸν λαμβάνειν πειρώμενον. καὶ νῦν μὲν ἐπικατακλείσαντες ἑαυτοὺς εἰς ἔρυμα, παρέσχον ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥστε ὁπόσοις ἐβουλόμεθα αὐτῶν μάχεσθαι· εἰ δ' ἐν εὐρυχωρείᾳ πρόσιμεν αὐτοῖς, καὶ μαθήσονται χωρὶς γενόμενοι, οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον ἡμῖν, ὥσπερ νῦν, ἐναντιοῦσθαι, οἱ δ' ἐκ πλαγίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου πλαγίου, οἱ δὲ καὶ ὄπισθεν, ὅρα μὴ πολλῶν ἑκάστῳ ἡμῶν καὶ ὀφθαλμῶν καὶ χειρῶν δεήσοι. πρὸς δ' ἔτι, οὐ βουλοίμην ἂν ἔγωγε νῦν ὁρῶν Μήδους εὐθυμουμένους, ἐξαναστήσας ἀναγκάζειν κινδυνεύσοντας ἰέναι.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VErùm, ô Cyre, quòd vos Persæ vni omnium hominum maximè meditamini nullius voluptatis insatiabili desiderio teneri, & ex visu noui & auditu: mihi autem videtur conducere longè magis siquis in maxima voluptate continentiam seruet. Sed quid præbet maiorem hominibus voluptatem quàm secunda fortuna, quę nobis hoc tempore contigit? Igitur si, quoniam res nobis secundæ sunt, voluptate ipsa temperanter vtamur, fortasse possimus nullis obnoxii periculis felicitatem vitæ ad senectutem vsque producere: at si ea insatiabiliter fruentes, aliam atque aliam persequi nitemur, videte ne eadem patiamur quæ multos ferunt passos in mari, qui dum propter prosperam fortunam conquiescere à nauigatione noluissent, periere. Sic item multi victoriam cõsequuti, dum alteram appetiuissent, amiserunt etiam priorem. Etenim si quidem hostes fugientes essent nobis pauciores, fortassis nos eos tutò vt pauciores adhuc insequeremur: sed velim nunc animo volutes, aduersus quantulam eorum partem quum ipsi omnes pugnauimus, victoriam adepti sumus. At alii manum haud cõseruerunt: quos si non cogamus pugnare, & nostri & sui ipsorum ignari, propter imprudentiam & animi mollitiem abibunt. Sin norint, vbi etiam abeant, nihilominus in periculo sese fore quàm si maneãt, *cauendum est nobis* ne eos cogamus vt vel inuiti fortes se præstẽt. Nec enim latere te debet, non maiorẽ tibi esse cupiditatẽ illorum vxores atq; liberos capiundi, quàm illis seruãdi. Cogitandũ præterea tibi est, sues, si multæ etiã sint, fugere vnà cũ natis, vbi viderint *venatorem*: sed vbi quis venetur quẽquã ex earũ natis, non amplius fugere, ne si vna sit quidẽ, sed ruere aduersus capere molientem. Et modò quum sese intra munitionem occlusissent, præbuerunt nobis pugnandi potestatem cum quanta ipsorum multitudine vellemus. Quòd si cum iis in lata cãporum planitie congrediemur, discéntque obsistere separatim alii à fronte, *aduersi ex aduerso*, quemadmodum nũc, & alii ab vno latere, alii ab altero, alii à tergo: vide ne multis cuique nostrum opus sit & oculis & manibus. Adhæc, nolim equidem abstrahere nũc Medos ab hilaritate in qua sunt, atque eos cogere vt eant periclitatum.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Desciuerant Hyrcani ab Assyriis ad Cyrum, & illius equitatum suarum copiarum accessione auxerant. Erant autem propter diuturnam seruitutem, (qua sordidiores quoq;

operas Assyriis præstabant, rudiores, & ab humano cultu bellicáque disciplina alieniores. Cyrus tamen ratus illorum aduentu commodam sibi occasionem oblatam dimicandi, & strategematis edendi, constituit acie decernere, ac prius (instituto suo) animos suorum ad fortitudinem & alacritatem excitare. In eam sententiam hæc est ab eo habita oratio. in qua penè totus est in nouis auxiliaribus commonendis: quibus demonstrat fortitudinis commoda, rationem pugnæ, opportunitatem sui consilii, facultatem hostis ex improuiso adoriendi. Temeritatis, auiditatis, & ignauiæ pericula, cautiones denique necessarias inculcat: maximè verò propositis victoriæ emolumentis conatur animos incendere.

Ἄγετε δὴ, ὦ ἄνδρες Πέρσαι καὶ Μῆδοι, καὶ ὑμεῖς ὦ Ὑρκάνιοι, (ἤδη γὰρ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὡς συμμάχους τε κοινωνοὺς διαλέγομαι) εὖ χρὴ εἰδέναι νῦν ὅτι ἐν τούτῳ ἐσμὲν ἔνθα μαλακισάμενοι μὲν, πάντων ἂν τῶν χαλεπωτάτων τύχοιμεν· (ἴσασι γὰρ οἱ πολέμιοι ἐφ' ἃ ἥκομεν) ἢν δὲ κατὰ τὸ καρτερὸν ἐμβαλόμενοι ἴωμεν ῥώμῃ καὶ θυμῷ ἐπὶ τοὺς πολεμίους, αὐτίκα μάλα ὄψεσθε, ὥσπερ δούλων ἀποδιδρασκόντων καὶ εὑρημένων, τοὺς μὲν ἱκετεύοντας αὐτῶν, τοὺς δὲ φεύγοντας, τοὺς δ' οὐδὲ ταῦτα φρονεῖν δυναμένους. ἡττημένοι τε γὰρ ὄψονται ἡμᾶς, καὶ οὔτε οἰόμενοι ἥξειν, οὔτε συντεταγμένοι, οὔτε μάχεσθαι παρεσκευασμένοι, κατειλημμένοι ἔσονται. εἰ οὖν ἡδέως βουλοίμεθα καὶ δειπνῆσαι τε νυκτερεῦσαι καὶ βιοτεύειν τὸ ἀπὸ τοῦδε, μὴ δῶμεν αὐτοῖς σχολὴν μήτε βουλεύσασθαι μήτε παρασκευάσασθαι μηδὲν ἀγαθὸν ἑαυτοῖς, μηδὲ γνῶναι πάμπαν ὅτι ἄνθρωποι ἐσμέν· ἀλλὰ γέρρα καὶ κοπίδας καὶ σαγάρεις ἅπαντα καὶ πληγὰς ἥκειν νομιζόντων. καὶ ὑμεῖς μὲν, ὦ Ὑρκάνιοι, ὑμᾶς αὐτοὺς προπετάσαντες ἡμῶν προπορεύεσθε ἔμπροσθεν, ὅπως τῶν ὑμετέρων ὅπλων ὁρωμένων λανθάνωμεν ὅτι πλεῖστον χρόνον· ἐπειδὰν δ' ἐγὼ πρὸς τῷ στρατεύματι γένωμαι τῶν πολεμίων, παρ' ἐμοὶ μὲν καταλείπετε ἕκαστοι τάξιν ἱππέων, ὡς, ἐάν τι δέῃ, χρῶμαι μένων παρὰ τὸ στρατόπεδον. ὑμῶν δὲ οἱ μὲν ἄρχοντες καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐν τάξει ἐλαύνετε ἀθρόοι, εἰ σωφρονεῖτε· ἵνα μήποτε ἀθρόῳ τινὶ ἐντυχόντες ἀποβιασθῆτε· τοὺς δὲ νεωτέρους ἐφίετε διώκειν. οὗτοι δὲ καινόντων. τοῦτο γὰρ ἀσφαλέστατον νῦν, ὡς ἐλαχίστους τῶν πολεμίων λείπειν. ἢν δὲ (τὸ πολλοῖς δὴ συμβεβηκὸς κρατοῦσι) τὴν τύχην ἀνατρέψαι γίγνηται, φυλάξασθαι δεῖ τὸ ἐφ' ἁρπαγὴν τρέπεσθαι. ὡς ὁ τοῦτο ποιῶν οὐκέτι ἀνήρ ἐστιν, ἀλλὰ σκευοφόρος· καὶ ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ἤδη χρῆσθαι τούτῳ ὡς ἀνδραπόδῳ. ἐκεῖνο δὲ χρὴ γνῶναι ὅτι οὐδὲν ἐστι κερδαλεώτερον τοῦ νικᾶν. ὁ γὰρ κρατῶν, ἅμα πάντα συνήρπακε, καὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ χρήματα, καὶ πᾶσαν ἅμα τὴν χώραν. πρὸς ταῦτα τοῦτο μόνον ὁρᾶτε, ὅπως τὴν νίκην διασώσωμεν. ἐν γὰρ ταύτῃ καὶ αὐτὸς ὁ ἁρπάζων ἔχεται. καὶ τοῦτο ἅμα διώκοντες μέμνησθε, ἥκειν πάλιν ὡς ἐμὲ ἔτι φωτὸς ὄντος· ὡς σκότους γενομένου οὐδένα ἔτι προσδεξόμεθα.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Agite igitur viri Persæ Medíque, vósque Hyrcanii, (iam enim ad vos vt socios ac participes loquor) neminem hoc tempore ignarum esse oportet, in huiusmodi nos esse discrimine, vbi si molles ac remissos nos præstiterimus, extrema simus mala passuri: (norunt enim hostes quas ad res venerimus) at si pro virili parte quisque irruamus aduersus hostes validè atque ingenti animo, actutum aspicietis tanquam fugitiuos repertos seruos, alios supplices sese præstare, alios fugere, alios ne hæc quidem posse mente percipere. Nam & victi nos aspicient, & quum neque venturos nos arbitrarentur, neque instructi, neque ad pugnam parati essent, capti erunt. Quare si velimus posthac suauiter & cœnare & pernoctare, nolimus istis otium dare, neque boni quicquam consultandi, neque cognoscendi omnino quot homines sumus, sed omnia venisse putent & crates, & mucrones, & secures, & vulnera. Et vos ô Hyrcanii, proximos hostibus vosmetipsos facientes, ante nos procedite, quò visis armis vestris lateamus quamplurimũ temporis. Sed vbi ipse iuxta agmen hostium fuero, linquite singuli apud me ordinem equitum, quò ipse intra aciem manens, iis vtar siquid opus fuerit. E vobis autem præfecti atque seniores in ordine, si sapitis, frequentes inuadite, quò nunquam in confertam multitudinem aliquam incidentes vim patiamini. At iuniores sinite insequi hostes. Et hi quidem hostes occidunto. hoc enim per hoc temporis est maximè tutum, illorum paucissimos relinquere. Sin, (quod multis iam accidit vincentibus) vobis fortuna aduersetur, cauendum est ne vos ad rapinam conuertatis. nam qui hoc fecerit, non sit habendus amplius vir, sed homo sarcinarius, liceátque volenti cuique vt hoc iam vtatur pro mancipio. Illud autem ignorandum non est, NVLLVM esse victoria maius lucrum. nam qui vincit, omnia rapit, vnà & viros & mulieres, & pecunias, & regionem totam. Adhæc, solùm hoc respicite vt victoriam seruemus: in hac enim etiam ipse raptor continetur. Atque hoc simul, dum hostes insequimini, mementote vt retrò adhuc per lucem ad me eatis: quia tenebris factis neminem amplius admittemus.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Fuſis à Cyro Aſſyriis,& parta victoria, longius bonam copiarum partem quæ ex ſociis conſtabat,inſequendi cupiditas produxerat.Cyrus ſuos receptui canere,& in caſtra reuerſos corpora curare iuſſerat:eorum quoque qui aberant commodis proſpiciens,edixerat vt duplum quàm pro diurno victu,pararent.Inſtructis ita menſis conuocat cẽturiones,& cui apparatum illum imperaſſet,declarat. Hortatur enim hac oratione, vt libenter illas epulas abſentibus,vbi venerint,impertiant. Maximam hac liberalitate ab illis gratiã inituros: in quorũ beneuolẽtia magnum ſit illis ad reliquũ tempus paratum præſidium.Officioſi eſſe hominis,bene de aliis merendi facultatem ſuis commodis & voluptatibus anteferre.Accedere etiam quòd periculoſa ſit nimia ingurgitatio,id præſertim temporis quum victorum ſecuritati & oſcitãtiæ inſidiantur victi. Erat etiam redacta ex præda pecunia in milites diſpertiẽda: monet ideo Cyrus,vt parem liberalitatẽ ad eam partitionem conferant. Vtrunque benignitatis genus conſtare illorum moribus & patriæ diſciplinæ.

Ἄνδρες φίλοι, γιγνώσκομεν ὅτι νῦν ἔξεστιν ἡμῖν προτέροις τῶν ἀπόντων συμμάχων ἀρίστου τυχεῖν, καὶ τοῖς μάλα ἐσπουδασμένοις σιτίοις καὶ ποτοῖς χρῆσθαι· ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ τοῦτ' ἂν τὸ ἄριστον πλέον ὠφελῆσαι ἡμᾶς ἢ τὸ τῶν συμμάχων ἐπιμελεῖς φανῆναι· οὐδ' ἂν αὕτη ἡ εὐωχία ἰσχυροτέρους τοσοῦτον ποιῆσαι ὅσον εἰ δυναίμεθα τοὺς συμμάχους προθύμους ποιεῖσθαι. εἰ δὲ τῶν νυνὶ διωκόντων καὶ κατακαινόντων τοὺς ἡμετέρους πολεμίους, καὶ μαχομένων εἴ τις ἐναντιοῦται, τούτων δόξομεν οὕτως ἀμελεῖν, ὥστε καὶ πρὶν εἰδέναι ὅ,τι πράττουσιν, ἠριστηκότες φαίνεσθαι, ὅπως μὴ αἰσχροὶ μὲν φανούμεθα, ἀσθενεῖς δ' ἐσόμεθα, συμμάχων ἀποροῦντες. τὸ δὲ τῶν πονούντων καὶ κινδυνευόντων ἐπιμεληθῆναί τινα, ὅπως εἰσιόντες τὰ ἐπιτήδεια ἕξουσιν, αὕτη ἂν ἡμᾶς ἡ θοίνη πλείω εὐφράνειεν, ὡς ἐγώ φημι, ἢ τὸ παραχρῆμα τῇ γαστρὶ χαρίσασθαι. ἐννοήσατε δ' ὡσεὶ μηδ' ἐκείνους αἰσχυντέον ἦν, οὐδ' ὡς ἡμῖν προσήκει οὔτε πλησμονῆς ποτε, οὔτε μέθης. οὐ γάρ πω διαπέπρακται ἡμῖν ἃ βουλόμεθα, ἀλλ' αὐτὰ πάντα νῦν ἀκμάζει ἐπιμελείας δεόμενα. ἔχομεν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολεμίους πολλαπλασίους ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τούτους λελυμένους, οὓς καὶ φυλάττεσθαι ἴσως ἔτι προσήκει, καὶ φυλάττειν, ὅπως ὦσι καὶ οἱ ποιήσοντες ἡμῖν τὰ ἐπιτήδεια. ἔτι δ' οἱ ἱππεῖς ἡμῖν ἄπεισι, φροντίδα παρέχοντες ὅπου εἰσί· κἂν ἔλθωσιν, εἰ παραμενοῦσιν. ὥστε, ὦ ἄνδρες, νῦν μοι δοκεῖ τοιοῦτον σῖτον προσφέρεσθαι δεῖν ἡμᾶς καὶ τοιοῦτον ποτὸν, ὁποῖόν τις οἴεται μάλιστα σύμφορον εἶναι πρὸς τὸ μήτε ὕπνου μήτε ἀφροσύνης ἐμπίπλασθαι. ἔτι δὲ καὶ χρήματα ἐγὼ οἶδα ὅτι πολλὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐστὶν, ὧν οὐκ ἀγνοῶ ὅτι δυνατὸν ἡμῖν, κοινῶν αὐτῶν ὄντων τοῖς συγκατειληφόσι, νοσφίσασθαι ὁπόσα ἂν βουλώμεθα· ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ τὸ λαβεῖν κερδαλεώτερον εἶναι τοῦ δικαίους φαινομένους ἐκείνοις, τούτῳ πρίασθαι ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ἢ νῦν ἀσπάζεσθαι ἡμᾶς. δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ νεῖμαι τὰ χρήματα, ἐπειδὰν ἔλθωσι, Μήδοις καὶ Ὑρκανίοις καὶ Τιγράνῃ ἐπιτρέψαι· κἂν τι μεῖον ἡμῖν δάσωνται, κέρδος ἡγήσασθαι. διὰ γὰρ τὰ κέρδη ἥδιον ἡμῖν παραμενοῦσι. τὸ μὲν γὰρ νῦν πλεονεκτῆσαι ὀλιγοχρόνιον ἂν ἡμῖν τὸν πλοῦτον παράσχοι· τὸ δὲ, ταῦτα προεμένους, ἐκεῖνα κτήσασθαι ὅθεν ὁ πλοῦτος φύεται, τοῦθ', ὡς ἐγὼ δοκῶ, ἀενναότερον ἡμῖν δύναιτ' ἂν τὸν πλοῦτον καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις παρέχειν. οἶμαι δὲ καὶ οἴκοι ἡμᾶς τούτου ἕνεκεν ἀσκεῖν καὶ γαστρὸς κρείττους εἶναι καὶ ἀκαίρων κερδῶν, ἵν', ὁπότε δέοι, δυναίμεθα αὐτοῖς συμφόρως χρῆσθαι. ποῦ δ' ἂν ἐν μείζοσι τῶν νῦν παρόντων ἐπιδειξαίμεθα τὴν παιδείαν, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

INtelligimus licere nobis,amici,ſi velimus,abſentes ſocios in prandio ſumendo præuertere,ac cibariis potionéque magno labore quæſitis vti: at mihi non videtur hoc prandium magis nobis profuturum,quàm illa de nobis opinio,ſi curam ſociorum geſſiſſe iudicemur. Nec illud epulum tantas vires nobis conferre poſſe, quantæ nobis ſunt acceſſuræ,ſi ſociis alacritatem hoc pacto iniicere poſſimus. Sin eos ſocios, qui nũc hoſtem perſequuntur & concidunt,quique,ſiquis adhuc reſiſtit,dimicant, ita contempſiſſe videamur, vt prius nos prandiſſe conſtet, quàm quid ab illis fieret, cognouiſſe, non dicam id nobis dedecori verſum iri:ſed omnino erimus imbecilliores, quia ſocii nos deficient. At quum pro iis laboratur,qui in laboribus periculiſque verſantur, vt iis caſtra intrantibus,cibaria ſint in promptu,illud verò epulum nobis, mea quidem ſententia,maiori debet eſſe voluptati,quàm ſi derepente ventri indulgeremus. Illud quoq; cogitate:licet eos vereri nõ deberemꝰ,tamẽ ne ſic quidẽ accõmodatã eſſe noſtris rationibus ſatietatẽ & perpotationẽ. Neq; enim dum cõfecta res ea eſt,quam efficivolumus, ſed maximus nũc eſt negotiorũ noſtrorũ tumor,& præcipuã curam flagitat. Habemus enim in caſtris noſtris hoſtes maiore multo numero q̃ nos ſimus,& quidẽ ſolutos, qui etiamnũc nobis timẽdi ſunt:& ne nos famuli deficiãt, nobis cautio eſt. Abeſt præterea equitatus, qui nos ſollicitos habet dubitantes vbi nunc ſit, & ſi venerit, manſurúſne nobiſcum ſit. Itaque ſic ſentio milites,tantum cibi & potionis nobis eſſe adhibendum,

quantum ad soporem dementiámque vitandam satis esse videatur. Scio esse præterea in castris grandem pecuniam, ex qua sat scio, licet communis sit eorum à quibus capta est, posse tamen à nobis quantum commodum est interuerti. Verùm sic iudico non esse quæstuosiorem eius pecuniæ auersionem, existimatione æquitatis, quæ nobis illos potest vehementius etiam conciliare. Quin & ita censeo, esse diuisionem illam pecuniæ Medis, Hyrcanis Tigraníque quum venerint, permittendam. Quòd si minus nobis quàm pro rata portione impertiant, lucro id erit ducendum. Etenim lucris inuitati libentius nobiscum manebunt: siquidem huius temporis auiditas nobis breuem opulentiam efficeret. At si per istorum iacturam ea paremus, vnde opes ipsæ emanant, haud dubiè ea res perenniorem affluentiam nobis nostrísque est allatura. Atque hac ipsa de causa puto equidem nos domi & inedia, & intempestiui lucri cõtemptu exerceri: vt, quum vsus feret, iis opportunè vti possimus. Nullum autem tempus esse iudico, quum melius disciplinæ nostræ specimen edere possimus.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Debellatis Assyriis, vt diximus, miserat socios Cyrus ad eorum reliquias persequendas. Valebant enim illi socii equitatu, quo Cyrus nihil, aut parum, poterat. Ii opimas admodum prædas egerunt, & ad Cyrum conuexerunt: qui æmulatus eorum tum virtutem, tum equitatus facultatem, eam arripuit occasionem huius concionis in conuentu centurionum habendæ: qua autor est, quò bella deinceps & gerere, & per se cõficere possint, vt equitatum quoque ex suis instituant. Argumenta duo sunt præcipua: vnum ab vsu petitum, alterum à facultate illius comparandi. Ab vsu, quum persequitur præcipuas equitandi opportunitates, tum in militari, tum etiam in domestico negotio: perfectum se habituros ab omni apparatu exercitum, si hoc quoque instructi fuerint: formidabiliores hostibus, præsentiores amicis se futuros. Alterum est de facultate, quod bifariam exponit. instrumẽtũ omne & apparatum equitatus sibi in promptu esse docet, & refellit quæ in eam partem contrà afferri posse videbantur. Concludit rursus à commoditate, qua dicit, equitatu comparato, se vsuros maxima: quum præsertim domestica disciplina exercitati, multo etiam quàm alii in hoc genere solertes sint futuri.

Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες φίλοι, εἰ κατέχοιμεν τὰ νῦν προφαινόμενα, μεγάλα μὲν ἂν ἅπασι Πέρσαις ἀγαθὰ γένοιτο, μέγιστα δ' ἂν εἰκότως ἡμῖν δι' ὧν πράττεται, πάντες, οἶμαι, γιγνώσκομεν· ὅπως δ' ἂν αὐτῶν ἡμεῖς κύριοι γιγνοίμεθα, μὴ αὐτάρκεις ὄντες κτήσασθαι αὐτὰ εἰ μὴ ἔσται οἰκεῖον ἱππικὸν Πέρσαις, τοῦτο οὐκέτι ἐγὼ ὁρῶ. ἐννοεῖτε γὰρ δή· ἔχομεν ἡμεῖς οἱ Πέρσαι ὅπλα οἷς δοκοῦμεν τοὺς πολεμίους τρέπεσθαι ὁμόσε ἰόντας· καὶ δὴ τρεπόμενοι, ποίους ἢ ἱππέας, ἢ τοξότας, ἢ πελταστὰς, ἢ ἀκοντιστὰς, ἄνευ ἵππων ὄντες δυναίμεθ' ἂν φεύγοντας ἢ λαβεῖν, ἢ ἀποκτεῖναι; τίνες δ' ἂν φοβοῖντο ἡμᾶς προσιόντες κακουργεῖν ἢ τοξόται, ἢ ἀκοντισταὶ, ἢ ἱππεῖς; εὖ εἰδότες ὅτι οὐδεὶς αὐτοῖς κίνδυνος ὑφ' ἡμῶν κακόν τι παθεῖν μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν πεφυκότων δένδρων; εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐκ εὔδηλον ὅτι οἱ νῦν παρόντες ἡμῖν ἱππεῖς νομίζουσι ταῦτα πάντα ὑποχείρια γιγνόμενα οὐχ ἧττον ἑαυτῶν εἶναι ἢ ἡμέτερα; ἴσως δὲ νὴ Δία καὶ μᾶλλον. νῦν μὲν οὖν οὕτω ταῦτα ἔχει κατ' ἀνάγκην. εἰ δὲ ἡμεῖς ἱππικὸν κτησαίμεθα μὴ χεῖρον τούτων, οὐ παντάπασιν ἡμῖν καταφανὲς ὅτι τούς τ' ἂν πολεμίους δυναίμεθα ἄνευ τούτων ποιεῖν ἅπερ καὶ νῦν σὺν τούτοις, τούτους τε ἔχοιμεν ἂν τότε μετριώτερον πρὸς ἡμᾶς φρονοῦντας; ὁπότε γὰρ ἢ παρεῖναι ἢ ἀπεῖναι βούλοιντο, ἧττον ἂν ἡμῖν μέλοι, εἰ αὐτοὶ ἄνευ τούτων ἀρκοῖμεν ἡμῖν αὐτοῖς. εἶεν. ταῦτα μὲν δὴ, οἶμαι, οὐδεὶς ἂν ἀντιγνωμονήσειε μὴ οὐχὶ τὸ πᾶν διαφέρειν τῷ Περσῶν γενέσθαι οἰκεῖον ἱππικόν. ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσως ἐννοεῖτε, πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο. ἆρ' οὖν σκεψώμεθα, εἰ βουλοίμεθα καθεστάναι ἱππικὸν, τί ἡμῖν ὑπάρχει, καὶ τίνος ἐνδεῖ. οὐκοῦν ἵπποι μὲν οὗτοι πολλοὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατειλημμένοι, καὶ χαλινοὶ οἷς πείθονται, καὶ τἆλλα ὅσα δεῖ ἵπποις ἔχουσι χρῆσθαι. ἀλλὰ μὴν καὶ οἷς γε δεῖ ἄνδρα ἱππέα χρῆσθαι ἔχομεν, θώρακας μὲν, ἐρύματα τῶν σωμάτων, παλτὰ δὲ, οἷς καὶ μεθιέντες καὶ ἔχοντες χρώμεθ' ἄν. τί δὴ τὸ λοιπόν; δῆλον ὅτι ἀνδρῶν δεῖ. οὐκοῦν τοῦτο μάλιστα ἔχομεν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡμέτερόν ἐστιν ὡς ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς. ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως ὅτι οὐκ ἐπιστάμεθα. μὰ Δί' οὐδὲ γὰρ τῶν ἐπισταμένων νῦν πρὶν μαθεῖν οὐδεὶς ἠπίστατο. ἀλλ' εἴποι ἄν τις ὅτι παῖδες ὄντες ἐμάνθανον. καὶ πότερον οἱ παῖδές εἰσι φρονιμώτεροι ὥστε μαθεῖν τὰ φραζόμενα καὶ δεικνύμενα, ἢ οἱ ἄνδρες; πότεροι δὲ, ἂν μάθωσιν, ἱκανώτεροι τοῖς σώμασιν ἐκπονεῖν, οἱ παῖδες ἢ οἱ ἄνδρες; ἀλλὰ μὴν σχολή γε ἡμῖν μανθάνειν ὅση οὔτε παισὶν, οὔτε ἄλλοις ἀνδράσιν. οὔτε γὰρ τοξεύειν ἡμῖν μαθητέον ὥσπερ τοῖς παισί· προεπιστάμεθα γὰρ τοῦτο. οὔτε μὴν ἀκοντίζειν· ἐπιστάμεθα γὰρ τοῦτο. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνδράσι τοῖς μὲν γεωργίαι ἀσχολίαν παρέχουσι, τοῖς δὲ τέχναι, τοῖς δὲ ἄλλα οἰκεῖα· ἡμῖν δὲ στρατεύεσθαι οὐ μόνον σχολὴ, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη. ἀλλὰ μὴν οὐχ ὥσπερ ἄλλα πολλὰ τῶν πολεμικῶν χαλεπὰ μὲν, χρήσιμα δέ· ἱππικὴ δὲ οὐκ ἐν ὁδῷ μὲν ἡδίων ἢ αὐτοῖν τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι; ἐν δὲ σπουδῇ, οὐχ ἡδὺ ταχὺ μὲν φίλῳ παραγενέσθαι, εἰ δέοι, ταχὺ δὲ, εἴτε ἄνδρα, εἴτε θῆρα δέοι διώκοντα καταλαβεῖν; ἐκεῖνο δὲ οὐκ εὐπετὲς, τὸ, ὅ, τι ἂν δέῃ ὅπλον φέρειν, τὸν ἵππον τοῦτο συμφέρειν; οὐκοῦν ταὐτό γ' ἐστὶν ἔχειν τε καὶ συμφέρειν. ὅ γε μὴν μάλιστ' ἄν τις φοβηθείη, μὴ εἰ δεήσει ἐφ' ἵππου κινδυνεύειν πρότερον ἡμᾶς πρὶν ἀκριβοῦν τὸ ἔργον

τοῦτο, κἄπειτα μήτε πεζοὶ ἔτι ὦμεν, μήθ' ἱππεῖς ἱκανοί. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἀμήχανον. ὅπου γὰρ ἂν βουλώμεθα, ἐξέσται ἡμῖν πεζοῖς εὐθὺς μάχεσθαι. οὐδὲν γὰρ τῶν πεζικῶν ἀπομαθησόμεθα, ἱππεύειν μαθόντες.

EADEM LATINE,
Iobo Veratio interprete.

NEminem, credo, nostrûm fugit, amici, si rerum status qui nunc est, retineatur, magna commoda ad vniuersos Persas esse peruentura. At eorum maxima per quos nobis comparentur scimus. Verùm quæ sit eorum potiundorum ratio non video, quum ea parare sine equitatu Persarum proprio non possimus. Sic enim habete. arma habemus Persæ, quibus collectos hostes fundere possimus. At quum eos fundimus, quos equites, quos sagittarios, scutatos, ferentarios in fugam versos capere aut cædere possimus equis destituti? Et qui tandem sagittarii, aut qui ferentarii, aut equites vereantur nos cominus vexare, qui sciant sibi à nobis non magis quàm à defixis arboribus noceri posse? Quæ quum ita sint, dubitatis quin equitatus, quo nunc vtimur, hæc quæ deuicta sunt æquè ac nos sibi arroget? plus etiam fortasse. Verùm hæc vti ita essent, necessitate effectum est. Quòd si equitatum nihilo deteriorem quàm istorum possimus comparare, non intelligitis omnes & posse à nobis ita accipi hostem sine his, vt eum cum his accepimus, & hos esse tum se nobiscum summissius gesturos? Nam seu adesse seu abesse volent, non multùm laborabimus: siquidem per nos, his remotis, rebus nostris satisfaciemus. Esto. Nemo credo contrà sentit, quin plurimùm nostra intersit, vt è Persis equitatus contrahatur. Sed illud fortasse quæritis; quemadmodum ea res perfici possit. Agite igitur, si nobis instituendus sit Persarum equitatus, quid nobis suppeditet, quídque desit, videamus. omnino in promptu est in castris captorum equorum copia: sunt item fræna quibus illi flectuntur, cæteráque equitibus accommodata instrumenta: quin & quæ equitibus vsui sunt habemus, loricas corporum munimenta: præterea hastilia, quibus & iaculando & tractando vtamur. Quid relinquitur? viris vtique est opus. certè hoc potissimùm nobis suppetit. Nihil enim tam nostrum est quàm nosipsi. At, dicet fortasse quispiam, sumus eius rei imperiti. at ne eorum quidem quisquam qui nunc sciunt, antequam didicisset, sciebat. Verùm, dices, illi à pueris didicerunt. At in vtris maior est industria ad ea quæ præcipiuntur & quæ traduntur, percipienda, in puerísne an in viris? vtri quum ea didicerint, commodius possunt corporibus exercere & sustinere, pueri an viri? At verò nobis discendi otium conceditur, quantũ nec pueris aliis nec viris. Neq; enim arcuum vsus nobis est discẽdus, vt pueris. eum enim iam antè callemus. Nec iaculandi peritia à magistris accipienda: hanc quoque iam excoluimus. Sed ne hæc quidem nos vt alios homines distinent, partim res rustica, partim artificia, cæteráque cuiusque propria. Nobis non modò est militandi otium, sed etiam necessitas. Verùm ne id quidẽ quod de aliis militaribus laboribus dici solet, difficiles esse, sed vtiles, in hoc valet. Quid? equitatio nunquid in itinere iucundior est, quàm si pedibus iter faciendum sit? In festinatione verò, nónne iuuat maturè amico laboranti succurrere? & celeritatem habet, si vel homo vel fera cursu capienda sit? Illud verò parúmne commodum est, quòd siquo armaturæ genere gestato opus sit, nos oneris parte equus leuat? At qui nihil inter hæc interest, habere arma & gerere. Quod verò timendum fortasse cuipiam videatur, ne si periculum in equis antè nobis sit subeundum, quàm huius rei peritia penitus sit percepta, postea nec pedites ne equites idonei euadamus: ne huic quidem deest quomodo occurramus. Nobis enim liberum erit subitò pedibus, si commodum sit, pugnare. Neque enim pedestris pugnæ vsum nobis equitandi peritia minuet.

ORATIO CHRYSANTAE.

ARGVMENTVM.

Proxima Cyri oratio omnibus centurionibus gratissima accidit: itaque certatim se in eius sententiam ire significarunt. Præter cæteros verò Chrysantas Cyri consilium hac oratione commendans, pluribus de equitandi vtilitate in eodem consessu disse-

rit. Et quum eius rei vsus latissimè fundatur, tamen duobus potissimùm generibus cõtineri ostendit, venatus (inquã) & militiæ, quorum vtrunque longè melius eques quàm pedes tueatur. Amplificat comparatione. confert peritum equitandi hominem cum hippocentauro, cuius quidem & celeritatem & moderationem in cursu verbis extollit, deinde ei equitandi vsum anteponit, vt totus hic locus primùm simpliciter, deinde comparatè, tractetur. Exprimitur autem hominis gestientis & spe exultantis oratio.

Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὕτως ἐπιθυμῶ ἱππεύειν μαθεῖν, ὡς νομίζω, ἐὰν ἱππεὺς γένωμαι, ἄνθρωπος πτηνὸς ἔσεσθαι. νῦν μὲν γὰρ ἔγωγε ἀγαπῴην ἐξίσου τῳ θεῖν ὁρμηθεὶς ἀνθρώπῳ, μόνον τῇ κεφαλῇ προσχὼν, ἄν τε θηρίον παραθέον ἰδὼν δυνηθῶ διατεινόμενος φθάσαι, ὥστε ἀκοντίσαι ἢ τοξεῦσαι πρὶν πάνυ πρόσω αὐτὸ γενέσθαι. ἣν δὲ ἱππεὺς γένωμαι, δυνήσομαι μὲν ἄνδρα ἐξ ὄψεως μήκους καθαιρεῖν· δυνήσομαι δὲ, θηρία διώκων, τὰ μὲν ἐκ χειρὸς παίειν καταλαμβάνων, τὰ δὲ, ἀκοντίζων ὥσπερ ἑστηκότα. καὶ γὰρ ἐὰν ἀμφότερα ταχέα ᾖ, ὅμως ἢν πλησίον γίγνηται ἀλλήλων, ὥσπερ τὰ ἑστηκότα ἔσται. ὃ δὲ δὴ μάλιστα δοκῶ ζώων ἐζηλωκέναι, ἱπποκενταύρους, εἰ ἐγένοντο, ὥστε προβουλεύεσθαι μὲν ἀνθρώπου φρονήσει, ταῖς δὲ χερσὶ τὸ δέον παλαμᾶσθαι, ἵππου δὲ τάχος ἔχειν καὶ ἰσχὺν, ὥστε τὸ μὲν φεῦγον αἱρεῖν, τὸ δὲ ὑπομένον ἀνατρέπειν· οὐκοῦν πάντα κἀγὼ ταῦτα, ἱππεὺς γενόμενος, συγκομίζομαι πρὸς ἐμαυτόν. προνοεῖν μὲν γε ἕξω πάντα τῇ ἐμῇ ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ, ταῖς δὲ χερσὶν ὁπλοφορήσω, διώξομαι δὲ τῷ ἵππῳ, τὸν δ' ἐναντίον ἀνατρέψομαι τῇ τοῦ ἵππου ῥώμῃ. ἀλλ' οὐ συμπεφυκὼς δεδήσομαι, ὥσπερ οἱ ἱπποκένταυροι. οὐκοῦν τοῦτό γε κρεῖττον ἢ συμπεφυκέναι· τοὺς μὲν γὰρ ἱπποκενταύρους οἶμαι ἔγωγε πολλοῖς μὲν ἀπορεῖν τῶν ἀνθρώποις εὑρημένων ἀγαθῶν ὅπως δεῖ χρῆσθαι, πολλοῖς δὲ τῶν ἵπποις ἡδέων πεφυκότων, πῶς αὐτῶν χρὴ ἀπολαύειν. ἐγὼ δὲ, ἢν ἱππεύειν μάθω, ὅταν μὲν ἐπὶ τοῦ ἵππου γένωμαι, τὰ τοῦ ἱπποκενταύρου δήπου διαπράξομαι· ὅταν δὲ καταβῶ, δειπνήσω, καὶ ἀμφιέσομαι, καὶ καθευδήσω, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι. ὥστε τί ἄλλο ἢ διαιρετὸς ἱπποκένταυρος καὶ πάλιν σύνθετος γίγνομαι; ἔτι δὲ, καὶ τοῖσδε πλεονεκτήσω τοῦ ἱπποκενταύρου· ὁ μὲν γὰρ δυοῖν ὀφθαλμοῖν προεωρᾶτο, καὶ δυοῖν ὤτοιν ἤκουεν· ἐγὼ δὲ τέτταρσι μὲν ὀφθαλμοῖς τεκμαροῦμαι, τέτταρσι δὲ ὠσὶ προαισθήσομαι. πολλὰ γάρ φασι ἀνθρώποις καὶ ἵππον τοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶντα δηλοῦν, πολλὰ δὲ τοῖς ὠσὶ προακούοντα σημαίνειν. ἐμὲ μὲν οὖν γράφε τῶν ἱππεύειν ἐπιθυμούντων.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

AT ego ita profectò cupio tenere scientiam equitandi, vt me existimem fore hominem volucrem, vbi fiam eques. Nunc enim satis mihi sit, si ex æquo cursum aggressus vllo cum homine, hunc capite solùm anteeam; &, si feram *videam* præcurrentem, eam possim, aut iaculum aut sagittam intendens, prius assequi quàm longè recesserit. Quòd si fiam eques, potero tum virum ex aspectus longitudine interimere, tum bestias insequens, alias cominus percutere, comprehensas alias perinde ac stantes iaculo ferire. Etenim etiamsi vtrique sint veloces, tamen vbi sibi inuicem proximi fuerint, stantium instar erunt. Quo fit vt maximè ex omnibus animalibus admirer hippocentauros, si fuerunt: quippe qui tum hominis vterentur, in re antè consultãda, prudentia & manuum artificio, tum haberent equi & velocitatem & vires. Quare & quod fugeret capiebant, & quod subsisteret vertebant in fugam. Itaque etiam ipse hæc omnia, si fiam eques, mecum sanè porto. Potero equidem omnia prouidere mente humana: manibus verò me armabo, equo autem vehar, aduersariúmque auertam equi robore: neque sicuti hippocentauri, à natura cohærens equo, alligatus ero. Itaque hoc sanè melius est quàm natum esse equo cohærentem. Hippocentauros enim arbitror multis caruisse bonis quæ ab hominibus sunt inuenta, vt iis scilicet est vtendum: multis item caruisse voluptatibus equis innatis, quónam pacto iis frui oportet. At ego, si equitare didicero, quũ in equo fuero, agam scilicet quæ qui hippocẽtauri sunt: quum ex equo descendero, & cœnabo, & induar, & me quieti dabo, quemadmodum alii homines. Quare quid aliud sim futurus quàm diuisus centaurus, ac rursum compositus? Insuper his etiam rebus hippocentaurum anteibo. nam ille duobus prospiciebat oculis, duabúsque auribus audiebat: at ego oculis quatuor coniectabo, & quatuor auribus præsentiam. Aiunt enim equum manifestare hominibus multa quæ oculis prospicit, ac multa significare auribus quæ antea auditu percipit. Me igitur scribe in eorum numero qui equitare maiorem in modum cupiunt.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Magnam vim captiuorum abduxerant Medi & Hyrcani socii Cyri, fusum hostem insequuti, quos Cyrus gratuitò dimittendos censuit, tum ne solitudo esset in eo agro

quem hosti eripuisset, tum vt clementia sibi victos conciliaret. Itaque conuocatos captiuos missione donauit, editis conditionibus & legibus quas illis imponeret: vt nihil nouarent, arma neque contra se, neque contra alium suo iniussu ferrent: proinde sibi illa traderent. Mandat vt hæc eadem ad suos perferant. Si paruerint, suis legibus vsuros: si secus faxint, armis se paratum esse persequi ostendit.

Ἄνδρες νῦν τε, ὅτι ἐπείθεσθε, τὰς ψυχὰς περιεποιήσασθε, τό τε λοιπὸν, ἢν οὕτω ποιῆτε, οὐδ᾽ ὁτιοῦν καινὸν ἔσται ὑμῖν, ἀλλ᾽ ἢ οὐχ ὁ αὐτὸς ἄρξει ὑμῶν ὅσπερ καὶ πρότερον· οἰκήσετε δὲ τὰς αὐτὰς οἰκίας, καὶ χώραν τὴν αὐτὴν ἐργάσεσθε, καὶ γυναιξὶ ταῖς αὐταῖς συνοικήσετε, καὶ παίδων τῶν ὑμετέρων ἄρξετε, ὥσπερ νῦν. ἡμῖν μέντοι οὐ μαχεῖσθε, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενί. ἂν δὲ καὶ ἄλλος ὑμᾶς ἀδικῇ, ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν μαχούμεθα. ὅπως μηδ᾽ ἐπαγγέλλῃ μηδεὶς ὑμῖν στρατεύειν, τὰ ὅπλα πρὸς ἡμᾶς κομίσατε. καὶ τοῖς μὲν κομίζουσιν ἔσται εἰρήνη, καὶ ἃ λέγομεν, ἀδόλως· ὁπόσοι δ᾽ ἂν τὰ πολεμικὰ μὴ ἀποτίθωνται ὅπλα, ἐπὶ τούτοις ἡμεῖς καὶ δὴ στρατευσόμεθα. ἐὰν δέ τις ὑμῶν, καὶ ἰὼν ὡς ἡμᾶς εὐνοϊκῶς, καὶ πράττων τι καὶ διδάσκων φαίνηται, τοῦτον ἡμεῖς ὡς εὐεργέτην καὶ φίλον, οὐχ ὡς δοῦλον, περιεψόμεθα. ταῦτ᾽ οὖν αὐτοί τε ἴστε, καὶ τοῖς ἄλλοις διαγγέλλετε. ἂν δ᾽ ἄρα ὑμῶν βουλομένων ταῦτα μὴ πείθωνταί τινες, ἐπὶ τούτους ἡμᾶς ἄγετε, ὅπως ὑμεῖς ἐκείνων, μὴ ἐκεῖνοι ὑμῶν ἄρχωσιν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri, & nunc quoniam paruistis, animas tutati estis: & in reliquum tempus si ita faciatis, nihil prorsus mali patiemini: nisi quòd nō idem vobis vt prius dominabitur, sed habitabitis easdem ædes, & eandem coletis regionem, & earundem vxorum vtemini contubernio, vestrísque filiis, sicuti nūc, imperabitis. Neque aduersus nos pugnabitis, neque aduersus alium quenquam. Quòd si alius iniuriam vobis inferet, nos sumus pro vobis pugnaturi. Verùm nequis vobis præcipiat in expeditionem vt eatis, arma ad nos portate: eritque iis qui arma portarint, & pax, & alia quæ dicimus, sine dolo: sed quotquot arma bellica non detulerint, aduersus hosce nunc quoque ducemus exercitum. Siquis autem vestrum & beneuolè ad nos ire, & agere quicquam docereque comperiatur, hunc nos vt beneficum & amicum, non vt seruum, fouebimus. Hæc igitur & vos scitote, & aliis nuntiate. Verùm si volentibus hæc vobis aliqui aduersentur, agite nos in illos, quò vos illis imperetis, non illi vobis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Manubiæ ex prælio illo, de quo diximus, & præda omnis reportata adhuc promiscuè asseruabatur, & penes priuatos erat: multaque præterea erant in re castrensi malè composita. Ea sibi constituenda putauit Cyrus, quò facilius æquabilitas & concordia inter eas gentes, præsertim ita diuersas, aleretur. Simul quia in ea præda magna erat equorum vis seposita, hanc iniit rationem consilii sui de equitatu instituendo exequendi. Itaque conuocatis in conciliū Hyrcanis, & equitū præfectis, demonstrat hac oratione quàm cōfusa sit & dissipata præda omnis. Quid fieri velit ostendit. iubet vt tentoria obeant: inspiciant quæ opus habebunt: ea ab omni parte instruant: instrumenta autem è communi petant: eò prædam omnem conferant. Hic quum succlamatum esset, & quum omnes eum, vt rei totius ordinandæ munus susciperet, rogarent, de integro orsus est, & consilium suum de equis captiuis in Persas partiendis aperuit: quásque id consilium haberet vtilitates exposuit.

Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, μὴ θαυμάζητε ὅτι πολλάκις ὑμᾶς συγκαλῶ. καινὰ γὰρ ὄντα ἡμῖν τὰ παρόντα πολλὰ αὐτῶν ἀσύντακτά ἐστιν. ἃ δ᾽ ἂν ἀσύντακτα ᾖ, ἀνάγκη ταῦτα ἀεὶ πράγματα παρέχειν, ἕως ἂν χώραν λάβῃ. καὶ νῦν ἔστι μὲν ἡμῖν πολλὰ τὰ αἰχμάλωτα χρήματα, καὶ ἄνδρες ἐπ᾽ αὐτοῖς· διὰ δὲ τὸ μήθ᾽ ἡμᾶς εἰδέναι ποῖα τούτων ἑκάστου ἐστὶν ἡμῶν, μήτε τούτους εἰδέναι ὅστις ἑκάστῳ αὐτῶν δεσπότης, περαίνοντας μὲν δὴ τὰ δέοντα οὐ πάνυ ἐστὶν ὁρᾶν αὐτῶν πολλούς, ἀποροῦντας δὲ ὅ,τι χρὴ ποιεῖν, σχεδὸν πάντας. ἵνα οὖν μὴ οὕτως ἔχῃ, διορίσατε αὐτά· καὶ ὅστις μὲν ἔλαβε σκηνὴν ἔχουσαν ἱκανὰ καὶ σῖτα καὶ ποτὰ, καὶ τοὺς ὑπηρετήσοντας, καὶ στρωμνὴν καὶ ἐσθῆτα, καὶ τἆλλ᾽ οἷς οἰκεῖται σκηνὴ καλῶς στρατιωτική, ἐνταῦθα μὲν οὐδὲν ἄλλο δεῖ προσγενέσθαι ἢ τὸν λαβόντα εἰδέναι ὅτι τούτων, ὡς οἰκείων, ἐπιμελεῖσθαι δέοι· ὅστις δὲ εἰς ἐνδεόμενά του κατεσκήνωσε, τούτοις ὑμεῖς σκεψάμενοι, τὸ ἐλλεῖπον ἐκπληρώσατε. πολλὰ δὲ καὶ περιττὰ οἶδα ὅτι ἔσται· πλείω γὰρ ἅπαντα ἢ κατὰ τὸ ἡμέτερον πλῆθος εἶχον οἱ πολέμιοι. ἦλθον δὲ πρός με καὶ χρημάτων ταμίαι, οἵ τε τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέως καὶ ἄλλων δυναστῶν, οἳ ἔλεγον ὅτι χρυσίον εἴη παρὰ σφίσιν ἐπίσημον, δασμούς τινας λέγοντες. καὶ ταῦτα οὖν κηρύττετε πάντα ἀποφέρειν πρὸς ὑμᾶς, ὅπου ἂν καθέζησθε· καὶ φόβον ἐπιτίθεσθε τῷ μὴ ποιοῦντι τὸ παραγγελλόμενον. ὑμεῖς δὲ λαβόντες διαδίδοτε, ἱππεῖ μὲν τὸ διπλοῦν, πεζῷ δὲ τὸ ἁπλοῦν, ἵνα ἔχητε, ἤν τινων προσδέησθε, καὶ ὅτου ὠνήσεσθε. τὴν δ᾽ ἀγορὰν τὴν

οὖσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ. κηρυξάτω μὲν ἤδη μὴ ἀδικεῖν μηδένα, πωλεῖν δὲ τοὺς καπήλους καὶ ἐμπόρους ὅ,τι ἔχει ἕκαστος πράσιμον· καὶ ταῦτα διαθεμένους, ἄλλα ἄγειν, ὅπως οἰκῆται ἡμῖν τὸ στρατόπεδον. καὶ ταῦτα μὲν εὐθὺς ἐκήρυττον. οἱ δὲ Μῆδοι καὶ Ὑρκάνιοι εἶπον ὧδε· Καὶ πῶς ἂν ἡμεῖς ἄνευ σοῦ καὶ τῶν σῶν διανέμοιμεν ταῦτα; ὁ δ' οὖν Κῦρος πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ὧδε προσηνέχθη, Ἦ γὰρ οὕτως, ὦ ἄνδρες, γιγνώσκετε, ὡς ὅ,τι ἂν δέησῃ πραχθῆναι, ἐπὶ πᾶσι πάντας ἡμᾶς δεήσει παρεῖναι, καὶ οὔτε ἐγὼ ἀρκέσω ὑμῖν πράττων περὶ ὑμῶν ὅ,τι ἂν δέῃ, οὔτε ὑμεῖς περὶ ἡμῶν; καὶ πῶς ἂν ἄλλως πλείω μὲν πράγματα ἔχοιμεν, μείω δὲ διαπραττοίμεθα, ἢ οὕτως; ἀλλ' ὁρᾶτε· ἡμεῖς μὲν γὰρ διεφυλάξαμεν ὑμῖν τάδε, καὶ ὑμεῖς ἡμῖν ἐπιστεύσατε καλῶς διαπεφυλάχθαι. ὑμεῖς δ' αὖ διανείματε, καὶ ἡμεῖς πιστεύσομεν ὑμῖν καλῶς διανενεμηκέναι· καὶ ἐν ἄλλοις δέ γε αὖ ἄλλό τι ἡμεῖς πειρασόμεθα κοινὸν ἀγαθὸν πράττειν. ὁρᾶτε γὰρ δὴ νυνὶ πρῶτον ἵπποι ὅσοι ἡμῖν πάρεισιν, οἱ δὲ προσάγονται. τούτους οὖν εἰ μὲν ἐάσομεν ἀναμβάτους, ὠφελήσουσι μὲν οὐδὲν ἡμᾶς, πράγματα δὲ παρέξουσιν ἐπιμελεῖσθαι· ἢν δ' ἱππέας ἐπ' αὐτοὺς καταστήσωμεν, ἅμα πραγμάτων τε ἀπαλλαγησόμεθα καὶ ἰσχὺν ἡμῖν αὐτοῖς προσθησόμεθα. εἰ μὲν οὖν ἄλλους ἔχετε οἷστισιν ἂν δοίητε αὐτούς, μεθ' ὧν ἂν καὶ κινδυνεύοιτε ἥδιον (εἴ τι δέοι) ἢ μεθ' ἡμῶν, ἐκείνοις δίδοτε· εἰ μέντοι ἡμᾶς βούλεσθε παραστάτας μάλιστα ἔχειν, ἡμῖν αὐτοὺς δότε. καὶ γὰρ νῦν ὅτε ἄνευ ἡμῶν προσελάσαντες ἐκινδυνεύσατε, πολὺν μὲν φόβον ἡμῖν παρείχετε μή τι πάθητε, μάλα δὲ αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ἐποιήσατε ὅτι οὐ παρῆμεν ὅπουπερ ὑμεῖς. ἢν δὲ λάβωμεν τοὺς ἵππους, ἑψόμεθα ὑμῖν· κἂν μὲν δοκῶμεν ὠφελεῖν πλείονα ἐπὶ τῶν ἵππων συναγωνιζόμενοι, οὕτω προθυμίας οὐδὲν ἐλλείψομεν· ἢν δὲ πεζοὶ γενόμενοι δοκῶμεν καιριωτέρως ἂν παρεῖναι, τὸ καταβῆναι ἐν μέσῳ, καὶ εὐθὺς πεζοὶ ὑμῖν παρεσόμεθα· τοὺς δ' ἵππους μηχανησόμεθα οἷς ἂν παραδιδοίημεν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amici ac socii, nulla vos admiratio capiat quòd ad me sæpenumero conuocemini. Res enim præsentes quia nouæ sunt nobis, hæ magna ex parte minus sunt ordinatæ. Quæcunque autem ordine careant, hæc necessariò molestiam afferunt semper, donec loco suo fuerint constituta. Sunt nunc nobis multæ captæ pecuniæ, præterea viri quoque: sed quoniam neque nos scimus quæ harum rerum sint cuiusque nostrum, nec etiam hi nouere quis eorum singillatim herus sit, videre licet non multos eorum fungi officio, sed dubitantes quid faciendum sit ferè omnes. Ergo ne ita res habeant, ista definite: & qui cepit tabernaculum in quo satis sit & esculentorum & poculentorum, & ministrorum, & stratorum, & vestis, aliarúmque rerum cum quibus commodè habitatur tabernaculum militare, hîc sanè aliud nihil addendum est, quàm vt norit is qui cepit, horum esse habendam curam perinde atque de rebus propriis: qui verò in ea incidit tabernacula quæ rei cuiusquam indigent, hisce vos quod deest supplete dilıgēter. Nec sum inscius superuacanea fore permulta: plura enim omnia quàm pro nostra multitudine habebant hostes. Venerunt autem ad me & Assyrii regis & aliorum potentatuum quæstores, qui dicerēt aurum esse apud se signatum, tributa quædam narrantes. Quare hæc omnia proclamate ad vos deferant vbi sederitis, metúmque illi addite qui iussa non fecerit. Vos præterea tribuite quod ceperitis, equiti quidem duplum, pediti verò simplum, vt habeatis si quo egebitis, & quo etiam aliquid ematis. Foro castrensi proclamate iam neminem inferre iniuriam, & vt caupones atque mercatores vendant quod singulis est venale: & hæc sanè vbi vendiderint, alia aduehere, quò castra nobis incolantur. *Atque hæc quidem ii continuò proclamabant. Medi autem & Hyrcanii ita dixerunt, Et quónam modo nos sine te ac tuis hæc distribuamus? Atque Cyrus item hæc eorum verba ita excepit,* Nũ enim, ô viri, ita ipsi sentitis, vt quicquid agēdũ fuerit, omnibus rebus interesse nos omnes oporteat? neque satis ego futurus sim vobis agens pro vobis quicquid opus fuerit, neque vosipsi pro nobis? Et quo pacto aliter habeamus plus laboris, ac minus efficiamus, quàm ita? At videte vos, nos enim custodiuimus hæc vobis, & à nobis vos creditis esse bene custodita: vos itidem distribuite, & nos credemus bene à vobis esse distributa: atque aliis item in rebus nos boni aliquid enitemur agere in commune. Videtis enim nunc primùm quot adsint nobis equi: alii etiam adducuntur: quos si otiosos esse permittemus, nulli nobis vsui sunt futuri, quin molestiæ potius nobis erunt propter eorum curam. Quòd si equites iis imposuerimus, simul & negotiis liberabimur, & nobis ipsis vires addemus. Quare si alios habetis quibus istos detis, quibuscum, si opus fuerit, discrimen ineatis libentius quàm nobiscum, in illos distribuite: sin maximè nos habere vultis vobis subsidiarios, nobis eos date. Etenim quũ modò sine nobis fugãdo dimicabatis, magno nobis eratis metui nequid aduersi pateremini: fecistísque nos sanè pudere plurimùm, quòd non ibi vbi eratis, adesse-

mus. Quòd si equos acceperimus, sequuturi vos sumus, ac, si aliquanto maiori vsui in equis dimicantes esse videamur, ita nihil strenuitatis omittemus: sin pedites visi fuerimus, opportunius vobis operam præstituri, tum descendere erit in promptu, & vobis continuò pedites aderimus. Equos autem excogitabimus quibus tradamus.

Ex libro quinto.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Medi, relicto in castris Cyaxare liberius poculis indulgente, Cyri auspicia & signa erant sequuti, & cum eo exierant, non deserto, sed tamen tum relicto Cyaxare. Is maximum ex ea re dolorẽ cepit, missisque asperis & minacibus literis, reuocare eos conatus est. Verùm plus habuerunt offensionis quàm autoritatis eæ literæ: & quia simul Cyrum carpebant, rescripsit ipse ad eas multò humaniores & æquiores, quibus se ac Medos purgare, omnibúsque illis impunitatẽ impetrare est conatus. Verùm quũ illi cunctarẽtur, pigerétque eos reuerti, inclinatos eorũ ad se animos sentiẽs Cyrus, hac oratione perducere omnino, sibique adiungere nixus est. Hic illorum captat studia commemoratione tum illorum erga se meritorum & egregiæ voluntatis, tum suæ erga eos beneuolẽtiæ. Honorem verò quòd hactenus illiberalius habuerit, parúmque gratus & munificus videri possit, non inhumanitati suæ id, sed tenuitati esse assignandum. Liberalitatis suæ exemplum pro re nata affert vnum.

Ἄνδρες Μῆδοι καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐγὼ ὑμᾶς οἶδα σαφῶς ὅτι οὔτε χρημάτων δεόμενοι σὺν ἐμοὶ ἐξήλθετε, οὔτε Κυαξάρει νομίζοντες τοῦτο ὑπηρετεῖν, ἀλλ᾽ ἐμοὶ βουλόμενοι τοῦτο χαρίζεσθαι, καὶ ἐμὲ τιμῶντες, καὶ νυκτοπορεῖν καὶ κινδυνεύειν σὺν ἐμοὶ ἠθελήσατε. καὶ χάριν τούτων ἐγὼ ὑμῖν ἔχω μὲν, εἰ μὴ ἀδικῶ, ἀποδιδόναι δὲ οὔπω ἀξίαν δύναμιν ἔχειν μὴ δοκῶ. καὶ τοῦτο μὲν οὐκ αἰσχύνομαι λέγων, τὸ δὲ, ἐὰν μένητε παρ᾽ ἐμοὶ, ἀποδώσω, εὖ ἴστε ὅτι τοῦτο αἰσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν. (νομίζοιμι γὰρ ἐμαυτὸν ἐοικέναι λέγοντι ταῦτα τούτου ἕνεκα τοῦ ὑμᾶς ἐθέλειν μᾶλλον παρ᾽ ἐμοὶ καταμένειν) ἀντὶ δὲ τούτου τάδε λέγω· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν, κἂν ἤδη ἀπίητε Κυαξάρει πειθόμενοι, ὅμως ἐὰν τι ἀγαθὸν πράξω, πειράσομαι οὕτω ποιεῖν ὥστε καὶ ὑμᾶς ἐμὲ ἐπαινεῖν. οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ἄπειμι, ἀλλὰ καὶ Ὑρκανίοις, οἷς τοὺς ὅρκους καὶ τὰς δεξιὰς ἔδωκα, ἐμπεδώσω, καὶ οὔποτε τούτους προδιδοὺς ἁλώσομαι. καὶ τῷ μὲν νῦν ταῦτα διδόντι ἡμῖν Γωβρύᾳ καὶ τείχη καὶ χώραν καὶ δύναμιν, πειράσομαι ποιεῖν μήποτε μεταμελῆσαι τῆς πρὸς ἐμὲ ὁδοῦ. καὶ τὸ μέγιστον δὴ, οὕτω περιφανῶς τῶν θεῶν διδόντων ἀγαθὰ, καὶ φοβοίμην ἂν αὐτοὺς καὶ αἰσχυνοίμην ἀπολιπὼν ταῦτα εἰκῇ ἀπελθεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω ποιήσω. ὑμεῖς δὲ ὅπως καὶ γινώσκητε, οὕτω καὶ ποιεῖτε καὶ ἐμοὶ εἴπατε ὅ,τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIRI Medi, & vos qui adestis omnes, equidem certò scio neque pecuniarum indigentes vos mecum egressos esse, neque quòd existimaretis Cyaxari hoc præstare obsequium: sed vt hac in re mihi gratificaremini, méque honore prosequeremini, & per noctem iter facere, & mecum vnà periclitari voluistis. Quorum ego gratiam vobis habeo, nisi iniustus sim, quam referre nondum mihi videor posse pro dignitate: neque id dicere me pudet. Si autem dicam eam me relaturum, si apud me manseritis, hic mihi sermo pudori fuerit. (nam existimarem meipsum similem esse dicenti hæc, quò vos magis velitis manere apud me) Sed loco illius hæc vobis dico, Ego vobis, etiamsi iam abeatis obedientes Cyaxari, tamen siquid boni gessero, ita enitar facere vt me sitis laudaturi. non enim ipse nunc sum abiturus. Verùm & Hyrcaniis quibus & iusiurandum & dextras dedi, fidem seruabo, & nunquam hos deprehendar prodidisse. Et Gobryæ qui nũc nobis & oppida dat & regionem & vires, facere studebo ne ipsum vnquam pœniteat sui ad me itineris. Et, quod maximum est, quum dii immortales manifestis adeo bonis nos affecerint, eos & metuerem & vererer, si his bonis relictis temere abirem. Equidem ipse ita faciam: vos autem ita vt sentitis, ita etiam facitote, atque mihi dicite quæcunque sententia vobis sit.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Tradiderat Cyri castellum Assyrius Gadatas, cui præerat: tradito præsidium imposue

rat Cyrus, eique illum ipſum Gadatam præfecerat. Sed eam iacturam coniunctam proditione indigniſſimè ferebat rex Aſſyrius, vltúmque ſimul & caſtellum repetitum veniebat. Implorat opem Cyri Gadatas, & maturè miſſo opus eſſe oſtendit. Præſtò eſt Cyrus, & vt maturè auxilio mittat concionem conuocat: & ibi hanc concionẽ habet. Docet plurimùm ſua omnium intereſſe, vt caſtellum & Gadatas ipſe abſit à periculo. In fidem fuiſſe acceptum Gadatam, ſine perfidia non poſſe deſeri. Huic, ſi incolumitas præſtetur, magnum id habiturum momentum ad fideles amicitias & comparandas & retinendas. Quòd ſi violatam amicitiam acriter vlciſci Aſſyrius parat, ad fidem ſuam pertinere oſtendit, vt eandem adhibeat diligentiam in amicis adiungendis & tuendis.

Ἄνδρες σύμμαχοι, Γαδάτας διέπραξεν ἃ ἐδόκει πᾶσιν ἡμῖν πολλοῦ ἄξια εἶναι, καὶ ταῦτα πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὑφ' ἡμῶν παθεῖν. νῦν δὲ ὁ Ἀσσύριος εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἐμβάλλειν ἀγγέλλεται, δηλονότι ἅμα μὲν τιμωρεῖσθαι αὐτὸν βουλόμενος, ὅτι δοκεῖ μέγα βεβλάφθαι ὑπ' αὐτοῦ· ἅμα δ' ἴσως καὶ ἐκεῖνο ἐννοεῖται, ὡς εἰ οἱ μὲν πρὸς ἡμᾶς ἀφιστάμενοι μηδὲν ὑπ' ἐκείνου κακὸν πείσονται, οἱ δὲ σὺν ἐκείνῳ ὄντες ὑφ' ἡμῶν ἀπολοῦνται, ὅτι ὡς τάχιστα οὐδένα εἰκὸς σὺν αὐτῷ βούλεσθαι εἶναι. νῦν οὖν, ὦ ἄνδρες, καλόν τι ἄν μοι δοκῶ ποιῆσαι εἰ προθύμως Γαδάτῃ βοηθήσαιμεν, ἀνδρὶ εὐεργέτῃ· καὶ ἅμα δίκαια ποιοῖμεν ἄν, χάριν ἀποδιδόντες. ἀλλὰ μὴν καὶ σύμφορόν γ' ἄν, ὡς ἐγὼ δοκῶ, πράττοιμεν ἡμῖν αὐτοῖς. εἰ γὰρ πᾶσι φαινοίμεθα τοὺς μὲν κακῶς ποιοῦντας νικᾶν πειρώμενοι κακῶς ποιοῦντες, τοὺς δ' εὐεργετοῦντας ἀγαθοῖς ὑπερβαλλόμενοι, εἰκὸς ἐκ τῶν τοιούτων φίλους μὲν ἡμῖν πολλοὺς βούλεσθαι γίγνεσθαι, ἐχθρὸν δὲ μηδένα ἐπιθυμεῖν εἶναι. εἰ δὲ ἀμελῆσαι δόξαιμεν Γαδάτα, πρὸς τῶν θεῶν ποίοις λόγοις ἄλλους πείθοιμεν ἂν χαρίζεσθαί τι ἡμῖν; πῶς δ' ἂν τολμῷμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπαινεῖν; πῶς δ' ἂν ἀντιβλέψαι τις ἡμῶν δύναιτο Γαδάτᾳ, εἰ ἡττώμεθα αὐτοῦ εὖ ποιοῦντος, τοσοίδε ὄντες ἑνὸς ἀνδρός, καὶ τούτου οὕτω διακειμένου;

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

Viri ſocii, Gadatas peregit quæ nobis omnibus videbantur magni eſſe faciunda, & id quidem prius quàm quicquam omnino boni à nobis acceperit. Nunc Aſſyrius in eius regionem impetum facere nuntiatur, nimirum volens de illo capere vltionem, quòd ab eo putet ſe detrimentũ plurimum accepiſſe. Simul illud quoq; fortaſſis cogitat, fore, ſi nullo ii malo ab illo affecti fuerint qui ad nos defecere, qui verò cum illo ſunt, perdentur à nobis, vt primo quoque tempore nemo velit cum eo eſſe. Nunc igitur honeſtè egerimus, mea ſententia, ſi alacriter Gadatæ auxilium tulerimus, viro ſanè benefico: ſimúlque fecerimus quod æquum poſtulat, ſi gratiam retulerimus: præterea, vt mihi videor intelligere, rem gerimus vtilem nobiſipſis. Si enim omnibus compertum ſit nos maleficiis vincere maleficos, beneficos verò beneficiis ſuperare, ex his rebus veriſimile eſt fore vt velint quamplurimi nobis eſſe amici, ac nemo inimicus eſſe cupiat. Quòd ſi neglexiſſe Gadatam videamur, quibus rationibus per deos immortales perſuadeamus aliis vt quicquam nobis gratificentur? quomodo etiam audeamus laudare noſipſos? quomodo item quiſquam noſtrum queat Gadatam in os intueri, ſi beneficiis vincamur tot nos viri ab vno viro, & eo ſic affecto?

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Erant inter Cyri ſocios, & in eius exercitu, Caduſii. His quum caſtrorum cuſtodia cecidiſſet, quà ad hoſtes vergebant, & ſpe prædandi longius in agrum hoſtilem proceſſiſſent, & acta præda palantes impunius iter facerent, Aſſyrii facto in incautos impetu magnam ſtragem eorum ediderunt. Saucii tamen in caſtra redierunt non pauci cum cætera integrorum multitudine. Cyrus poſtquam ægrorum curationi proſpexiſſet, cõuocauit omnes, & in eorum cœtu verba fecit: quorum hîc refertur ſumma. Eius orationis tres ſunt partes: nam primùm cladem acceptam deflet, ſed paucis: deinde culpam illorum & temeritatem notat, & excurſionum rationem atque cautiones tum in occurrendo hoſtibus, tum in ſubueniendo ſuis laborantibus explicat: poſtremò ad perſequendam eam iniuriam eos inſtigat, & in hoſtem animat.

Ἄνδρες σύμμαχοι, ἀνθρώπινον μὲν τὸ γεγενημένον πάθος. τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, οὐδὲν οἶμαι θαυμαστόν. ἄξιοί γε μέντοι ἐσμὲν τοῦ γεγενημένου τούτου πράγματος ἀπολαῦσαί τι ἀγαθόν, τὸ μαθεῖν μήποτε διασπᾶν ἀπὸ τοῦ ὅλου δύναμιν ἀσθενεστέραν τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως. καὶ τοῦτο λέγω, ὡς οὐ δεῖ ποτε καὶ ἐλάσσονι ἔτι μείονι ἰέναι ὅπου ἂν δέῃ, ἢ νῦν ὁ Καδούσιος ᾤχετο· ἀλλ' ἤν τις κινούμενος ὁρμᾶται τῷ ἱκανῷ βοηθῆσαι, ἔστι μὲν ἀπατηθῆναι, ἔστι δὲ τῷ ὑπομένοντι ἐξαπατήσαντα τοὺς πολεμίους, ἄλλοσε τρέψαι ἀπὸ τῶν ἐξεληλυθότων· ἔστι δὲ ἄλλα

παρέχοντα πράγματα τοῖς πολεμίοις, τοῖς φίλοις ἀσφάλειαν παρέχειν. καὶ οὕτω μὲν οὐδ' ὁ χωρὶς ὢν ἀπέσται, ἀλλ' ἐξαρτήσεται τῆς ἰσχύος· ὁ δὲ ἀπελθὼν, μὴ ἀνακοινωσάμενος ὅπου ἂν ᾖ, οὐδέν τι διάφορον πάσχει ἢ εἰ μόνος ἐστρατεύετο. ἀλλ' ἀντὶ μὲν τούτου, ἢν θεὸς θέλῃ, ἀμυνούμεθα τοὺς πολεμίους οὐκ εἰς μακράν· ἀλλ' ἐπειδὰν τάχιστα ἀριστήσητε, ἄξω ὑμᾶς ἔνθα τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, καὶ ἅμα μὲν θάψομεν τοὺς τελευτήσαντας, ἅμα δὲ δείξομεν τοῖς πολεμίοις, ἔνθα κρατῆσαι νομίζουσιν, ἐνταῦθα ἄλλους αὐτῶν κρείττους, ἢν θεὸς θέλῃ· καὶ ὅπως γε μηδὲ τὸ χωρίον ἡδέως ὁρῶσιν ἔνθα κατέκανον ἡμῶν τοὺς συμμάχους. ἢν δὲ μὴ ἀντεπεξίωσι, καύσομεν αὐτῶν τὰς κώμας, καὶ δῃώσομεν τὴν χώραν, ἵνα μὴ ἃ ἡμᾶς ἐποίησαν ὁρῶντες εὐφραίνωνται, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν κακὰ θεώμενοι ἀνιῶνται. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀριστᾶτε ἰόντες· ὑμεῖς δὲ ὦ Καδούσιοι πρῶτον μὲν ἀπελθόντες ἄρχοντα ὑμῶν αὐτῶν ἕλεσθε ᾗπερ ὑμῖν νόμος, ὅστις ὑμῶν ἐπιμελήσεται σὺν τοῖς θεοῖς καὶ σὺν ἡμῖν, ἤν τι προσδέησθε. ἐπειδὰν δὲ ἕλησθε καὶ ἀριστήσητε, πέμψατε πρὸς ἐμὲ τὸν αἱρεθέντα.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIRI socii, humanum est quod aduersi accidit. NAM quòd homines errent vt homines, nihil puto mirandum esse. Dignum autem est vt ex hoc quod accidit aliquo fruamur bono, vt scilicet discamus copias imbecilliores hostiũ copiis nunquam ab vniuerso *exercitu* diuellere. Neque hoc à me dicitur quòd non oporteat quãdoque cum minore etiam parte aliquò ire, si opus sit, quàm nunc Cadusius ierit: sed si quis iuerit re cum eo communicata, qui satis sit ad ferendum auxilium, fieri potest vt decipiatur: fieri etiam potest vt is qui remanet, hostes deceptos auertat ab iis qui egressi sunt: fieri item potest vt præbendo hostibus negotia, faciat vt amici sint in tuto: & hoc pacto ne is quidem qui seorsum fuerit, aberit à *reliquis* copiis, sed ab illis dependebit. Qui autem aberit, & non communicauerit, vbicunque sit, is nihil differt ab eo qui solus militaret. Verum huius rei, si Deus voluerit, vltionẽ ab hostibus non multo postea capiemus. Sed quũ primùm pranderitis, eò vos agam, vbi res gesta est, simúlque interemptos sepeliemus, simúlque hostibus ostendemus vbi se vicisse putant, hîc, si Deus voluerit, iis alios esse superiores: & vt ne ipsum quidem locum libenter aspiciant, vbi socios nostros occidêre. Sin contrà obuiam nobis non prodierint, eorum vicos cremabimus, agrúmque vastabimus, ne, videntes quæ nobis fecere, afficiantur lætitia: sed sua intuentes mala, tristentur. Alii igitur pransum ite. vos autem Cadusii primùm abite, vobis principem electuri pro lege vestra, qui cum deorum auxilio ac nostro, si qua vobis re opus fuerit, vestrûm sit curam habiturus. Vbi autem elegeritis, pransique fueritis, electum ad me mittite.

CYAXARIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Medi, quum Cyaxarem regem suum otio abũdãtem, & se voluptatibus tradẽtem, viderent, (vt diximus) Cyrum autem (qui socius erat Cyaxaris) vigilãtem, solertem & paratum hominem, & tum aliquid in hostem parantem, ad similis virtutis æmulationem incitati sunt, & eum sunt sequuti: nec eorum voluntatem atque alacritatem repudiauit Cyrus, ratus id Cyaxarem æqui bonique facturum. Sed Cyaxares (vti suprà diximus) iniquissimo animo tulit. itaque quum omnes reuertissent, hanc ille iniuriam cũ Cyro expostulauit. Cuius querimoniæ summa hac oratione comprehensa est: quæ etsi dicendi genere à grauitate orationum est remotior, tamen rei magnitudo id flagitat vt inter orationes censeatur. Quod enim paulum ea se summittit, de industria factum est. seruiendum enim personæ fuit. Probat variis argumentis, potissimùm verò inductione, contra officium fecisse Cyrum, quòd suos à se abduxerit. Refellit quod de merito & re bene gesta afferebat Cyrus. Nam is se, quicquid iniuriæ esset (si quid esset) se cũ maximo commodo compensasse dicebat.

ἈΛΛ' ὦ Κῦρε, ὡς μὲν ταῦτα ἃ σὺ πεποίηκας καλά ἐστιν, οὐκ οἶδα ὅπως χρὴ λέγειν. εὖ γε μέντοι ἴσθι ὅτι ταῦτα τὰ ἀγαθὰ τοιαῦτά ἐστιν οἷα ὅσῳ πλείω φαίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμὲ βαρύνει. τήν τε γὰρ χώραν ἐγὼ αὐτὴν σὴν ἐβουλόμην τῇ ἐμῇ δυνάμει μείζω ποιεῖν μᾶλλον ἢ τὴν ἐμὴν ὑπὸ σοῦ ὁρᾶν οὕτως αὐξανομένην. σοὶ μὲν γὰρ ταῦτα ποιοῦντι καλά, ἐμοὶ δέ γε ἐστί πῃ ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα. καὶ χρήματά γε ἐγὼ ἄν σοι δοκῶ ἥδιον οὕτω δωρεῖσθαι ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν, ὧν σὺ νῦν ἐμοὶ δίδως. τούτοις γὰρ πλουτιζόμενος ὑπὸ σοῦ, καὶ μᾶλλον αἰσθάνομαι οἷς πενέστερος γίγνομαι. καὶ τούς γε ἐμοὺς ὑπηκόους ἰδὼν μικρά γε ἀδικουμένους ὑπὸ σοῦ, ἧττον ἂν δοκῶ λυπεῖσθαι, ἢ νῦν ὁρῶν ὅτι μεγάλα ἀγαθὰ πεπόνθασιν ὑπὸ σοῦ. εἰ δέ σοι ταῦτα δοκῶ ἀγνωμόνως ἐνθυμεῖσθαι, μὴ ἐν ἐμοὶ ταῦτα, ἀλλ' ἐν σοὶ τρέψας πάντα, καταθέασαι οἷα σοὶ φαίνεται· τί γὰρ ἂν εἴ τις κύνας, ἃς σὺ τρέφεις φυλακῆς ἕνεκα

σαυτοῦ τε καὶ τῶν σῶν, ταύτας θεραπεύων, ἑαυτῷ γνωριμωτέρας ἢ σοὶ ποιήσειεν, ἆρ' ἂν εὐφραίνοι σε τούτῳ τῷ θεραπεύματι; εἰ δὲ τοῦτό σοι δοκεῖ μικρὸν εἶναι, κἀκεῖνο κατανόησον, εἴ τις τοὺς σὲ θεραπεύοντας, οὓς σὺ καὶ φρουρᾶς καὶ θεραπείας ἕνεκα κέκτησαι, τούτους οὕτω διαθείη ὥστ' ἐκείνου μᾶλλον ἢ σοῦ βούλεσθαι εἶναι, ἆρ' ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; τί δὲ (ὃ μάλιστα ἄνθρωποι ἀσπάζονταί τε καὶ θεραπεύουσιν οἰκειότατα) εἴ τις γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν ὥστε αὐτὴν φιλεῖν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σέ, ἆρ' ἄν σε τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφραίνοι; πολλοῦ γ' ἄν, οἶμαι, καὶ δέοι· ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι πάντων ἂν μάλιστα ἀδικοίη σε τοῦτο ποιήσας. ἵνα δὲ εἴπω καὶ τὸ μάλιστα τῷ ἐμῷ πάθει ἐμφερές, εἴ τις οὓς σὺ ἤγαγες Πέρσας οὕτω θεραπεύσειεν ὥστε αὐτῷ ἥδιον ἕπεσθαι ἢ σοί, ἆρ' ἂν φίλον αὐτὸν νομίζοις; οἶμαι μὲν οὔ, ἀλλὰ πολεμιώτερον ἂν ἢ εἰ πολλοὺς αὐτῶν κατακάνοι. τί δέ, εἴ τις τῶν σῶν φίλων, φιλοφρόνως σου εἰπόντος· Λάμβανε τῶν ἐμῶν ὁπόσα ἐθέλεις, εἰ οὗτος ἀκούσας, οἴχοιτο λαβὼν πάντα ὁπόσα δύναιτο, καὶ αὐτὸς μὲν τοῖς σοῖς γε πλουτοίη, σὺ δὲ μηδὲ μετρίοις ἔχοις χρῆσθαι· ἆρ' ἂν δύναιο τὸν τοιοῦτον ἄμεμπτον φίλον νομίζειν; νῦν μέντοι ἐγώ, Κῦρε, εἰ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τοιαῦτα ὑπὸ σοῦ δοκῶ πεπονθέναι. σὺ γὰρ ἀληθῆ λέγεις· εἰπόντος ἐμοῦ τοὺς ἐθέλοντας ἄγειν, λαβὼν ᾤχου πᾶσαν μου τὴν δύναμιν, ἐμὲ δὲ ἔρημον κατέλιπες· καὶ νῦν ἃ ἔλαβες τῇ ἐμῇ δυνάμει, ἄγεις δή μοι, καὶ τὴν ἐμὴν χώραν αὔξεις σὺν τῇ ἐμῇ δυνάμει. ἐγὼ δὲ δοκῶ, οὐδὲν συναίτιος ὢν τῶν ἀγαθῶν, παρέχειν ἐμαυτὸν ὥσπερ γυνὴ εὖ ποιεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖσδε τοῖς ἐμοῖς ὑπηκόοις· σὺ μὲν γὰρ ἀνὴρ φαίνῃ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἄξιος ἀρχῆς. ταῦτα οὖν σοι δοκεῖ εὐεργετήματα εἶναι, ὦ Κῦρε; εὖ ἴσθ' ὅτι, εἴ τι ἐμοῦ ἐκήδου, οὐδενὸς ἂν οὕτω με ἀποστερεῖν ἐφυλάττου ὡς ἀξιώματος καὶ τιμῆς. τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι; οὐ γάρ τοι ἐγὼ Μήδων ἦρχον διὰ τὸ κρείττων πάντων αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς τούτους ἀξιοῦν ἡμᾶς αὐτῶν πάντα βελτίονας εἶναι.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

VErùm, ô Cyre, ista quæ fecisti, mala esse haud scio quo pacto dicere oporteat. hoc tamen scito, ista quidem esse talia, quæ quo plura apparent, eo mihi sunt grauiora. Ego enim mallem regionem tuam maioré facere meis viribus, quàm meam intueri hoc pacto amplificatam. Nam ista præclara sunt tibi facienti, at mihi minimè quodámodo honorifica. Ac pecunias lubentius me tibi donaturum ita existimem, quàm accepturum à te, vt mihi nunc das. iis enim me locupletari valde abs te sentio, quibus pauperior fio. Ac subditos meos si videam parua à te affectos iniuria, minus me doliturum reor, quàm nunc intués magna eos à te bona accepisse. Quòd si me existimas hæc inhumaniter cogitare, non in me ista, sed in te vertens, considera omnia qualia videntur tibi. Quid enim, si quis canes, quas ipse alis custodiæ gratia & tuiipsius & tuorum, ita curet vt eas familiariores reddat sibiipsi quàm tibi, num tibi hac curatione is lætitiam afferat? Quòd si hoc tibi videtur esse quid parui, illud animo volutato: si quis eos qui te obseruant & colunt, quos tu & præsidii & militię gratia comparasti, tales reddat vt illius malint quàm tui esse, num ei gratiam habeas pro beneficio? Quid autem (quod homines potissimùm & amplectútur & colunt, vt maximè propriú) si quis vxorem tuam ita coleret vt eam faceret sibi magis amicam quàm tibi, num te hoc beneficio lætum redderet? Longè (vt opinor) secus esset: imò qui hoc faceret, maximè omnium iniurius in te foret. Vt autem dicam quod meo dolori simillimum est, si quis Persas quos tu adduxisti, ita coleret vt eum libentius quàm te sequi vellent, num is tibi amicus videretur? Puto equidem minimè: sed longè magis hostis, quàm si multos eorum interfecisset. Quid verò si quis amicorum tuorum, vbi tu amanter dixisses Cape ex meis quæcunque libuerit, his auditis abiret, captis omnibus quæ potuisset, atque his rebus tuis ditatus esset, at tu ne mediocrium quidem vsum haberes: posséfne probum húc amicum existimare? Atqui nunc ego, Cyre, si minus hæc, at his similia pati videor abs te. Nanque vera abs te dicuntur, quum dixissem vt eos duceres qui id vellent, tu abiisti accepto meo omni exercitu, me autem reliquisti destitutum. Et hoc tempore quæ cepisti fretus viribus meis, ea tãdem affers ad me, meámque regionem auges meo cum labore. Ego verò nullorum bonorum tecum autor, videor meipsum tanquam fœmina tum aliorum hominum, tum horum meorum subditorú beneficentia me exponere. nam ipse tu vir videris, ego verò ne dignus quidem imperio. Hæcne tibi beneficia videntur esse, Cyre? Nec enim te præterit, si qua te mei cura tetigisset, nulla re tam cauisses me priuare, quàm autoritate & honore. Quid enim mihi prodest si amplificetur regio, ipse autem reddar inhonoratus? Nec enim idcirco Medis imperabam quòd ipse omnibus essem melior: sed eò potius, quòd iidem ipsi nos ducerent omnibus in rebus sese esse meliores.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Quum de dimittendo exercitu aliquid in sermone iniecisset Cyaxares, suos autē successus æstimaret Cyrus, videretq; maximè è re sua fuisse & futurū in posterū, si firmissimus à sociis in bello gerendo esset, statuit eniti per suos, vt eos retineret. Itaque sapientissimum quenque suorum vocauit, & in eo conuentu hoc suum consilium exposuit: de quo illius hæc est oratio. Hîc enim docet magno sibi fore adiumento ad reliqua bella coniunctionem cum Medis. Itaque hortatur vt blandè appellando, & quacunque poterunt ratione alliciendo, eos ad manendi conditionem perducant. A se quidem nihil defuturum quo id perficiatur, pollicetur.

Ἄνδρες φίλοι, ἃ μὲν δὴ πρῶτα ηὐξάμεθα, σὺν θεοῖς πάρεστιν ἡμῖν. ὅποι γὰρ ἂν πορευώμεθα, κρατοῦμεν τῆς χώρας· καὶ μὲν δὴ καὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶμεν μειουμένους, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς πλείονάς τε καὶ ἰσχυροτέρους γιγνομένους. εἰ δὲ ἡμῖν ἔτι θελήσειαν οἱ νῦν προσγενόμενοι σύμμαχοι παραμεῖναι, καὶ πολλῷ ἂν μᾶλλον ἀνύσαι δυναίμεθα, καὶ ἔτι βιάσασθαι καιρὸς, καὶ ἔτι πεῖσαι δέοι. ὅπως οὖν τὸ μένειν ὡς πλείστοις συνδοκῇ τῶν συμμάχων, οὐδὲν μᾶλλον τοῦτο ἐμὸν ἔργον ἢ καὶ ὑμέτερον μηχανᾶσθαι. ἀλλ' ὥσπερ καὶ ὅταν μάχεσθαι δέῃ, ὁ πλείστους χειρωσάμενος, ἀλκιμώτατος δοξάζεται εἶναι, οὕτω καὶ ὅταν που δέῃ βουλῆς, ὁ πλείστους ὁμογνώμονας ἡμῖν ποιήσας, οὗτος δικαίως ἂν λεκτικώτατός τε καὶ πρακτικώτατος κρίνοιτο ἂν εἶναι. μὴ μέντοι ὡς λόγον ἡμῖν ἐπιδειξόμενοι ὃν ἂν εἴπητε πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, τοῦτο μελετᾶτε, ἀλλ' ὡς τοὺς πεπεισμένους ὑφ' ἑκάστου, δήλους ἐσομένους οἷς ἂν πράττωσιν, οὕτω παρασκευάζεσθε. καὶ ὑμεῖς μὲν τούτων ἐπιμελεῖσθε. ἐγὼ δὲ, ὅπως ἂν ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια ὅσα ἂν ἐγὼ δύνωμαι οἱ στρατιῶται περὶ τοῦ στρατεύεσθαι βουλεύωνται, τούτου πειράσομαι ἐπιμελεῖσθαι.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amici, quæ prima optabamus, adsunt deorum benignitate. Quocūque enim pergamus, regionem occupamus: hostésque videmus diminui, nos verò & plures & validiores fieri. Quòd si hi socii qui additi sunt, voluerint apud nos permanere, multo etiam magis exequemur *quod proposuerimus*, siue agendum vi, siue persuasione vtendum fuerit. Artem igitur aliquam excogitare qua plurimi socii nobis de manendo assentiantur, non meum est opus magis quàm etiam vestrum. Sed quemadmodum quum pugnandum est, qui plurimos subegerit, hunc opinantur inuictissimo esse animo: sic item quum deliberatione opus est, qui plurimos egerit in sententiā nostram, hic iure ac meritò & eloquentissimus esse iudicetur, & ad res agendas præstantissimus. At nolite quidem perinde quasi orationem nobis ostentaturi, qualem ad vnumquenque eorum sitis habituri, hoc meditari: sed quò etiam persuasi à quolibet manifesti sint ex his quæ gerant, ita instruite. Ac vos quidem gerite horum curam. Ego verò vt milites habentes res necessarias, quantum equidem ipse præstare queam, de expeditione consultent, enitar diligentiam habere.

Ex libro sexto.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Retulerant Cyrus & Cyaxares ad concilium procerum & fœderatorum, dimitti exercitum placeret, necne. Ibi quum in eam sententiam iuissent maiores natu, qui priores dixerant, vt in armis maneretur, Cyrus quoque ad dicendam sententiam accessit: cuius hic summa est perscripta. Is collaudata eorum qui dixerant, sententia, dicit se quoque & ita sensisse, & etiānū sentire, atq; ita omnibus expedire: deinde reliquæ suæ deliberationis occasionem petit ab eadem causa, quæ paulo antè eum impulisset ad mentionem missionis faciendam. Se enim ita tum iudicasse, duo esse quæ militiæ sibi finem necessariò afferrent: vnum, quòd fames frigúsque impederent, si in hyemem essent progressi: alterum, quòd castellorum inopia irritas illis omnes victorias faceret, quia tam carerent eo quod cepissent, quàm quod adhuc intactum esset. Itaque se minimè quidem autorem esse vt ab armis discedatur, sed vt castella muniantur, vbi & præsidia & commeatus instrumentáque ad bellum gerendum constructa & parata esse possint.

Ὦ Ἄνδρες, οὐδ' ἐμὲ λανθάνει ὅτι ἐὰν διαλύωμεν τὸ στράτευμα, τὰ μὲν ἡμέτερα ἀσθενέστερα γίγνοιτο ἄν, τὰ δὲ τῶν πολεμίων πάλιν αὐξήσεται. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ὅπλα ἀφῄρηνται, ταχὺ ἄλλα ποιήσονται· ὅσοι τε ἵππους ἀπεστέρηνται, ταχὺ πάλιν ἄλλους κτήσονται· ἀντὶ δὲ τῶν ἀποθανόντων ἕτεροι καὶ ἐφηβήσουσι καὶ ἐπιγενήσονται. ὥστε οὐδὲ θαυμαστὸν εἰ ἐν τάχει πάλιν ἡμῖν πράγματα παρέχειν δυνήσονται. τί δῆτα ἐγὼ Κυαξάρει λόγον ἐκέλευσα ἐμβαλεῖν περὶ καταλύσεως τῆς στρατιᾶς; εὖ ἴστε ὅτι φοβούμενος τὸ μέλλον. ὁρῶ γὰρ ἡμῖν ἀντιπάλους

προσιόντας, οἷς ἡμεῖς, εἰ ὧδε στρατευσόμεθα, οὐ δυνησόμεθα μάχεσθαι. προσέρχεται μὲν γὰρ δή που χειμὼν, στέγαι δ' εἰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς εἰσιν, ἀλλὰ μὰ Δία οὐχ ἵπποις οὐδὲ θεράπουσιν, οὐδὲ τῷ δήμῳ τῶν στρατιωτῶν· ὧν ἄνευ ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα στρατεύεσθαι. τὰ δ' ἐπιτήδεια ὅπου μὲν ἡμεῖς ἐληλύθαμεν, ὑφ' ἡμῶν ἀνάλωται· ὅποι δὲ οὐκ ἀφίγμεθα, διὰ τὸ ἡμᾶς φοβεῖσθαι, ἀνακεκομισμένοι εἰσὶν εἰς ἐρύματα· ὥστε αὐτοὺς μὲν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ ταῦτα μὴ δύνασθαι λαμβάνειν. τίς οὖν οὕτως ἀγαθὸς, ἢ τίς οὕτως ἰσχυρὸς, ὃς λιμῷ καὶ ῥίγει δύναιτ' ἂν μαχόμενος στρατεύεσθαι; εἰ μὲν οὖν οὕτω στρατευσόμεθα, ἐγὼ μέν φημι χρῆναι ἑκόντας ἡμᾶς καταλῦσαι τὴν στρατιὰν μᾶλλον ἢ ἄκοντας ὑπ' ἀμηχανίας ἐξελαθῆναι. εἰ δὲ βουλόμεθα ἔτι στρατεύεσθαι, τόδ' ἐγώ φημι ἔτι χρῆναι ποιεῖν· πειρᾶσθαι ὡς τάχιστα τῶν μὲν ἐκείνων ὀχυρῶν ἡμᾶς ὡς πλεῖστα παραιρεῖν, ἡμῖν δ' αὐτοῖς ὡς πλεῖστα ὀχυρὰ ποιεῖσθαι. ἐὰν γὰρ ταῦτα γένηται, τὰ μὲν ἐπιτήδεια πλείονα ἕξουσιν ὁπότεροι ἂν πλείω δύνωνται λαμβάνοντες ἀποτίθεσθαι, πολιορκήσονται δὲ ὁπότεροι ἂν ἥσσους ὦσι. νῦν δ' οὐδὲν διαφέρομεν τῶν ἐν πελάγει πλεόντων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πλέουσι μὲν ἀεὶ, τὸ δὲ πεπλευσμένον οὐδὲν οἰκειότερον τοῦ ἀπλεύστου καταλείπουσιν. ἐὰν δὲ φρούρια ἡμῖν γένηται, ταῦτα δὴ τοῖς μὲν πολεμίοις ἀλλοτριώσει τὴν χώραν, ἡμῖν δὲ ὑπ' εὐδίας μᾶλλον ἔσται πάντα. ὃ δὲ ἴσως ἄν τινες ὑμῶν φοβηθεῖεν, εἰ δεήσει πόρρω τῆς ἑαυτῶν φρουρεῖν, μηδὲ τοῦτο ὀκνήσητε. ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἐπείπερ ὡς οἴκοθεν ἀποδημοῦμεν, φρουρήσειν ὑμῖν ἀναδεχοίμεθα τὰ ἐγγύτατα χωρία τῶν πολεμίων· ὑμεῖς δὲ τὰ πρόσορα ὑμῖν αὐτοῖς τῆς Ἀσσυρίας ἐκεῖνα κτᾶσθε καὶ ἐργάζεσθε. ἐὰν γὰρ ἡμεῖς τὰ πλησιοχώτων δυνώμεθα φρουροῦντες σῴζεσθαι, ἐν πολλῇ ὑμεῖς εἰρήνῃ, οἱ τὰ πρόσω αὐτῶν ἔχοντες, βιοτεύσετε. οὐ γὰρ, οἶμαι, δυνήσονται τῶν ἐγγὺς ἑαυτῶν ὄντων κακῶν ἀμελοῦντες τοῖς πρόσω ὑμῖν ἐπιβουλεύειν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

O Viri, ne me quidem latet futurum, si soluamus exercitum, vt res nostræ reddantur imbecilliores, hostium verò rursus augeantur. Ii enim omnes quibus arma sunt ablata, celeriter alia sunt facturi: quicunque equis priuati sunt, quàprimùm rursus alios comparabunt: & pro interemptis alii pubescent, & illis succedet. Itaque nihil mirum fuerit si celeriter admodum nobis negotia præbere potuerint. Quid igitur iussi ego Cyaxari vt sermonem iniiceret de soluendo exercitu? Nempe quoniam quod futurum esset metuebam. video enim aduersarios aduentare, aduersus quos si hîc castrametabimur, pugnare minimè poterimus: aduentat enim iam hyems. Tecta verò etiam si sunt nobisipsis, at minimè sunt mediusfidius neq; equis, neque famulis, neque militum plebi, sine quibus nos haud possimus militiæ operam dare. Necessaria verò, quem in locum ipsi venimus, à nobis consumpta sunt: quò verò non venimus, ea metu nostri conuexerunt in loca munita. Itaque illi habent, nos verò hæc capere haud possumus. Quis igitur est adeo fortis, aut quis ita validus vt possit aduersus famem ac frigus pugnando militare? Quare si hoc pacto militiam exercebimus, ego affirmo oportere nos vltrò soluere exercitum potius quàm inuitos à difficultate rerum necessariarum expelli. Quòd si volumus adhuc militare, hoc ego dico adhuc quamcelerrimè esse faciundum, vt ipsi quamprimùm munitiones quamplurimas illorum capiamus, ac nobisipsis faciamus quamplurimas. Si enim hæc fiant, rerum necessariarum maiorem copiam habituri sunt, vtri plures potuerint captas recondere: obsidebuntur autem vtri fuerint inferiores. Nunc autem nihil differimus à nauigantibus in pelago. Etenim illi quum semper nauigent, nihilo magis proprium relinquunt quod nauigarunt, quàm quod nondũ nauigarunt. Quòd si castella habuerimus, hæc hostibus agrum alienabunt, nobis verò tranquilla omnia magis erunt. Quòd autem fortassis aliqui vestrûm metuerint, vbi opus fuerit procul à sua regione præsidium agitare, neque hoc vereamini. nos enim Persæ quandoquidem domo absumus, custodiẽda suscipiemus ea loca quæ sunt hostibus proxima: vos autẽ quæ vobis & Assyriis finitima sunt, ea possidete & colite. Si enim ipsi tenẽtes præsidiis quæ illis propinqua sunt ea colere possimus, in multa pace vos eritis, qui ea quæ procul ab ipsis sunt, habetis. Nõ enim poterunt (vt existimo) malis iis neglectis quæ erunt in proximo, vobis quos remotos habebunt insidiari.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Missi à Cyro speculatores, immensam hostium multitudinem, & mirificum esse apparatum retulerant, ex quo omnes vehemens terror incesserat. Is ne in eorum animis

inualesceret,& manaret etiam longius,prouidendum sibi putauit Cyrus. Ea re duces copiarum acciuit, sed ita vt ne gregarios milites ab audiendo arceret. Ibi hanc habuit concionem:in qua ad labantes iam animos confirmandos duobus nititur locis contrariis.suas enim vires affert, hostiles verò deprimit. Iubet eos memoria repetere quanto imparatiores cum firmioribus,quàm nũc sint,hostibus feliciter dimicauerint: quæ ex eo tempore facta sit ad suas vires accessio: quantum afferat momentum ad victoriam cum victis confligere, qui licet alia arma gestent, eosdem tamen animos in prælium afferant.

Ἄνδρες σύμμαχοι, ἐγώ τοι ὑμᾶς συνεκάλεσα, ἰδὼν τινὰς ὑμῶν, ἐπεὶ αἱ ἀγγελίαι ἦλθον ἐκ τῶν πολεμίων, πάνυ ἐοικότας πεφοβημένοις ἀνθρώποις. δοκεῖ γάρ μοι θαυμαστὸν εἶναι εἴ τις ὑμῶν ὅτι μὲν οἱ πολέμιοι λέγονται συλλέγεσθαι δέδοικεν, ὅτι δὲ ἡμεῖς πολὺ μὲν πλείους συνειλέγμεθα νῦν ἢ ὅτε ἐνικῶμεν ἐκείνους, πολὺ δὲ ἄμεινον σὺν θεῷ παρεσκευάσμεθα νῦν ἢ πρόσθεν, ταῦτα δὲ ὁρῶντες οὐ θαρρεῖτε. ὦ πρὸς θεῶν, τί δῆτ' ἂν ἐποιήσατε οἱ νῦν δεδοικότες, εἰ ἤγγελόν τινες τὰ παρ' ἡμῖν νῦν ὄντα ταῦτα ἀντίπαλα ἡμῖν προσιόντα; καὶ πρῶτον μὲν ἠκούετε ὅτι οἱ πρόσθεν νικήσαντες ἡμᾶς, οὗτοι πάλιν ἔρχονται, ἔχοντες ἐν ταῖς ψυχαῖς ἣν τότε νίκην ἐκτήσαντο· ἔπειτα δέ, οἱ τότε ἐκκόψαντες τῶν τοξοτῶν καὶ ἀκοντιστῶν τὰς ἀκροβολίσεις, νῦν οὗτοι ἔρχονται, καὶ ἄλλοι ὅμοιοι τούτοις πολλαπλάσιοι. ἔπειτα δὲ ὥσπερ οὗτοι ὁπλισάμενοι τοὺς πεζοὺς τότε ἐνίκων, νῦν οὕτως καὶ οἱ ἱππεῖς αὐτῶν παρεσκευασμένοι πρὸς τοὺς ἱππέας προσέρχονται· καὶ τὰ μὲν τόξα καὶ ἀκόντια ἀποδεδοκιμάκασι, παλτὸν δὲ ἓν ἰσχυρότερον ἕκαστος λαβὼν, προσελαύνειν διανενόηται, ὡς ἐκ χειρὸς τὴν μάχην ποιησόμενος. ἔτι δὲ ἅρματα ἔρχεται ἃ οὐχ οὕτως ἑστήξεται ὥσπερ πρόσθεν ἀποστραφέντα ὡς εἰς φυγὴν, ἀλλ' οἵ τε ἵπποι εἰσὶ κατατεθωρακισμένοι οἱ ἐν τοῖς ἅρμασιν, οἵ τε ἡνίοχοι ἐν πύργοις ἑστᾶσι ξυλίνοις, τὰ ὑπερέχοντα ἅπαντα συνεστεγασμένοι θώραξι, καὶ κράνεσι· δρέπανά τε σιδηρᾶ περὶ τοῖς ἄξοσι προσήρμοσται, ὡς ἐλῶντες καὶ οὗτοι εὐθὺς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἐναντίων. πρὸς δ' ἔτι κάμηλοι εἰσὶν αὐτοῖς ἐφ' ὧν προσελῶσιν, ὧν μίαν ἑκάστην ἑκατὸν ἵπποι οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ἰδόντες. ἔτι δὲ πύργους ἔχοντες προσίασιν, ἀφ' ὧν τοῖς μὲν αὐτῶν ἀρήξουσιν, ὑμᾶς δὲ βάλλοντες κωλύσουσιν τῷ ἰσοπέδῳ μάχεσθαι. εἰ δὴ ταῦτα ἤγγελλέ τις ὑμῖν ἐν τοῖς πολεμίοις ὄντα, οἱ νῦν φοβούμενοι τί ἂν ἐποιήσατε; ὁπότε ἀπαγγελλομένων ὅτι Κροῖσος μὲν ᾕρηται τοῖς πολεμίοις στρατηγὸς, ὃς τοσούτῳ Σύρων κακίων ἐγένετο ὅσῳ Σύροι μὲν μάχῃ ἡττηθέντες ἔφυγον, Κροῖσος δὲ ἰδὼν ἡττημένους, ἀντὶ τοῦ ἀρήγειν τοῖς συμμάχοις, φεύγων ᾤχετο· ἔπειτα δὲ διαγγέλλεται δήπου ὅτι αὐτοὶ μὲν οἱ πολέμιοι οὐχ ἱκανοὶ ἡγοῦνται ἡμῖν εἶναι μάχεσθαι, ἄλλους δὲ μισθοῦνται ὡς ἄμεινον μαχουμένους ὑπὲρ σφῶν ἢ αὐτοί. εἰ μέντοι τισὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα ὄντα δεινὰ δοκεῖ εἶναι, τὰ δὲ ἡμέτερα φαῦλα; τούτους ἐγώ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες, ἀφεῖναι εἰς τοὺς ἐναντίους. πολὺ γὰρ ἐκεῖ ὄντες πλείω ἂν ἡμᾶς ὠφελοῖεν ἢ παρόντες.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri socii, ego vos conuocaui, quòd vidissem vestrum quosdam, posteaquam nuntii ex hostibus sunt allati,admodum similes esse hominibus iis qui metuãt. Videtur enim mihi mirandum esse siquis vestrum idcirco timet, quoniam coguntur hostes:quòd autem nos multo plures congregati nunc sumus quàm quo tempore illos vicimus, multo etiam melius pro diuina benignitate nunc exercitus nobis instructus est quàm antea, hæc vos videntes,non estis bono animo. O per deos immortales, quid tandem faceretis, qui hoc tempore formidatis, siqui nuntiarent, quæ nunc apud nos sunt, hæc nobis aduersa aduentare? Ac primùm audiretis quòd qui prius nos vicissent, hi veniunt rursus eam in animis habentes victoriam quam olim essent adepti. Dein,quòd qui tum sagittarii iaculatorésque arces excidissent,hi nunc veniunt,aliique his similes multo plures. Dein,quemadmodum hi armati pedites tum vicêre,nunc ita & eorum equites instructi aduersus equites aduentant,& arcubus iaculisque contemptis, vno valido quisque accepto pilo adequitare cogitat, vt cominus præliaturus. Præterea veniunt currus, qui non ita statuentur vt antea conuersi tanquam in fugam,sed equi quoque qui sunt ad currus armantur loricis, & aurigæ in turribus stant ligneis,quibus eminentia omnia loricis sunt cassidibúsque armata,atque falces ferreæ axibus sunt adaptatæ, vt hi quoque impetum faciant continuò in aduersariorum ordines.Præterea cameli sunt ipsis quibus aduehuntur,quarum cuiusque cõspectum ne centeni quidem equi sustinere queant. Insuper turres agunt, à quibus suis auxilium ferent, vos autem iaciendo impedient pugnare ex æquo loco. Siquis igitur nuntiaret vobis hæc adesse hostibus,qui nunc metuitis,quid essetis facturi? quãdo allatis nuntiis quòd Crœsus lectus sit hostiũ dux, qui eò est Syris ignauior, quò Syri quidẽ pugna victi fugerunt,at Crœsus quũ eos victos vidisset, quum deberet opẽ ferre sociis,

in fugam est versus. Deinde etiam nuntiatur hostes ipsos, quoniam non ducant sese idoneos esse qui nobiscum pugnent, alios mercede conducere, tanquam pro se melius pugnaturi sint quàm ipsi. Hæc quidem si quibus videntur esse formidabilia, nostra autẽ contemnenda, hos ego affirmo, ô viri, dimittendos esse ad aduersarios: lõgè enim magis nobis apud illos si fuerint, quàm præsentes, sint profuturi.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Cyrus superiore oratione suorũ animos ab illa cõsternatione excitauerat, nec solùm vt alacriter, sed etiam vt primo quoq; tẽpore in hostem irent effecerat. Itaque monitos iam opus esse maturato, adesse ad concionem iussit, vbi de militari & castrensi instrumento præcepta dat, déque omni apparatu quid velit, ostendit: qua in re describenda tota hæc eius consumitur oratio, sanè prudens & luculenta. Præscribit enim de commeatu, de instrumento, de apparatu, & omnibus adiumentis quæ videtur. De commeatu quidem, genus cibariorum & modum: in genere deligẽdo, prouidum & salutare cõsilium suum aperit. Id enim sibi placere dicit, quò paulatim aquæ potione assuescerent. Repentinæ enim vicissitudinis graues esse offensiones. In modo autẽ, quot dierũ velit cõportari. De instrumento verò, præscribit tegetũ & cæteræ vestis modum: panificii instrumenta, & fabrilia, quibus res militaris instrui assolet. De apparatu verò & reliquo adiumento, præcipit de artificiis, déque operis ad militares vsus necessariis, vt de sternendis viis, de rebus venalibus & de ipsis negotiatoribus: iubet vt pro se quisque & gregarius miles & præfectus curet ea atque prouideat: descriptionem ac dispensationem earum rerum persequitur. Postremò ipse operam rei diuinæ daturus, eos ad illa exequẽda dimittit.

Ἄνδρες σύμμαχοι, αἱ μὲν ψυχαὶ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ ὅπλα οἷς δεήσει χρῆσθαι, ἐκ πολλοῦ ἡμῖν σὺν θεῷ παρεσκεύασαι· νῦν δὲ τὰ ἐπιτήδεια δεῖ εἰς τὴν ὁδὸν συσκευάζεσθαι αὐτοῖς τε ὑμῖν καὶ ὁπόσοις τετράποσι χρώμεθα, μὴ μεῖον εἴκοσιν ἡμερῶν. ἐγὼ γὰρ λογιζόμενος εὑρίσκω πλειόνων ἢ πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ἐσομένην ὁδόν, ἐν ᾗ οὐδὲν εὑρήσομεν τῶν ἐπιτηδείων· ἀνεσκευάσαι γὰρ τὰ μὲν ὑφ' ἡμῶν, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὅσα ἐδύναντο. συσκευάζεσθαι οὖν χρὴ σῖτον μὲν ἱκανόν· ἄνευ γὰρ τούτου οὔτε μάχεσθαι οὔτε ζῆν δυναίμεθα ἄν· οἶνον δὲ τοσοῦτον χρὴ ἔχειν ἕκαστον ὅσος ἱκανὸς ἔσται ἐθίσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ὑδροποτεῖν. πολλὴ γὰρ ἔσται τῆς ὁδοῦ ἄοινος, εἰς ἣν οὐδ' ἂν πάνυ πολὺν οἶνον συσκευασώμεθα, διαρκέσει. ὡς οὖν μὴ ἐξαπίνης ἄοινοι γενόμενοι νοσήμασι περιπίπτωμεν, ὧδε χρὴ ποιεῖν· ἐπὶ μὲν τῷ σίτῳ νῦν εὐθὺς ἀρχώμεθα πίνειν ὕδωρ. τοῦτο γὰρ ἤδη ποιοῦντες οὐ πολὺ μεταβαλοῦμεν. καὶ γὰρ ὅστις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμαγμένην ἀεὶ τὴν μᾶζαν ἐσθίει, καὶ ὅστις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. καὶ τὰ ἑφθὰ δὲ πάντα μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκεύασται. μετὰ δὲ τὸν σῖτον εἰ οἶνον ἐπιπίνοιμεν, οὐδὲν μεῖον ἔχουσα ἡ ψυχὴ ἀναπαύσεται. ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ μετὰ τὸ δεῖπνον ἀφαιρεῖν χρή, ἕως ἂν λάθωμεν ὑδροπόται γενόμενοι. ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν μετάλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς. διδάσκει δὲ καὶ ὁ θεός, ἀπάγων ἡμᾶς κατὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέχεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη, καὶ ἐκ τοῦ θάλπους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα. ὃν χρὴ μιμουμένους, εἰς ὃ δεῖ ἐλθεῖν προειθισμένους ἡμᾶς ἀφικνεῖσθαι. καὶ τὸ τῶν στρωμάτων δὲ βάρος εἰς τὰ ἐπιτήδεια καταδαπανᾶται. τὰ μὲν γὰρ ἐπιτήδεια περιττεύοντα οὐκ ἄχρηστα ἔσται. στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε. εἰ δὲ μή, ἐμὲ αἰτιᾶσθε. ἐσθὴς μέντοι ὅτῳ ἐστὶν ἀφθονωτέρα παροῦσα, πολλὰ καὶ ὑγιαίνοντι καὶ κάμνοντι ἐπικουρεῖ. ὄψα δὲ χρὴ συνεσκευάσθαι ὅσα ἐστὶν ὀξέα ἐπιπλεῖστον καὶ δριμέα καὶ ἁλμυρά. ταῦτα γὰρ ἐπὶ σῖτόν τε ἄγει καὶ ἐπιπλεῖστον ἀρκεῖ. ὅταν δ' ἐκβαίνωμεν εἰς ἀκέραια, ὅπου ἡμᾶς εἰκὸς ἤδη σῖτον λαμβάνειν, χειρομύλας χρὴ αὐτόθεν παρασκευάσασθαι αἷς σιτοποιησόμεθα. τοῦτο γὰρ κουφότατον τῶν σιτοποιικῶν ὀργάνων. συνεσκευάσθαι δὲ χρὴ καὶ ὧν ἀσθενοῦντες δέονται ἄνθρωποι. τούτων γὰρ ὁ μὲν ὄγκος μικρότατος, ἣν δὲ τύχη τις, μάλιστα δεήσει. ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ἱμάντας. τὰ γὰρ πλεῖστα καὶ ἀνθρώποις καὶ ἵπποις ἱμᾶσιν ἤρτηται, ὧν κατατριβομένων καὶ καταρρηγνυμένων ἀνάγκη ἀργεῖν, ἢν μή τις ἔχῃ περίζυγα. ὅστις δὲ πεπαίδευται καὶ παλτὸν ξύσασθαι, ἀγαθὸν καὶ ξυήλης μὴ ἐπιλαθέσθαι. ἀγαθὸν δὲ καὶ ῥίνην φέρεσθαι. ὁ γὰρ λόγχην ἀκονῶν, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχήν τι παρακονᾷ. ἔπεστι γάρ τις αἰσχύνη, λόγχην ἀκονῶντα, κακὸν εἶναι. ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ξύλα περίπλεα καὶ ἅρμασι καὶ ἁμάξαις. ἐν γὰρ πολλαῖς πράξεσι πολλὰ ἀνάγκη καὶ τὰ ἀπαγορεύοντα εἶναι. ἔχειν δὲ δεῖ καὶ τὰ ἀναγκαιότατα ὄργανα ἐπὶ ταῦτα πάντα. οὐ γὰρ ἁπανταχοῦ χειροτέχναι παραγίγνονται. τὸ δ' ἐφ' ἡμέραν ἀρκέσον ὀλίγοι τινὲς οὐχ ἱκανοὶ ποιῆσαι. ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ἄμην καὶ σμινύην κατὰ ἅμαξαν ἑκάστην, καὶ κατὰ τὸν νωτοφόρον δὲ ἀξίνην καὶ δρέπανον. ταῦτα γὰρ καὶ ἰδίᾳ χρήσιμα ἑκάστῳ, καὶ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πολλάκις ὠφέλιμα γίγνεται. τὰ μὲν οὖν εἰς τροφὴν δέοντα οἱ ἡγεμόνες τῶν ὁπλοφόρων ἐξετάζετε τοὺς ὑφ' ὑμῖν αὐτοῖς. οὐ γὰρ δεῖ παριέναι ὅτου ἄν τις δέηται τούτων· ἡμεῖς γὰρ τούτων ἐνδεεῖς ἐσόμεθα. ὅσα δὲ καὶ τὰ ὑποζύγια κελεύω ἔχειν, ὑμεῖς οἱ τῶν σκευοφόρων ἄρχοντες ἐξετάζετε, καὶ τὸν μὴ ἔχοντα κατασκευάζεσθαι ἀναγκάζετε. ὑμεῖς δ' αὖ οἱ τῶν ὁδοποιῶν ἄρχοντες, ἔχετε μὲν ἀπογεγραμμένους παρ' ἐμοῦ τοὺς ἀποδεδοκιμασμένους, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀκοντιστῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῶν τοξοτῶν, καὶ τοὺς ἐκ τῶν σφενδονητῶν. τούτοις οὖν χρή, τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν ἀκοντιστῶν, πέλεκυν ἔχοντας ξυλοκόπον ἀναγκάζειν στρατεύεσθαι· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν τοξοτῶν, σμινύην· τοὺς δ' ἀπὸ τῶν σφενδονητῶν, ἄμην. τούτους δ' ἔχοντας ταῦτα πρὸ τῶν ἁμαξῶν κατ' ἴλας

πορεύεσθαι, ὅπως, ἢν τι δέῃ ὁδοποιίας, εὐθὺς ἐνεργοὶ ἦτε, καὶ ἐγώ, ἢν τι δέωμαι, ὅπως εἰδῶ ὁπόθεν δεῖ λαβόντα τούτοις χρῆσθαι. ἄξω δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ στρατιωτικῇ ἡλικίᾳ ξὺν τοῖς ὀργάνοις χαλκέας τε καὶ τέκτονας καὶ σκυτοτόμους, ὅπως ὁπόσα ἂν δέηται καὶ τοιούτων τεχνῶν ἐν τῇ στρατιᾷ, μηδὲν ἐλλίπηται. οὗτοι δὲ ὁπλοφόρου μὲν τάξεως ἀπολελύσονται, ἃ δ' ἐπίστανται τῷ βουλομένῳ μισθοῦ ὑπηρετοῦντες ἐν τῷ τεταγμένῳ ἔσονται. ἢν δέ τις καὶ ἔμπορος βούληται ἕπεσθαι πωλεῖν τι βουλόμενος, τῶν μὲν προειρημένων ἡμερῶν τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν· ἢν δέ τι πωλῶν ἁλίσκηται, πάντων στερήσεται. ἐπειδὰν δ' αὗται παρέλθωσιν αἱ ἡμέραι, πωλήσει ὅπως ἂν βούληται. ὅστις δ' ἂν τῶν ἐμπόρων πλείστην ἀγορὰν παρέχων φαίνηται, οὗτος καὶ παρὰ τῶν συμμάχων καὶ παρ' ἐμοῦ δώρων καὶ τιμῆς τεύξεται. εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολήν, γνωστῆρας ἐμοὶ προσαγαγὼν καὶ ἐγγυητὰς ἦ μὴν πορεύεσθαι σὺν τῇ στρατιᾷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν. ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα προαγορεύω· εἰ δέ τις τι καὶ ἄλλο δέον ὁρᾷ, πρὸς ἐμὲ σημαινέτω. καὶ ὑμεῖς μὲν ἀπιόντες συσκευάζεσθε, ἐγὼ δὲ θύσομαι ἐπὶ τῇ ὁρμῇ. ὅταν δὲ τὰ τῶν θεῶν καλῶς ἔχῃ, σημανοῦμεν. παρεῖναι δὲ χρὴ ἅπαντας τὰ προειρημένα ἔχοντας εἰς τὴν τεταγμένην χώραν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑαυτῶν. ὑμεῖς δὲ ὦ ἡγεμόνες, τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος τάξιν εὐτρεπισάμενος, πρὸς ἐμὲ πάντες συμβαλεῖτε, ἵνα τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι χώρας καταλάβητε.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri socii, animi quidem corporáq; & arma quibus vtẽdum sit, iamdiu nobis diuina ope parata sunt: nunc verò necessaria ad iter sunt paranda, tum nobisipsis, tum etiã quibuscunq; vtimur quadrupedibus, nec ea minus quàm dierũ viginti. Ego enim mecum ipse supputans, inuenio pluriũ quàm quindecim dierũ iter fore, quo quidem itinere rerũ necessariarũ inuenturi nihil sumus. Sublata enim sunt partim à nobis, partim ab hostibus quæcunq; potuerunt. Parandum est igitur satis cibi. nam sine cibo neque pugnare nec vincere possimus) Vini autem tantum cuique est habendum quantum satis futurum sit ad assuefaciendos nos aquam bibere: multum enim erit itineris quod vino caret, ad quod ipsum neque si admodum vini multum parauerimus, satis futurum est. Ne igitur, si repentè vino caruerimus, incidamus in morbos, ta faciendum est. Inter vescendum incipiamus continuò aquam bibere: hoc enim am nunc facientes, non magnam mutationem faciemus. Etenim qui farinæ vtitur ci bo, vescitur semper maza aquæ mista: & qui panis vtitur cibo, vescitur pane aqua irrigato: & elixa omnia cum aqua, plurima sunt parata. Post cibum autem si vini potum addimus, nihilò deterius habens animus quiescet. Postea verò de vino quoque *quod soliti erimus bibere* post cœnam, diminuere oportebit, donec didicerimus fieri aquæbibi. NAM mutatio quæ fit paulatim, efficit vt omnis natura mutationes ferat. Docet præterea Deus ipse, qui paulatim nos deducit ex hyeme ad vehementes æstus tolerandos, ex æstu in hyemem vehementem: quem imitantes, ad quod eundum est, assuefacti antea ire nos debemus. Atque stratorum pondus in res necessarias consumite. necessaria enim si superfint, haud erunt inutilia: stratorum autem indigentes, ne metuite quin libenter sitis dormituri: sin secus fuerit, me accusate. Vestis tamẽ cui sit abundantior, plurimo auxilio est & ei qui bene valet, & ei qui ægrotat. Obsonia verò parare oportet quæcunque acuta sunt plurimùm, & mordacia & salsa: hæc enim & incitant ad cibum, & diutissimè sufficiunt. Quum verò digressi fuerimus in *loca* integra *ac salubria*, vbi verisimile sit iam nos frumentũ capere, inde pistrinos parate quibus panem faciamus: hoc enim eorum quibus sit panis leuissimum est instrumentum. Parata etiã vnà sint ea quibus ægroti homines egent: horum enim cumulus minimus est: quòd si talis fortuna sit, iis maximè opus erit. Habẽda etiam sunt cingula ac lora: plurima enim & hominibus & equis hisce alligata sunt: quibus attritis ac fractis, necesse est otiari, nisi quis habeat cingula. Qui verò didicit pilum polire, ei profuerit dolabræ non obliuisci. Prodest etiã limam ferre. qui enim acuit lanceã, animum quoque quodammodo exacuit. Inest enim quidam pudor, eum timidũ esse, qui lanceam acuit. Habenda sunt præterea ligna quamplurima & in curribus & in plaustris: nam in actionibus multis multa itẽ sint necesse est quæ desunt. Habẽda sunt præterea instrumẽta maximè necessaria ad hæc omnia: non enim vbiq; opifices sunt. Quod autẽ in diẽ sit satis, pauci quidam ad id faciendũ non sufficiunt. Habẽdum est etiam sarculum & bidens in quolibet plaustro.

Sunt etiam in iumentis bipennes falcésque habendæ: hæc enim cuique etiam priuatim vsui sunt, & publicè sæpe vtilitatem afferunt. Quæcunque igitur ad alimentum necessaria sunt, vos militum duces exquirite ab iis quibus præestis: non enim admittere oportet eum qui aliquo horum egeat: nos enim horum indigebimus. Quæcunque verò iumentis iubeo habenda, vos qui iis præestis qui ferunt impedimenta, exquirite: & qui iis caruerit, cogite vt paret. Vos item qui præestis itinerum ducibus, habetote descriptos à me eos, qui reprobati sunt & ex iaculatoribus, & ex sagittariis, & ex funditoribus. Et ii quidem qui ex iaculatoribus sunt, cũ securi lignatoria cogendi sunt militare: sagittarii verò cum bidente, at funditores cum sarculo. Hi verò hæc habentes ante plaustra turmatim debent proficisci, quò siquid opus sit faciundum viam, continuò in opere sitis: & ego siqua re egeam, vt sciam vnde oporteat assumptis illis vti. Ducam etiam eos qui sunt in militari ætate cum instrumentis, ærarios, fabros, cerdones, quò nihil desit siquid talium artium in expeditione opus sit. Hi verò soluẽtur ab ordine armigero. quæ autem sciunt, mercede ei ministrantes qui velit, erunt in constituto loco. Quòd siquis etiam mercator sequi velit aliquid vendíturus, habeat res necessarias antedictorum dierum: quòd si deprehendatur aliquid vendere, priuabitur rebus omnibus: vbi verò hi dies præterierint, vendat pro voluntate. Quicunque autem mercator plurimum commeatum attulerit, hic & à sociis & à me dona honorémque consequetur. Siquis verò putat ob mercaturam pecuniis pluribus se egere, hic adductis qui sui & notitiam faciat & vadimonium veniendi prorsus cum exercitu, eas à nobis capiat. Ego igitur hæc pronuntio. Quòd siquis aliud quicquam quod facto opus sit animaduertit, mihi significet. Et vos quidem abite, atque vos ad viam parate: ego gratia hinc soluendi sacrificabo, quúmque res diuinæ rectè se habebunt, significabimus. Adsint etiam omnes ad constitutum locum cum rebus antedictis apud duces suos. Vos autem duces vbi quisque instruxeritis vestrum ordinem, omnes ad me conuenite, quò singuli locos vestros intelligatis.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Resciuerat per exploratorem Cyrus instructa acie paratos esse ad pugnam hostes, & quod ille cognoscere præter cætera cupiebat, qua instruẽdi ratione vterentur. Quúmque de eo audisset ex stipatis ordinibus confertissimam esse illis phalangem, vsus est hac occasione disserendi in procerum concilio de ea instruendi ratione quam maximè probaret, habuítque hanc de ea re orationem. Iubet primùm vt omnes prouisa & parata habeant quæ ad expeditè dimicandum opus sunt: deinde interpellatus à quodã, qui quæsiuit satisne firma esset aduersus stipatam hostium phalangem sua multo laxior & nudatior, dicit fusius de commoda instruendæ phalãgis ratione, & hostilem, quam explorator narrauerat, eludit. Et quoniam id temporis erat, vt ad suas quisque partes obtinendas vti erant attributæ, mitteretur, & quia cõmodè id cadebat, præsertim habita oratione, quæ ad tempus illud & negotium erat accommodatissima: iubet vnumquenque suum munus capessere & diligenter tueri. Ordines assignat, vniuersam aciem describit & cõstituit. Præscribit, nominatim plerosque appellans, munus in quod quęque incumbere oporteret. Disciplina vt seueritate retineatur, atque vt in desertores nec obedientes acerbè animaduertatur, disertè mandat.

Ἀλλ' οὔτοι ἂν εἰδεῖεν εἰ οἱ κυκλούμενοι κυκλωθεῖεν. ἀλλ' ἃ μὲν παρὰ σοῦ καιρὸς μαθεῖν, ἀκηκόαμεν· ὑμᾶς δὲ χρὴ, ὦ ἄνδρες, οὕτω ποιεῖν. νῦν μὲν, ἐπειδὰν ἐνθένδε ἀπέλθητε, ἐπισκέψασθε καὶ τὰ τῶν ἵππων καὶ τὰ ὑμῶν αὐτῶν ὅπλα (πολλάκις γὰρ μικροῦ ἐνδείᾳ καὶ ἀνὴρ καὶ ἵππος καὶ ἅρμα ἀχρεῖον γίνεται) αὔριον δὲ πρωῒ, ἕως ἂν ἐγὼ θύωμαι, πρῶτον μὲν χρὴ ἀριστῆσαι καὶ ἄνδρας καὶ ἵππους, ὅπως ὅ,τι ἂν πράττειν καιρὸς ἀεὶ ᾖ, μὴ τούτου ἡμῖν ἐνδέῃ· ἔπειτα δὲ σὺ, ὦ Ἀρσάμα, τὸ δεξιὸν κέρας ἔχε ὥσπερ καὶ ἔχεις, καὶ οἱ ἄλλοι μυρίαρχοι ᾗπερ νῦν ἔχετε. ὁμοῦ γὰρ τοῦ ἀγῶνος ὄντος, οὐδενὶ ἅρματι ἔτι καιρὸς τοὺς ἵππους μεταζευγνύναι. παραγγείλατε δὲ τοῖς ταξιάρχαις καὶ λοχαγοῖς ἐπὶ φάλαγγος καθίστασθαι, εἰς δύο ἔχοντας ἕκαστον τὸν λόχον. (ὁ δὲ λόχος ἦν ἕκαστος εἰκοσιτέτταρες) καί τις εἶπε τῶν μυριάρχων, Καὶ δοκοῦμέν σοι, ὦ Κῦρε, ἱκανῶς ἕξειν εἰς τοσούτους τεταγμένοι πρὸς οὕτω βαθεῖαν φάλαγγα; καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Αἱ δὲ βαθύτεραι φάλαγγες ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τοῖς ὅπλοις τῶν ἐναντίων, τί σοι δοκοῦσιν, τοὺς πολεμίους βλάπτειν ἢ τοὺς συμμάχους ὠφελεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ, τοὺς εἰς ἑκατὸν τούτους ὁπλίτας εἰς μυρίους ἂν βουλοίμην μᾶλλον τετάχθαι. οὕτω γὰρ ἂν ἐλαχίστοις μαχοίμεθα. ἐξ ὅσων μέντοι ἐγὼ τὴν φάλαγγα βαθυνῶ, οἴομαι ὅλην ἐνεργὸν καὶ σύμμαχον ποιήσειν αὐτὴν ἑαυτῇ. ἀκοντιστὰς μὲν ἐπὶ τοῖς θωρακοφόροις τάξω, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκοντισταῖς τοξότας. τούτους γὰρ πρωτοστάτας μὲν ἄν τις τάττοι, οἳ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μηδεμίαν μάχην ἂν ὑπομεῖναι ἐκ χειρός. προβεβλημέ-

τοὶ δὲ τοὺς θωρακοφόρους μένουσί γε. καὶ οἱ μὲν, ἀκοντίζοντες, οἱ δὲ, τοξεύοντες ὑπὲρ τῶν πρόσθεν πάντων λυμανοῦνται τοὺς πολεμίους. ὅ, τι δ' ἂν κακουργῇ τις τοὺς ἐναντίους, δῆλον ὅτι παντὶ τούτῳ τοὺς συμμάχους κουφίζει. τελευταίους μέντοι στήσω τοὺς ἐπὶ πᾶσι καλουμένους. ὥσπερ γὰρ οἰκίας οὔτε ἄνευ λιθολογήματος ὀχυροῦ, οὔτε ἄνευ τῶν στέγην ποιούντων οὐδὲν ὄφελος, οὕτως οὐδὲ φάλαγγος, οὔτε ἄνευ τῶν πρώτων οὔτε ἄνευ τῶν τελευταίων, ἢν μὴ ἀγαθοὶ ὦσιν, ὄφελος οὐδέν. ἀλλ' ὑμεῖς τε ὡς παραγγέλλω τάττεσθε· καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν πελταστῶν ἄρχοντες, ἐπὶ τούτοις τοὺς λόχους ὡσαύτως καθίστατε· καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν τοξοτῶν, ἐπὶ τοῖς πελτασταῖς ὡσαύτως. σὺ δὲ ὃς τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἄρχεις, τελευταίους ἔχων τοὺς ἄνδρας, παράγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ ἐφορᾶν τε ἑκάστῳ τοὺς καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοῖς μὲν τὸ δέον ποιοῦσιν ἐπικελεύειν, τοῖς δὲ κακυνομένοις ἀπειλεῖν ἰσχυρῶς. ἢν δέ τις στρέφηται, προδιδόναι θέλων, θανάτῳ ζημιοῦν. ἔργον γάρ ἐστι τοῖς μὲν πρωτοστάταις θαρρύνειν τοὺς ἑπομένους καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ· ὑμᾶς δὲ δεῖ τοὺς ἐπὶ πᾶσι τεταγμένους, πλείω φόβον παρέχειν τοῖς κακοῖς τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων. καὶ ὑμεῖς μὲν ταῦτα ποιεῖτε· σὺ δὲ ὦ Ἀβραδάτα, ὃς ἄρχεις τῶν ἐπὶ ταῖς μηχαναῖς, οὕτω ποίει ὅπως τὰ ζεύγη τὰ τοὺς ὑπηρέτας καὶ τοὺς πύργους φέροντα ἕψεται ὡς ἐγγύτατα τῆς φάλαγγος. σὺ δ', ὦ Δαοῦχε, ὃς ἄρχεις τῶν σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν, ἐπὶ τοῖς πύργοις ἄγε πάντα τὸν τοιοῦτον στρατόν. οἱ δ' ὑπηρέται σου ἰσχυρῶς κολαζόντων τοὺς προϊόντας τοῦ καιροῦ, ἢ λειπομένους. σὺ δ' ὦ Καρδοῦχε, ὃς ἄρχεις τῶν ἁρμαμαξῶν αἳ ἄγουσι τὰς γυναῖκας, κατάστησον αὐτὰς τελευταίας ἐπὶ τοῖς σκευοφόροις. ἑπόμενα γὰρ ταῦτα πάντα καὶ πλήθους δόξαν παρέξει, καὶ ἐνεδρεύειν ὑμῖν ἐξουσία ἔσται, καὶ τοὺς πολεμίους, ἢν κυκλοῦσθαι βούλωνται, μείζω τὴν περιβολὴν ἀναγκάσει ποιεῖσθαι. ὅσῳ δ' ἂν μεῖζον χωρίον περιβάλλωνται, τοσούτῳ αὐτοὺς ἀσθενεστέρους ἀνάγκη γίγνεσθαι. καὶ ὑμεῖς μὲν οὕτω ποιεῖτε. σὺ δὲ ὦ Ἀρτάβαζε, καὶ Ἀρταγέρσα, τὴν χιλιοστὺν ἑκάτερος τὴν σὺν ὑμῖν ἐπὶ τούτοις ἔχετε πεζῶν. καὶ σὺ ὦ Φαρνοῦχε καὶ Ἀσιαδάτα, τὴν τῶν ἱππέων χιλιοστὺν, ἧς ἑκάτερος ὑμῶν ἄρχει, μὴ συγκατατάττετε εἰς τὴν φάλαγγα, ἀλλ' ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν ἐξοπλίσθητε καθ' ὑμᾶς αὐτούς. ἔπειτα πρὸς ἡμᾶς ἥκετε σὺν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν. οὕτω δὲ δεῖ ὑμᾶς παρεσκευάσθαι ὡς πρώτους δεῆσον ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. καὶ σὺ δέ, ὦ ἄρχων τῶν ἐπὶ τῶν καμήλοις ἀνδρῶν, ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν ἐκτάττου, ποίει δὲ ὅ, τι ἄν σοι παραγγέλλῃ Ἀρταγέρσας. ὑμεῖς δ' οἱ τῶν ἁρμάτων ἡγεμόνες διακληρωσάμενοι, ὁ μὲν λαχὼν ὑμῶν πρὸ τῆς φάλαγγος, τὰ μεθ' ἑαυτοῦ ἑκατὸν ἔχων ἅρματα καταστησάτω· αἱ δ' ἕτεραι ἑκατοστύες τῶν ἁρμάτων, ἡ μὲν κατὰ τὸ δεξιὸν πλευρὸν τῆς στρατιᾶς στοιχοῦσα, ἑπέσθω τῇ φάλαγγι ἐπὶ κέρας, ἡ δὲ κατὰ τὸ εὐώνυμον.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

At hi viderint an circumdati circumdari possint. Sed quæ à te tempus est discere, audiuimus. cæterùm vos oportet, ô viri, ita facere. Nunc vbi hinc abieritis, considerate & equorum & vestrum ipsorum arma. (sæpe enim ob paruæ rei defectum, & vir & equus & currus inutilis redditur.) Cras autem manè donec ego sacrum faciam, primùm quidem prandendũ est & viris & equis, ne quicquid agendi sit tempus, hoc vobis desit. Dein tu Araspa dextrum habeto cornu, quemadmodum etiam habes: & alii qui denis millenis præestis, sicuti habetis nunc *habetote*. Quũ enim simul certamen est, nulli currui tempestiuum est equos mutando coniugare. Iubetéque centurionibus atque primipilis vt stent in phalange, bini habentes singulos manipulos. *(Erat autem manipulus quisque viri* XXIIII.*) Et quidam ex centurionibus inquit,* Videmúrne tibi, Cyre, idonei futuri, in tot milites instructi, aduersus phalanga adeo densam? *Ad quem Cyrus respondit,* At phalanges densiores quàm vt armis assequi hostes queant, quid tibi videntur, hostibúsne nocere, an sociis prodesse? Ego enim illos grauis armaturæ milites in centenos diuisos, mallem in decies millenos: ita enim aduersus paucissimos pugnaremus. Ex quot ego militibus phalanga densabo, puto totam adiutricem ac sociam futuram ipsam sibi. Iaculatores quidem post loricatos ordinabo: post iaculatores autem, sagittarios. hos enim primos in acie quísnam ordinet, qui etiam ipsi fatentur nullam posse pugnam cominus sustinere? Quum verò loricatos habebũt ante se, manebunt: & illi iaculis, hi sagittis supra omnes ante se collocatos iaciendis, lædent hostes. Quicquid est autem quo quis hostibus incommodat, hoc ipso toto socios leuat. Postremos quidem certè statuam, qui post omnes appellàtur. Nam quemadmodũ ædium, neque sine lapidum munita structura, neque sine iis quæ conficiunt tectum, vlla est vtilitas: ita etiam neque phalangis, nec sine primis, nec sine vltimis, nisi strenui fuerint, vlla vtilitas est. Sed vos vt præcipio instruamini, atque vos scutatorum principes post hos eodem modo manipulos instruite: & vos sagittariorum præfecti post scutatos itidem. Tu verò qui principatum geris in eos qui post omnes *appellantur,* vltimos habens viros, præcipe tuis vt quisque suos obseruet, & officio quidem fungentes adhortetur, ignauè autem se gerentibus vehementer minitetur. Siquis autem auertatur, volés prodere, hic plectatur morte. Debet enim præfecti primis ordinibus audentiam seque-

tibus iniicere & verbis & re: at vos oportet, qui post omnes ordinati estis, maiore metu ignauos afficere quàm eo qui est ab hostibus. Et vos quidem hæc facitote. Tu verò Euphrata qui præes machinariis, ita facito vt iumẽta quæ turres atque ministros vehunt, sequãtur quamproximè phalãga. Tu autẽ Dauche qui ducis impedimẽtaria plaustra, post turres ac post machinas age omnes huiusmodi copias: tui autem ministri vehementer animaduertant in eos qui ex multitudine longius quàm opportunũ erit, aut procedent, aut à tergo relinquentur. Tu verò, ô Carduche, qui carpentis mulieres vehẽtibus præfectus es, ipsas post impedimenta locato vltimas. Hæc enim omnia si sequantur, & multitudinis præbebunt opinionem, & nobis insidiandi dabunt facultatem, maiorémque circuitum facere cogent hostes si tentent circumdare: qui quo plus loci circũdent, eo imbecilliores necesse sit vt fiant. Et vos quidẽ ita facitote. Sed tu Artabaze & Artagersa millenariũ ordinem vterq; peditum vnà nobiscum post hos habete. Túque Pharnuche & Asiadata millenarium equitum ordinem, cui vestrûm vterque præest, nolite ordinare in phalanga, sed post carpenta vos separatim ipsi instruimini armis, deinde ad me venitote vnà cum aliis ducibus. Ita autẽ vos parari oportet, vt primos necessariò præliaturos. Tu verò qui iis viris es præfectus qui vehuntur camelis, post carpenta stato facitóque quodcunque tibi Artagersas præceperit. Vos autem curruũ duces, postquam sortem duxeritis, is cui sortitò obtigerit *vt sit* ante phalangem, suos currus centum secum habens constituat: alii autem centeni ordines curruum, alteri ad dextrum latus exercitus incedentes sequantur phalanga ad cornu, alteri verò ad læuum.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Cyrus quum proxima concione ostendisset suis quid fieri vellet, & quomodo aciem instrui expediret, aliam indixit concionem, vbi apud eosdem verba fecit, quæ hîc relata habemus. Hîc totus est Cyrus in animandis suis: quum illis ob oculos ponit officii partes, commoda atque opportunitates ad rem bene gerendam, & (quod caput esse ducebatur) fausta omina: quippe paulo antè litauerat. Admonet igitur officii vniuersos copiarum duces: reuocat in memoriam summam inter eos domi & militiæ coniunctionem, cui opponit è regione animos hostium inter se diffidentes: superiores suas victorias, hostium verò clades: inermes penè hostes & imbelles, ipsos verò ab omni armaturæ & munimenti genere paratissimos: vnde iubet eos bonos animos & exploratam spem victoriæ concipere. Postremò mandat vt pro se quisque iis quibus imperat, ea quæ in hac concione audiuerit, inculcet, & exemplo virtutis præeat.

Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τὰ μὲν ἱερὰ ἡμῖν οἱ θεοὶ φαίνουσιν οἷάπερ ὅτε τὴν πρόσθεν νίκην ἔδοσαν. ὑμᾶς δ' ἐγὼ βούλομαι ἀναμνῆσαι ὧν μοι δοκεῖτε μεμνημένοι πολὺ ἂν εὐθυμότεροι εἰς τὸν ἀγῶνα ἰέναι. ἠσκήκατε μὲν γὰρ τὰ εἰς τὸν πόλεμον πολὺ μᾶλλον τῶν πολεμίων, συντέτραφθε δὲ καὶ συντέταχθε ἐν τῷ αὐτῷ πολὺ πλείω ἤδη χρόνον ἢ οἱ πολέμιοι, καὶ συννενικήκατε μετ' ἀλλήλων. τῶν δὲ πολεμίων πολλοὶ μὲν συνήττωνται κατ' αὐτῶν, οἱ δὲ ἀμάχητοι ἑκατέρων. οἱ μὲν τῶν πολεμίων ἴσασιν ὅτι προδότας τοὺς παραστάτας ἔχουσιν· ὑμεῖς δὲ οἱ μεθ' ἡμῶν, ἴστε ὅτι μετὰ θελόντων τοῖς συμμάχοις ἀρήγειν μαχεῖσθε. εἰκὸς δὲ τοὺς μὲν πιστεύοντας ἀλλήλοις ὁμονόως μάχεσθαι μένοντας, τοὺς δὲ ἀπιστοῦντας ἀναγκαῖον βουλεύεσθαι πῶς ἂν ἕκαστοι τάχιστα ἐκποδὼν γένοιντο. ἴωμεν δή, ὦ ἄνδρες, ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἅρματα μὲν ἔχοντες ὡπλισμένα πρὸς ἄοπλα τὰ τῶν πολεμίων, ὡς δ' αὔτως καὶ ἱππέας καὶ ἵππους ὡπλισμένους πρὸς ἀόπλους, ὡς ἐκ χειρὸς μάχεσθαι. πεζοῖς δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις οἵοις καὶ πρόσθεν μαχεῖσθε. Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως μὲν ὡπλισμένοι εἰσίν, ὁμοίως δὲ τεταγμένοι· τάς τε γὰρ ἀσπίδας μείζους ἔχουσιν ἢ ὡς ποιεῖν τι καὶ ὁρᾶν· τεταγμένοι δὲ εἰς ἑκατόν, δῆλον ὅτι κωλύσουσιν ἀλλήλους μάχεσθαι, πλὴν πάνυ ὀλίγων. εἰ δέ τῳ ὠθοῦντες ἐξώσειν πιστεύουσιν, ἵπποις αὐτοὺς πρῶτον δεήσει ἀντέχειν, καὶ σιδήρῳ ὑφ' ἵππων ἰσχυριζομένων. ἢν δέ τις αὐτῶν καὶ ὑπομένῃ, πῶς ἅμα δυνήσεται ἱππομαχεῖν τε καὶ φαλαγγομαχεῖν καὶ πυργομαχεῖν; καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῶν πύργων ἡμῖν μὲν ἐπαρήξουσιν, τοὺς δὲ πολεμίους παίοντες ἀμηχανεῖν ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι ποιήσουσιν. εἰ δέ τινος ἔτι ἐνδεῖσθαι δοκεῖτε, πρὸς ἐμὲ λέγετε. σὺν γὰρ θεοῖς οὐδενὸς ἀπορήσομεν. καὶ εἰ μέν τις εἰπεῖν τι βούλεται, λεξάτω· εἰ δὲ μή, ἐλθόντες πρὸς τὰ ἱερά, καὶ προσευξάμενοι οἷς ἐθύσαμεν θεοῖς, ἴτε ἐπὶ τὰς τάξεις. καὶ ἕκαστος ὑμῶν ὑπομιμνησκέτω τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς, καὶ ἐπιδεικνύτω τις τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἄξιον ἀρχῆς, ἄφοβον δεικνὺς καὶ σχῆμα καὶ πρόσωπον καὶ λόγους.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amici ac socii, sacrificia nobis dii ostendunt, qualia quum antea dedêre victoriam: ego autem volo eorum vobis repetere memoriam quæ mihi videmini, si-

memoria teneatis, multo maiore cum fiducia in certamen ituri eſſe. Nam in rebus vos bellicis multo magis quàm hoſtes exercitati eſtis: eadem autem in re & educati eſtis & verſati iam multo plus temporis quàm hoſtes, & victorias reportaſtis alii cum aliis. At ex hoſtibus multi cum *iiſdem* ipſis victi fuerunt. Qui autem ex vtraque parte pugnæ ſunt ignari, *à parte* quidem hoſtium, norunt ſe præſtites proditores habere: at vos qui nobiſcum eſtis, non latet pugnaturos cum volentibus auxilium ferre ſociis. Conſentaneum verò eſt eos qui ſibi inuicem fidem habent, concorditer manere in pugna: qui verò mutuò ſibi non fidunt, neceſſe eſt conſultare quomodo ſinguli quamcelerrimè è medio ſe proripiãt. Eamus igitur viri fortiſſimi aduerſus hoſtes, cum armatis curribus, aduerſus inermes hoſtium currus: eodem modo cum equitibus equiſque armatis, aduerſus inermes, vt pugnemus cominus. Pugnabitis autem aduerſus pedites, ex quibus alii quidem tales ſunt quales erant antea: at AEgyptii eodem modo armati ſunt, itidémque in aciem inſtructi. Clypeos enim maiores habent quàm vt aliquid facere vi deréque poſſint: & ordinati in centenos, non dubium eſt quin ſe inuicem ad pugnandum impedituri ſint, præter admodum paucos. Quòd ſi protrudendo fore confident vt nos extrudant, equis primùm eos inniti oportebit, & ferro quod ſuper equos firmatur: quòd ſiquis eorum etiam ſuſtinuerit, quomodo ſimul poterit & cũ equitatu pugnare, & cum phalange, & cum turri? Etenim noſtri à turribus nobis opem ferent, qui hoſtes percutientes, facient vt, quum pugnare debeant, quid acturi ſint neſciant. Quòd ſiqua vobis re opus eſſe arbitramini, mihi dicite: nam, diis iuuantibus, nulla res nobis deerit. Ac ſi quidem aliquid dicere vult quiſquam, id dicat: ſin id minus, ite ad ſacrificia, & precati deos quibus ſacra fecimus, ad ordines itote, & quiſque veſtrum ſuos admoneat, quæ à me vos eſtis admoniti: & quiſque ſubditis ſe demonſtret dignum imperio, intrepidum ſe oſtendens & habitu & facie & oratione.

Ex libro ſeptimo.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Babylonis obſidio Cyrum diu diſtentura videbatur: & ipſi obſeſſi, munitionibus ſuis & apparatu freti, conatus illius & expectationem ferociter eludebant, quum improuiſum & rarum ſtratagema ſpem vrbis repentè capiendæ Cyro attulit. Nam ductis incilibus & foſſis Euphratis, qui vrbem interfluebat, curſum aliò deriuauit, & vrbem patefecit. Captauit præterea ſolennem & feſtum diem, quo publicè ſumma cum luxuria & laſciuia Babylone agebatur. Quorum vtrunque quum ei ex ſententia cecidiſſet, quæſita præterea opportunitate nocturni temporis, quod illi compotationibus omníque licentia traducebant ſuos quos immittere parabat, prius conuocat, & hac oratione cõfirmat atque acuit. Iubet fidenter irruptionem facere: rem in procliui eſſe oſtendit: vrbem partim ſomno ſopitam, partim voluptatibus delibutam: hoſtes ne paratos quidem & expeditos eſſe metuendos, nedum languidos, vel etiam oppreſſos repentino incurſu auerſum eſſe fluminis alueum: peruium eſſe iter antea obſtructum: præſtò eſſe duces viæ, quibus ille diligenter mandat vt munus omne promiſſi fideliter conficiant.

Ἄνδρες φίλοι, ὁ μὲν ποταμὸς ἡμῖν παρακεχώρηκε τῆς εἰς τὴν πόλιν ὁδοῦ· ἡμεῖς δὲ θαρροῦντες εἰσίωμεν, μηδὲν φοβούμενοι εἴσω, ἐννοούμενοι ὅτι οὗτοι ἐφ' οὓς νῦν πορευσόμεθα, ἐκεῖνοί εἰσι οὓς ἡμεῖς καὶ συμμάχους πρὸς ἑαυτοῖς ἔχοντας, καὶ ἐγρηγορότας ἅπαντας καὶ νήφοντας, καὶ ἐξωπλισμένους καὶ συντεταγμένους ἐνικῶμεν. νῦν δ' ἐπ' αὐτοὺς ἴωμεν ἐν ᾧ πολλοὶ μὲν αὐτῶν καθεύδουσι, πολλοὶ δ' αὐτῶν μεθύουσι, πάντες δὲ ἀσύντακτοί εἰσι. ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν, ἀχρεῖοι ἔσονται, ὑπὸ τοῦ ἐκπεπλῆχθαι. εἰ δέ τις τοῦτο ἐννοεῖται ὃ δὴ λέγεται φοβερὸν εἶναι τοῖς εἰς πόλιν εἰσιοῦσι, μὴ ἐπὶ τὰ τέγη ἀναβάντες βαλῶσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, τοῦτο μάλιστα θαρρεῖτε. ἢν γὰρ ἀναβῶσι τινὲς ἐπὶ τὰς οἰκίας, ἔχομεν σύμμαχον θεὸν Ἥφαιστον. εὔφλεκτα δὲ τὰ πρόθυρα αὐτῶν, φοίνικος μὲν αἱ θύραι πεποιημέναι, ἀσφάλτῳ δὲ ὑπεκκαύματι κεχρισμέναι. ἡμεῖς δ' αὖ πολλὴν δᾷδα ἔχομεν, ἣ ταχὺ πολὺ πῦρ τέξεται· πολλὴν δὲ πίτταν καὶ στυππεῖον, ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα. ὥστε ἀνάγκην εἶναι ἢ φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, ἢ ταχὺ κατακεκαῦσθαι. ἀλλ' ἄγετε, λαμβάνετε ὅπλα. ἡγήσομαι δὲ ἐγὼ σὺν τοῖς θεοῖς. ὑμεῖς δ' ὦ Γαδάτα καὶ Γωβρύα, δείκνυτε τὰς ὁδούς. ἴστε γάρ. ὅταν δὲ ἐντὸς γενώμεθα, τὴν ταχίστην ἄγετε ἐπὶ τὰ βασίλεια.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amiciſſimi,poſteaquam flumen nobis in vrbem viam concedit, iam intrò audenter ingrediamur,nihil prorſus metuentes:& animo repetamus, eos aduerſus quos nunc pergimus, illos eſſe,quos ipſi quum & ſocios auxilio haberent, & vigilarent omnes,& ſobrii & armati & bene ordinati eſſent, vicimus: nunc autem imus aduerſus eos,quo tempore multi horum dormiunt, multi ebrii ſunt, omnes etiā inordinati.Quum verò etiam ſenſerint nos intus eſſe,multo quoque magis quàm nūc futuri ſunt inutiles,quoniam erunt exanimati. Quòd ſiquis hoc cogitat quod dicitur formidabile eſſe in vrbem intrantibus,ne in tecta illi aſcendentes hinc indéque feriant, in hoc maximè audete.Siqui enim aſcenderint ſuper ædes,auxiliarem habemus deum Vulcanum.Eorum autem veſtibula ſunt crematu facilia: valuæ enim ex palma fabricatæ ſunt,& aſphalto tinctæ,quæ eſt ſuſcitabulum *ignis*. Nos autem rurſus multas faces habemus,quæ celeriter admodum ignem pariēt:multum etiam picis ac ſtupæ, quæ celeriter multam flammam eliciunt.Itaque neceſſe fuerit vt aut quamprimum fugiant ab ædibus,aut quamprimum comburantur.Sed agite,arma capite:ego vobis, diis fauētibus,ſum dux futurus.Vos autem Gadata Gobryáq; vias oſtendite: noſtis enim. Quū verò intus fuerimus,quamcelerrimè ducite ad ædes regias.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Confecto bello, dedit ſe ad iuriſdictionem Cyrus,fecitque ſui adeuntibus omnibus & aliquid poſtulantibus poteſtatem.Ac tum ad eum multitudo certatim confluxit, vt etiam illius intimi ab eius congreſſu arcerentur.Ibi quum totos dies extraheret reſpondendo admodū diſtrictus,pœnituit ſui & ſuæ conditionis Cyrum.Itaque conuocatis ad ſe amicis,orationem hanc habuit: qua gratulatus primùm eſt illis tantam victoriam; ſed haudquaquam ſibi cordi eam eſſe dicit, ſi illum ab amicorum conuictu abſtrahat. Sibi ita placuiſſe,vt pateret quidem cuilibet ad ſe aditus,ſed ita vt hoc beneficium amicis regis deberet,per quem intromitteretur. Quòd verò ſummotus aut excluſus ſit nemo,quocunque modo ingreſſus, viſum id ſibi pertinere ad belli gerendi commoditatem,quum omnia ab omnibus reſciſcere regi expediat. Nunc rogare ſe vt in eam partem dicat quiſque quod imperio & ſummæ rerum profuturum putet.

Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν θεοῖς οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν μέμψασθαι, τὸ μὴ οὐχὶ μέχρι τοῦδε πάντα ὅσα ηὐχόμεθα καταπεπραχέναι. εἰ μέντοι τοιοῦτον ἔσται τὸ μεγάλα πράττειν ὥστε μὴ οἷόν τε εἶναι μήτε ἀμφ' αὑτὸν σχολὴν ἔχειν, μήτε μετὰ τῶν φίλων εὐφρανθῆναι, ἐγὼ μὲν χαίρειν ταύτην τὴν εὐδαιμονίαν κελεύω. ἐνενοήσατε γὰρ καὶ χθὲς δήπου ὅτι ἕωθεν ἀρξάμενοι ἀκούειν τῶν προσιόντων, οὐκ ἐλήξαμεν πρόσθεν ἑσπέρας· καὶ νῦν ὁρᾶτε τούτους καὶ ἄλλους πλείονας τῶν χθὲς παρόντων, ὡς πράγματα ἡμῖν παρέξοντας. εἰ οὖν τις τούτοις ὑφέξει ἑαυτόν, λογίζομαι μικρὸν μέν τι ὑμῖν μέρος ἐμοῦ μετεσόμενον, μικρὸν δέ τι ἐμοὶ ὑμῶν· ἐμαυτοῦ μέντοι σαφῶς οἶδ' ὅτι οὐδ' ὁτιοῦν μοι μετέσται. ἔτι δὲ καὶ ἄλλο ὁρῶ γελοῖον πρᾶγμα· ἐγὼ γὰρ δήπου ὑμῖν μὲν ὥσπερ εἰκὸς διάκειμαι· τούτων δὲ τῶν περιεστηκότων ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα, καὶ οὗτοι πάντες οὕτω παρεσκευασμένοι εἰσὶν ὡς, ἢν νικῶσιν ὑμᾶς ὠθοῦντες, πρότερον ἃ βούλονται ὑμῶν παρ' ἐμοῦ διαπραξόμενοι. ἐγὼ δ' ἠξίουν τούτους, εἴ τις τι ἐμοῦ δέοιτο, θεραπεύειν ὑμᾶς τοὺς ἐμοὺς φίλους, δεόμενος προσαγωγῆς. ἴσως ἂν οὖν, εἴποι τις, τί δῆτα οὐχ οὕτως ἐξ ἀρχῆς παρεσκευασάμην, ἀλλὰ παρεῖχον ἐν τῷ μέσῳ ἐμαυτόν; ὅτι τὰ τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐγίγνωσκον ὄντα, ὡς μὴ ὑστερίζειν δέον τὸν ἄρχοντα μήτε τὸ εἰδέναι ἃ δεῖ, μήτε τὸ πράττειν ἃ ἂν καιρὸς ᾖ· τοὺς δὲ σπανίους ἰδεῖν στρατηγοὺς πολλὰ ἐνόμιζον ὧν δεῖ πραχθῆναι παριέναι. νῦν δ' ἐπειδὴ ὁ φιλοπονώτατος πόλεμος ἀναπέπαυται, δοκεῖ μοι καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ ἀναπαύσεως τινὸς ἀξιοῦν τυγχάνειν. ὡς οὖν ἐμοῦ ἀποροῦντος ὅ,τι ἂν τύχοιμι ποιῶν ὥστε καλῶς ἔχειν τά τε ἡμέτερα καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὧν ἡμᾶς δεῖ ἐπιμελεῖσθαι, συμβουλευέτω τις ὅ, τι ὁρᾷ συμφορώτατον.

EADEM LATINE,

Franciſco Philelpho interprete.

VIri amici ac ſocii, deos quidem immortales incuſare minimè poſſumus quòd nō ad hunc vſque diem egerimus omnia pro noſtris optatis. Quòd ſi huiuſmodi erit res magnas gerere, quò fieri non poſſit vt neque ſibi quis vacet, neque lætetur cum amicis,ego ſanè hanc felicitatem valere iubeo.Animaduertiſtis enim, & heri videlicet,quum manè cœpiſſemus adeuntes audire,non deſiiſſe ante veſperam: & nunc vi

detis hosce & alios plures quàm heri, qui adsunt nobis negotia prębituri. Siquis igitur sese his obnoxium reddet, considero futurum vt minimam mei partem vobis faciam, & minimam quoque mihi faciatis vestrûm: ipsius autem mei certò scio vt nulla omnino pars sit mihi futura. Præterea aliam etiam rem ridiculam video. ego enim certè affectus sum erga vos vti par est: horum verò circumstãtium aut paucos aut neminem noui, & hi tamen omnes parati sunt vt, si vrgendo vos vincant, prius quàm vos à me quæ volunt consequantur. Ego autem dignum putarem, vt siquis horum aliqua in re me indigeat, vos colat amicos meos, vósque vt se adducatis roget. Fortasse igitur quæret quispiam cur non ita initiò me cõparauerim, sed exhibuerim potius me in medium? Quoniam intelligebam res bellicas esse eiusmodi vt non deceat principem deesse neque intelligendo quæ oportet, neque gerendo quæ tempus sit gerere. Nam si imperatores raro negotia inspiciant, existimabam multa eos præterire quæ gerenda sunt. Nũc verò posteaquam laboriosissimum bellum cessauit, videtur mihi dignum esse vt animus meus quietem aliquam cõsequatur. Quare perinde quasi ambigente me quid sim facturus, quò & nostræ & aliorum res, qui nobis debent curæ esse, pulchrè habeant, cõsulat quod quisque videt maximè conducibile.

CYRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Cyrus imperium recens partum quum vellet constituere, putauit simul sibi & imperio esse prouidendum. Itaque sui quidem corporis custodiam stipatoribus, quos tum legit, mandauit. Imperium verò ita denique se stabile habiturum, si quorum opera partum putabat, eorundem virtute retineret. Eos igitur ad eiusdem & similis semper virtutis constantiam atque firmitatem sibi esse cohortando perducendos putauit. Plus enim positum esse in suorum voluntario labore, quàm in conductitiis mercenariorum operis. Hoc igitur consilio optimates suos adesse iussos oratione hac ad studium virtutis est cohortatus: quæ sanè oratio est grauis sententiis, & tamẽ multo lepore aspersa. Eius hæc est summa: tantum dominatum nec potuisse nisi summa industria & virtute parari, nec sine summa diligentia & fortitudine retineri. Probationes huc conicit multas: iustum esse & rectè partum dominatum, idcirco retinendum: armatis erepta ab armatis & vigilantibus teneri oportere: hoc interesse inter eos & vectigales, quibus imperent, quòd pacis & agriculturæ instrumenta his exercenda sint, ipsis verò tuendi imperii artes sint excolendæ. Deinde remota etiam hac ratione necessitatis, tamen esse hominis honesti & liberaliter educati in virtute persequenda nunquam relanguescere. Quod verò requies laborum expectata ne in victoria quidem se ostendat, esse etiam in eo hoc commodi, quòd labor nauis & operosis hominibus fructum diligentiæ iucunditate cõdiat. Monet vt frequentes in regia sint, vt & ipsi suis & ipse eorum exemplis extimuletur.

Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν θεοῖς μεγίστη χάρις, ὅτι ἔδοσαν ἡμῖν τυχεῖν ὧν ἐνομίζομεν ἄξιοι εἶναι. νῦν μὲν γὰρ δὴ ἔχομεν καὶ γῆν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, καὶ οἵτινες ταύτην ἐργαζόμενοι θρέψουσιν ἡμᾶς· ἔχομεν δὲ καὶ οἰκίας, καὶ ἐν ταύταις κατασκευάς. καὶ μηδείς γε ὑμῶν ἔχων ταῦτα, νομισάτω ἀλλότρια ἔχειν. νόμος γὰρ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τὰ χρήματα. οὔκουν ἀδικίᾳ γε ἕξετε ὅ,τι ἂν ἔχοιτε, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ οὐκ ἀφαιρήσεσθε, ἤν τι ἐᾶτε ἔχειν αὐτοῖς. τὸ μέντοι ἐκ τοῦδε οὕτως ἐγὼ γιγνώσκω· ὅτι εἰ μὲν τρεψόμεθα ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν καὶ τὴν τῶν κακῶν ἀνθρώπων ἡδυπάθειαν, (οἳ νομίζουσι τὸ μὲν πονεῖν, ἀθλιώτατον, τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν, ἡδυπαθεῖν) ταχὺ ἡμᾶς φημὶ ὀλίγου ἀξίους ἡμῖν αὐτοῖς ἔσεσθαι, καὶ ταχὺ πάντων τῶν ἀγαθῶν στερήσεσθαι. οὐ γάρ τοι τὸ ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι, τοῦτο ἀρκεῖ ὥστε καὶ διατελεῖν ὄντας ἀγαθοὺς, ἢν μή τις αὐτοῦ διὰ τέλους ἐπιμελῆται· ἀλλὰ ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἀμεληθεῖσαι, μείονος ἄξιαι γίγνονται, καὶ τὰ σώματά γε αὖ τὰ εὖ ἔχοντα, ὁπόταν τις αὐτὰ ἀνῇ ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν, πονήρως πάλιν ἔχει· οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀλκὴ, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται.

οὔκουν δεῖ μέλλειν, οὐδ᾽ ἐπὶ τὸ αὐτίκα ἡδὺ προϊέναι αὐτούς. μέγα μὲν γὰρ, οἶμαι, ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ᾽ ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν, πολλάκις τῷ τόλμαν μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο· τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, οὐκέτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης, οὐδ᾽ ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ᾽ ἄνευ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. ἃ χρὴ γιγνώσκοντας, νῦν πολὺ μᾶλλον ἀσκεῖν τὴν ἀρετὴν ἢ πρὶν τάδε τἀγαθὰ κτήσασθαι, εὖ εἰδότας ὅτι ὅταν πλεῖστά τις ἔχῃ, τότε πλεῖστοι καὶ φθονοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσι καὶ πολέμιοι γίγνονται· ἄλλως τε κἂν παρ᾽ ἀκόντων τά τε κτήματα καὶ τὴν θεραπείαν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἔχῃ. τοὺς μὲν οὖν θεοὺς οἴεσθαι χρὴ σὺν ἡμῖν ἔσεσθαι· οὐ γὰρ ἐπιβουλεύσαντες, ἀδίκως ταῦτα ἔχομεν, ἀλλ᾽ ἐπιβουλευθέντες ἐτιμωρησάμεθα. τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο κράτιστον ἡμῖν αὐτοῖς παρασκευαστέον. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ βελτίονας ὄντας τῶν ἀρχομένων, ἄρχειν ἀξιοῦν. θάλπους μὲν οὖν καὶ ψύχους, καὶ σίτων καὶ ποτῶν, καὶ πόνων καὶ ὕπνου ἀνάγκη καὶ τοῖς δούλοις μεταδιδόναι· μεταδιδόντας γε μέντοι πειρᾶσθαι δεῖ ἐν τούτοις πρῶτον βελτίονας αὐτῶν φαίνεσθαι. πολεμικῆς δ᾽ ἐπιστήμης καὶ μελέτης παντάπασιν οὐ μεταδοτέον τούτοις οὕστινας ἐργάτας τε ἡμετέρους καὶ δασμοφόρους βουλόμεθα κτήσασθαι, ἀλλ᾽ αὐτοὺς δεῖ τούτοις τοῖς ἀσκήμασι πλεο-

νεκτεῖν, γιγνώσκοντας ὅτι ἐλευθερίας ταῦτα ὄργανα καὶ εὐδαιμονίας οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπέδειξαν· καὶ ὥσπερ γε ἐκείνους τὰ ὅπλα ἀφῃρήμεθα, οὕτως ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖ μήποτε τῶν ὅπλων ποτὲ ἐρήμους γίγνεσθαι, εὖ εἰδότας ὅτι τοῖς ἀεὶ ἐγγυτάτω τῶν ὅπλων οὖσι, τούτοις καὶ οἰκειότατά ἐστιν ἃ ἂν βούλωνται. εἰ δέ τις τοιαῦτα ἐννοεῖται, τί δῆτα ἡμῖν ὄφελος καταπρᾶξαι ἃ ἐπεθυμοῦμεν, εἰ ἔτι δεήσει καρτερεῖν καὶ πεινῶντας καὶ διψῶντας καὶ ἐπιμελουμένους καὶ πονοῦντας; ἐκεῖνο δεῖ καταμαθεῖν, ὅτι τοσούτῳ τἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει ὅσῳ ἂν μᾶλλον προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ ἀπίοι (οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς) ἄνευ δὲ τοῦ δεόμενον τυγχάνειν τινός, οὐδὲν οὕτω πολυτελῶς παρασκευασθείη ἂν ὥσθ' ἡδὺ εἶναι. εἰ δὲ ὧν μὲν μάλιστα ἄνθρωποι ἐπιθυμοῦσιν, ὁ δαίμων ἡμῖν ταῦτα συμπαρεσκεύακεν, ὡς δ' ἂν ἥδιστα ταῦτα φαίνοιτο, αὐτός τις αὑτῷ ταῦτα παρασκευάσει· ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῶν ἐνδεεστέρων βίου, ὅσῳ πεινήσας τῶν ἡδίστων σίτων τεύξεται, καὶ διψήσας τῶν ἡδίστων ποτῶν ἀπολαύσεται, καὶ δεηθεὶς ἀναπαύσεως, ἥδιστον ἀναπαύσεται. ὧν ἕνεκα φημὶ χρῆναι νῦν ἐπιταθῆναι ἡμᾶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ὅπως τῶν τε ἀγαθῶν ᾗ ἄριστον καὶ ἥδιστον ἀπολαύσωμεν, καὶ ὅπως τοῦ πάντων χαλεπωτάτου ἄπειροι γενώμεθα. οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ οὕτω χαλεπὸν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι λυπηρόν. ἐννοήσατε δὲ κἀκεῖνο, τίνα πρόφασιν ἔχοντες ἂν προειλόμεθα κακίονες ἢ πρόσθεν γενέσθαι. πότερον ὅτι ἄρχομεν; ἀλλ' οὐ δήπου τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων πονηρότερον προσήκει εἶναι. ἀλλ' ὅτι εὐδαιμονέστεροι δοκοῦμεν νῦν ἢ πρότερον εἶναι; ἔπειτα τῇ εὐδαιμονίᾳ φήσει τις τὴν κακίαν ἐπιπρέπειν; ἀλλ' ὅτι ἐπεὶ κεκτήμεθα δούλους, τούτους κολάσομεν ἢν πονηροὶ ὦσιν; καὶ τί προσήκει αὐτὸν ὄντα πονηρὸν πονηρίας ἕνεκα ἢ βλακείας ἄλλους κολάζειν; ἐννοεῖτε δὲ ἔτι καὶ τοῦτο, ὅτι τρέφειν μὲν παρεσκευάσμεθα πολλοὺς καὶ τῶν ἡμετέρων οἴκων φύλακας καὶ τῶν σωμάτων· αἰσχρὸν δὲ πῶς οὐκ ἂν εἴη εἰ δι' ἄλλους μὲν δορυφόρους τῆς σωτηρίας οἰησόμεθα χρῆναι τυγχάνειν, αὐτοὶ δὲ ἡμῖν αὐτοῖς οὐ δορυφορήσομεν; καὶ μὴν εὖ γε δεῖ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλη φυλακὴ τοιαύτη οἵα αὐτόν τινα καλὸν κἀγαθὸν ὑπάρχειν. τοῦτο γὰρ δεῖ συμπαρομαρτεῖν· τῷ δ' ἀρετῆς ἐρήμῳ οὐδὲ ἄλλο καλῶς ἔχειν οὐδὲν προσήκει. τί οὖν φημι χρῆναι ποιεῖν, καὶ ποῦ τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν, καὶ ποῦ τὴν μελέτην ποιεῖσθαι; οὐδὲν καινὸν, ὦ ἄνδρες, ἐρῶ· ἀλλ' ὥσπερ ἐν Πέρσαις ἐπὶ τοῖς ἀρχείοις οἱ ὁμότιμοι διάγουσιν, οὕτω καὶ ἡμᾶς φημὶ χρῆναι ἐνθάδε ὄντας τοὺς ὁμοτίμους πάντας ἅπερ καὶ ἐκεῖ ἐπιτηδεύειν, καὶ ὑμᾶς γε ἐμὲ ὁρῶντας κατανοεῖν παρόντας εἰ ἐπιμελόμενος ὧν δεῖ διάξω· ἐγώ τε ὑμᾶς κατανοῶν θεάσομαι, καὶ οὓς ἂν ὁρῶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐπιτηδεύοντας, τούτους τιμήσω· καὶ τοὺς παῖδας δὲ οἳ ἂν ἡμῖν γίγνωνται, ἐνθάδε παιδεύωμεν. αὐτοὶ γὰρ βελτίονες ἐσόμεθα, βουλόμενοι τοῖς παισὶν ὡς βέλτιστα παραδείγματα ἡμᾶς αὐτοὺς παρέχειν· οἵ τε παῖδες οὐδ' ἂν εἰ βούλοιντο ῥαδίως πονηροὶ γένοιντο, αἰσχρὸν μὲν μηδὲν μήτε ὁρῶντες μήτε ἀκούοντες, ἐν δὲ καλοῖς κἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασι διημερεύοντες.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VIri amici atque socii, diis quidem immortalibus magna est gratia, quod dederint nobis ea consequi quibus putauimus esse nos dignos. Nunc etenim habemus & solum multum & bonum, & eos qui hoc colendo nos alent: habemus etiam domos, & ea quæ ad instruendas illas pertinent. Neque vestrûm quisquam hæc habens existimet aliena se habere. Lex enim inter omnes homines perpetua est, quãdo belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum esse qui eam ceperint, & corpora eorum qui in vrbe sunt & bona. Nullo igitur modo iniustè possidebitis, quodcunq; possideatis: sed pro humanitate non auferetis, siquid eos habere sinatis. Sed enim ita sentio, si posthac nos dedamus pigritiæ ignauorúmque hominum voluptati, qui arbitrantur laborare esse ærumnosissimum, & vitam sine labore agitare, voluptatem, ego nos affirmo celeriter nobisipsis minimi fore faciundos, ac fore vt citò priuemur bonis omnibus. Nec enim strenuos fuisse viros, sufficit ad hoc vt illa strenuitas perstet, nisi quis illius assiduè studiosus sit. sed, quemadmodum aliæ artes, vbi neglectæ sint, minoris pretii fiunt: & corpora ipsa bene habentia, quum quis ea remittit ad inertiam, malè rursus se habent: ita & temperantia & continentia & robur, quum quis eorum exercitationem remiserit, hinc in prauitatem iterũ vertuntur. Est ergo vobis cunctandum, neque ad voluptatem præsentem proiicere vos debetis. Magnum enim opus esse existimo initiò comparare: sed multo etiam maius, qui adeptus sit, id tueri. Nam adipisci sæpe illi contigit qui præstiterit audaciam solùm: sed conseruare quod ceperit, non iam hoc sine temperantia, non sine continentia, non sine multa diligentia fit. Quæ nunc cognoscentibus nobis, longè magis virtus est exercenda, quàm prius in his bonis adipiscendis: quum non simus nescii, quum quis habet plurima, plurimos & inuidere illi & insidiari, & hostes fieri, præsertim si ab inuitis & possessiones & obseruantiã habeat, vt nos habemus. Atque deos quidem putandum est nobiscum fore: non enim insidiis vsi hæc iniustè possidemus, sed insidiis appetiti vltionem cepimus. Quod autem post illud est validissimum, nobisipsis comparandum est. Hoc autem est vt qui imperant, dent operam vt præstantiores sint iis quibus imperant. AEstus igitur ac frigoris, & ci-

borum,

borum, & potuum, & laboris, & somni necesse est seruis etiam partem facere: at quorum eos participes facimus, in his primùm enitendum est vt præstantiores illis nos exhibeamus. Scientiæ verò militaris exercitationísque hi omnino participes faciundi nō sunt, quos & operarios nostros & tributarios volumus possidere: sed hæ exercitationes sortem nostram meliorem debent reddere, quum ignari non simus deos hominibus hæc libertatis felicitatísque instrumenta effecisse. Quemadmodū autem illis arma abstulimus, ita nosipsos oportet sine armis nunquam esse: quum bene nouerimus, quibus arma sunt semper proximè, hisce secundissima etiam esse quæcunque velint. Quòd si quisquam talia cogitat, Quid verò nobis prodest peregisse quæ cupiebamus, si etiam opus erit posthac, & famem, & sitim, & curas, & labores tolerare? illud sanè sciendum est, eo bona maiorem afferre lætitiam, quo magis quis labore antecedente ad ea perueniat. LABORES enim obsonium sunt strenuis. Nam nisi quis re illa opus habeat quam consequitur, nihil adeo apparari queat sumptuosè vt suaue sit. Quòd si ea nobiscum parauit numen quæ homines cupiunt maximè, & quisque modum quo suauiora videantur hæc parabit sibi, vir huiusmodi eo erit meliore conditione quàm ii qui victu egent, quòd in fame suauissimos cibos consequetur, & in siti suauissimis potibus perfruetur, &, quum opus fuerit quiete, suauissimè quiescet. Quapropter dico nunc nos decere progressum facere ad probitatem, quò tum bonis quamoptimè & quamsuauissimè perfruamur, tum eius simus expertes quod est omniū molestissimum. Non enim ita molestum est bona non habuisse, quàm eum qui bona habuerit, iis priuari est acerbum. Cogitate etiam illud qua possimus induci causa vt simus deteriores quàm antea fuerimus. Vtrum quoniam imperamus? at nequaquam certè conuenit esse principem suis subditis deteriorem. An, quoniam nūc videmur feliciores esse quàm prius, ideo dicet aliquis vitium felicitatem decere? Num quoniam seruos adepti sumus, in hos animaduertemus si improbi fuerint? Atqui quomodo consentaneum est, eum, qui ipsemet sit improbus, improbitatis aut desidiæ causa alios punire? Vobiscum præterea hoc animo volutate, nos constituisse multos & nostrarum domorum & corporum custodes alere. Sed quî turpe non sit si putabimus alios salutis nostræ satellites esse oportere, ipsi autē nobisipsis satellites non erimus? Atqui certè oportet nosse, NON esse aliam custodiam talem, qualis si quisque rerum pulchrarum & bonarum studiosus sit. hoc enim consequatur oportet: ei verò qui virtute careat, neque aliud quicquam decet ei succedere. Quid igitur censeo esse faciundum? & vbi virtutem exercendam esse, & vbi studium & operam ponere nos debere? Nihil noui dicam, ô viri amicissimi: sed quemadmodum apud Persas homotimi in palatiis degūt, ita affirmo nos oportere hîc commorantes, qui omnes sumus homotimi, iisdem studiis quibus illic, nos exercere: & vos quidem me videntes, considerare præsentes an tempus ponam in iis quæ cura mea digna sunt: ego autem vicissim vos ante oculos habens considerabo, & quoscunque videbo honestis rebus bonísque studere, hos equidem honoribus prosequar. Ac filios quoque quicunque nobis nascantur, hîc instituamus: ita enim & ipsi meliores futuri sumus, dū volemus nosmetipsos liberis nostris in optima exempla præbere: & liberi ipsi nec etiam si velint, facilè euadant improbi, quippe qui nihil turpe neque videant, neque audiant, sed studiis honestatis probitatísque assiduè vacent.

Ex libro octauo.

ORATIO CHRYSANTAE.

ARGVMENTVM.

Proxima Cyri oratio summo concilii assensu excepta est: & in eandem illam sententiam dixerunt complures. In his Chrysantas hic, qui collaudata Cyri oratione dixit copiosius de obtemperandi necessitate, quæ in omni rectè instituta rerum administratione est seruanda. siquidem hæc eius oratio vno argumento est comprehensa, cuius hæc colligi possunt capita. Ea demum res rectè administratur, in qua bene imperanti rectè obtemperatur. Probat id inductione ex aggregatis exemplis, præsertim ve-

rò à liberarum ciuitatum moderatione,& ab iis rebus quas ipsi gesserunt. Quò fit vt ad hoc imperium continendum Cyro imperāti mos studiosè gerendus sit, quo & sapiente & felici duce semper sunt vsi.

Ἀλλὰ πολλάκις μὲν δή, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοτε κατενόησα ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. οἵ τε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων ὅπως μήποτε αὐτοὺς τἀγαθὰ ἐπιλείψει, Κῦρός τέ μοι δοκεῖ νῦν συμβουλεύειν ἡμῖν ἀφ' ὧν μάλιστ' ἂν εὐδαιμονοῦντες διατελοῖμεν. ὃ δέ μοι δοκεῖ ἐνδεέστερον ἢ ὡς ἐχρῆν δηλῶσαι, τοῦτο ἐγὼ πειράσομαι τοὺς μὴ εἰδότας διδάξαι. ἐννοήσατε γὰρ δή, τίς ἂν πόλις πολεμία ὑπὸ μὴ πειθομένων ἁλοίη; τίς δ' ἂν φιλία ὑπὸ μὴ πειθομένων διαφυλαχθείη; ποῖον δ' ἂν ἀπειθούντων στράτευμα νίκης τύχοι; πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐν μάχαις ἡττῷντο ἄνθρωποι ἢ ἐπειδὰν ἄρξωνται ἰδίᾳ ἕκαστος περὶ τῆς αὑτοῦ σωτηρίας βουλεύεσθαι; τί δ' ἂν ἄλλο ἀγαθὸν τελεσθείη ὑπὸ τῶν μὴ πειθομένων τοῖς κρείττοσι; ποῖαι δὲ πόλεις νομίμως ἂν οἰκήσειαν; ἢ ποῖοι οἶκοι σωθείησαν; πῶς δ' ἂν νῆες ὅποι δεῖ ἀφίκοιντο; ἡμεῖς δ' ἃ νῦν ἀγαθὰ ἔχομεν, διὰ τί ἄλλο μᾶλλον κατεπράξαμεν ἢ διὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ταχὺ μὲν ὅποι ἔδει παρεγιγνόμεθα, ἀθρόοι δὲ τῷ ἄρχοντι ἑπόμενοι ἀνυπόστατοι ἦμεν· τῶν δ' ἐπιταχθέντων οὐδὲν ἡμιτελὲς κατελείπομεν. εἰ τοίνυν μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται εἰς τὸ καταπράττειν τἀγαθά, οὕτως εὖ ἴστε ὅτι αὐτὸ τοῦτο καὶ εἰς τὸ διασῴζειν ἃ δεῖ μέγιστον ἀγαθόν ἐστι. καὶ πρόσθεν μὲν δὴ πολλοὶ ἡμῶν ἦρχον, οὐδενὸς δ' ἤρχομεν· νῦν δὲ κατεσκεύασθε οὕτω πάντες οἱ παρόντες ὥστε ἄρχετε οἱ μὲν πλειόνων, οἱ δὲ μειόνων. ὥσπερ τοίνυν αὐτοὶ ἀξιώσετε ἄρχειν τῶν ὑφ' ὑμῖν, οὕτω καὶ αὐτοὶ πειθώμεθα οἷς ἂν ἡμῖν καθήκοι. τοσοῦτον δὲ διαφέρειν ἡμᾶς δεῖ τῶν δούλων, ὅσον οἱ μὲν δοῦλοι ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦσιν· ἡμᾶς δέ, εἴπερ ἀξιοῦμεν ἐλεύθεροι εἶναι, ἑκόντας δεῖ ποιεῖν ὅ,τι πλείστου ἄξιον φαίνεται εἶναι. εὑρήσετε δὲ καὶ ἔνθα ἄνευ μοναρχίας πόλις οἰκεῖται, τὴν μάλιστα τοῖς ἄρχουσιν ἐθέλουσαν πείθεσθαι, ταύτην ἥκιστα τῶν πολεμίων ἀναγκαζομένην ὑπακούειν. παρῶμέν τε οὖν, ὥσπερ Κῦρος κελεύει, ἐπὶ τόδε τὸ ἀρχεῖον, ἀσκῶμέν τε δι' ὧν μάλιστα δυνησόμεθα κατέχειν ἃ δεῖ, παρέχωμέν τε ἡμᾶς αὐτοὺς χρῆσθαι Κύρῳ ὅ,τι ἂν δέῃ. καὶ τοῦτο γὰρ εὖ εἰδέναι χρή, ὅτι οὐ μὴ δυνήσεται Κῦρος εὑρεῖν ὅ,τι αὑτῷ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ χρήσεται, ἡμῖν δὲ οὔ. ἐπείπερ τά γε αὐτὰ ἡμῖν συμφέρει, καὶ οἱ αὐτοὶ εἰσὶν ἡμῖν πολέμιοι.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

VErùm ego, ô viri, sæpenumero etiam aliâs cogitaui, bonum principem nihilo differre à bono patre. Nam & parentes filiis prouident, vt bona his nunquam sint defutura: & Cyrus videtur mihi nunc ea nobis consulere à quibus maximè in felicitate possimus perseuerare. Quod autem mihi videtur minus quàm oportuerat ostendisse, hoc ego eos enitar qui ignorant, docere. Cogitate enim, quæ vrbs hostilis ab obedire nolentibus capi possit? & quæ amica ab iis qui parêre nolint, seruari queat? Quis ex immorigeris exercitus victoriam consequatur? quo autem pacto magis homines vincantur in pugna, quàm vbi cœperint priuatim quisque de sua salute consultare? quod etiam aliud bonum præstetur ab iis qui præstantioribus nō parent? quæ vrbes legitimè habitentur? vel quæ domus seruentur? quo pacto naues quò opus sit perueniant? Nos verò quæ hoc tempore habemus bona, ob quam rem aliam magis adepti sumus quàm ob præstitam imperatori obedientiam? Propter hoc enim & noctu & die, celeriter quò opus erat, proficiscebamur: &, dum conferti imperatorem sequebamur, nemo impetum nostrum sustinere poterat, & quæ iussa erant, eorum nihil imperfectum linquebamus. Si igitur principi obedire maximum apparet esse bonum ad bona adipiscenda: ita vobis exploratum esse debet quòd etiam idem hoc ad seruandum quæ oportet, maximum est bonum. Et antea quidem multi nobis imperabant, at imperabamus nemini: nunc verò vobis quotquot adestis ita res sunt comparatæ, vt imperetis alii quidem pluribus, alii verò paucioribus. Quemadmodum igitur ipsi dignum esse existimabitis vestris subditis imperare, ita etiam nos iis pareamus quibus decet. Hoc autem inter nos decet seruósque interesse, quòd serui inuiti heris ministrant: nobis autem, si nos dignos putamus qui liberi simus, vltrò faciundum est quod plurimi videtur æstimandum. Inuenietis quoque in vrbe cuius incolæ vnius dominatui subditi non sunt, eam quæ maximè vult parêre præfectis, hanc minimè ab hostibus ad obediendum cogi. Adsimus igitur, vt Cyrus iubet, ad hunc principatum, & ea exerceamus per quæ maximè conseruare poterimus quæ oportet, atq; offeramus Cyro nostram operam vt ea vtatur ad quodcunque opus sit. Etenim ne hoc quidem latêre nos debet, nullo modo Cyrum inuenire posse rem vllam in qua propter suum bonum nostra opera vsurus sit, ac non item propter nostrum: quoniam eadem nobis cōducunt, & iidem nobis sunt hostes.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Donatiuum liberalissimum ediderat Cyrus, quò sibi etiam magis suos obstringeret. Ii beneficentiam illius mirati, partim magnam esse illi constructam pecuniam crediderunt, partim non tam ærarii facultati, quàm liberalitati, assignarunt. Cyrus hac conciuncula in eorum conuentu habita admonuit, vt non opulentiæ magis quàm beneficentiæ suæ acceptum ferrent: eósque reprehendit, qui aut maiores opes quàm possident, ementiri solent: aut quas habent, abstrusas continent, & amicis claudunt. Sibi opes esse significat, nec celare se, sed eas quæ possint liberalitati sumptus suggerere.

Ἄνδρες φίλοι, ἑώρακα μὲν ἤδη ἀνθρώπους οἳ βούλονται δοκεῖν πλείω κεκτῆσθαι ἢ ἔχουσιν, ἐλευθεριώτεροι ἂν οἰόμενοι οὕτω φαίνεσθαι· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οὗτοι τοὔμπαλιν οὗ βούλονται, ἐφέλκεσθαι. τὸ γὰρ πολλὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους, ἀνελευθερίαν ἔμοιγε δοκεῖ περιάπτειν. εἰσὶ δ' αὖ οἳ λεληθέναι βούλονται ὅσα ἂν ἔχωσι. πονηροὶ οὖν καὶ οὗτοι τοῖς φίλοις ἔμοιγε δοκοῦσιν εἶναι. διὰ γὰρ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ ὄντα, πολλάκις δεόμενοι οὐκ ἐπαγγέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις, ἀλλ' ἀπατῶνται. ἁπλουστάτου δέ μοι δοκεῖ εἶναι τὸ τὴν δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα ἐκ ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκἀγαθίας. κἀγὼ οὖν βούλομαι ὑμῖν, ὅσα μὲν οἷόν τ' ἐστὶν ἰδεῖν τῶν ἐμοὶ ὄντων, δεῖξαι· ὅσα δὲ μὴ οἷόν τε ἰδεῖν, διηγήσασθαι. ταῦτα εἰπὼν, τὰ μὲν ἐδείκνυε πολλά τε καὶ καλὰ κτήματα, τὰ δὲ κείμενα ὡς μὴ ῥᾴδια εἶναι ἰδεῖν, διηγεῖτο. τέλος δὲ εἶπεν ὧδε, Ταῦτα ὦ ἄνδρες, ἅπαντα δεῖ ὑμᾶς οὐδὲν μᾶλλον ἐμὰ ἡγεῖσθαι ἢ καὶ ὑμέτερα. ἐγὼ γὰρ ταῦτα ἀθροίζω, οὐχ ὅπως αὐτὸς καταδαπανήσω, οὐδ' ὅπως αὐτὸς κατατρίψω· (οὐ γὰρ ἂν δυναίμην) ἀλλ' ὅπως ἔχω τῷ τε ἀεὶ ὑμῶν καλόν τι ποιοῦντι διδόναι, καὶ ὅπως ἤν τις ὑμῶν τινὸς ἐνδεῖσθαι νομίσῃ, πρὸς ἐμὲ ἐλθὼν λάβῃ οὗ ἂν ἐνδεὴς τυγχάνῃ ὤν.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amici, vidi equidem iam homines qui videri volunt plura possidere quàm habeant, rati hi quidem se liberaliores ita visum iri: at hi videntur mihi sibi attrahere contrarium eius quod volunt. Nam quum is qui videtur habere multas pecunias, nō pro dignitate facultatum cōspicitur amicis prodesse, illiberalitatis notam id inurit, mea quidem sententia. Sunt etiam rursus qui latêre alios volunt quantum ipsi habeant. malè igitur hi quoque de amicis mihi mereri videntur. Nam quoniã quas ipsi pecunias habeant ignoratur, sæpe indigentes amici sociis non denuntiant, sed decipiuntur. Simplicissimi autem *apertißimique viri* mihi videtur esse, manifestatis suis facultatibus, ex his de munificentia viro probo & honesto digna certare. Ego igitur ostēdere vobis volo quæ mihi sunt omnia, quæcunque possunt videri: quæcunque autem videri non possunt, ea commemorabo. *Quæ loquutus, alia quidem bona ostendebat, quæ multa pulchráque possidebat: quæ autem reposita erant ita vt videri facilè non possent, ea commemorabat.* Postremò ita dixit, Hæc, ô viri amicissimi, omnia oportet vos arbitrari non magis mea esse quàm etiam vestra. Ego enim hæc congero, neque vt ipse insumam, neque vt ipse conteram, (nec enim possim id facere) sed quò habeam quod sim ei daturus qui è vobis pulchri aliquid fecerit: & quò, siquis vestrûm existimauerit se rei alicuius indigere, si ad me veniat, accipiat quod ei sit opus.

ORATIO CAMBYSIS.

ARGVMENTVM.

Cyrus ex Assyriaca expeditione in Persas reuersus, liberalissimus fuit muneribus in omnes pro dignitate tribuendis: & vt quisque splendore & gradu anteibat, ita ab eo honorificentius donabatur. In primis verò parentes singularibus donis ornauit. itaque charissimus omnibus venit. Egerat etiam secum numerosos greges victimarum: ex quibus pater Cambyses quas visum est sumpsit, & rem sacram fecit, quò principes Persarum & Cyrum ipsum conuocauit: vt apud aras & libamina, religionibus interpositis, gratia & concordia perpetua inter eos coiret, & aleretur. In eo ille conuentu hac oratione est vsus: qua vtrosque primùm collaudat principes & Cyrum: principes, quòd Cyro validissimum exercitum decreuissent & contraxissent, partim etiam eorum auspicia illius sequuti essent, vnde res præclarissimæ essent consequutæ: Cyrum, quòd Persarum nomen illustrasset, & opes eorum imperiúmque amplificasset. Inde hortatur vtrosque ad concordiam, deósque testes interponit.

Ἄνδρες Πέρσαι, καὶ σὺ ὦ Κῦρε, ἐγὼ ἀμφοτέροις ὑμῖν εἰκότως εὔνους εἰμί. ὑμῶν μὲν γὰρ βασιλεύω· σὺ δὲ ὦ Κῦρε, παῖς ἐμὸς εἶ. δίκαιος οὖν εἰμι, ὅσα γιγνώσκειν δοκῶ ἀγαθὰ ἀμφοτέροις, ταῦτα εἰς τὸ μέσον λέγειν. τὰ μὲν γὰρ παρελθόντα ὑμεῖς μὲν Κῦρον ηὐξήσατε, στράτευμα δόντες, καὶ ἄρχοντα τούτου αὐτὸν καταστήσαντες. Κῦρος δὲ ἡγούμενος τούτου σὺν θεοῖς εὐκλεεῖς μὲν ὑμᾶς, ὦ Πέρσαι, ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐποίησεν, ἐντίμους δ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάσῃ. τῶν δὲ συστρατευσαμένων αὐτῷ τοὺς μὲν ἀρίστους καὶ πεπλούτικε, τοῖς δὲ πολλοῖς μισθὸν καὶ τροφὴν παρεσκεύακεν. ἱππικὸν δὲ καταστήσας Περσῶν, πεποίηκε Πέρσαις καὶ πεδίων εἶναι μετουσίαν. ἢν μὲν οὖν καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω γιγνώσκητε, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ἀλλήλοις ἔσεσθε. εἰ δὲ ἢ σύ, ὦ Κῦρε, ἐπαρθεὶς ταῖς παρούσαις τύχαις, ἐπιχειρήσεις καὶ Περσῶν ἄρχειν ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ὥσπερ τῶν ἄλλων, ἢ ὑμεῖς, ὦ πολῖται, φθονήσαντες τούτῳ τῆς δυνάμεως, καταλύειν πειράσεσθε τοῦτον τῆς ἀρχῆς, εὖ ἴστε ὅτι ἐμποδὼν ἀλλήλοις πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἔσεσθε. ὡς οὖν μὴ ταῦτα γίγνηται, ἀλλὰ τἀγαθά, ἐμοὶ δοκεῖ θύσαντας ὑμᾶς κοινῇ, καὶ θεοὺς ἐπιμαρτυραμένους συνθέσθαι, σὲ μέν, ὦ Κῦρε, ἤν τις ἐπιστρατεύηται ἢ χώρᾳ Περσίδι, ἢ Περσῶν νόμους διασπᾶν πειρᾶται, βοηθήσειν παντὶ σθένει· ὑμᾶς δέ, ὦ Πέρσαι, ἤν τις ἢ ἀρχῆς Κῦρον ἐπιχειρῇ καταπαύειν, ἢ ἀφίστασθαί τις τῶν ὑποχειρίων, βοηθήσειν καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ Κύρῳ καθ' ὅ,τι ἂν ἐπαγγέλλῃ. καὶ ἕως μὲν ἂν ἐγὼ ζῶ, ἐμὴ γίγνηται ἡ ἐν Πέρσαις βασιλεία· ὅταν δ' ἐγὼ τελευτήσω, δῆλον ὅτι Κύρου, ἐὰν ζῇ. καὶ ὅταν μὲν οὗτος ἀφίκηται εἰς Πέρσας, ὁσίως ἂν ὑμῖν ἔχοι τοῦτον θύειν τὰ ἱερὰ ὑπὲρ ὑμῶν ἅπερ νῦν ἐγὼ θύω· ὅταν δ' οὗτος ἔκδημος ᾖ, καλῶς ἂν οἶμαι ὑμῖν ἔχειν εἰ ἐκ τοῦ γένους, ὃς ἂν δοκῇ ἡμῖν ἄριστος εἶναι, οὗτος τὰ τῶν θεῶν ἀποτελοίη.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri Persæ, & tu Cyre fili, ego vtrisque vobis, vt decet, sum beneuolus. nam vobis, Persæ, rex sum: tu autem, Cyre, meus es filius. Itaque æquum est me quæcunque videor mihi nosse vtrisque vobis conducere, hæc vt in medium proferam. Superioribus enim temporibus vos Cyrum amplificastis; quippe cui & exercitum dederitis, & quem exercitus principem constitueritis. Huius autem dux Cyrus, diis iuuantibus, inclytos vos, ô Persæ, inter omnes homines reddidit, & in vniuersa Asia honoratos. Eorum verò qui vnà cum ipso militiam obiere, viros optimates etiã locupletauit: multitudini verò stipendium victúmque parauit: constitutóque Persarum equitatu, reddidit Persas agrorum item participes. Siquidem igitur in posterum ita senseritis, eritis inuicem vobis autores multarum bonarúmque rerum. Sin autem tu Cyre elatus secundis rebus præsentibus, aggrediaris in Persas quoque imperium gerere, ad cumulandas tibi opes supra cæteros, quemadmodũ in alios, aut vos ciues huius potẽtiæ inuidẽtes tẽtabitis summouere eum imperio: certò scitote vos inuicem vobis fore impedimento quo minus rebus plurimis bonis perfruamini. Quæ quidem ne fiant, sed bona, potius censeo vobis per publicum sacrificium, pérq; deorum attestationem, in hæc pacta conueniendum esse: te quidem, ô Cyre, siquis aut regionẽ Persida bello appetierit, aut Persarum leges rescindere tentauerit, auxilium patriæ laturum omnibus viribus: vos autem ô Persæ, siquis aut imperio Cyrum priuare, aut si subditorum quisquam deficere tentauerit, futuros auxilio & vobisipsis & Cyro prout is præcipiat. Atque donec ego in viuis sum, meum sit in Persis imperium: sed vbi ipse diem obiero, regnum scilicet erit Cyri, si vixerit. Qúmque hic in Persas venerit, religioni vestræ conueniens & decorum erit, vt hic sacra pro vobis faciat, quæ nunc ipse sacrifico: sed quum hic à Perside aberit, rectè vobis consultum erit (mea sententia) si ex cognatione qui vobis præstantissimus videatur, hic debita diis immortalibus persoluat.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Cyrus quum è Perside in Medos, deinde in citeriorem Asiam, quam subegerat, ad describendas & constituendas prouincias reuertisset, decreuit præfectos præsidiorum atque vrbium, prouinciarúmq; quas illi Satrapias appellabant, præsides creare aliaque ad prouinciarum defensionem & administrationem instituere: cooptatisque quibus eos honores mandare statuerat, concilium principum indixit & coegit. Iis, quum conuenissent, hac oratione consilium suum exposuit. Placere, qui vrbibus, præsidiis, prouinciisque præsint, legere: eorum quæ sint partes, quæque officia, præscribere: itémque alios mittere, quibus agri modum & domicilium impertiat atque attribuat, per quos vectigaliorum coactores commodius munus suum exequantur. Quos verò prouinciis præficiebat, nominatim citauit. Iis negotium dat vt belli gerendi neruos sibi quam copiosissimè prouideant: &, vbi vsus erit, mittant. In prouinciis & præfe-

cturis suis liberalitate suos allicere conentur, benignè iis faciant, victum è suo, id est è publico, præbeant, nunquam otio & desidiæ se dent, semper opus aliquod aut exercitationis, aut domesticum, aut publicum nauent, suam denique industriam imitētur, & ipsi suam cohorti quisque suæ imitandam proponant.

Ἄνδρες φίλοι, εἰσὶν ἡμῖν ἐν ταῖς κατεστραμμέναις πόλεσι φρουροὶ καὶ φρούραρχοι, οὓς τότε κατελίπομεν, καὶ τούτοις ἐγὼ προστάξας ἀπῆλθον ἄλλο μὲν οὐδὲν πολυπραγμονεῖν, τὰ δὲ τείχη διασώζειν. τούτους μὲν οὖν οὐ παύσω τῆς ἀρχῆς, ἐπεὶ καλῶς διαπεφυλάκασι τὰ προσταχθέντα. ἄλλους δὲ σατράπας πέμψαι μοι δοκεῖ, οἵτινες ἄρξουσι τῶν ἐνοικούντων, καὶ τὸν δασμὸν λαμβάνοντες τοῖς τε φρουροῖς δώσουσι μισθὸν, καὶ ἄλλο τελέσουσιν ὅ, τι ἂν δέῃ. δοκεῖ δέ μοι καὶ τῶν ἐνθάδε ὑμῶν οἷς ἂν ἐγὼ πράγματα παρέχω, πέμπων πράξοντάς τι ἐπὶ ταῦτα τὰ ἔθνη, χώρας γενέσθαι καὶ οἴκους ἐκεῖ, ὅπως δασμοφορῆταί αὐτοῖς δεῦρο, ὅταν τε ἴωσιν ἐκεῖσε, εἰς οἰκεῖα ἔχωσι καταγίνεσθαι. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα. Δεῖ δὲ τοὺς ἰόντας σατράπας ἐπὶ ταύτας τὰς χώρας, τοιούτους ὑμᾶς σκοπεῖν οἵτινες ὅ, τι ἂν ἐν τῇ γῇ ἑκάστῃ καλὸν ἢ ἀγαθὸν ᾖ, μεμνήσονται καὶ δεῦρο ἀποπέμπειν, ὡς μετέχωμεν καὶ οἱ ἐνθάδε ὄντες τῶν πανταχοῦ γιγνομένων ἀγαθῶν. καὶ γὰρ ἐάν τι που δεινὸν γίγνηται, ἡμῖν ἔσται ἀμυντέον. Καὶ μετὰ τινα. Ὃς δ᾽ ἂν ἐμοὶ λόγον τῆς δυνάμεως, πλεῖστα μὲν ἅρματα, πλείστους δὲ καὶ ἀρίστους ἱππέας ἀποδεικνύῃ, τοῦτον ἐγὼ, ὡς ἀγαθὸν σύμμαχον καὶ ὡς ἀγαθὸν συμφύλακα Πέρσαις τε καὶ ἐμοὶ τῆς ἀρχῆς, τιμήσω. ἔστωσαν δὲ παρ᾽ ὑμῖν καὶ ἕδραι, ὥσπερ παρ᾽ ἐμοὶ οἱ ἄριστοι προτετιμημένοι· καὶ τράπεζα, ὥσπερ ἡ ἐμὴ, τρέφουσα μὲν πρῶτον τοὺς οἰκέτας, ἔπειτα δὲ, καὶ ὡς φίλοις μεταδιδόναι, ἱκανῶς κεκοσμημένη· καὶ ὡς τὸν καλόν τι ποιοῦντα καθ᾽ ἡμέραν ἐπιγεραίρειν. κτᾶσθε δὲ καὶ παραδείσους, καὶ θηρία τρέφετε, καὶ μήτε αὐτοί ποτε ἄνευ πόνου σῖτον παραθεῖσθε, μήτε ἵπποις ἀγυμνάστοις χόρτον ἐμβάλλετε, οὐ γὰρ ἂν δυναίμην ἐγὼ εἷς ὢν ἀνθρωπίνῃ ἀρετῇ τὰ πάντων ὑμῶν ἀγαθὰ διασώζειν, ἀλλὰ δεῖ ἐμὲ μὲν ἀγαθὸν ὄντα σὺν ἀγαθοῖς τοῖς παρ᾽ ἐμοῦ ὑμῖν ἐπίκουρον εἶναι. ὑμᾶς δὲ ὁμοίως αὐτοὺς, ἀγαθοὺς ὄντας, σὺν ἀγαθοῖς τοῖς μεθ᾽ ὑμῶν ἐμοὶ συμμάχους εἶναι. βουλοίμην δ᾽ ἂν ὑμᾶς καὶ τοῦτο κατανοῆσαι, ὅτι τούτων ὧν νῦν παρακελεύομαι, οὐδὲν τοῖς δούλοις προστάττω. ἃ δ᾽ ὑμᾶς φημὶ χρῆναι ποιεῖν, ταῦτα καὶ αὐτὸς πειρῶμαι πάντα πράττειν. ὥσπερ δ᾽ ἐγὼ ὑμᾶς κελεύω ἐμὲ μιμεῖσθαι, οὕτω καὶ ὑμεῖς τοὺς ὑφ᾽ ὑμῶν ἀρχὰς ἔχοντας μιμεῖσθαι ὑμᾶς διδάσκετε.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Viri amici, sunt nobis in vrbibus subiugatis præsidia, præsidiorúmque præfecti, quos tum reliquimus: & his ego abiens iussi vt aliam ad rem nullam essent intenti, quàm ad seruandas vrbes. Hos igitur ab eo munere nolo amouere, quoniam bene quæ ipsis demandata erant seruauere. Sed alii satrapæ videntur mihi mittendi, qui imperent habitantibus, quíque accepto tributo & præsidiariis militibus dent stipendium, & aliud quodcunque opus est soluant. Videtur etiam mihi, è vobis hîc agentibus, quibuscunque negotia facesso, dum mitto in has gentes ad obeundum aliquod munus, & agros debere illic possidere & domos, vt & tributum huc ad illos perferatur, & quum illuc ibunt in suas domos se possint recipere. *Et paulo pòst.* Oportet autem vt satrapas euntes in has regiones tales ipsi consideremus, qui meminerint huc etiam mittere quicquid aut pulchri aut boni in quolibet solo sit, quò nos quoque qui hîc sumus, participes simus bonorum omnium quæ vbique sunt. Etenim siquid vspiam periculi erit, nobis erit defendendum. *Et aliquanto pòst.* Quicunque autem mihi effecerit pro ratione potentiæ, plurimos currus, plurimósque & optimos equites, hunc ego, vt bonum socium belli bonúmque concustodem imperii mihi atque Persis, honoribus prosequar. Adhæc præferantur apud vos quoque, quemadmodum apud me, viri optimates cæteris in concessu. Et mensa etiam sit sicuti mea quæ alat primùm famulos, dein satis sit ornata ad impertiendum etiam amicis, & ad eum qui præclarum aliquid gesserit quotidie aliquo honorario donandum. Insuper comparate etiam viuaria, atque nutrite feras: & neque ipsi vnquam sine labore cibum vobis apponite, neque equis ante exercitationem pabulum inicite. Haud enim possim ipse qui vnus sum, humana virtute bona omnium vestrûm seruare semper: sed oportet me quidem ipsum strenuè me gerentem, cum strenuis viris qui à me sunt, vobis opem ferre: & vos vicissim, strenuos vos præstantes, cum strenuis qui vobiscum sunt, mihi auxiliatores esse. Velim præterea vos hoc etiam animo vobiscum volutare, me nihil eorum, ad quæ nūc vos hortor, seruis imperare, sed quæ vobis facienda dico, hæc item ipse omnia enitor agere. Et quemadmodum ego vobis iubeo vt me imitemini, sic item vos eos qui à vobis magistratus habent, vt vos imitentur docetote.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Hæc est morientis Cyri oratio. Is enim quum se ex morbo grauissimo decumbere videret, vt quo etiam inedia conficeretur, nec procul ab extremo vitæ spiritu se abesse etiam ex insomnio cognosceret, misit qui filios quos habebat duos, prætereaque amicos & summos viros, qui in imperiis erant, arcesceret, apud quos ita loquitur vt in hac oratione inducitur. Huius autem orationis habendæ consilium fuit vt omnes postremùm affaretur, & filios amicis, filiis regnum committeret, postremámque vocem illis audientibus ederet, testem suæ erga eos voluntatis atque animi. Itaque huius orationis partes sunt tres: prima habet rerum ab eo gestarum commemorationem, tamen modicam & susceptam duntaxat ad animi atque beneuolentiæ erga eos suæ, & huius monitionis commendationem, & ad illis iniiciendum virtutis studium: altera parte multus est Cyrus in cohortandis filiis ad pacem atque concordiam inter se fouendam. Nā quia maiorem natu regni hæredem nominabat, summámque imperii ad eum deferebat, videbatur ægrè id laturus minor, non exors ille quidem omnis imperii, sed tamen non exæquatus cum fratre, tāto sibi maiorem cautionem putauit Cyrus, ne illis discordiarum semina & causas relinqueret. Quocirca vtrunque amicè & paternè ad pacem & fraternam beneuolentiam colendam hortatur: vtriusque dignitati, minoris verò natu tranquillitati se consuluisse ostendit. Monet vt officiis inter se certent: quæ res coniunctionem inter eos astrictura sit. Testatur vt memoriam suam piè colant, fraternam alēdo charitatem: quo loco de immortalitate animæ grauiter quid sentiat aperit. Postrema parte de sepultura & iustis sibi persoluendis mandat.

ΠΑῖδες ἐμοὶ, καὶ πάντες οἱ παρόντες φίλοι, ἐμοὶ μὲν τοῦ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστιν (ἐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γιγνώσκω) ὑμᾶς δὲ χρὴ, ὅταν τελευτήσω, ὡς περὶ εὐδαίμονος ἐμοῦ καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν πάντα. ἐγὼ γὰρ παῖς τε ὢν τὰ ἐν παισὶ νομιζόμενα καλὰ δοκῶ κεκαρπῶσθαι· ἐπεί τε ἥβησα, τὰ ἐν νεανίσκοις· τέλειός τε ἀνὴρ γενόμενος, τὰ ἐν ἀνδράσι. σὺν τῷ χρόνῳ τε προϊόντι ἀεὶ συναυξανομένην ἐπιγιγνώσκειν ἐδόκουν καὶ τὴν ἐμὴν δύναμιν. ὥστε καὶ τοὐμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ᾐσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον· καὶ οὔτ᾽ ἐπιχειρήσας οὔτ᾽ ἐπιθυμήσας οἶδα ὅτου ἠτύχησα. καὶ τοὺς μὲν φίλους ἐπεῖδον δι᾽ ἐμοῦ εὐδαίμονας γενομένους, τοὺς δὲ πολεμίους ὑπ᾽ ἐμοῦ δουλωθέντας· καὶ τὴν πατρίδα πρόσθεν ἰδιωτεύουσαν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, νῦν προτετιμημένην καταλείπω. ὧν τ᾽ ἐκτησάμην οὐδὲν οἶδα ὅ, τι οὐ διεσωσάμην. καὶ τὸν μὲν παρελθόντα χρόνον ἔπραττον οὕτως ὥσπερ ηὐχόμην· φόβος δέ μοι συμπαρομαρτῶν μή τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἢ ἴδοιμι ἢ ἀκούσαιμι ἢ πάθοιμι χαλεπὸν, οὐκ εἴα τελέως μέγα φρονεῖν, οὐδ᾽ εὐφραίνεσθαι ἐκπεπταμένως. νῦν δ᾽ ἢν τελευτήσω, καταλείπω μὲν ὑμᾶς, ὦ παῖδες, ζῶντας, οὕσπερ ἔδοσάν μοι οἱ θεοὶ γενέσθαι· καταλείπω δὲ πατρίδα καὶ φίλους εὐδαιμονοῦντας. ὥστε πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ δικαίως μακαριζόμενος τὸν ἀεὶ χρόνον μνήμης τυγχάνοιμι; δεῖ δὲ καὶ τὴν βασιλείαν με ἤδη σαφηνίσαντα καταλιπεῖν, ὡς ἂν μὴ ἀμφίλογος γενομένη πράγματα ὑμῖν παράσχῃ. ἐγὼ δὲ νῦν φιλῶ μὲν ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὁμοίως, ὦ παῖδες· τὸ δὲ προβουλεύειν καὶ προηγεῖσθαι ἐφ᾽ ὅ, τι ἂν καιρὸς δοκῇ εἶναι, τοῦτο προστάττω τῷ προτέρῳ γενομένῳ, καὶ πλειόνων κατὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ. ἐπαιδεύθην δὲ καὶ αὐτὸς οὕτως ὑπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς τε καὶ ὑμετέρας πατρίδος, τοῖς πρεσβυτέροις οὐ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις καὶ ὁδῶν καὶ θάκων καὶ λόγων ὑπείκειν. καὶ ὑμᾶς δὲ, ὦ παῖδες, οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων προτετιμῆσθαι. ὡς οὖν παλαιὰ καὶ εἰθισμένα καὶ ἔννομα λέγοντος ἐμοῦ, οὕτως ἀποδέχεσθε. καὶ σὺ μὲν, ὦ Καμβύση, τὴν βασιλείαν ἔχε, θεῶν τε διδόντων καὶ ἐμοῦ, ὅσον ἐν ἐμοί. σοὶ δὲ, ὦ Ταναοξάρη, σατράπην εἶναι δίδωμι Μήδων τε καὶ Ἀρμενίων, καὶ τρίτων Καδουσίων. ταῦτα δέ σοι διδοὺς, νομίζω ἀρχὴν μὲν μείζω καὶ τοὔνομα τῆς βασιλείας τῷ πρεσβυτέρῳ καταλιπεῖν, εὐδαιμονίαν δέ σοι ἀλυποτέραν. ὁποίας μὲν γὰρ ἀνθρωπίνης εὐφροσύνης ἐπιδεὴς ἔσῃ οὐχ ὁρῶ, ἀλλὰ πάντα σοι τὰ δοκοῦντα ἀνθρώπους εὐφραίνειν παρέσται. τὸ δὲ δυσκαταπρακτοτέρων ἐρᾶν, καὶ τὸ πολλὰ μεριμνᾶν, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ἡσυχίαν ἔχειν, κεντριζόμενον ὑπὸ τῆς πρὸς τἀμὰ ἔργα φιλονεικίας, καὶ τὸ ἐπιβουλεύειν καὶ τὸ ἐπιβουλεύεσθαι, ταῦτα τῷ βασιλεύοντι ἀνάγκη σοῦ μᾶλλον συμπαρομαρτεῖν· ἅ, σάφ᾽ ἴσθι, τοῦ εὐφραίνεσθαι πολλὰς ἀσχολίας παρέχει. οἶσθα μὲν οὖν καὶ σὺ, ὦ Καμβύση, ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ᾽ οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους (πᾶσι γὰρ ἂν οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ καὶ τἆλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεσθαι) ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς ποιεῖσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ. ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. εἰ οὖν καὶ ἄλλους τινὰς πειράσῃ συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μηδαμόθεν πρότερον ἄρχου ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου. καὶ πολῖταί τοι ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀποσκήνων. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γονέων ἀγαπώμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα καὶ τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, πῶς οὐ πάντων οὗτοι οἰκειότατοι; μὴ οὖν ἃ οἱ θεοὶ ὑφήγηνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότητα ἀδελφοῖς, μάταιά ποτε ποιήσητε, ἀλλ᾽ ἐπὶ ταῦτα εὐθὺς οἰκοδομεῖτε ἄλλα φιλικὰ ἔργα· καὶ οὕτως ἀεὶ ἀνυπέρβλητος ἄλλοις ἔσται ἡ ὑμετέρα φιλία. ἑαυτοῦ τοι κήδεται ὁ προνοῶν ἀδελφοῦ. τίνι γὰρ ἄλλῳ ἀδελφὸς μέγας ὢν οὕτω καλὸν ὡς ἀδελφῷ; τίς δ᾽ ἄλλος τιμήσεται δι᾽ ἄνδρα μέγα δυνάμενον οὕτως ὡς ἀδελφός; τίνα δὲ φοβήσεταί τις ἀδικεῖν ἀδελφοῦ μεγάλου ὄντος, οὕτως ὡς τὸν ἀδελφόν; μήτε οὖν θᾶττον μηδείς σου τούτῳ ὑπακουέτω, μήτε προθυμότερον παρέστω. οὐδενὶ γὰρ οἰκειότερα τὰ τούτου οὔτε ἀγαθὰ, οὔτε δεινὰ, ἢ σοί. ἐννόει δὲ καὶ τάδε, τίνι χαρισάμενος ἐλπίσαις ἂν μειζόνων τυχεῖν, ἢ τούτῳ; τίνι δ᾽ ἂν βοηθήσας ἰσχυρότερον σύμμαχον ἀντιλάβοις; τίνα δ᾽ αἴσχιον μὴ φιλεῖν ἢ τὸν ἀδελφόν; τίνα δὲ ἁπάντων

κάλλιον προνομῶν ἢ τὸν ἀδελφόν; μόνου τοι, ὦ Καμβύση, προφάτου ὄντος ἀδελφοῦ παρ' ἀδελφῷ, οὐδὲ φθόνος παρὰ τῶν ἄλλων ἀφικνεῖται. ἀλλὰ πρὸς θεῶν πατρῴων, παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλους, εἴ τι καὶ τοῦ ἐμοὶ χαρίζεσθαι μέλει ὑμῖν. οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς οὐδὲν ἔσομαι ἐγὼ ἔτι ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω· οὐδὲ γὰρ νῦν τοι τήν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἑωρᾶτε, ἀλλ' οἷς διεπράττετο, τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε. τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς οὔπω κατενοήσατε οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσιν, οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι. τοῖς δὲ φθιμένοις τὰς τιμὰς διαμένειν ἔτι ἂν δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς αὐτῶν αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν; οὔτοι ἔγωγε, ὦ παῖδες, οὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείσθην, ὡς ἡ ψυχή, ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ, ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν. ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ θνητὰ σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχή, ζῶντα παρέχεται. οὐδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσται ἡ ψυχή, ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος δίχα γένηται, οὐδὲ τοῦτο πέπεισμαι. ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι. διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου, δῆλά ἐστιν ἕκαστα ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυλον, πλὴν τῆς ψυχῆς. αὕτη δὲ μόνη οὔτε παροῦσα οὔτε ἀπιοῦσα ὁρᾶται. ἐννοήσατε δὲ ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καταφαίνεται, καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ· τότε γάρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα ὥσπερ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι· εἰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ μένουσα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι συναποθνήσκει· ἀλλὰ θεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας, καὶ πάντ' ἐφορῶντας, καὶ πάντα δυναμένους, οἳ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀκριβῆ καὶ ἀκήρατον καὶ ἀναμάρτητον, καὶ ὑπὸ κάλλους καὶ μεγέθους ἀδιήγητον· τούτους φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς μηδέν, μηδὲ ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε. μετὰ μέντοι θεούς, καὶ ἀνθρώπων τὸ πᾶν γένος τὸ ἀεὶ ἐπιγιγνόμενον αἰδεῖσθε. οὐ γὰρ ἐν σκότῳ ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύπτονται, ἀλλ' ἐμφανῆ πᾶσιν ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα· ἃ ἢν μὲν καθαρὰ καὶ ἔξω τῶν ἀδίκων φαίνηται, δυνατοὺς ὑμᾶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀναδείξει· εἰ δὲ ἐς ἀλλήλους ἄδικόν τι φρονήσετε, ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸ ἀξιόπιστοι εἶναι ἀποβαλεῖτε. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔτι πιστεῦσαι δύναιτο ὑμῖν, οὐδ' εἰ πάνυ προθυμοῖτο, ἰδὼν ἀδικούμενον τὸν μάλιστα φιλίᾳ προσήκοντα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μή, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μανθάνετε. αὕτη γὰρ ἀρίστη διδασκαλία. οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ διαγεγένηνται φίλοι μὲν γονεῖς παισί, φίλοι δὲ ἀδελφοῖς. ἤδη δέ τινες τούτων καὶ ἐναντία ἀλλήλοις ἔπραξαν. ὁποτέροις ἂν οὖν αἰσθάνησθε τὰ πραχθέντα συνενεγκόντα, ταῦτα δὴ αἱρούμενοι ὀρθῶς ἂν βουλεύοισθε. καὶ τούτων μὲν ἴσως ἤδη ἅλις. τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε μήτε ἐν ἀργύρῳ, μηδὲ ἐν ἄλλῳ μηδενί, ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε. τί γὰρ τούτου μακαριώτερον τοῦ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν τὰ καλά, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει; ἐγὼ καὶ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην, καὶ νῦν ἡδέως ἄν μοι δοκῶ κοινωνῆσαι τοῦ εὐεργετοῦντος ἀνθρώπους. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ἐκλιπεῖν μοι φαίνεται ἡ ψυχὴ ὅθενπερ, ὡς ἔοικε, πᾶσιν ἄρχεται ἀπολιποῦσα. εἴ τις οὖν ὑμῶν ἢ δεξιᾶς βούλεται τῆς ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὄμμα τοὐμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προσίτω. ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι, αἰτοῦμαι ὑμᾶς, ὦ παῖδες, μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τοὐμὸν σῶμα ἰδέτω, μηδ' αὐτοὶ ὑμεῖς. Πέρσας μέντοι πάντας καὶ τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὸ μνῆμα τοὐμὸν παρακαλεῖτε, συνησθησομένους ἐμοὶ ὅτι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν, μήτε ἢν μετὰ τοῦ θείου γένωμαι, μήτε ἢν μηδὲν ἔτι ὦ. ὁπόσοι δ' ἂν ἔλθωσι, τούτους εὖ ποιήσαντες, ὁπόσα ἐπ' ἀνδρὶ εὐδαίμονι νομίζεται, ἀποπέμπετε. καὶ τοῦτο μέμνησθέ μου τελευταῖον, τοὺς φίλους εὐεργετοῦντες, καὶ τοὺς ἐχθροὺς δυνήσεσθε κολάζειν. καὶ χαίρετε ὦ φίλοι παῖδες, καὶ τῇ μητρὶ ἀπαγγέλλετε ὡς παρ' ἐμοῦ· καὶ πάντες δὲ οἱ παρόντες καὶ οἱ ἀπόντες φίλοι χαίρετε.

EADEM LATINE,

Francisco Philelpho interprete.

Filii mei charissimi. & vos amici omnes qui hîc adestis, vitæ finem adesse iam mihi ex multis equidem rebus perspicuè cognosco. Vos autem decet, quum obiero, omnia pro me dicere & facere tanquam felicitatem adepto. Ego enim & quum puer essem, quæ in pueritia pulchra esse & ornamentum afferre existimantur, eorum mihi videor fructum consequutus: & vbi excessi in ephebos, eorum ornamentorū quæ habet adolescentia: & perfectus vir factus, eorum quę in virili sunt ætate. Quinetiam cū progressu temporis vnà etiam progressum & incrementum mearum virium animaduertere mihi videbar: adeo vt senectutem meam iuuētute imbecilliorem factam numquam senserim. Neque verò aliquid aut cupisse aut aggressum me noui, cuius spe frustratus sim. Et amicos quidem meos vidi per me factos esse felices, hostes verò à me redactos in seruitutem. Atque meam patriam, quæ antea in Asia nullum habebat imperium, nunc præ cæteris relinquo honoratam. Et quæ adeptus sum, eorum nihil noui quod non seruauerim. Et superiori quidem tēpore omnia mihi ex voto cedebant, sed quum metus me comitaretur, ne quid in futurum vel viderem, vel audirem, vel paterer molestum, is me non sinebat prorsus esse magno elatoque animo, neque plena lætitia perfrui. Nunc verò si moriar, relinquo vos filii viuos, quos dii immortales dederūt mihi: relinquo etiam patriam & amicos feliciter agentes. Quare cur non meritò in ore hominum felicem me prædicantium omni tempore ero? Est autem à me declarandū cui regnū sim relicturus, ne id si ambiguum sit, negotia vobis facessat. Equidem vos, ô filii, ambos æquè amo: verùm & consilio prouidere, & ducem se præstare ad ea quæ

tempus postulare videbitur, hoc ei mando qui & prior est natus, & quem rerũ plurium peritum esse rationi consentaneũ est. Institutus autem fui ita etiã ipse & à mea & vestra patria, senioribus non solùm fratribus, verum etiam ciuibus, & via, & sedili, & sermone cedere. Atque vos ego, filii, ita initiò institui vt & seniores vobis in honore præferretis & vos iunioribus præferremini. Quare ita admittite quæ à me dicuntur, vt & vetera & visitata & legitima. At tu quidem, ô Cambyses, regnum habe & diis dantibus & meipso, quantum in me est: tibi verò, do, ô Tanaoxares, satrapam esse & Medorum & Armeniorum, & tertiorum Cadusiorum. Hæc verò dans tibi, existimo me imperiũ quidem maius atque regni nomen seniori filio reliquisse, at felicitatem tibi cum minore molestia. Qua enim humana lætitia cariturus sis, haud equidem video: quin omnia tibi sunt affutura quæ videntur afficere homines voluptate. Sed cupere res factu difficiliores, variísque curis distrahi, neque posse quietum esse, dum stimulat æmulatio rerum à me gestarum, & insidias tendere, obiicique insidiis, hæc necessariò magis illum qui rex erit quàm te comitentur: quæ quidem ipsa, vt perspicuè nosti, multùm ab oblectationibus auocant. Quare, (quod etiam te Cambyses minimè latet) NON est aureum hoc sceptrum quod regnum seruat, sed amici fidi sceptrum sunt regibus verissimum maximéque tutum. Verùm ne putes homines nasci natura fidos: (omnibus enim iidem fidi conspicerentur, quemadmodum etiam alia, quæ natura gignuntur, omnibus conspiciuntur eadem) sed fidos oportet sibi vnusquisque faciat, quorum acquisitio nullo modo fit vi, sed beneficentia potius. Itaque si alios quosdam tentabis regni concustodes efficere, nusquã aliunde prius incipe quàm ab eo qui ex eodem loco natus est. Et quidem homines ciues alienigenis cõiunctiores sunt, & qui vnà fuerunt educati, illis qui contubernales non fuerunt: qui autem ex eodem semine sunt orti & nutriti ab eadem matre, & in eadem domo adoleuerunt, & ab iisdem parentibus amati, & eandem matrem eundémque patrem appellant, quomodo hi non sint omnium inter se coniunctissimi? Nolite igitur bona, per quæ dii immortales deducunt fratres ad coniunctionem, inania vnquam facere, sed his continuò superstruite alia amicitiæ opera, & ita semper insuperabilis vobis inuicem futura est vestra amicitia. Qui fratri prouidet, seipsum curat. Cui enim alii frater magna potentia præditus tantum affert ornamenti, quantum fratri? quis verò alius honorabit virum potẽtem, ita vt frater? quémnam timebit quisquam iniuria afficere, si frater sit potens, vt fratrem? Nemo igitur te celerius huic obsequatur, neque alacrius adsit. Nemini enim coniunctiora sunt huius neque bona, neque mala, quàm tibi. Cogita hæc præterea, Cui gratificatus maiora consequi speres quàm huic? Cui etiam auxiliatus, valentiorem socium belli recipias? quem præterea turpius est non amare quàm fratrem? quem supra omnes honorare pulchrius est, quàm fratrem? Solus quidem, ô Cambyses, frater est, ad quem si primas habet partes apud fratrem, aliorum inuidia non pertingit. Quin per deos patrios, filii mihi charissimi, honorate vos inuicem, siquid etiam tunc mihi gratum facere cura est vobis. Non enim sanè hoc videmini nosse dilucidè, me nihil amplius fore, quum ab humana vita decessero. nam ne nunc quidem animum meum videbatis, verùm ex iis quæ agebat eum esse deprehendebatis. Animi verò eorum qui iniuriam passi sunt, nondum intellexistis quos metus homicidis iniiciant? quas item vltrices afflictiones in nefarios immittant? Vita autem functis putetísne honores fuisse adhuc duraturos, si eorum animi nullius rei ius haberent? Nullo modo ego, filii, ne hoc quidem mihi vnquam persuasi, animum viuere quandiu fuerit in corpore mortali: quum verò ab hoc solutus fuerit, mori. Video enim eum corpora mortalia, quantisper in illis est, viua præstare. Neque sanè animus, mea sententia, insipiens est quum separatur ab insipienti corpore: sed quum mens mera ac pura ab eo discreta fuerit, tum etiam consentaneum est ipsam maximè & vigere & sapere. Quum verò homo dissoluitur, minimè est obscurum abire singula ad cognatam speciem ac suam, animo tamẽ excepto, qui solus neque quum adest, neque quum discedit; conspicitur. Cogitate præterea nihil esse morti somno similius: ac hominis animus tum scilicet maximè diuinus perspicitur, & tum futurorũ aliquid prospicit: tum enim, vt videre est, maximè remissus & liber redditur. Quare si hæc ita se habent, vt ipse mihi persuadeo, & animus relinquit corpus, vos, ô filii, reuerentes ani-

mum meum, facite quæ vos rogo: sin non ita se habent, sed manens animus in corpore vnà cum eo interit, deos saltem qui semper sunt, & omnia vident, & omnia possunt, quique hunc rerum omnium ordinatum statum continent certum & immortalem & sine errore, & talem qui præ pulchritudine atque magnitudine enarrari non possit, hosce vos metuentes, nihil vsquam impium, nihil nefarium neque feceritis, neque consultaueritis. Et post deos quidem hominū etiam genus omne, quod semper propagatur, vobis verendum est. Non enim vos dii in tenebris operiunt, sed opera vestra necesse est semper in propatulo viuere apud omnes: quæ si pura & sine iniustitia appareant, reddet vos inter omnes homines potentissimos: sin quid iniusti alter in alterum cogitabitis, fidem apud omnes homines amittetis. Nemo enim amplius credere vobis possit, ne si maximè quidem id cupiat: quippe qui viderit eum iniuria affici qui amicitia sit coniunctissimus. Si igitur ego vos satis doceo quales inuicem esse debeatis, *bene est*: sin minus, saltem ab illis discite qui ante nos fuerunt: hæc enim optima est doctrina. Multi igitur amici permanserunt parentes quidem filiis, fratres autem fratribus, sed & horum aliqui sibi inuicem aduersati sunt. Vtroscunque igitur ex facto suo vtilitatē percepisse senseritis, id deligentes *imitandum*, rectè vobis cōsulueritis. Et de his quidem iam satis fortasse. Meum verò corpus, ô mihi charissimi filii, quum moriar, neque in auro condite, neque in argento, neque in alia re prorsus vlla, sed illud terræ quamprimùm reddite. Quid enim hac re beatius, quàm terræ misceri, quæ pulchra omnia bonáque omnia & gignit & nutrit? Ego certè & aliâs me humanum præstiti, & nunc lubenter mihi videor eius rei particeps futurus quę benefica est in homines. Enimuero iam animus me videtur deficere, qua parte (vt videre est) incipit omnes deficere. Quare siquis vestrûm aut dextram meam tangere, aut oculum meum dum adhuc viuo intueri velit, me adeat propius. Verùm vbi ego oculos clausero, peto à vobis filii, nemo amplius corpus meum intueatur, neque vos etiam ipsi. Atque Persas quidem omnes ac socios inuitate ad monumētum meum, mihi gratulaturos, quòd iam in tuto sum: vtpote qui nihil amplius mali patiar, neque si eum diis fuero, neque si nihil amplius sim. Quicunque autem venerint, hos iis omnibus beneficiis affectos quæcunque in hominis opulenti funere exhibere solenne est, dimittite. Et hoc ad postremum de me memineritis, Si in amicos benefici fueritis, poteritis etiam plectere inimicos. Ac valete filii charissimi, matríque hæc nuntiate verbis meis: & qui hîc adestis, & qui abestis amici, valete omnes.

ORATIONES SEV CONCIONES EX eiusdem Xenophontis libris De Cyri minoris expeditione.

Ex libro primo.

ORATIO CLEARCHI.

ARGVMENTVM.

Comparabat bellum Cyrus iunior aduersus fratrem Artaxerxem, indignè ferens se paterni regni exortem, illum solum hæredem: præterea illius insidiis appetitus. Habebat autem sub signis inter auxiliorum duces Clearchum Lacedæmonium, hominem à re familiari miserrimè constitutum, sed illius beneficentia in exilio subleuatum, ideóque paratum ad mandata omnia strenuè & alacriter exequenda. Sed eum sequi recusabant sui: quin vrgenti vim attulerunt, vt de capite suo ille dubitaret. Verùm quum eorum impetus paulùm resedisset, ad eos hanc concionem habuit, qua conatur auersos animos lenire & recuperare. Dicit enim sese Cyri quidem causa plurimùm ipsius merito cupere, sed tamen non esse commissurum vt desertis suis ad eum se conferat.

Ἄνδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. ἐμοὶ γὰρ Κῦρος ξένος ἐγένετο, καί με φεύγοντα ἐκ τῆς πατρίδος τά τε ἄλλα ἐτίμησε, καὶ μυρίους ἔδωκε δαρεικούς· οὓς ἐγὼ λαβὼν, οὐκ

εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοὶ, ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων. καὶ πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς Θρᾷκας ἐπολέμησα, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἐτιμωρούμην μεθ' ὑμῶν, ἐκ τῆς Χερρονήσου αὐτοὺς ἐξελαύνων, βουλομένους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Ἕλληνας τὴν γῆν. ἐπειδὴ δὲ Κῦρος ἐκάλει, λαβὼν ὑμᾶς ἐπορευόμην· ἵνα, εἴ τι δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' ἐκείνου. ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δέ μοι ἢ ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμενον μεθ' ὑμῶν εἶναι· εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα. αἱρήσομαι δ' οὖν ὑμᾶς, καὶ σὺν ὑμῖν ὅ,τι ἂν δέῃ πείσομαι, καὶ οὔποτ' ἐρεῖ οὐδεὶς ὡς ἐγὼ Ἕλληνας ἀγαγὼν εἰς τοὺς βαρβάρους, προδοὺς τοὺς Ἕλληνας, τὴν τῶν βαρβάρων φιλίαν εἱλόμην. ἀλλὰ ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πείθεσθαι οὐδὲ ἕπεσθαι, ἐγὼ σὺν ὑμῖν ἕψομαι, καὶ ὅ,τι ἂν δέῃ πείσομαι. νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα καὶ φίλους καὶ συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος, ὅπου ἐὰν ὦ· ὑμῶν δ' ἐρημωθεὶς, οὐκ ἂν ἱκανὸς εἶναι οἶμαι οὔτ' ἂν φίλον ὠφελῆσαι, οὔτ' ἂν ἐχθρὸν ἀλεξήσασθαι. ὡς ἐμοῦ οὖν ἰόντος ὅπῃ ἂν καὶ ὑμεῖς, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε.

EADEM LATINE,

Romulo Amazæo interprete.

NIhil est milites quòd miremini si animi angor propter præsentem rerum statū. Cyrus mihi quidem hospes est, is mihi exulanti & alios honores habuit, & Daricorum x millia largitus est: quam ego pecuniam neque in commoda, neque in voluptates proprias effudi, sed eā vniuersam inter vos diuisi. Et primùm cum Thracibus bellum gessi, quos, vobiscū vnà, suscepta Græciæ causa, armis sum persequutus: ac eos Græcis colonis agrum eripere conantes, è Chersoneso eiecimus. Vbi verò me Cyrus ad se euocauit, vobiscum ad eum veni, vt, quum qua in re opus esset, ille me adiutore vteretur, pro multis in me meritis gratiam ei referrē. Iam verò quū refugere vos hoc iter animaduertam, ac mihi horum alterutrum necesse sit, vel vt vos prodam, Cyri amicitia vtar: vel, vt eum spe sua frustrer, vobiscum abeā. etsi haud scio an iustum cuiquam meum hoc factum videri possit, certum est tamen vos illi anteponere, & vobiscum quemcunque casum fors tulerit, æquo animo pati. Neque me quisquam iure criminabitur, quòd quum Græcos ad barbaros duxerim, Græcis planè proditis, barbarorum amicitiam sim sequutus: verùm quum vos neque audire me, neque sequi volueritis, ego vos sequar, ego vobiscum quicquid ceciderit feram. Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos socios esse arbitror: vobiscum ego, vbicunque fuero, egregium me fore & honoratum confido: à vobis si deseror, ne esse quidem possim, nedum aut amicum iuuare, aut inimicum vlcisci. Quare eo animo vos esse velim, vt me, quocunque vos duxeritis, venturum putetis.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Solicitatus à Cyro Clearchus vt ad illum iret, abnuit palàm, licet cupiens: veruntamen non desperabat quominus militem in suam sentētiam pertraheret. Hoc ille vt perficeret, iussis conuenire suis, ostendit quò illis, Cyro deserto, res rediisset: deliberandum esse quid opus sit facto, nec diutius in ea cunctatione torpendum. Interim docet quid possit Cyrus siue amicus siue inimicus.

ἌΝδρες στρατιῶται, τὰ μὲν δὴ Κύρου δῆλον ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ τὰ ὑμέτερα πρὸς ἐκεῖνον· οὔτε γὰρ ἡμεῖς ἔτι ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεί γε οὐ συνεπόμεθα αὐτῷ· οὔτε ἐκεῖνος ἡμῖν ἔτι μισθοδότης. ὅτι μέντοι ἀδικεῖσθαι νομίζει ὑφ' ἡμῶν, οἶδα. ὥστε καὶ μεταπεμπομένου αὐτοῦ οὐκ ἐθέλω ἐλθεῖν, τὸ μὲν μέγιστον, αἰσχυνόμενος, ὅτι σύνοιδα ἐμαυτῷ πάντα ἐψευσμένος αὐτόν. ἔπειτα δὲ καὶ δεδιὼς μὴ λαβών με, δίκην ἐπιθῇ ὧν νομίζει ὑπ' ἐμοῦ ἠδικῆσθαι. ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐχ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ βουλεύεσθαι ὅ,τι χρὴ ποιεῖν ἐκ τούτων, καὶ εἴτε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι ὅπως ἀσφαλέστατα μένωμεν· εἴτε δὴ δοκεῖ ἀπιέναι, ὅπως ἀσφαλέστατα ἀπίωμεν, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἕξωμεν. ἄνευ γὰρ τούτων οὔτε στρατηγοῦ οὔτε ἰδιώτου ὄφελος οὐδέν. ὁ δὲ ἀνὴρ πολλοῦ μὲν ἄξιος φίλος, ᾧ ἂν φίλος ᾖ· χαλεπώτατος δ' ἐχθρὸς, ᾧ ἂν πολέμιος ᾖ. ἔτι δὲ δύναμιν ἔχει καὶ πεζὴν καὶ ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν, ἣν πάντες ὁμοίως ὁρῶμέν τε καὶ ἐπιστάμεθα. καὶ γὰρ οὐδὲ πόρρω δοκοῦμέν μοι αὐτοῦ καθῆσθαι. ὥστε ὥρα λέγειν ὅ,τι τις γιγνώσκει ἄριστον εἶναι.

EADEM LATINE,

Romulo Amazæo interprete.

IAM milites, nihil plus hercule nos à Cyro, quàm illum à nobis expectare æquum est: neque enim nos illi milites, qui scilicet eum non sequimur, neque ipse nobis iā

ſtipendium pendet. Atque eum quidem planè ſcio ſe à nobis exiſtimare iniuria affectũ eſſe: quare quum accerſierit, nullo pacto ad eum mihi eundum putaui: pudet enim me (quod caput eſt) quòd mihi conſcius ſum, illum prorſus à me deceptum eſſe: deinde verò & illud timeo ne quum me comprehenſum tenuerit, meam in ſe iniuriam *iuſta* vindicet pœna. Vt res igitur ſe nunc habet, non patitur tempus vt ſomno nos demus, & ipſos nos vt negligamus: verùm pro re atque tempore conſilium capiendum, quò aut ſi hîc manendum putamus, quamminimo cum periculo maneamus: aut ſi diſcedendũ, quamtutiſſimè abeamus, atque interea nobis vt commeatus ſuppeditent. Neque enim hi ſi deſint, aut militis aut ducis opera quicquã proficere poſſit. Et Cyrus ſanè, vt cui amicus eſt, omni officii genere cuiuis facilè præſtat: ita eſt, cui inimicus extiterit, hoſtis acerbiſſimus. Habet præterea eas, cum terreſtres peditum atque equitũ, tum maritimas copias, quas omnes ęquè cernere ac noſſe poſſumus: neque enim, vt mihi videtur, ita longè ab eo conſedimus. Quare tempus monet vt quod quiſque factu optimum ducat, id in medium afferat.

MILITIS CVIVSDAM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Inibant conſilium milites Clearchi ipſius oratione adducti, quid ſibi expediret. Et quum de profectione incommodam & prorſus alienam ab illorum rationibus ſententiam quidam dixiſſet, hic aſſurrexit ad illam improbandam, ſuam verò præſtabiliorẽ & conſideratiorem proponendam. Placere ſibi dicit profectionem, ſed eam periculo vacuam. Cæterùm, ſe tutam manſionem periculoſæ profectioni præferre.

Εὔηθες εἴη ἡγεμόνα αἰτεῖν παρὰ τούτου ᾧ λυμαινόμεθα τὴν πρᾶξιν. εἰ δέ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν ᾧ ἂν Κῦρος διδῷ, τί κωλύει καὶ τὰ ἄκρα ἡμῖν κελεύειν Κῦρον προκαταλαμβάνειν; ἐγὼ γὰρ ὀκνοίην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ. φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι ᾧ ἂν δοίη ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγοι ὅθεν οὐχ οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν. βουλοίμην δ' ἂν, ἄκοντος ἀπιὼν Κύρου, λαθὼν αὐτὸν ἀπελθεῖν. ὃ οὐ δυνατόν ἐστιν. ἀλλ' ἔγωγέ φημι ταῦτα μὲν φλυαρίας εἶναι· δοκεῖ δέ μοι ἄνδρας ἐλθόντας πρὸς Κῦρον οἵτινες ἐπιτήδειοι, σὺν Κλεάρχῳ, ἐρωτᾶν ἐκεῖνον τί βούλεται ἡμῖν χρῆσθαι. κἂν μὲν ᾖ ἡ πρᾶξις παραπλησία οἵαπερ καὶ πρόσθεν ἐχρῆτο τοῖς ξένοις, ἕπεσθαι καὶ ἡμᾶς, καὶ μὴ κακίους εἶναι τῶν πρόσθεν τούτῳ συναναβάντων. ἐὰν δὲ μείζων ἡ πρᾶξις τῆς πρόσθεν φαίνηται, καὶ ἐπιπονωτέρα καὶ ἐπικινδυνωτέρα, ἀξιοῦν ἢ πείσαντα ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πεισθέντα, πρὸς φιλίαν ἀφιέναι. οὕτω γὰρ καὶ ἑπόμενοι ἂν φίλοι αὐτῷ καὶ πρόθυμοι ἑποίμεθα, καὶ ἀπιόντες, ἀσφαλῶς ἂν ἀπίοιμεν. ὅ,τι δ' ἂν πρὸς ταῦτα λέγῃ, ἀπαγγεῖλαι δεῦρο· ἡμᾶς δὲ ἀκούσαντας, πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amaſæo interprete.

QVid abſurdius, quàm ab eo ducem petere cuius nos expeditionem, quantum in nobis eſt, irritam facimus? Sed fidem duci à Cyro dato habeamus: quis prohibeat quin iubeat Cyrus iuga mõtium occupari? Ego quidem & naues quas ille nobis dederit, non mediuſfidius libẽter conſcenderim, *quòd ſcilicet iure timeri poſſit* ne cum ipſis nos triremibus demergendos curet. Cur etiam non timeam quem mihi dederit ducem ſequi? quaſi nos ille eò compingere non poſſit vnde nulla ſit exeundi poteſtas? Ego verò, inuito ſi Cyro abeundum ſit, quamocculuſſimè diſcedendum putarim. Sed enim hæc mihi planè nugatoria eſſe videntur: quin potius cum Clearcho idoneos homines ad Cyrum mittimus, qui percontentur qua in re opera noſtra vti velit. Quòd ſi intellexerimus à nobis illum nihil pluſquam antea à cæteris conductitiis poſtulare, cenſeo ſequamur, neque deteriores iis ſimus qui cum illo antè hoc iter ingreſſi ſunt: ſin res maior, maioriſque periculi ac laboris quàm adhuc fuerit, videatur, aut ille nos ſe vt ſequamur adducat, aut ſi nobis id perſuadere non potuerit, in amicorum regionem nos abire ſinat. Sic enim aut amici ac libentes ſequemur, aut tuti diſcedemus. Ac quid ille quidem ad hæc reſponderit, legati renuntient: nos verò tunc ex ipſa re cõſilium capiemus.

ORATIO CYRI.

ARGVMENTVM.

Suscepta est hæc à Cyro conciuncula ad confirmandos militum animos. nam illius exercitus bonam partẽ peregrino milite constabat: quod genus hominum illi studiosè retinẽdum erat. Appropinquabat autem hostibus, quorum ex perfugis cognouerat apparatum. Cohortatio igitur est à commendatione insitæ in illis virtutis, & à præmiorum pollicitatione.

Ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἀνθρώπων ἀπορῶν βαρβάρων συμμάχους ὑμᾶς ἄγω, ἀλλὰ νομίζων ἀμείνονας καὶ κρείττους πολλῶν βαρβάρων ὑμᾶς εἶναι, διὰ τοῦτο προσέλαβον. ὅπως οὖν ἔσεσθε ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἐλευθερίας ἧς κέκτησθε, καὶ ὑπὲρ ἧς ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω. εὖ γὰρ ἴστε ὅτι τὴν ἐλευθερίαν ἑλοίμην ἀντὶ ὧν ἔχω πάντων, καὶ ἄλλων πολλαπλασίων. ὅπως δὲ εἰδῆτε εἰς οἷον ἔρχεσθε ἀγῶνα, ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω. τὸ μὲν πλῆθος, πολὺ, καὶ πολλῇ κραυγῇ ἐπίασιν· ἂν δὲ ταῦτα ἀνάσχησθε, τἄλλα καὶ αἰσχύνεσθαί μοι δοκῶ, οἵους ἡμῖν γνώσεσθε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας ἀνθρώπους. ὑμῶν δὲ ἀνδρῶν ὄντων, καὶ εὐτόλμων γενομένων, ἐγὼ ὑμῶν τὸν μὲν οἴκαδε βουλόμενον ἀπιέναι, τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν, πολλοὺς δ' οἶμαι ποιήσειν τὰ παρ' ἐμοὶ αἱρήσεσθαι ἀντὶ τῶν οἴκοι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

EGO vos, Græci, non quòd mihi barbarorum auxilia deessent, huc adduxi: verùm idcirco vestra mihi opera vtendum existimaui quòd vos quemuis barbarorum numerum anteire putaui. Vobis igitur videndum est quo iure ea qua fruimini libertate, & cuius ego gratia vos beatos esse arbitror, digni etiam in posterum habeamini. Hoc enim vobis persuasum velim, me libertatem ipsam multo quàm quæ habeo omnia, acsi ea longè essent ampliora, pluris facere. Quò verò, quod certaminis genus vobis subeundum sit, intelligatis, ego vos id planissimè docebo. Multitudo quidem magna est, & magno cum clamore impressionẽ facit: ea si vos sustinueritis, pudet dicere quales sitis nostros cognituri. Equidẽ si viros vos fuisse & infracto animo perspexero, quum domum redire volueritis, ita dimittam vt multis fortuna vestra inuidenda sit: sed profectò efficiam vt vestrûm plurimi mecum, quàm in patria esse malint.

Ex libro secundo.

TISSAPHERNIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Græci auxiliares Cyri aduerso facto prælio, quo Cyrus ceciderat, tamen erant integri, & reuersionem in patriam parabant, quum illis ab Artaxerxe præstò fuit satrapes Tissaphernes, qui blandius cum illis egit, vt nulla vi pulsi ex Asia cederent. Is ostendit quantum apud regem gratia valeat, cuius quidem ad eos mandata affert: quæritque quibus iniuriis lacessiti, bello Artaxerxem sint persequuti. Hortatur vt modestè regi respondeant.

ΕΓΩ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, γείτων οἰκῶ τῇ Ἑλλάδι· καὶ ἐπεὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα πεπτωκότας, εὕρημα ἐποιησάμην εἴ πως δυναίμην παρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι δοῦναί μοι ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς. οἶμαι γὰρ οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. ταῦτα δὲ γνοὺς ᾐτούμην βασιλέα, λέγων αὐτῷ ὅτι δικαίως ἄν μοι χαρίζοιτο, ὅτι αὐτῷ Κῦρόν τε ἐπιστρατεύοντα πρῶτος ἤγγειλα, καὶ βοήθειαν ἔχων ἅμα τῇ ἀγγελίᾳ ἀφικόμην, καὶ μόνος τῶν κατὰ τοὺς Ἕλληνας τεταγμένων οὐκ ἔφυγον, ἀλλὰ διήλασα καὶ συνέμιξα βασιλεῖ ἐν τῷ ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ, ἔνθα βασιλεὺς ἀφίκετο ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτεινε· καὶ τοὺς σὺν Κύρῳ βαρβάρους ἐδίωξα σὺν τοῖς δὲ τοῖς παροῦσι νῦν μετ' ἐμοῦ, οἵπερ αὐτῷ εἰσι πιστότατοι. καὶ περὶ μὲν τούτων ὑπέσχετό μοι βουλεύσασθαι· ἐρέσθαι δέ με ὑμᾶς ἐκέλευσεν ἐλθόντα τίνος ἕνεκα ἐστρατεύσατε ἐπ' αὐτόν. καὶ συμβουλεύω ὑμῖν μετρίως ἀποκρίνασθαι, ἵνα μοι εὐπρακτότερον ᾖ, ἐάν τι δύνωμαι ἀγαθὸν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ διαπράξασθαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

EGO viri Græci, proximo Græciæ loco habito: quare quum vos in summas ac plurimas rerum difficultates incidisse viderem, præclarè me vestris rebus posse consulere putaui, si fortè à rege possem impetrare vt à me vos in Græciam incolumes

reduci fineret. Pro quo quum & à vobisipsis & ab vniuersa Græcia egregiã me gratiam initurum mihi persuaderem, à rege id pro iure meo petii: quum illi etiam dicerem me planè ita meritum esse vt libenter mihi in hoc genere gratificari deberet, quum & de Cyri motu primus eum certiorem fecerim: primus item, atque adeo cum ipso nuntio, copias ei in auxiliũ adduxerim: solus deinde ex omnibus qui contra Græcos in acie steterunt, non fugerim, sed per medios hostes euaserim: deinde cum ipso rege in vestris castris congressus, (quò scilicet rex post Cyri cædem penetrarat) barbaros eos qui Cyrũ sequuti fuerãt, vnà cum iis qui nunc mecũ sunt, regi fidelissimis hominibus in fugã verterim. Quæ quũ exposuissem, se deliberaturũ rex promisit. Verùm interea me ad vos venire iussit, ac quærere quámnam ob causam cõtra ipsum arma ceperitis. Hîc ego vobis vt lenius respondeatis suadeo, quò possim quæ cupio vestra causa facilius obtinere.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Breuiter respondet ad rogata Tissaphernis Clearchus: se beneuolentiæ & fidei causa Cyrum sequutos, eo mortuo belligerandi causam & consilium abiecisse. itaque tantùm laborare vt reditum in patriam inueniant. Neminem hostem habituros, nisi qui sibi obstare voluerit.

Ἡμεῖς οὔτε συνήλθομεν ὡς βασιλεῖ πολεμήσοντες, οὔτ᾽ ἐπορευόμεθα ἐπὶ βασιλέα· ἀλλὰ πολλὰς προφάσεις Κῦρος εὕρισκεν, (ὡς καὶ σὺ εὖ οἶσθα,) ἵνα ὑμᾶς τε ἀπαρασκευάστους λάβοι, καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε ἀναγάγοι. ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἑωρῶμεν αὐτὸν ἐν δεινῷ ὄντα, ᾐσχύνθημεν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους προδοῦναι αὐτόν, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παρέχοντες ἡμᾶς αὐτοὺς εὖ ποιεῖν. ἐπεὶ δὲ Κῦρος τέθνηκεν, οὔτε ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, οὔτ᾽ ἔστιν οὗ ἕνεκ᾽ ἂν βουλοίμεθα τὴν βασιλέως χώραν κακῶς ποιεῖν, οὐδ᾽ αὐτὸν ἀποκτεῖναι ἂν ἐθέλοιμεν, πορευοίμεθα δὲ ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη· ἀδικοῦντα μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνεσθαι· ἐὰν μέντοι τις ἡμᾶς καὶ εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, καὶ τούτου εἴς γε δύναμιν οὐχ ἡττησόμεθα εὖ ποιοῦντες.

EADEM LATINE,

Romulo Amazæo interprete.

NOS neque in vnum conuenimus vt bellũ regi inferremus, neque cõtra ipsum prudentes ac sciẽtes venimus: sed (vt ipse nosti) Cyrus omnibus artibus vsus est quò & vos imparatos opprimeret, & nos huc perduceret. Vbi quũ eum maximis rerum difficultatibus circumuentum videremus, fuit quod deorum nos & hominũ pudor adduxit, ne eũ in aduersis desereremus, cui in secũdis præstò semper fuissem᷒. Iã Cyro interfecto, neq; nobis de imperio cũ rege vllũ est certamẽ, neq; in eius fines hostiliter inuadimus, nec ipsum occidere velimus, liceat modò in patriam sine cuiusquam iniuria redire. Quòd si quis nos lacessierit, hunc, diis freti, vt vlciscamur operã dabimus. Sin fuerit de nobis quisquam bene meritus, nihil certè, ne victi beneficio videamur, referendæ gratiæ studio futurum nobis antiquius est.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Artaxerxes per Tissaphernem interposito iureiurando fidem publicam Græcis dederat, partiũ impunitatẽ, iter liberum, facultatem commeatuũ. Sed Ariæus quidã malè in eos affectus videbatur, vt adeo nequa subesset fraus metueretur. Itaque Græci maturrimè sibi proficiscẽdum arbitrabantur. Clearchus hac cõciuncula dissuadet: quæ in eo consilio insint pericula ostendit, iustiorem regis offensionem, inopiam rerum omnium, difficultatem itinerum, insidias quas vitare nequeant.

Ἐγὼ ἐνθυμοῦμαι μὲν καὶ ταῦτα πάντα· ἐννοῶ δὲ ὅτι εἰ νῦν ἄπιμεν, δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ ἀπιέναι, καὶ παρὰ τὰς σπονδὰς ποιεῖν. ἔπειτα πρῶτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ᾽ ὁπόθεν ἐπισιτιούμεθα· αὖθις δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται. καὶ ἅμα ταῦτα ποιούντων ἡμῶν, εὐθὺς Ἀριαῖος ἀφεστήξει. ὥστε φίλος ἡμῖν οὐδεὶς λελείψεται, ἀλλ᾽ οἱ καὶ πρόσθεν ὄντες, πολέμιοι ἡμῖν ἔσονται. ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι διαβατέος, οὐκ οἶδα· τὸν δ᾽ οὖν Εὐφράτην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι κωλυόντων πολεμίων. οὐ μὲν δή, ἂν μάχεσθαι δέῃ, ἱππεῖς εἰσιν ἡμῖν σύμμαχοι· τῶν δὲ πολεμίων ἱππεῖς εἰσιν οἱ πλεῖστοι καὶ πλείστου ἄξιοι. ὥστε νικῶντες μέν, τίνα ἂν ἀποκτείναιμεν; ἡττωμένων δὲ μὴν οὐδένα οἷόν τε σωθῆναι. ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα, ᾧ πολλὰ οὕτως ἐστὶ τὰ σύμμαχα, εἴπερ προθυμεῖται ἡμᾶς ἀπολέσαι, οὐκ οἶδα ὅ,τι δεῖ αὐτὸν ὀμόσαι καὶ δεξιὰν δοῦναι, καὶ θεοὺς ἐπιορκῆσαι, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ ἄπιστα ποιῆσαι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις.

EADEM LATINE,
Romulo Amasæo interprete.

EAdem mihi suspicari in mentem venire solet: sed illud iam cogito, si nunc discedimus, ne rebellasse contra fœdus videamur. Deinde verò commeatus nobis dabit nemo, neque erit quò frumētatum eamus: ducem præterea itineris neminem habebimus. Ad hæc Ariæus, si hæc fecerimus, à nobis planè deficiet: atque ita non modò nullum nobis amicum reliquum fecerimus, sed qui antè amici, hi hostes fient. Fluuius quidem num quis traiiciendus nobis sit alius, nescio: Euphratem certè, facilè intelligere possumus, si obsistant hostes, nullo pacto transmitti posse. Quòd si pugnandum fuerit, ecquis nobis est equitatus? at is hostibus plurimus & lectissimus. quo fiet vt si vicerimus, illos tamen assequi nequeamus: sin victi fuerimus, nostrûm euadat nemo. Ego sanè regis consilium miror, si, quum tam multis modis pro suis opibus ac facultatibus nos facillimè perdere possit, nobiscum fœdus feriat, fidem det, deos periurio lædat, fideíque suæ autoritatem apud Græcos & barbaros comminuat.

CLEARCHI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Artaxerxes, vti antea memorauimus, Græcis victis & viæ ducē Græciam repetentibus, & viatici præbitorem attribuerat: vt iam cum Græcis bene agi videretur. Verùm quum ex pacto iter pacatum, vt videbatur, facerent, incidit Græcis quædam de insidiis suspicio, quæ latè peruagata ad omnes peruenit. Itaque Clearchus vnus ex ducibus, Tissaphernem illum ab Artaxerxe delegatū vt ei Græcorum discessui præesset, adit, cúmque eo hæc loquitur. Ostendit dolere se quòd non vltrò citróque inter eos fides & pax valeret, quódq; cautio vtrinque adhiberetur, quasi hostilia omnia intercederenr. Causam quā habuerit illius conueniendi aperit: serpere enim suspiciones & ex iis rumores, vt neutri aliis fidant, cū neutris causa sit metuēdi, quod ipse ostendit: vtrisque ob interpositā iurisiurādi religionē: Persis, quia sine Persarū ope & liberalitate reditus in patriā Græcis sit interclusus: Græcis verò, quia siqua vis illis à Persis fuisset metuenda, nō tum demū fuisse: deinde, quia Persis præsidio aduersus cōmunes hostes Græci esse possint.

Ἐγώ, ὦ Τισσαφέρνη, οἶδα μὲν ἡμῖν ὅρκους γεγενημένους καὶ δεξιὰς δεδομένας μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους· φυλαττόμενον δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς. καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντιφυλαττόμεθα. ἐπεὶ δὲ σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι οὔτε σε αἰσθέσθαι πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν, ἐγώ τε σαφῶς οἶδα ὅτι ἡμεῖς γε οὐδ᾽ ἐπινοοῦμεν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι ἐλθεῖν, ὅπως, εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπιστίαν. καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς οὔτε μέλλοντας οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. τὰς οὖν τοιαύτας ἀγνωμοσύνας νομίζων συνουσίαις μάλιστα ἂν παύεσθαι, ἥκω, καὶ διδάσκειν σε βούλομαι ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς. πρῶτον μὲν γὰρ καὶ μέγιστον, οἱ θεῶν ὅρκοι ἡμᾶς κωλύουσι πολεμίους εἶναι ἀλλήλοις· ὅστις δὲ τούτων σύνοιδεν αὑτῷ παρημεληκώς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ᾽ ἂν εὐδαιμονίσαιμι. τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον οὐκ οἶδα οὔτ᾽ ἀπὸ ποίου ἂν τάχους φεύγων τις ἀποφύγοι, οὔτ᾽ εἰς ποῖον ἂν σκότος ἀποδραίη, οὔθ᾽ ὅπως ἂν εἰς ἐχυρὸν χωρίον ἀποσταίη· πάντῃ γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὕποχα, καὶ πανταχῇ πάντων ἴσον οἱ θεοὶ κρατοῦσι. περὶ μὲν δὴ τῶν θεῶν τε καὶ τῶν ὅρκων οὕτω γιγνώσκω, παρ᾽ οὓς ἡμεῖς τὴν φιλίαν συνθέμενοι κατεθέμεθα. τῶν δὲ ἀνθρωπίνων σε ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι νομίζω μέγιστον ἡμῖν εἶναι ἀγαθόν. σὺν μὲν γὰρ σοὶ πᾶσα ἡμῖν ὁδὸς εὔπορος, πᾶς δὲ ποταμὸς διαβατός, τῶν δ᾽ ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορία· ἄνευ δὲ σοῦ πᾶσα μὲν ἡ ὁδὸς διὰ σκότους, (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἐπιστάμεθα) πᾶς δὲ ποταμὸς δύσπορος, πᾶς δ᾽ ὄχλος φοβερός· φοβερώτατον δ᾽ ἐρημία· μεστὴ γὰρ πολλῆς ἀπορίας ἐστίν. εἰ δὲ δὴ καὶ μανέντες σε κατακτείναιμεν, ἄλλο τι ἂν ἢ τὸν εὐεργέτην κατακτείναντες πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα; ὅσων δὲ δὴ καὶ οἵων ἐλπίδων ἐμαυτὸν ἂν στερήσαιμι εἴ σέ τι κακὸν ἐπιχειρήσαιμι ποιεῖν, ταῦτα λέξω. ἐγὼ γὰρ Κῦρον ἐπεθύμησά μοι φίλον γενέσθαι, νομίζων τῶν τότε ἱκανώτατον εἶναι εὖ ποιεῖν ὃν ἂν βούλοιτο· σὲ δὲ νῦν ὁρῶ τήν τε Κύρου δύναμιν καὶ χώραν ἔχοντα, καὶ τὴν σαυτοῦ ἀρχὴν σῴζοντα, τὴν δὲ βασιλέως δύναμιν, ᾗ Κῦρος πολεμίᾳ ἐχρῆτο, σοὶ ταύτην σύμμαχον οὖσαν. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων, τίς οὕτω μαίνεται ὅστις οὐ σοὶ βούλεται φίλος εἶναι; ἀλλὰ μὴν, ἐρῶ γὰρ καὶ ταῦτα ἐξ ὧν ἔχω ἐλπίδας καὶ σὲ βουλήσεσθαι φίλον ἡμῖν εἶναι· οἶδα μὲν γὰρ ὑμῖν Μυσοὺς λυπηροὺς ὄντας, οὓς ἐλπίζω ἂν σὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει ταπεινοὺς ὑμῖν παρασχεῖν· οἶδα δὲ καὶ Πεισίδας· ἀκούω δὲ καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ τοιαῦτα εἶναι, ἃ οἶμαι ἂν παῦσαι ἐνοχλοῦντα ἀεὶ τῇ ὑμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ. Αἰγυπτίους δέ, οἷς μάλιστα ὑμᾶς νῦν γιγνώσκω τεθυμωμένους, οὐχ ὁρῶ ποίᾳ δυνάμει συμμάχῳ χρησάμενοι μᾶλλον ἂν κολάσεσθε τῆς νῦν σὺν ἐμοὶ οὔσης. ἀλλὰ μὴν ἔν γε τοῖς πέριξ οἰκοῦσι σὺ εἰ μὲν βούλοιό τῳ φίλος εἶναι, ὡς μέγιστος ἂν εἴης· εἰ δέ τις σε λυποίη, ὡς δεσπότης ἀναστρέφοιο, ἔχων ἡμᾶς ὑπηρέτας, οἵ σοι οὐκ ἂν τοῦ μισθοῦ ἕνεκα μόνον ὑπηρετοῖμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς χάριτος, ἣν σωθέντες ὑπὸ σοῦ σοὶ ἂν ἔχοιμεν δικαίως. ἐμοὶ μὲν ταῦτα πάντα ἐνθυμουμένῳ οὕτω δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι τὸ σὲ ἡμῖν ἀπιστεῖν, ὥστε καὶ ἥδιστ᾽ ἂν ἀκούσαιμι τοὔνομα, τίς ἐστιν οὕτω δεινὸς λέγειν ὥστε πεῖσαι λέγων ὡς ἡμεῖς σοι ἐπιβουλεύομεν.

EADEM LATINE,
Romulo Amasæo interprete.

NOui equidem, Tissapherne, fœdus inter nos ictum, datásque dexteras neu-

tram partem alteram læsuram:& tamen(vt video)vobis æquè à nobis atq; ab hostibus cauetis.Id enimuero quum nos animaduertamus,vestrum exemplum sequimur.Sedenim quum diligentius attendo,neque vestrûm quenquam esse comperio qui nobis periculum vllum intentet:neque(quod ego planè affirmare possum) quisquam de nostris est qui in vos quicquam hostile cogitet. Eam ob rem te mihi conueniendum putaui,vt has(si fieri posset)vtrinque suspiciones exemptas ex animis curaremus.Noui enim ex huiusmodi plerunque suspicionibus & criminationibus effici solere,vt dum homines ne patiantur quid grauius metuunt,longè atrocissimas iniurias iis plerunque facere occupent qui nihil ipsi vnquam tale quicquam commissuri fuerant.Veni igitur ad te,quòd nulla re magis quàm familiari congressu,huiusmodi errores tolli posse existimaui,ac tibi quidem facilè,opinor,ostendam,nihil esse quam ob rem fidem nobis nõ habeas. Primùm enim omnium ipsa nos omnino iurisiurãdi religio continere debet, ne nobis vicissim infensi simus:atque eum quidem,qui se violatæ religionis conscientia obligarit, neutiquam ego inter beatos numerarim. Deorum enim immortalium bellum neque qua quis celeritate,nec in quas effugiat latebras,video : nec postremò in quod se propugnaculum recipiat,quò neglecti numinis ira non peruadat, quum sint omnia diis obnoxia,neque sit quicquam vspiam quod in dierum potestate non sit. Ac de diis,fide,ac iureiurando,quo nobis fœdus sancitum est,ita statuo.Quod verò ad homines attinet,te ego nobis in præsentia maximi boni autorẽ puto. Per te enim omnis nobis est aditu facilis via,per te quemuis amnem traiicimus,per te nobis commeatuũ copia in promptu est:sine te omnis nobis quasi in tenebris ignota est via, quòd scilicet omnium locorum prorsus ignari sumus: sine te nullus est quem transmittere possimus amnis,sine te formidolosa quæuis turba, multò formidolosior solitudo, quum nulla nobis itineris satis expedita ratio iniri possit.Quòd si te furore atque amentia impulsi occidamus,quid aliud, obsecro, nisi homine bene de nobis merito interempto, maximi regis ad vltionem iure incitati sit nobis bellum sustinendum? Iam verò quas mihi ipsi spes irritas redditurus sim, si quam tibi iniuriam facere conatus fuero, nunc explicabo.Ego Cyri antè amicitiam expetiui,quòd vnum omnium suæ ætatis ad benè merendum de quibus vellet,maximè idoneum existimaui. Nunc ad pristinam potentiam tuam illius opes atque imperium adiectum esse video,ac regis copias quæ Cyro infensæ erant,tibi præsidio esse. Hæc quum ita sint, quis tantopere insaniat quin te sibi amicum expetat? Verùm & qua adducar spe te mihi amicum fore, aperire non dubitabo.Satis constat Mysos infestos vobis esse,quos hisce quæ me sequuntur copiis, nihil diffido vestræ potestati posse subiici.Quin & Pisidas,& alias gentes,quæ(vt audio) vestræ felicitati negotium facessunt,facilè à vobis existimo, suppetias nobis ferentibus, coerceri posse.Quid? Aegyptios(quibus nunc maximè vos iratos scio) quibúsnam aliis auxiliis freti facilius vlciscemini? Prætereo quòd & finitimis bene merẽtibus prodesse, & in eos qui te lacessierint,pro iure tuo,nobis adiuuantibus, tanto facilius animaduertere poteris. Ac nos quidem non herculè magis stipendii causa tuis temporibus inseruiamus,quàm quòd pro tuis in nos meritis gratiam tibi (vti æquum est) libentissimè referemus. Mihi profectò hæc attentius consideranti, permirum videri solet te nobis fidem non habere:atque illum mediusfidius quísnam sit, libenter velim cognoscere, qui tantùm in dicendo valere possit vt cuiquã persuadeat nos tibi insidias comparare.

TISSAPHERNIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet Clearcho Tissaphernes,& omnem metum insidiarum Græcis conatur adimere:quòd si ipsi in animo habuissent Græcos opprimere,non fuerint consilium in id temporis dilaturi.Nouandarum verò rerum omnem esse Græcis ereptam facultatem docet: teneri præterea se iureiurando,in quo maxima sit vis ad hominum cõuenta firmanda.Postremò obscurè Græcum aliquem ducem quasi perstringit, quò cæteros ad colloquium eliciat, vt exitu comprobatum est.

ἈΛΛ' ἥδομαι μὲν, ὦ Κλέαρχε, ἀκούων σου φρονίμους λόγους. ταῦτα γὰρ γιγνώσκων, εἴ τι ἐμοὶ κακὸν βουλεύοις, ἅμα ἄν μοι δοκεῖς καὶ σαυτῷ κακόνους εἶναι. ὡς δ' ἂν μάθῃς, ὅτι οὐδ' ἂν ὑμεῖς δικαίως οὔτε βασιλεῖ

οὔτ' ἐμοὶ ἀποσταίητε, ἀντάκουσον. εἰ γὰρ ὑμᾶς ἐβουλόμεθα ἀπολέσαι, πότερά σοι δοκοῦμεν ἱππέων πλήθους ἀπορεῖν, ἢ πεζῶν, ἢ ὁπλίσεως, ἐν ᾗ ὑμᾶς μὲν βλάπτειν ἱκανοὶ ἂν ἦμεν, ἀντιπάσχειν δὲ οὐδεὶς κίνδυνος; ἀλλὰ χωρίων ἐπιτηδείων ὑμῖν ἐπιτίθεσθαι ἀπορεῖν ἄν σοι δοκοῦμεν; οὐ τοσαῦτα μὲν πεδία ἡμῖν φίλια ὄντα σὺν πολλῷ πόνῳ διαπορεύεσθε, τοσαῦτα δὲ ὄρη ὑμῖν ὁρᾶτε ὄντα πορευτέα, ἃ ἡμῖν ἔξεστι προκαταλαβοῦσιν ἄπορα ὑμῖν παρέχειν; τοσοῦτοι δέ εἰσι ποταμοὶ, ἐξ ὧν ἔξεστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι ὁπόσοις ἂν ὑμῶν βουλοίμεθα μάχεσθαι; εἰσὶ δ' αὐτῶν οὓς οὐδ' ἂν παντάπασι διαβαίητε εἰ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς διαπορεύοιμεν. εἰ δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττώμεθα, ἀλλὰ τό γε πῦρ τοῦ καρποῦ κρεῖττόν ἐστιν, ὃν ἡμεῖς δυναίμεθ' ἂν κατακαύσαντες, λιμὸν ὑμῖν ἀντιτάξαι. ᾧ ὑμεῖς, οὐδ' εἰ πάνυ ἀγαθοὶ εἴητε, μάχεσθαι ἂν δύνησθε. πῶς οὖν ἂν ἔχοντες τοσούτους πόρους πρὸς τὸ ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ τούτων μηδένα ἡμῖν ἐπικίνδυνον, ἔπειτα ἐκ τούτων πάντων τοῦτον ἂν τὸν τρόπον ἐξελοίμεθα, ὃς μόνος μὲν πρὸς θεῶν ἀσεβής, μόνος δὲ πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός, παντάπασι δὲ ἀπόρων ἐστὶ καὶ ἀμηχάνων καὶ ἀνάγκῃ ἐχομένων, καὶ τούτων πονηρῶν; οἵτινες ἐθέλουσι δι' ἐπιορκίας τε πρὸς θεοὺς καὶ ἀπιστίας πρὸς ἀνθρώπους πράττειν τι. οὐχ οὕτως ἡμεῖς, ὦ Κλέαρχε, οὔτε ἠλίθιοι οὔτε ἀλόγιστοί ἐσμεν. ἀλλὰ τί δεῖ, ὑμᾶς ἐξὸν ἀπολέσαι; οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἤλθομεν· εὖ ἴσθι ὅτι ὁ ἐμὸς ἔρως τούτου αἴτιος τοῦ τοῖς Ἕλλησιν ἐμὲ πιστὸν γενέσθαι, καὶ ᾧ Κῦρος ἀνέβη ξενικῷ διὰ μισθοδοσίαν πιστεύων, τούτῳ ἐμὲ καταβῆναι δι' εὐεργεσίαν ἰσχυρόν. ὅσα δέ μοι ὑμεῖς χρήσιμοί ἐστε, τὰ μὲν καὶ σὺ εἶπες, τὸ δὲ μέγιστον ἐγὼ οἶδα. τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν, τὴν δ' ἐπὶ τῇ καρδίᾳ, ἴσως ἂν ὑμῶν παρόντων καὶ ἕτερος εὐπετῶς ἔχοι.

EADEM LATINE,

Romulo Amaſæo interprete.

ENimuero, Clearche, plurimùm delectatus ſum prudenti oratione tua, ac facilè adducor, te, ſiquid in me moliaris, tibiipſi malè conſulturum. Sed quò ipſe etiam intelligas, non iure vos aut à rege aut à me poſſe deficere, me viciſſim audi. Si vos perdere vellemus, deeſſétne, obſecro te, nobis aut equitū multitudo, aut leuis grauiſve armaturæ peditum copiæ, quibus vos minimo negotio ac ſine vllo noſtro periculo affligeremus? At enim iniquiora fortaſſe nobis loca eſſe videantur vnde vos adoriamur. Atqui longum nobis iter cum per campos nobis pacatos, tum per difficillimos montes faciendum eſt: quos quum arbitratu noſtro occupare poſſimus, ánnon facilè vos intercludamus? Quot verò flumina ſunt, ad quæ veſtram traiectionem obſeruantes, cū qua nobis expediat copiarum veſtrarum parte pugnare poſſimus? Adde quòd ſunt ex illis non pauca, quæ, niſi vobis duces ſimus, traiicere nullo pacto poſſitis. Sed fac his rebus omnibus inferiores ſimus, ignis certè frumento ac pabulo ſuperior eſt, quo quum omnia exuſſiſſemus, famem vobis quaſi in acie opponeremus, cui vos, ne ſi longè quidem omnibus fortitudine præſtetis, repugnare poſſetis. Eſt verò conſentaneum, quū tam multis vos modis ac ſine periculo noſtro oppugnare atque euertere poſſimus, vnum illum deligere maluiſſe qui & deorum maieſtatē læderet, & apud homines ſumma turpitudinis infamia carere non poſſet? Eſt omnino non improborum modò, ſed eorum etiam qui & aduerſis rebus premantur, & maximis difficultatibus ac neceſſitate ſumma circumuenti ſint, id committere in quo & iuſiurādum deorum immortalium & hominum fidem violent. Non adeo vecordes aut ſtulti ſumus, Clearche: quid enim opus eſt, quum tam multis vos modis opprimere poſſimus? Non propterea huc venimus. vnum mihi credito, bene merendi ſtudium me ad hanc cum Græcis ſocietatem adduxit: abundè verò præclarum mihi fore putaui, ſiquo exercitu mercede ſibi conciliato Cyrus in ſuperiorem Aſiam aſcendiſſet, cum eodem ego meo beneficio fretus in inferiorem deſcenderem. Cui verò mihi vſui eſſe poſſitis, & ipſe paulo antè expoſuiſti: & ego, quod caput eſt, per me noui, vni ſcilicet regi rectam tiaram capite geſtare licere, aliis corde fortaſſe facilè liciturum, vobis in officio permanentibus.

Ex libro tertio.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Erat in Græcorum caſtris hic ipſe Xenophon, non ille quidem ſacramento militiæ dicto, ſed tamen qui eo conſilio ad Cyrum iuiſſet, & quem fraus eadem Tiſſaphernis quæ cæteros Græcos conturbauerat, perculiſſet. Fuerant enim à Tiſſapherne Græcorū duces ad colloquiū eliciti, & ex inſidiis crudeliter vincti, ad regē tracti, pòſt ab eo trucidati. Fuerat etiam facta cædes comitum illorum. Itaque quum ſumma conſternatio Græcos inuaſiſſet, nec iam in cōmune quiſquam prouideret, cauſam & ſalutem omniū

ſuſcepit Xenophon per quietē,vt interpretabatur, admonitus : ſuaſitque hac oratione, quam apud cēturiones Proxeni ducis habuit,vt ad arma iretur,&quod fide ab hoſtibus non eſſent conſequuti,armis tentarent,ſecuritatem, commeatus copiam,reditum in patriam. His nititur conſilii ſui firmamentis : ſolam eſſe ſpem in fortitudine : felicius ſecum ita agi,quàm quum ex Perſarum fide pendebant : nec cauſa,nec animis,nec robore & firmitate corporum pares eſſe Perſas. Ad extremum,ſe nullam aut parendi aut regendi conditionem recuſaturum pollicetur.

Ἐγώ, ὦ ἄνδρες λοχαγοί, οὔτε καθεύδειν δύναμαι, (ὥσπερ, οἶμαι, οὐδ' ὑμεῖς) οὔτε κατακεῖσθαι ἔτι, ὁρῶν ἐν οἵοις ἐσμέν. οἱ μὲν γὰρ δὴ πολέμιοι δῆλον ὅτι οὐ πρότερον πρὸς ἡμᾶς τὸν πόλεμον ἐξέφηναν πρὶν ἐνόμισαν τὰ ἑαυτῶν καλῶς παρεσκευάσθαι· ἡμῶν δ' οὐδεὶς οὐδὲ ἀντεπιμελεῖται ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα. καὶ μὴν εἰ ὑφησόμεθα καὶ ἐπὶ βασιλεῖ γενησόμεθα, τί οἰόμεθα πείσεσθαι; ὃς καὶ τοῦ ὁμομητρίου καὶ ὁμοπατρίου ἀδελφοῦ, καὶ τεθνηκότος ἤδη, ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα ἀνεσταύρωσεν. ἡμᾶς δέ, οἷς κηδεμὼν μὲν οὐδεὶς πάρεστιν, ἐστρατευσάμεθα δ' ἐπ' αὐτόν, ὡς δοῦλον ἀντὶ βασιλέως ποιήσοντες, καὶ ἀποκτενοῦντες εἰ δυναίμεθα, τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν; ἆρ' οὐκ ἐπὶ πᾶν ἔλθοι ὡς ἡμᾶς τὰ αἴσχιστα αἰκισάμενος, πᾶσιν ἀνθρώποις φόβον παράσχῃ τοῦ στρατεῦσαί ποτε ἐφ' ἑαυτόν; ἀλλ' ὅπως τοι μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γενησόμεθα πάντα ποιητέον. ἐγὼ μὲν οὖν, ἔστ' ἂν μὲν αἱ σπονδαὶ ἦσαν, οὔποτε ἐπαυόμην ἡμᾶς μὲν οἰκτείρων, βασιλέα δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μακαρίζων, διαθεώμενος αὐτῶν ὅσην μὲν χώραν καὶ οἵαν ἔχοιεν, ὡς δὲ ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια, ὅσους δὲ θεράποντας, ὅσα δὲ κτήνη, χρυσὸν δέ, ἐσθῆτα δέ. τὰ δ' αὖ τῶν στρατιωτῶν ὁπότε ἐνθυμοίμην, ὅτι τῶν μὲν ἀγαθῶν πάντων οὐδενὸς ἡμῖν μετείη, εἰ μὴ πριαίμεθα, ὅπου δὲ ὠνησόμεθα ᾔδειν ὀλίγους ἔχοντας, ἄλλως δέ πως πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια ἢ ὠνουμένους, ὅρκους ἤδη κατέχοντας ἡμᾶς, ταῦτ' οὖν λογιζόμενος ἐνίοτε, τὰς σπονδὰς μᾶλλον ἐφοβούμην ἢ νῦν τὸν πόλεμον. ἐπεὶ μέντοι ἐκεῖνοι ἔλυσαν τὰς σπονδάς, λελύσθαι μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων ὕβρις καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία. ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθά, ἆθλα ὁπότεροι ἂν ἡμῶν ἄνδρες ἀμείνονες ὦσιν. ἀγωνοθέται δ' οἱ θεοί εἰσιν, οἳ σὺν ἡμῖν, ὡς τὸ εἰκός, ἔσονται. οὗτοι μὲν γὰρ αὐτοὺς ἐπιωρκήκασιν. ἡμεῖς δέ, πολλὰ ὁρῶντες ἀγαθά, στερρῶς αὐτῶν ἀπειχόμεθα, διὰ τοὺς τῶν θεῶν ὅρκους. ὥστε ἐξεῖναί μοι δοκεῖ ἰέναι ἐπὶ τὸν ἀγῶνα πολὺ σὺν φρονήματι μείζονι ἢ τούτοις. ἔτι δὲ ἔχομεν σώματα ἱκανώτερα τούτων καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ πόνους φέρειν· ἔχομεν τε καὶ ψυχὰς σὺν τοῖς θεοῖς ἀμείνονας. οἱ δὲ ἄνδρες καὶ τρωτοὶ καὶ θνητοὶ μᾶλλον ἡμῶν, ἢν οἱ θεοὶ ὥσπερ τὸ πρόσθεν νίκην ἡμῖν διδῶσιν. ἀλλ' ἴσως γὰρ καὶ ἄλλοι ταῦτ' ἐνθυμοῦνται. πρὸς τῶν θεῶν, μὴ ἀναμένωμεν ἄλλους ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν, παρακαλοῦντας ἐπὶ τὰ κάλλιστα ἔργα, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρξωμεν τοῦ ἐξορμῆσαι καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τὴν ἀρετήν. φάνητε τῶν λοχαγῶν ἄριστοι, καὶ τῶν στρατηγῶν ἀξιοστρατηγότεροι. κἀγὼ δέ, εἰ μὲν ὑμεῖς ἐθέλετε ἐξορμᾶν ἐπὶ ταῦτα, ἕπεσθαι ὑμῖν βούλομαι· εἰ δὲ ὑμεῖς τάττετέ με ἡγεῖσθαι, οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι ἐρύκειν ἀπ' ἐμαυτοῦ τὰ κακά.

EADEM LATINE

Romulo Amaſæo interprete.

EGO cēturiones,non modò non dormire(quod mihi vobiſcū commune eſſe arbitror)ſed ne quieſcere quidem poſſum, dum quo loco res noſtræ ſint conſidero. Hoſtes non antè apertè nobis arma intulerunt quàm ſibi ex ſententia parata omnia & conſtituta eſſe putarunt : noſtrûm verò nemo eſt qui rationem ineat quónam modo cum illis quamæquiſſima conditione certemus. Atqui ſi fracti animo atque abiecti in regis poteſtatem venerimus,quàm nobis æquum illum futurum putamus,qui germani fratris mortui abſciſſum caput & dexteram palo ſuffixerit? Iam quid nos pati par ſit quorum nemo cauſam ſuſcipit, quique vi & armis regem ſeruum facturi, ac cum fortunis omnibus vita etiam ipſa euerſuri venerimus? Annon eo contra nos animo illum venturum putatis,vt quum indigniſſimis nos modis cruciarit, exemplum cæteris edat quid eos expectare oporteat qui contra ipſum arma capiāt? At nobis quiduis faciendum ne in illius poteſtatē veniamus. Equidem quantiſper fœdus nobis cum barbaris integrum & inuiolatum fuit,cum rege bene ac præclare agi putabam, quum tam multas eum regiones,tam immenſam commeatuum copiam,tam ingentem ſeruorum multitudinem,tot pecorum greges,tantam auri veſtíſque vim in poteſtate ſua habere viderem: contrà verò noſtram hanc cōditionem magnopere miſerabar, quòd ex tam multis bonis nihil cuiquā,niſi quod pretio mercatus eſſet,poſſidere liceret,quū & ipſum pretium quampauciſſimis ſuppeditaret : alio verò quouis modo, quæ opus eſſent nobis quærere,fœderis religione prohiberemur. Quæ quum in mentem venirent, fœderis ipſius conditiones omni bello nobis multo grauiores eſſe ſtatuebam. Nunc verò quum fœdus illi irritum fecerint, non mehercule, quum illorum inſolentia ſolutiſſima ſit, quominus nos rationibus noſtris vt ex vſu commodóque noſtro ſit conſulamus, vlla verecundia aut religione aſtricti eſſe debemus. Iam in medio,*quæ paulo antè commemoraui* bona, *quaſi quædam* præmia poſita ſunt: ea ſibi vtri noſtrûm virtute præſtiterint vendicabunt. Certaminis authores & præſides dii,

qui, vti consentaneum est, à nobis erunt, quum illi fidē eorum fefellerint: nos, nequid contra iusiurādum faceremus, maximis plurimísque commodis, quorum compotes esse poteramus, constantissimè abstinuerimus. Quare (vt mea fert opinio) in hoc certamen nobis multo quàm illis fidentius licet descendere. Sunt præterea nobis & frigoris, & æstus & laborum omnium corpora multo tolerantiora: & animi etiam robore (dii modò propitii sint) illos anteibimus. Neque illi cæde ac vulneribus non facilius quàm nos confici possūt: quod & antè experti sumus, & in posterum experiemur, si deorum ope, vti paulo antè, victoriam adepti fuerimus. Verùm hæc eadem fortasse & aliis in mentem venient. Sed, per deos, ne expectemus vsquequo alii veniant, & ad pulcherrimi facinoris laudem nos excitent: quin ipsi aliis duces & impulsores simus ad virtutis gloriam capessendam. Vos nunc, vos, inquam, centuriones, viri fortissimi, omnium dignissimos iis quos geritis honoribus, & ad imperādum maximè idoneos ostendite. Ego mediusfidius neq; vos alacriter ad hoc opus aggredientes non libentissimè sequar: neque, si mihi hoc imperandi munus detuleritis, ætatis excusatione vtar: quin me vigere puto ad propulsanda mala.

ORATIO XENOPHONTIS.

ARGVMENTVM.

Superiorem orationem habuerat Xenophon in conuentu centurionum Proxeni ducis, quem cūm aliis iugulauerat Artaxerxes. Inde quum reliqui duces omnes & centuriones omnes de rerum summa conuenissent, iussus est à suis eadem illa quæ in priuato concilio dixerat, in hoc frequentiore referre. Id ille hîc facit, & orsus à commemoratione periculi, & Persarum crudelitate summa perfidia coniuncta, hortatus est vt bonos animos & magnam spem conciperet, exemplo virtutis gregariis militibus prælucerent, (virtute autem eos anteire debere luculenter ostendit) creent duces quos interfectis subrogent. Languētes animos militum recreent & excitent. De magnitudine animi & contemnenda morte grauiter differit, sed paucis.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἅπαντες ἐπιστάμεθα, ὅτι βασιλεὺς καὶ Τισσαφέρνης οὓς μὲν ἐδυνήθησαν συνειλήφασιν ἡμῶν, τοῖς δ' ἄλλοις δῆλον ὅτι ἐπιβουλεύουσιν, ἡμῖν δὲ τι οἶμαι πάντα ποιητέα ὡς μήποτ' ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γενώμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον, ἢν δυνώμεθα, ὡς ἢν δύνωνται ἀπολέσωσιν ἐκεῖνοι ἐφ' ἡμῖν. εὖ τοίνυν ἐπίστασθε ὅτι ὑμεῖς τοσοῦτοι ὄντες ὅσοι νῦν συνεληλύθατε, μέγιστον ἔχετε καιρόν. οἱ γὰρ στρατιῶται οὗτοι πάντες πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπουσι· κἂν μὲν ὑμᾶς ὁρῶσιν ἀθυμοῦντας, πάντες κακοὶ ἔσονται· ἢν δὲ ὑμεῖς αὐτοί τε παρασκευαζόμενοι φανεροὶ ἦτε ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλῆτε, εὖ ἴστε ὅτι ἕψονται ὑμῖν, καὶ πειράσονται μιμεῖσθαι. ἴσως δέ τοι καὶ δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς διαφέρειν τι τούτων· ὑμεῖς γὰρ ἐστὲ στρατηγοί, ὑμεῖς ταξίαρχοι καὶ λοχαγοί. καὶ ὅτε εἰρήνη ἦν, ὑμεῖς καὶ χρήμασι καὶ τιμαῖς τούτων ἐπλεονεκτεῖτε· καὶ νῦν τοίνυν, ἐπεὶ πόλεμός ἐστιν, ἀξιοῦν δεῖ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀμείνους τε τοῦ πλήθους εἶναι, καὶ προβουλεύειν τούτων καὶ προπονεῖν, ἤν που δέῃ. καὶ νῦν πρῶτον μὲν οἶμαι ἂν ὑμᾶς μέγα ὀνῆσαι τὸ στράτευμα, εἰ ἐπιμεληθείητε ὅπως ἀντὶ τῶν ἀπολωλότων, ὡς τάχιστα στρατηγοὶ καὶ λοχαγοὶ καταστάθῶσιν. ἄνευ γὰρ ἀρχόντων οὐδὲν ἂν οὔτε καλὸν οὔτε ἀγαθὸν γένοιτο, ὡς μὲν συνελόντι εἰπεῖν, οὐδαμοῦ· ἐν δὲ δὴ τοῖς πολεμικοῖς παντάπασιν. ἡ μὲν γὰρ εὐταξία σώζειν δοκεῖ, ἡ δὲ ἀταξία πολλοὺς ἤδη ἀπολώλεκεν. ἐπειδὰν δὲ καταστήσησθε τοὺς ἄρχοντας ὅσους δεῖ, καὶ ἢν τοὺς ἄλλους στρατιώτας συλλέγητε καὶ παραθαρρύνητε, οἶμαι ὑμᾶς πάνυ ἂν ἐν καιρῷ ποιῆσαι. νῦν μὲν γὰρ ἴσως καὶ ὑμεῖς αἰσθάνεσθε ὡς ἀθύμως μὲν ἦλθον ἐπὶ τὰ ὅπλα, ἀθύμως δὲ πρὸς τὰς φυλακάς. ὥστε οὕτω γ' ἐχόντων, οὐκ οἶδα ὅ,τι ἄν τις χρήσαιτο αὐτοῖς, εἴτε νυκτὸς δέοι τι εἴτε καὶ ἡμέρας. ἢν δέ τις αὐτῶν τρέψῃ τὰς γνώμας, ὡς μὴ τοῦτο μόνον ἐννοῶνται τί πείσονται, ἀλλὰ καὶ τί ποιήσουσι, πολὺ εὐθυμότεροι ἔσονται. ἐπίστασθε γὰρ δήπου ὅτι οὔτε πλῆθός ἐστιν, οὔτε ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ πολέμῳ τὰς νίκας ποιοῦσα· ἀλλ' ὁπότεροι ἂν σὺν τοῖς θεοῖς ταῖς ψυχαῖς ἐρρωμενέστεροι ἴωσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, τούτους ὡς ἐπιτοπολὺ οἱ ἐναντίοι οὐ δέχονται. ἐντεθύμημαι δ' ἔγωγε ὦ ἄνδρες καὶ τοῦτο, ὅτι ὁπόσοι μὲν μαστεύουσι ζῆν ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τοῖς πολεμικοῖς, οὗτοι κακῶς τε καὶ αἰσχρῶς ὡς ἐπιτοπολὺ ἀποθνήσκουσιν· ὁπόσοι δὲ τὸν μὲν θάνατον ἔγνωσαν πᾶσι κοινὸν εἶναι καὶ ἀναγκαῖον ἀνθρώποις, περὶ δὲ τοῦ καλῶς ἀποθνήσκειν ἀγωνίζονται, τούτους ὁρῶ μᾶλλόν πως εἰς τὸ γῆρας ἀφικνουμένους, καὶ, ἕως ἂν ζῶσιν, εὐδαιμονέστερον διάγοντας. ἃ καὶ ἡμᾶς δεῖ νῦν καταμαθόντας (ἐν τοιούτῳ γὰρ καιρῷ ἐσμέν) αὐτούς τε ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι, καὶ τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν.

EADEM LATINE

Romulo Amasæo interprete.

EST omnibus notum, regem ac Tissaphernem, & antè quos de nostris potuerint comprehendisse, & nunc operam dare vt nos per insidias de medio tollant. Nobis verò quiduis faciendum censeo ne in barbarorum potestatem veniamus, ac vt illos nos potius (si fieri possit) opprimamus. Illud quidem vos scire oportet, nosipsos quotcunque sumus, qui huc conuenimus, præclaram virtutis declarandæ occa-

ſionem habere: milites enim hi vos omnes intuentur: quos ſi fractos ac debilitatos viderint, & ipſi ad ignauiam propenſi ferentur: ſin contrà, & ipſos vos paratos & erectos in hoſtem eſſe, & ad alios incitandos acres animaduerterint, mihi credite vos ſequentur, ac ita ſe comparabunt vt veſtri quamſimillimi eſſe videantur. Et profectò vos æquum eſt (niſi fallor) hos bellicis artibus lógè anteire. Vos enim duces, vos tribuni militares, vos centuriones eſtis: vos, pacatis temporibus, pecunia & honoribus abundatis. Vos itaque & nunc in bello eniti decet, omnibus vt laudibus multitudinem ſuperetis: vos prouidere, vos primi (ſi res poſtulet) labores ſuſcipere debetis. Ac primū omnium vehementer arbitror ad exercitum confirmandum pertinere, vt primo quoque tempore duces ac centuriones in demortuorum locum ſubrogentur. Nihil enim omnino, ſi deſint qui imperent, vlla in re, vt breuiter dicam, bene ac præclarè geri poteſt: ſed in re bellica minimè, in qua & ordinis conſtantia rebus ſalutem, perniciem affert perturbatio. Vbi verò duces conſtitueritis quod opus eſt, reliquóſque milites recenſueritis, ac ad munia quenq; ſua adhortati fueritis, nihil, opinor, à vobis opportunius fieri poſſit. Nunc enim & vos facilè videre poteſtis quàm ſegniter quámque diffidenter & ad ordines ſuos veniant, & vigilias obeant. Quòd ſi ad officium non redierint, non video cui nobis vſui eſſe poſſint, quoties quid vel die vel noctu geri oportuerit. Quòd ſi conuerſo in melius animo, non tantùm quid paſſuri, ſed quid facturi ſint, cogitarint, multo mehercule alacriores euadent. Id enim planè omnibus perſpicuum eſt, non numero aut corporum robore victoriam comparari, ſed vtri in hoſtem, diis vtique iuuantibus, animo firmiore impreſſionem fecerint, eos eſſe quorū ille impetum ſuſtinere non poſſit. Illud etiam in mentem mihi venire ſolet, qui quouis modo vt viuere liceat ab hoſtibus impetrant, eos plerūque turpiter ac miſerè mori: contrà verò quicunque moriendi omnibus communem ac neceſſariam legem eſſe, animo reputantes, neque certamine, neque periculo vllo propoſito, honeſtam mortem deprecantur, eos ego ad ſenectutem peruenire video, &, quoad viuant, beatioris multo vitæ muneribus fungi. Qua nos opinióne præditos (id enim temporum à nobis conditio exigit) & ipſos virtutis laudem capeſſere, & ad eam cæteros expedit adhortari.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Conſilium & rationem omnem quam inierant Græci proceres ad vim fœdifragorum hoſtium propulſandam, vti antea habuimus, oportebat in vulgus militum exponi. Eæ partes Xenophonti mandatæ ſunt. is in eam ſententiam pro concione hanc orationem habuit: cuius tres ſunt partes. Prima, animos illis addere, & ad fortitudinem eos incendere conatur: altera, infirmat & diluit ea quæ contrà afferri poterant: tertia conſilium ſuum & modum belli gerendi aperit. Primum caput nititur æquitate cauſæ, defenſionis neceſſitate, deorum ope qui à iuſtioribus ſtare ſoleant, exemplis partarum de Perſis victoriarum, & comparatione virium: alterum perſequitur ea quæ obiici poterant de inopia commeatuum, equitatus, pontium ad traiciendos amnes: vbi probat ab exemplis finitimorum Perſidi populorum virtuti & conſtantiæ omnia cedere. Poſtremum caput oſtendit, quàm expeditos ad depugnandum eſſe oporteat: & quāta tum ad proponenda, tum ad exequenda imperia, adhibenda ſit diligentia.

Ἐτύγχανον λέγων ὅτι πολλαὶ καὶ καλαὶ ἐλπίδες ἡμῖν εἶεν σωτηρίας. πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς μὲν ἐμπεδοῦμεν τοὺς τῶν θεῶν ὅρκους, οἱ δὲ πολέμιοι ἐπιωρκήκασί τε, καὶ τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους λελύκασιν. οὕτω δ᾽ ἐχόντων, εἰκὸς τοῖς μὲν πολεμίοις ἐναντίους εἶναι τοὺς θεούς, ἡμῖν δὲ συμμάχους· οἵπερ ἱκανοί. εἰσὶ καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικρούς, κἂν ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βούλωνται. ἔπειτα δέ, ἀναμνήσω γὰρ ὑμᾶς καὶ τοὺς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων κινδύνους· ἵν᾽ εἰδῆτε ὡς ἀγαθοῖς τε ὑμῖν προσήκει εἶναι, σώζονταί τε σὺν τοῖς θεοῖς καὶ ἐκ πάνυ δεινῶν οἱ ἀγαθοί. ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς παμπληθεῖ στόλῳ ὡς ἀφανιούντων τὰς Ἀθήνας, ὑποστῆναι αὐτοῖς Ἀθηναῖοι τολμήσαντες, ἐνίκησαν αὐτούς. καὶ εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν· ἔπειτα ὅτε Ξέρξης ὕστερον ἀγείρας τὴν ἀναρίθμητον στρατιὰν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τότε ἐνίκων οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τοὺς τούτων προγόνους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ὧν ἔστι μὲν τεκμήρια ὁρᾶν τὰ τρόπαια, μέγιστον δὲ μαρτύριον ἡ ἐλευθερία τῶν πόλεων ἐν αἷς ὑμεῖς ἐγένεσθε καὶ ἐτράφητε· οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. τοιούτων μὲν ἐστὲ προγόνων. οὐ μὲν δὴ τοῦτό γε ἐρῶ, ὡς ὑμεῖς καταισχύνετε αὐτούς· ἀλλ᾽ οὔπω πολλαὶ ἡμέραι ἀφ᾽ οὗ ἀντιταξάμενοι τούτοις τοῖς ἐκείνων ἐκγόνοις, πολλαπλασίους ὑμῶν αὐτῶν

ἐνικᾶτε σὺν τοῖς θεοῖς. καὶ τότε μὲν δὴ περὶ τῆς Κύρου βασιλείας ἄνδρες ἦτε ἀγαθοί· νῦν δ᾽, ὁπότε περὶ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὁ ἀγών ἐστι, πολὺ δήπου ὑμᾶς προσήκει καὶ ἀμείνονας καὶ προθυμοτέρους εἶναι. ἀλλὰ μὴν καὶ θαρραλεωτέρους νῦν πρέπει εἶναι πρὸς τοὺς πολεμίους. τότε μὲν γὰρ ἄπειροι ὄντες αὐτῶν, τὸ δὲ πλῆθος ἄμετρον ὁρῶντες, ὅμως ἐτολμήσατε σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι ἰέναι εἰς αὐτούς. νῦν δ᾽, ὁπότε καὶ πεῖραν ἤδη ἔχετε αὐτῶν, ὅτι θέλουσι καὶ πολλαπλάσιοι ὄντες μὴ δέχεσθαι ὑμᾶς, τί ὑμῖν ἔτι προσήκει τούτους φοβεῖσθαι; μηδὲ μέντοι τοῦτο μεῖον δόξητε ἔχειν, εἰ οἱ Κύρειοι πρόσθεν σὺν ἡμῖν ταττόμενοι, νῦν ἀφεστήκασιν. ἔτι γὰρ οὗτοι κακίονές εἰσι τῶν ὑφ᾽ ἡμῶν ἡττημένων· ἔφυγον οὖν πρὸς ἐκείνους καταλιπόντες ὑμᾶς. τοὺς δ᾽ ἐθέλοντας φυγῆς ἄρχειν πολὺ κρεῖττον σὺν τοῖς πολεμίοις ταττομένους ἢ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ τάξει ὁρᾶν. εἰ δέ τις αὖ ὑμῶν ἀθυμεῖ ὅτι ἡμῖν μὲν οὐκ εἰσὶν ἱππεῖς, τοῖς δὲ πολεμίοις πολλοὶ πάρεισιν, ἐνθυμήθητε ὅτι οἱ μύριοι ἱππεῖς οὐδὲν ἄλλο ἢ μύριοί εἰσιν ἄνθρωποι. ὑπὸ μὲν γὰρ ἵππου ἐν μάχῃ οὐδεὶς πώποτε οὔτε δηχθεὶς οὔτε λακτισθεὶς ἀπέθανεν, οἱ δ᾽ ἄνδρες εἰσὶν οἱ ποιοῦντες ὅ,τι ἂν ἐν ταῖς μάχαις γίγνηται. οὐκοῦν τῶν ἱππέων πολὺ ἡμεῖς ἐπ᾽ ἀσφαλεστέρου ὀχήματός ἐσμεν. οἱ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἵππων κρέμανται φοβούμενοι οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ καταπεσεῖν· ἡμεῖς δ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς βεβηκότες, πολὺ μὲν ἰσχυρότερον παίσομεν, ἤν τις προσίῃ, πολὺ δ᾽ ἔτι μᾶλλον ὅτου ἂν ἐθέλωμεν τευξόμεθα. ἑνὶ δὲ μόνῳ προέχουσιν ἡμᾶς οἱ ἱππεῖς· φεύγειν αὐτοῖς ἀσφαλέστερόν ἐστιν ἢ ἡμῖν. εἰ δὲ δὴ τὰς μὲν μάχας θαρρεῖτε, ὅτι δ᾽ οὐκέτι ὑμῖν Τισαφέρνης ἡγήσεται, οὐδὲ βασιλεὺς ἀγορὰν παρέξει, τοῦτο ἄχθεσθε, σκέψασθε πότερον κρεῖττον, Τισαφέρνην ἡγεμόνα ἔχειν, ὃς ἐπιβουλεύων ἡμῖν φανερός ἐστιν, ἢ οὓς ἂν ἡμεῖς ἄνδρας λαβόντες ἡγεῖσθαι κελεύωμεν, οἳ εἴσονται ὅτι ἤν τι περὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνωσι, περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἁμαρτάνουσι. τὰ δ᾽ ἐπιτήδεια πότερον ὠνεῖσθαι κρεῖττον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἧς οὗτοι παρεῖχον, μικρὰ μέτρα πολλοῦ ἀργυρίου, μηδὲ τοῦτο ἔτι ἔχοντας, ἢ αὐτοὺς λαμβάνειν, ἤνπερ κρατῶμεν, μέτρῳ χρωμένους ὁπόσῳ ἂν ἕκαστος βούληται. εἰ δὲ ταῦτα μὲν γιγνώσκετε ὅτι οὕτω κρείττονα, τοὺς δὲ ποταμοὺς ἄπορον νομίζετε εἶναι, καὶ μεγάλως ἡγεῖσθε ἐξαπατηθῆναι διαβάντες, σκέψασθε εἰ ἄρα τοῦτο καὶ μωρότατον πεποιήκασιν οἱ βάρβαροι. πάντες μὲν γὰρ οἱ ποταμοί, ἢν καὶ πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι, προσιοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς διαβατοὶ γίγνονται, οὐδὲ τὸ γόνυ βρέχοντες. εἰ δὲ μηδ᾽ οἱ ποταμοὶ διήσουσι, ἡγεμών τε μηδεὶς φανεῖται, οὐδ᾽ ὡς ἡμῖν γε ἀθυμητέον. ἐπιστάμεθα γὰρ Μυσούς, οὓς οὐκ ἂν ἡμῶν φαίημεν βελτίους εἶναι, οἳ βασιλέως ἄκοντος ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ πολλάς τε καὶ μεγάλας καὶ εὐδαίμονας πόλεις οἰκοῦσιν. ἐπιστάμεθα δὲ Πισίδας ὡσαύτως. Λυκάονας δὲ καὶ αὐτοὶ εἴδομεν ὅτι ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἐρυμνὰ καταλαβόντες, τὴν τούτων χώραν καρποῦνται. καὶ ἡμᾶς δ᾽ ἂν ἔφην ἔγωγε χρῆναι μήπω φανεροὺς εἶναι οἴκαδε ὡρμημένους, ἀλλὰ κατασκευάζεσθαι ὡς αὐτοῦ που οἰκήσοντας. οἶδα γὰρ ὅτι καὶ Μυσοῖς βασιλεὺς πολλοὺς μὲν ἡγεμόνας ἂν δοίη, πολλοὺς δ᾽ ἂν ὁμήρους τοῦ ἀδόλως ἐκπέμψειν. καὶ ὁδοποιήσειέ γ᾽ ἂν αὐτοῖς, κἂν εἰ σὺν τεθρίπποις βούλοιντο ἀπιέναι. καὶ ἡμῖν γ᾽ ἂν οἶδ᾽ ὅτι τρισάσμενος ταῦτ᾽ ἐποίει, εἰ ἑώρα ἡμᾶς μένειν κατασκευαζομένους. ἀλλὰ γὰρ δέδοικα μή, ἂν ἅπαξ μάθωμεν ἀργοὶ ζῆν καὶ ἐν ἀφθόνοις βιοτεύειν, καὶ Μήδων δὲ καὶ Περσῶν καλαῖς καὶ μεγάλαις γυναιξὶ καὶ παρθένοις ὁμιλεῖν, μή, ὥσπερ οἱ λωτοφάγοι, ἐπιλαθώμεθα τῆς οἴκαδε ὁδοῦ. δοκεῖ οὖν μοι εἰκὸς καὶ δίκαιον εἶναι, πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους πειρᾶσθαι ἀφικνεῖσθαι, καὶ ἐπιδεῖξαι τοῖς Ἕλλησιν ὅτι ἑκόντες πένονται, ἐξὸν αὐτοῖς τοὺς νῦν οἴκοι ἀκλήρους πολιτεύοντας ἐνθάδε κομισαμένους, πλουσίους ὁρᾶν. ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες, πάντα ταῦτ᾽ ἀγαθὰ δῆλον ὅτι τῶν κρατούντων ἐστί. τοῦτο δὴ δεῖ λέγειν, πῶς ἂν πορευοίμεθά τε ὡς ἀσφαλέστατα, καὶ εἰ μάχεσθαι δέοι, ὡς κράτιστα μαχοίμεθα. πρῶτον μὲν τοίνυν, δοκεῖ μοι κατακαῦσαι τὰς ἁμάξας ἃς ἔχομεν, ἵνα μὴ τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ, ἀλλὰ πορευώμεθα ὅποι ἂν τῇ στρατιᾷ συμφέρῃ. ἔπειτα καὶ τὰς σκηνὰς συγκατακαῦσαι. αὗται γὰρ αὖ ὄχλον μὲν παρέχουσιν ἄγειν, συνωφελοῦσι δ᾽ οὐδὲν οὔτε εἰς τὸ μάχεσθαι, οὔτ᾽ εἰς τὸ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν τὰ περιττὰ ἀπαλλάξωμεν, πλὴν ὅσα πολέμου ἕνεκεν ἢ σίτων ἢ ποτῶν ἔχομεν, ἵν᾽ ὡς πλεῖστοι μὲν ἡμῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ὦσιν, ὡς ἐλάχιστοι δὲ σκευοφορῶσι. κρατουμένων μὲν γὰρ ἐπίστασθε ὅτι πάντα ἀλλότρια· ἢν δὲ κρατῶμεν, καὶ τοὺς πολεμίους δεῖ σκευοφόρους ἡμετέρους νομίζειν. λοιπόν μοι εἰπεῖν ὅπερ καὶ μέγιστον νομίζω εἶναι. ὁρᾶτε γὰρ καὶ τοὺς πολεμίους, ὅτι οὐ πρόσθεν ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησαν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, πρὶν τοὺς στρατηγοὺς ἡμῶν συνέλαβον, νομίζοντες, ὄντων μὲν τῶν ἀρχόντων, καὶ ἡμῶν πειθομένων, ἱκανοὺς εἶναι ἡμᾶς περιγενέσθαι τῷ πολέμῳ· λαβόντες δὲ τοὺς ἄρχοντας, ἀναρχίᾳ καὶ ἀταξίᾳ ἐνόμιζον ἡμᾶς ἀπολέσθαι. δεῖ οὖν πολὺ μὲν τοὺς ἄρχοντας ἐπιμελεστέρους γενέσθαι τοὺς νῦν τῶν προτέρων, πολὺ δὲ τοὺς ἀρχομένους εὐτακτοτέρους, καὶ πειθομένους μᾶλλον τοῖς ἄρχουσι νῦν ἢ καὶ πρόσθεν. ἢν δέ τις ἀπειθῇ, ἢν ψηφίσησθε τὸν ἀεὶ ὑμῶν ἐντυγχάνοντα σὺν τῷ ἄρχοντι κολάζειν, οὕτως οἱ πολέμιοι πλεῖστον ἐψευσμένοι ἔσονται. τῇδε γὰρ τῇ ἡμέρᾳ μυρίους ὄψονται ἀνθ᾽ ἑνὸς Κλεάρχους, τοὺς οὐδενὶ ἐπιτρέψοντας κακῷ εἶναι. ἀλλὰ γὰρ καὶ περαίνειν ἤδη ὥρα· ἴσως γὰρ οἱ πολέμιοι αὐτίκα παρέσονται. ὅ,τι μὲν οὖν τούτων δοκεῖ καλῶς ἔχειν, ἐπικυρώσατε ὡς τάχιστα, ἵν᾽ ἔργῳ περαίνηται. εἰ δέ τις τι εἶδε τῶν ἄλλων βέλτιον ἢ ταύτῃ, τολμάτω καὶ ὁ ἰδιώτης διδάσκειν. πάντες γὰρ κοινῆς σωτηρίας δεόμεθα.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

MVlta, (vt paulo antè cœperam dicere) pulcherrimam salutis spem nobis pollicentur. Primùm enim deorum fidem ratam habuimus: at hostes & iurisiurandi & fœderis religionem omnem violarunt. Hæc quũ ita sint, & hostibus deos infensos & nobis propitios futuros cõsentaneũ est. Atque ILLI ipsi dii & secunda elatos fortuna quã celerrimè *quũ velint* euertere, & abiectos, quũ maximè reb⁹ aduersis conflictantur, excitare facilè possunt. Deinde verò maiorũ nostrorũ pericula vobis in

memoriam redigam, vt intelligatis quales vos, quáve in rebus aduersis virtute esse oporteat, præsertim quum deorum ope adiuta virtus, ab iniquissimis plerúque & difficillimis temporibus homines vindicare consueuerit. Quum Persæ cum ingentibus copiis, vt Athenas delerent, in fines nostros inuasissent, animi magnitudine hosti sibi resistendũ Athenienses putarũt, ac eos quidem vicerunt. Quo tempore quum Dianæ votũ fecissent, tot illi se capras immolaturos quot hostes occidissent, ac totidem victimas ex toto agro comparare non potuissent, quotannis D. mactare decreuerunt, quas ætate etiam nostra quotannis mactant. Postea verò quum Xerxes infinitis propè copiis comparatis in Græciam traiecisset, maiores nostri horum hostium maiores terra marique vicerunt: cuius quidem victoriæ & trophæa multa monumento sunt, & maximè earum ciuitatum, in quibus nati & educati estis, libertas: in quibus deos tantùm, ex hominibus verò neminẽ domini loco habetis. Et ab his vos estis maioribus, à quibus tamen neutiquam vos dixerim degenerasse. Neque enim ita multi dies præterierunt ex quo vos acie cum illorum posteris congressi, diis iuuantibus, eorum copias tanto vestris maiores fudistis. Ac illud quidem, pro Cyri regno suscepto certamine, virtutis vestræ documentum dedistis: nunc verò quum vestra ipsorum salus agatur, multo vos meliores & in hostem alacriores esse par est. Nam si antè, quum quales illi in prælio essent planè ignoraretis, patria animi elatione freti, nihil dubitastis cum tam magno eorum numero collatis signis congredi: quid nunc, quum periculum feceritis, eos, quanuis tam multis partibus vos numero superarent, vestrum tamen impetum sustinere nequisse: quid inquam absurdius quàm si eos nunc pertimescatis? Neque verò nũc res vestras iniquiore loco putare debetis, quòd à vobis hi defecerint qui viuente Cyro vobiscum vnà prælium inierũt: illi enim multo sunt iis quos vicimus, ignauiores: Quare *nihil mirandum si* à nobis desciscentes ad illos confugerunt: quin illud optandum, vt qui ad fugã spectent, in hostili potius acie quàm in nostra versentur. Quòd si quem illud diffidẽtiorem reddit, quòd equitatum nos nullum, hostes verò maximum habeant: is consideret velim, decem equitum M. nihil esse plus quàm hominum X. M. Neque enim in prælio quisquam equi morsu, vel calcibus vnquam confectus est. Viri sunt, mihi credite, viri, quorum opera in pugna geruntur omnia: ac nos quidem vehiculo multo vtimur quàm equites tutiore. Illi enim equis subnisi, & nos vnà timẽt, & simul ab illis ne excutiantur: at nos pedibus vadentes, & feriemus *cominus* vehementius, & certius iidẽ attingemus quod voluerimus. Vna equites re præstãt, quòd in fuga ceruus est illis subsidium. Verùm ad pugnam fortasse vestrûm quisque paratissimus est: sed illud *scilicet* solicitudinis multũ affert, quòd neque Tissapherne duce amplius vtemini, neque annonam vobis rex præstaturus est. Hic illud considerate, Tissaphernem ducem habere satiúsne sit, à quo nobis insidias factas nihil possumus dubitare, an verò eos quos ipsi duces delegerimus? qui si quid delinquant, non nobis magis quàm vitæ capitique suo malè se consulere intelligent. Nam quod ad cibaria, ac quæ vsui sunt reliqua, pertinet, malléne debeamus ex foro precariò sumere, parua admodum mensura, ac minimè tolerabili pretio: an verò arbitratu nostro, qua mensura, ac quanti ipsimet statuerimus, si victoriam scilicet adipiscamur? At enim in his non est fortasse difficile, vtrum vobis magis conducat diiudicare. Sed flumina vos terrent, in quibus traiiciendis ne vada vos fallant veremini: in quo ipso quàm stultè barbari fecerint, perspicere potestis: omnia enim flumina, quæ procul à fontibus suis pleniora sunt, eadem circa fontes non hercule sunt altiora, quàm vt genu traiicientium alluant. Sed esto, obstẽt nobis flumina, neque duces nanciscamur: non tamen idcirco animum despondere debemus. Scimus Mysos illos quidem nihilo armis meliores quàm nos simus, in regis finibus eo inuito multas easque magnas & opulẽtas vrbes incolere: eodémque modo Pisidas. Lycaonas autẽ ipsi etiam vidimus occupatis camporum munimentis, impunè ex eiusdem regis agro sibi victũ quærere. Et haud scio an simus multo rationibus nostris melius consulturi, si, reditu in patriam dissimulato, ad manendũ parati videamur. Nihil enim dubito quin Mysis, *si discedere velint*, rex *facilè adduci possit vt* multis ducibus, multis itẽ obsidibus datis, tutam profectionẽ præstet: ac, si id postulent, quadrigas etiam ad iter confi-

ciendum præbeat. Quibus in rebus & nobis illum obſequuturum ſcio, ac ſupraquàm dici poſſit libenter, ſi nos ad permanendum paratos videat. Sedenim illud nonnihil timeo ne ipſa otii conſuetudine & cum rerum omnium copia, tum forma & corporis magnitudine, qua Medorum & Perſarum vxores ac virgines præſtant, quum illis familiariores eſſe cœperimus, diliniti, veluti qui ad Lotophagos diuerterint, de reditu in patriam nihil laboremus. Atqui æquum & iuſtum eſſe duco, vt ad ſuos quiſque redeat: ac ibi Græcis oſtendamus ipſorum culpa fieri quòd inopes ſint, quibus liceat miſeram & egentem multitudinem qua ciuitates refertæ ſunt, huc deducere, vbi tenuiſſimum quéque quamfacillimè ac celerrimè locupletem fieri viſuri eſſent. Sed hæc omnia, viri fortiſſimi, bona in eorum qui vicerint poteſtate ſunt. Illud nunc cōſilium ineundum, vt vel quamtutiſſimè diſcedamus, vel, ſi pugnandum ſit, quamæquiſſima conditione pugnemus. Ac primùm plauſtra omnia cremanda cenſeo, ne ſarcinaria vehicula nobis quodammodo imperent, impediántque quominus, quocunque exercitui expediat, accedere poſſimus. deinde ipſa etiam tentoria: ea enim retardant nos plurimùm, nihil verò neque ad pugnam, neque ad commeatus comparandos iuuant. Ad hæc, ſuperuacanea vaſa omnia reiiciēda, neque aliud quicquam retinendum quàm quod aut ad belli aut ad cibi potúſque vſum pertineat: atque id ob eam maximè cauſam vt in armis expediti quamplurimi ſint, ac quampauciſſimi nobis ſint lixæ & huiuſmodi operæ alendæ. Neq; enim ignoramus, victores eorū etiā potiri quæ in alterius mācipio ſunt. Quare vbi vicerimus, ipſi nobis hoſtes pro lixis erunt. Vnum illud mihi ad dicendum reſtat, quod maximi momenti eſſe arbitror. Videtis hoſtes non antè bello nos laceſſere auſos eſſe quàm duces noſtros comprehenderint: quippe qui omni ex bello ſuperiores nos diſceſſuros putarunt, quantiſper & eſſent qui nobis imperarent, & nos imperantibus pareremus: at ſi ducibus nos orbaſſent, ſublata imperandi autoritate, atque omni ordinis tuendi diſciplina, nos proculdubio perituros exiſtimarunt. Quamobrem & duces qui nuper renuntiati ſunt, multo oportet attentiores eſſe, & milites in ſuis ordinibus conſeruandis diligentiores, ac multo quàm adhuc magis dicto audientes. Quòd ſiquis ab officio diſceſſerit, ſtatuite veſtris ſententiis vt de eo cuiuis veſtrûm, quum res ipſa tulerit, vnà cum præfecto liceat pœnas ſumere. Hoc enim maximè modo ſe ſua opinione deceptos hoſtes intelligent, quum hodierno die decies mille Clearchos pro vno extitiſſe videbunt, per quos nemini ignauo eſſe liceat. Sed iam tempus eſt vt dicta ad rem conferamus: hoſtes enim iam fortaſſe aderunt. Quare ſi quæ relata ſunt vobis probantur, ea quamprimùm ſciſcite, quò decreta veſtra operibus ipſis primo quoque tempore comprobetis. Quòd ſiquis melius quid videt, ne dubitet quiuis, vt etiam priuatus ille ſit & gregarius, cæteros docere: de communi enim ſalute eſt omnibus conſilium capiendum.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Mithridates, vnus ex præfectis copiarum Tiſſaphernis, ab eo præmiſſus excurſionibus Græcos laceſſebat. Hinc crebræ velitationes edebantur: in quibus hoc erant Græci inferiores, quòd equitem habebāt nullum: ſagittarios verò qui non æquarēt ictus Perſarum, ſed propius emitterent. His fiebat vt impunè inſultarent Perſæ. quam inſolentiam non tulit Xenophon, ſed quum præeſſet nouiſſimo agmini, hoſtes in fugam vertit, & eos eſt inſequutus, ſed vt nihilo plus afferret eis detrimenti præter fugam. Fuit hæc cæteris ducibus querendi cauſa, qui reprehendebāt quòd is ab agmine fruſtra diſcederet. Hac oratione reſpondet Xenophon ſe ſine magna quidem ſpe nocendi exiiſſe, ſed tamen cum perpaucis excurriſſe, & hoſtium inſolentiam tardaſſe, & hoc adiumenti ſuis attuliſſe, quòd compererit quidnam opus illis ſit. Id ille aperit, & autor eſt vt funditores ad eminus feriēdos Perſarum ſagittarios, & equites quacunque ratione poterunt inſtituant.

Ἀκούσας δὲ ὁ Ξενοφῶν ἔλεγεν ὅτι ὀρθῶς ᾐτιῶντο, καὶ αὐτὸ τὸ ἔργον αὐτοῖς μαρτυροίη. Ἀλλ' ἐγὼ ἠναγκάσθην διώκειν, ἐπὶ ἑώρων ἡμᾶς ἐν τῷ μένειν κακῶς μὲν πάσχοντας, ἀντιποιεῖν δ' οὐδὲν δυναμένους. ἐπειδὴ δὲ ἐδιώκομεν, ἀληθῆ ὑμεῖς λέγετε. κακῶς μὲν γὰρ οὐδὲν ποιεῖν μᾶλλον ἐδυνάμεθα τοὺς πολεμίους, ἀνεχωροῦμεν δὲ πάνυ χαλεπῶς. τοῖς οὖν θεοῖς χάρις ὅτι οὐ σὺν πολλῇ ῥώμῃ, ἀλλὰ σὺν ὀλίγοις ἦλθον. ὥστε βλάψαι μὲν μὴ μεγάλα, δηλῶσαι δὲ ὧν δεόμεθα. νῦν γὰρ οἱ μὲν πολέμιοι τοξεύουσι καὶ σφενδονῶσιν ὅσον οὔτε οἱ Κρῆτες ἀντιτοξεύειν δύνανται, οὔτε οἱ ἐκ χειρὸς βάλ-

χοντες ἐξικνεῖσθαι. ὅταν δὲ αὐτοὺς διώκωμεν, πολὺ μὲν οὐχ οἷόν τε χωρίον ἀπὸ τοῦ στρατεύματος διώκειν, ὀλίγον δὲ ἔνθα οὐδ' εἰ ταχὺς εἴη πεζὸς, πεζὸν ἂν διώκων καταλάβοι ἐκ τόξου ῥύματος. ἡμεῖς μὲν οὖν, εἰ μέλλοιμεν τούτους εἴργειν, ὥστε μὴ δύνασθαι βλάπτειν ἡμᾶς πορευομένους, σφενδονητῶν τε τὴν ταχίστην δεῖ καὶ ἱππέων. ἀκούω δ' εἶναι ἐν τῷ στρατεύματι ἡμῶν Ῥοδίους, ὧν τοὺς πολλούς φασιν ἐπίστασθαι σφενδονᾶν, καὶ τὸ βέλος αὐτῶν καὶ διπλάσιον φέρεσθαι τῶν Περσικῶν σφενδονῶν. ἐκεῖναι γὰρ, διὰ τὸ χειροπληθέσι τοῖς λίθοις σφενδονᾶν, ἐπὶ βραχὺ ἐξικνοῦνται· οἱ δέ γε Ῥόδιοι καὶ ταῖς μολυβδίσιν ἐπίστανται χρῆσθαι. ἢν οὖν αὐτῶν ἐπισκεψώμεθα τίνες πέπανται σφενδόνας, καὶ τούτων τῷ μὲν δῶμεν αὐτῶν ἀργύριον, τῷ δὲ ἄλλας πλέκειν ἐθέλοντι, ἄλλο ἀργύριον τελῶμεν, καὶ τῷ σφενδονᾶν ἐντεταγμένῳ ἐθέλοντι ἄλλην τινὰ ἀτέλειαν εὑρίσκωμεν, ἴσως τινὲς φανοῦνται ἱκανοὶ ἡμᾶς ὠφελεῖν. ὁρῶ δὲ καὶ ἵππους ὄντας ἐν τῷ στρατεύματι, τοὺς μέν τινας παρ' ἐμοὶ, τοὺς δὲ τῷ Κλεάρχῳ καταλελειμμένους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους αἰχμαλώτους σκευοφοροῦντας. ἂν οὖν τούτους πάντας ἐκλέξαντες, σκευοφόρα μὲν ἀντιδῶμεν, τοὺς δὲ ἵππους εἰς ἱππέας κατασκευάσωμεν, ἴσως καὶ οὗτοι τοὺς φεύγοντας ἀνιάσουσιν.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

H*AEC Xenophon quum audiret, iure eos queri fatebatur, neque inficiabatur quicquam.* Sed enim (*inquit*) necessitas ipsa me vt insequerer impulit, quòd videbã grauiter nos dũ consisteremus, lædi, quũ interea nihil ipsi hosti nocere possemus. At postquam insequuti sumus, ita sanè accidit vt dicitis: hostibus nihil plus quàm antè nocuimus, & ipsi vix, & magno cum periculo pedẽ retulimus. Sed gratia scilicet diis est habenda quòd parua omnino cum manu periclitati sumus, atque ex leui admodum iactura quid nobis in posterũ opus sit planissimè cognouimus. Etenim hostes & sagittas & è fundis glandes longius multo mittunt, quàm vt cũ illis aut Cretenses sagittarii aut ferentarii nostri conferri possint. Qúmque illos insequimur, nobis non conducit longius à reliquo agmine progredi: modico verò spatio non possit vtique pedes, quanuis velox, peditem assequi intra teli iactum. Quòd si hostis impetum retardatum volumus, nequid nobis in posterum detrimenti inferri possit, funditoribus nobis atque equitibus opus esse censeo. Atque in castris quidem nostris Rhodios esse audio: quorum multi funda scienter vtantur, ac duplo longius quàm Persici funditores mittant. Nam quum illi grauiores intorqueant lapides, non possunt vtique longum spatium assequi: at Rhodii plumbeis etiam glandibus vti didicerunt: Eos igitur qui fundas habent si cõquisierimus, ac pro illis argentum dederimus, ac aliis item certa mercede faciundas locauerimus, ac iis qui in funditorum ordinem recepti fuerint, ab aliis muneribus vacationem dederimus, inueniemus fortasse qui certam rebus nostris opem afferant. Adhæc, video in castris aliquot equos esse, quorum partim penes me sunt, partim verò à Clearcho relicti: nonnulli item sunt bello capti, quibus ad impedimenta vehenda vtimur. Horum itaque si maximè idoneos ad vsum atque apparatum equestrem delegerimus, aliósque pro his clitellarios substituerimus, cum his, opinor, fugientes hostes aliquanto certè facilius vlciscemur.

Ex libro quinto.

HECATONYMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Sinope erat vrbs nobilis in Ponto: huic finitima & stipendiaria Cotiora. Per vtranque iter erat Græcis: atque, vt vsus erat, Græci venalem annonam ab incolis, & ægris requietem ac domicilium poposcerunt, & denegantibus extorserunt. Ibi Sinopenses, vt suorum causam susciperent, legationem ad Græcos miserunt, quæ hanc iniuriam cum iis expostularet. Eius legationis princeps erat Hecatonymus: qui hac oratione Græcis victorias & felices alios successus gratulatus, rogauit vt suo & eorum quos vectigales haberẽt agro parcerent: ne ipsi eorum iniuriis vexati sibi barbaros præsidii causa asciscere cogantur.

ΕΠΕΜΨΕΝ ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἡ τῶν Σινωπέων πόλις ἐπαινέσοντάς τε ὑμᾶς ὅτι νικᾶτε Ἕλληνες ὄντες βαρβάρους, ἔπειτα δὲ καὶ συνησθησομένους ὅτι διὰ πολλῶν τε καὶ δεινῶν (ὡς ἡμεῖς ἀκούομεν) πραγμάτων σε-

σωσμένοι πάρεστε. ἀξιοῦμεν δὲ, Ἕλληνες ὄντες καὶ αὐτοὶ, ὑφ' ὑμῶν ὄντων Ἑλλήνων ἀγαθὸν μέν τι πάσχειν, κακὸν δὲ μηδέν. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποθ' ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες. Κοτυωρεῖται δὲ οὗτοι, εἰσὶ μὲν ἡμέτεροι ἄποικοι, καὶ τὴν χώραν ἡμεῖς αὐτοῖς ταύτην παραδεδώκαμεν, βαρβάρους ἀφελόμενοι. διὸ καὶ δασμὸν ἡμῖν φέρουσιν οὗτοι τεταγμένον, καὶ Κερασούντιοι καὶ Τραπεζούντιοι ὡσαύτως. ὥσθ' ὅ, τι ἂν τούτοις κακὸν ποιήσητε, ἡ Σινωπέων πόλις νομίζει πάσχειν. νῦν δὲ ἀκούομεν ὑμᾶς εἰς τε τὴν πόλιν βίᾳ παρεληλυθότας ἐνίους σκηνοῦν ἐν ταῖς οἰκίαις, καὶ ἐκ τῶν χωρίων λαμβάνειν ὧν ἂν δέησθε οὐ πείθοντας. ταῦτ' οὖν οὐκ ἀξιοῦμεν. εἰ δὲ ταῦτα ποιήσετε, ἀνάγκη ἡμῖν καὶ Κορύλαν καὶ Παφλαγόνας καὶ ἄλλον ὅντινα ἂν δυνώμεθα, φίλον ποιεῖσθαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

NOS, ô milites, Sinopensium ciuitas huc misit: primùm vt vos merito laudum honore afficiamus, propterea quòd multis victoriis à vobis declaratum est quãtum virtute Græci barbaris antecellant: deinde, vobis vt ex animo gratulemur quòd è difficillimis rebus grauissimísque casibus sospites huc euaseritis. Quod reliquũ est, pro ea quæ nobis vobiscum intercedit Græci nominis communione, petimus vt malitis beneficio nos deuinctos habere, quàm iniuriæ vllo genere lacessere. neque enim vobis nos priores vnquam quicquam incõmodi importauimus. Cotyoritani, in quorum nunc finibus commoramini, à nobis in coloniã deducti sunt, à nobis ademptum barbaris agrum acceperunt: próque nobis vectigal, eodẽ quo Cerasuntii & Trapezuntii iure, pensitant. Quare non possunt hi vllã à vobis calamitatem accipere, quin ea in nos etiam ipsos redundet. At nunc de vestro exercitu nonnullos audimus, per vim in oppidum ingressos, in ipsis ædibus castra habere: & è proximis pagis quicquid vsui sit, inuitis dominis auferre. Hæc à vobis deprecamur. Quòd si nihil profecerimus, cogemur certè & Corylan & Paphlagonas, & quodcunque potuerimus hominum genus, societate nobis atque amicitia adiungere.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ad eam legationem respondet ex concilii autoritate Xenophon: quò rerum redacti sint, ostendit: ad quæ ferenda & facienda necessitate detrusi: in eas angustias adducti quanta tamen modestia & æquitate sint vsi. immensa propè loca peragrasse, nunquam tamen nisi coactos vim cuiquam attulisse: in hoc numero fuisse eos, pro quibus questũ venerint: nec cibaria sibi pretio postulantibus, nec ægris diuertendi locum præbere voluisse: aduersus eam inhumanitatem vi se contẽdisse. Quòd verò barbarorum societatem & arma minitatur, minimè terrorem incuti sibi gentium aliarum æquè potentium victoribus: quin &, si videatur, posse eosdem sibi adiungere.

ΗΜεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Σινωπεῖς, ἥκομεν ἀγαπῶντες ὅτι τὰ σώματα διεσωσάμεθα καὶ τὰ ὅπλα. οὐ γὰρ ἡμῖν δυνατὸν ἅμα τε χρήματα ἄγειν καὶ φέρειν, καὶ τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. καὶ νῦν, ἐπειδὴ εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις ἤλθομεν, ἐν Τραπεζοῦντι μὲν (παρεῖχον γὰρ ἡμῖν ἀγορὰν) ὠνούμενοι εἴχομεν τὰ ἐπιτήδεια· καὶ ἀνθ' ὧν ἐτίμησαν ἡμᾶς καὶ ξένια ἔδωκαν τῇ στρατιᾷ, ἀντετιμῶμεν αὐτούς. καὶ μὴν εἴ τις αὐτοῖς φίλος ἦν τῶν βαρβάρων τούτων, ἀπειχόμεθα. τοὺς δὲ πολεμίους αὐτῶν, ἐφ' οὓς αὐτοὶ ἡγοῖντο, κακὸν ἐποιοῦμεν ὅσον ἐδυνάμεθα. ἐρωτᾶτε δὲ αὐτοὺς ὁποίων τινῶν ἡμῶν ἔτυχον. πάρεισι γὰρ ἐνθάδε οὓς ἡμῖν ἡγεμόνας διὰ φιλίαν ἡ πόλις συνέπεμψεν. ὅποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν μὴ ἔχωμεν, ἄν τε εἰς βάρβαρον γῆν, ἄν τε εἰς Ἑλληνίδα, οὐχ ὕβρει, ἀλλ' ἀνάγκῃ λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια. καὶ Καρδούχους, καὶ Χαλδαίους, καὶ Ταόχους, καίπερ βασιλέως οὐχ ὑπηκόους ὄντας, ὅμως καὶ μάλα φοβεροὺς ὄντας, πολεμίους ἐκτησάμεθα, διὰ τὸ ἀνάγκην εἶναι λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, ἐπεὶ ἀγορὰν οὐ παρεῖχον. Μάκρωνας δέ γε, καὶ βαρβάρους ὄντας, ἐπεὶ ἀγορὰν οἵαν ἐδύναντο παρεῖχον, φίλους τε ἐνομίζομεν εἶναι, καὶ βίᾳ οὐδὲν ἐλαμβάνομεν τῶν ἐκείνων. Κοτυωρείτας δὲ, οὓς ὑμετέρους φατὲ εἶναι, εἴ τι αὐτῶν εἰλήφαμεν, αὐτοὶ αἴτιοί εἰσιν. οὐ γὰρ ὡς φίλοι προσεφέροντο ἡμῖν, ἀλλὰ κλείσαντες τὰς πύλας, οὔτ' εἴσω ἐδέχοντο, οὔτ' ἔξω ἀγορὰν ἔφερον· ἠτιῶντο δὲ τὸν παρ' ὑμῶν ἁρμοστὴν τούτων αἴτιον εἶναι. ὃ δὲ λέγεις, βίᾳ παρελθόντας σκηνοῦν, ἡμεῖς ἠξιοῦμεν τοὺς κάμνοντας εἰς τὰς στέγας δέξασθαι· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνέῳγον τὰς πύλας, ᾗ ἡμᾶς οὐκ ἐδέχοντο, αὐτὸ τὸ χωρίον ταύτῃ εἰσελθόντες, ἄλλο μὲν οὐδὲν βίαιον ἐποιήσαμεν· σκηνοῦσι δ' ἐν ταῖς στέγαις οἱ κάμνοντες, τὰ ἑαυτῶν δαπανῶντες, καὶ τὰς πύλας φρουροῦμεν, ὅπως μὴ ἐπὶ τῷ ὑμετέρῳ ἁρμοστῇ ὦσιν οἱ κάμνοντες ἡμῶν, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν ᾖ κομίσασθαι ὅταν βουλώμεθα. οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ὁρᾶτε, σκηνοῦμεν ὑπαίθριοι, ἐν τῇ τάξει, παρεσκευασμένοι, ἂν μέν τις εὖ ποιῇ, ἀντευποιεῖν, ἂν δὲ κακῶς, ἀλέξασθαι. ἃ δὲ ἠπείλησας, ὡς, ἢν ὑμῖν δοκῇ, Κορύλαν καὶ Παφλαγόνας συμμάχους ποιήσεσθε ἐφ' ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ, ἢν μὲν ἀνάγκη ᾖ, πολεμήσομεν καὶ ἀμφοτέροις· (ἤδη γὰρ καὶ ἄλλοις πολλαπλασίοις ὑμῶν ἐπολεμήσαμεν) ἂν δὲ δοκῇ ἡμῖν καὶ φίλον ποιεῖσθαι Κορύλαν καὶ τὸν Παφλαγόνα, ποιούμεθα φίλον. ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐπιθυμεῖν τῆς ὑμετέρας πόλεως καὶ χωρίων τῶν ἐπιθαλαττίων. πειρασόμεθα οὖν, συμπράττοντες αὐτῷ ὧν ἐπιθυμεῖ, φίλοι γίγνεσθαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

NOS enimuero, Sinopenses, non malè nobiscum actum existimamus quòd vita duntaxat, armísque seruatis, huc euadere potuerimus. Commeatus & quæ vsui futura erant cætera, quibus cum hoste tam sæpe congrediendum esset, aut portare aut trahere nullo pacto potuimus. At enim quumprimùm Græcas vrbes attigimus, foro eo vsi sumus cuius nobis à Trapezuntiis copia facta est: neque alieni quicquam sine pretio sumpsimus. Et sanè pro eo quem nobis habuerunt honore, próque hospitalibus, quæ ab illis accepimus, donis, gratiam illis retulimus. Nam & eorum amicis pepercimus, & quammaximis potuimus detrimentis hostes affecimus, illos nempe quocunque nos duxere sequuti. Quæras autem de ipsis licet quales erga se nos fuerint experti: adsunt enim quos ipsa nobis ciuitas publicè pro amicitia nostra duces dedit. Nos quidem, quoties ii ad quos venimus, commeatus nobis non dederunt, vt ab egestate nos atq; inopia vindicaremus, vndecunq; potuimus, nihil interesse putantes, barbarorum ánne Græcorum fines essent, quæ nobis vsui fuerunt sumpsimus. Neque verò Carduchos, Chaldæos, ac Thaochos, bellicosos illos quidē & feros populos, qui nec ipsi regi parent, aliam ob causam ad arma contra nos capienda impulimus quàm quòd quum ab illis non præberentur quæ ad victum erant necessaria, ea nos inuitis eripere cogebamur. At Macronas, quòd nobis quod habuerunt forum, expositum & apertum esse voluerunt, pro amicis habuimus, neque quicquam ab iis vi abstulimus. Quòd si nūc à Cotyoritanis, quos in officio ac potestate vestra esse dicitis, aliquid sumpsimus, ipsi in culpa fuerunt, qui tantùm abfuit vt nos amicos agnouerint, vt clausis portis, neque nos intromiserint, neque extra muros quicquam quod emere possemus miserint: cuius rei causam ipsi in ducem vestrum conferunt. Quòd verò querimini per vim nos esse in oppidum ingressos, ac in ipsis domibus castra habere: nos certè rogauimus vt ægros tantùm reciperent intra mœnia: quibus quum illi portas non aperirēt, quid in eos aliud per vim fecimus quàm quòd ea ipsa parte irrupimus qua nos illi non admittebant? AEgros in eorum ædibus collocauimus: at illi suo se sumptu alunt. Ad portas præsidium constituimus, nempe ne sint ægri nostri in prætoris vestri potestate, atque vt arbitratu nostro tollere eos possimus. Cæteri (vt videtis) omnes sub dio tabernacula habemus, ordines tuemur, arma in promptu sunt, quò scilicet & iis qui de nobis bene mereātur, gratiam referre, & qui nos lacessierint, vlcisci possimus. Quòd verò interminatus es, Corylæ Paphlagonū præfecti vobis cōtra nos auxilia non defutura: si necesse fuerit, & vobiscum & cum illo pugnabimus, quando cum maiore multis quidem partibus hostium manu aliquando belli fortunam experti sumus. Atqui neque nobis ad Corylæ societatem erit aditus interclusus: eum etenim audimus ad maritimā oram, & ad agrum vrbémque vestram animum adiecisse. Hunc igitur nihil impediet quin eum nos ad ea quæ expetit occupanda iuuemus.

HECATONYMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Composita controuersia inter Græcos & Sinopenses, rogatur illi ipsi à Græcis, vt sibi de reliquo itinere fidele & prudens consilium dent. Hecatonymus princeps legationis hac, sua oratione deprecatus offensionem asperitatis, qua erat in superiore oratione vsus sententiam suam illis aperuit: iísque autor fuit vt mari potius quàm pedibus iter à Sinope vsque Heracleam conficerent. Ita enim vitaturos Paphlagonū impacatum & ferum genus, & asperam regionem quam fusius ideo iis describit. Vecturæ autem magnam facultatem ex suis & Heracleotarum nauibus habituros.

Εἰ μὲν συμβουλεύοιμι ἃ βέλτιστά μοι δοκεῖ εἶναι, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο· εἰ δὲ μή, τἀναντία. αὕτη γὰρ ἡ ἱερὰ συμβουλὴ λεγομένη εἶναι, δοκεῖ μοι παρεῖναι. νῦν γὰρ, ἂν μὲν εὖ συμβουλεύσας φανῶ, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ ἐπαινοῦντές με· ἂν δὲ κακῶς, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι. πράγματα μὲν οὖν οἶδ' ὅτι πολὺ πλείω ἕξομεν ἐὰν κατὰ θάλατταν κομίζησθε. ἡμᾶς γὰρ δεήσει τὰ πλοῖα πορίζειν· ἢν δὲ κατὰ γῆς στέλλησθε, ὑμᾶς δεήσει τοὺς μαχομένους εἶναι. ὅμως δὲ λεκτέα ἃ γιγνώσκω· ἔμπειρος γάρ εἰμι καὶ τῆς χώρας τῶν Παφλαγόνων καὶ τῆς δυνάμεως. ἔχει γὰρ ἡ χώρα ἀμφότερα, καὶ πεδία κάλλιστα, καὶ ὄρη ὑψηλότατα. καὶ πρῶτον μὲν οἶδα εὐθὺς ὅπου τὴν εἰσβολὴν ἀνάγκη ποιεῖσθαι. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλη ἢ ᾗ τὰ κέρατα τῆς ὁδοῦ τοῦ ὄρους καθ' ἑκάτερά ἐστιν ὑψηλά· ἃ κρατεῖν κατέχοντες καὶ

πάνυ ὀλίγοι δύναιντ' ἄν. τούτων δὲ κατεχομένων οὐδ' ἂν οἱ πάντες ἄνθρωποι δύναιντο διελθεῖν. ταῦτα δὲ καὶ δείξαιμι ἂν εἴ μοί τινα βούλεσθε συμπέμψαι. ἔπειτα δὲ οἶδα πεδία ὄντα, καὶ ἱππείαν ἣν αὐτοὶ οἱ βάρβαροι νομίζουσι κρείττω εἶναι ἁπάσης τῆς βασιλέως ἱππείας. καὶ νῦν οὗτοι οὐ παρεγένοντο βασιλεῖ καλοῦντι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον φρονεῖ ὁ ἄρχων αὐτῶν. ἢν δὲ καὶ δυνηθῆτε τά τε ὄρη κλέψαι, ἢ φθάσαι λαβόντες, καὶ ἐν τῷ πεδίῳ κρατῆτε μαχόμενοι τούς τε ἱππεῖς τούτους καὶ πεζούς, μυριάδας πλέον ἢ δώδεκα, ἥξετε ἐπὶ ποταμούς, πρῶτον μὲν, τὸν Θερμώδοντα, εὖρος τριῶν πλέθρων. ὃν χαλεπὸν οἶμαι διαβαίνειν, ἄλλως τε καὶ πολεμίων πολλῶν μὲν ἔμπροσθεν ὄντων, πολλῶν δὲ ὄπισθεν ἑπομένων· δεύτερον δ' Ἶριν, τρίπλεθρον ὡσαύτως· τρίτον δ' Ἅλυν, οὐ μεῖον δυοῖν σταδίοιν· ὃν οὐκ ἂν δύναισθε ἄνευ πλοίων διαβῆναι. πλοῖα δὲ τίς ἔσται ὁ παρέχων; ὡς δ' αὔτως καὶ ὁ Παρθένιος ἄβατος· ἐφ' ὃν ἔλθοιτε ἂν εἰ τὸν Ἅλυν τοῦτον διαβαίητε. ἐγὼ μὲν οὖν οὐ χαλεπὴν ὑμῖν εἶναι νομίζω τὴν πορείαν, ἀλλὰ παντάπασιν ἀδύνατον. ἂν δὲ πλέητε, ἔστιν ἐνθένδε μὲν εἰς Σινώπην παραπλεῦσαι, ἐκ Σινώπης δὲ εἰς Ἡράκλειαν· ἐξ Ἡρακλείας δὲ οὔτε πεζῇ οὔτε κατὰ θάλατταν ἀπορία. πολλὰ γάρ ἐστι πλοῖα ἐν Ἡρακλείᾳ.

EADEM LATINE,

Romulo Amaſæo interprete.

IAM verò quòd me de veſtro itinere conſulitis, deos omnes conteſtor ac precor, ſi vobis quod optimum duxero conſilium dedero, multa mihi vt ex voto eueniant: ſin aliter, aduerſa vt mihi ſint omnia. *Deuoui me iam, inquit, atque* hoc quidem eſt quod ſacrum conſilium dicitur. Nam ſi is fuerit quem opto conſilii mei euentus, mihi omnes gratiam habebitis: ſin aliter ceciderit, è vobis certè non deerunt qui me diris perſequantur. Equidem illud nihil dubito, ſi nauibus proficiſcamini, curam nobis non paruam ſuſcipiendam vt ſit vobis parata claſſis: quòd ſi pedibus iter facietis, veſtro vobis marte, cum iis qui ſe oppoſuerint, erit præliandum. Dicam tamen quæ vobis arbitror conducere. Mihi & Paphlagonum regio tota & populi opes notæ ſunt: regio ipſa & campis pulcherrimis, & altiſſimis montibus prædita eſt: ac primùm aditus habet difficillimos, inter montes diuiſa, in duo quaſi cornua: via maximè ardua: hac vtique ingrediamini neceſſe eſt. Quòd ſi eas fauces pauci homines obſederint, (neque eſt enim multis opus) illis inuitis, quantæcunque copiæ fuerint, penetrare non poterunt. Atque id ita ſe habere ex ipſo loco oſtendam, ſiquẽ de veſtris eò mecum miſeritis. At ſi in campos deſcenderitis, ibi equitatum offendetis, quem hoſtes regio equitatu multo meliorẽ ducunt: atque eo maximè confiſi, nuper euocati à rege, non ſunt ad eum profecti, quin & maiores ſpiritus habet eorum princeps. Quòd ſi vel clam penetraueritis, vel priores anguſtias occupaueritis, ac ipſos in campis equites prælio viceritis, pedeſtres etiam eorũ copias (quarum numerus nihilo eſt minor quàm hominum centena & amplius viginti millia) fuderitis: ad flumina certè vobis perueniendum fuerit, atque ad Thermodontem primùm, cuius latitudo quum ſit paſſ. LX. quàm facilè eũ traiicere vobis liciturum ſit, hoſtibus præſertim & à fronte reſiſtentibus, & à tergo vrgentibus, non eſt profectò difficile exiſtimare. Ad Irin deinde, cuius eadem omnino latitudo eſt: tum ad Halyn, qui quum ſtadia ipſa duo, quà latus eſt, pateat, hunc certè ſine nauibus nunquam transmittetis. nauium verò ecquiſnam vobis copiam facturus eſt? Iam verò Parthenius, ad quem venietis ſi Halyn traieceritis, nihilo is certè quàm ii quos antè nominaui, facilius trãſiri poteſt. Ego mehercule his omnibus de cauſis terreſtre iter non modò difficiles exitus habiturum, ſed planè interclusum vobis fore arbitror. Quòd ſi nauibus proficiſcamini, primùm Sinopen appelletis, illinc Heracleam: ab Heraclea, ſiue claſſe ſiue pedibus reliquum itineris conficere malitis, neutra vobis facultas defutura eſt, quum ea ciuitas nauium luculentam ſanè copiam habeat.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Placebat nonnullis ex ducibus Græcorum conſidere in iis partibus, in quas peruenerant. Xenophon in contraria erat ſentẽtia: ſed eam tamẽ occultabat, nec publicè quicquam ſuadebat, priuatimque adhibito aruſpice victimas inſpiciebat. Sed eum excitauit quorundam querimonia, qui dolebant eum ſua conſilia à communi vtilitate ſeiungere. Reſpondet ille hac concione, non ſe ſua vnius, ſed omnium cauſa & rem ſacram ad exta conſulenda feciſſe, & cõſilium iniiſſe: ſed hoc per exta ſcire voluiſſe, ſatiuſne eſſet ad eos referri, quàm celari. Sententiam ſuam aperit: quum eos nihil ad profectionem deficiat, non eſſe cur in his locis conſiſtant.

ΕΓΩ, ὦ ἄνδρες, θύομαι μὲν, ὡς ὁρᾶτε, ὁπόσα δύναμαι, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ὅπως ταῦτα τυγχάνω καὶ λέγων καὶ νοῶν καὶ πράττων ὁποῖα μέλλει τι ὑμῖν κάλλιστα καὶ ἄριστα ἔσεσθαι καὶ ἐμοί· καὶ νῦν ἐθυόμην

περὶ αὐτοῦ τούτου, εἰ ἄμεινον εἴη ἄρχεσθαι λέγειν εἰς ὑμᾶς καὶ πράττειν περὶ τούτων, ἢ παντάπασι μηδὲ ἅπτεσθαι τοῦ πράγματος. Σιλανὸς δέ μοι ὁ μάντις ἀπεκρίνατο τὸ μὲν μέγιστον, τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι (ᾔδει γὰρ καὶ ἐμὲ οὐκ ἄπειρον ὄντα, διὰ τὸ ἀεὶ παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς) ἔλεξε δὲ ὅτι ἐν τοῖς ἱεροῖς φαίνοιτό τις δόλος καὶ ἐπιβουλὴ ἐμοί· ὀρθῶς ἄρα γιγνώσκων ὅτι αὐτὸς ἐπεβούλευε διαβάλλειν με πρὸς ὑμᾶς. ἐξήνεγκε γὰρ τὸν λόγον ὡς ἐγὼ πράττειν ταῦτα διανοοίμην ἤδη, οὐ πείσας ὑμᾶς. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν ἀποροῦντας ὑμᾶς ἑώρων, τοῦτ' ἂν ἐσκόπουν, ἀφ' οὗ ἂν γένοιτο ὥστε λαβόντας ὑμᾶς πόλιν, τὸν μὲν βουλόμενον ἀποπλεῖν ἤδη, τὸν δὲ μὴ βουλόμενον, ἐπεὶ κτήσαιτο ἱκανὰ ὥστε καὶ τοὺς ἑαυτοῦ οἰκείους ὠφελῆσαί τι. ἐπεὶ δὲ ὁρῶ ὑμῖν καὶ τὰ πλοῖα πέμποντας Ἡρακλεώτας καὶ Σινωπεῖς, καὶ μισθὸν ὑπισχνουμένους ὑμῖν ἄνδρας ἀπὸ νουμηνίας, καλόν μοι δοκεῖ εἶναι, σῳζομένους ἔνθα βουλόμεθα, μισθὸν τῆς σωτηρίας λαμβάνειν· καὶ αὐτός τε ἀναπαύομαι ἐκείνης τῆς διανοίας, καὶ ὁπόσοι πρός με προσήεσαν, λέγοντες ὡς χρὴ ταῦτα πράττειν, ἀναπαύσασθαί φημι χρῆναι. οὕτω γὰρ γιγνώσκω· ὁμοῦ μὲν γὰρ ὄντες πολλοί, ὥσπερ νυνί, δοκεῖτε ἄν μοι καὶ ἔντιμοι εἶναι καὶ ἔχειν τὰ ἐπιτήδεια· (ἐν γὰρ τῷ κρατεῖν ἐστι καὶ τὸ λαμβάνειν τὰ τῶν ἡττωμένων) διασπασθέντες δέ, καὶ κατὰ μικρὰ γενομένης τῆς δυνάμεως, οὔτ' ἂν τροφὴν δύναισθε λαμβάνειν, οὔτε χαίροντες ἂν ἀπαλλάξητε. δοκεῖ οὖν μοι ἅπερ ὑμῖν, ἐκπορεύεσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα· καὶ ἄν τις μείνῃ, ἢ ἀπολιπών τινα ληφθῇ πρὶν ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι πᾶν τὸ στράτευμα, κρίνεσθαι αὐτὸν ὡς ἀδικοῦντα. καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτα, αἰρέτω τὴν χεῖρα.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

EGO, milites, pro vestra meáque salute, non desino deos per sacra consulere ac precari, vt quæ in mentem venerint aut dicere, aut facere, ea vobis cunctis, mihique bene ac feliciter eueniant. Atque hoc ipso tempore ob id ipsum sacra feci vt extis monentibus intelligerem, vtrum esset satius, vobiscum ea de re agere quæ mihi in mentem venerat, an verbum omnino nullum facere. Enimuero Silanus aruspex consulenti mihi respondit, bona (quod caput est) exta esse: sciebat enim non esse me omnino eius rationis, quæ ad exta pertinet, ignarum, quippe qui sacris multum interesse cõsueuerim. Tantùm dixit, occultos in meipsum dolos atque insidias significari: rectè ille quidem, qui iam cogitaret criminando me apud vos, in inuidiam vocare. diuulgauit enim sermonem, me hæc iam facere cogitare sine vestra sententia. Ego verò si vos in difficultate viderem esse, illud dispicerem qua ratione fieri posset vt, vrbe capta, nauigaret qui vellet: qui verò nollet, *id tum demum faceret* quum eas sibi copias comparasset quibus suos quisque facilè iuuare posset. Verùm quum mitti vobis ab Heracleotis & Sinopésibus naues videam, & certos esse homines qui stipendium vobis polliceantur ab ipso mensis initio, nihil fieri posse arbitror elegantius quàm si incolumes in patriam restituti, cum ipsa incolumitate mercedem etiam accipiamus. Ac ipse quidem pristinam cogitationem meam missam facio, & planè iis omnibus qui me hac de re conuenerunt, dico missam esse faciendam. Sic enim statuo, quoad vester iste exercitus integer fuerit, neque gloriam vobis, neque vllum commodorum genus defuturum. (In victoria est enim eorum bonorũ, quæ in hostiũ antè potestate fuerant, vendicatio.) Quòd si hæ copiæ dilabantur, comminuantúrque, neque vos arbitror commeatuum compotes futuros, neque satis honestè ex his locis discessuros. In Græciam igitur primo quoque tempore classe contendendum censeo: ac si quis hîc manserit, aut suos deseruerit, antequam vniuersum agmen in pacatis tutísque locis constiterit, hostis illum loco habendum. Hæc qui sua sententia rata esse velit, manum tollat.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Valebat gratia & autoritate in exercitu Xenophon: atque (vt fit) is splẽdor inuidiam illi apud nonnullos conflauit. Criminati enim sunt eum quidam, quòd dicerent ei esse in animo verba dare multitudini, & per speciem reuersionis eam in Colchos Phasis accolas deportare. Hoc autem multitudinem in eum exasperauit, vt iã res ad seditionem spectaret: ad quam sedandam, & ad obterendas liuidorum calumnias, simul ad alia mala quæ serpebãt coercenda, hanc concionẽ habuit: cuius partes sunt duæ, ipsa cõcionis interpellatione distinctæ: priore crimẽ cõiectũ ab inuidis diluit, & Græcos docẽdi causa quasi in rẽ præsentẽ adducit. Descriptis enim cæli regionibus ostẽdit quò dirigere nauigationẽ velit, & quis ille sit tractus: eisq; illum errorẽ eripit. Rem enim esse apertiorẽ quàm vt eos, vel si vẽlit, possit ludificari. Ibi inuehitur in maleuolorum impudentiam.

Altera eſt pars qua commemorat indignam iniuriam Ceraſuntiis (qui populi ſunt earum partium quas peragrabant) per ſummam licentiam & crudelitatem factam: eam exaggerat. Quanta ſint ex ea petulantia & impunitate incommoda ad eos reditura, demonſtrat: hortatur vt prouideat, & tot malis naſcentibus & ſe in dies corroborantibus occurrant.

Ἀκούω τινὰ διαβάλλειν, ὦ ἄνδρες, ἐμὲ, ὡς ἐγὼ ἄρα ἐξαπατήσας ὑμᾶς μέλλω ἄγειν εἰς Φᾶσιν. ἀκούσατε οὖν μου πρὸς θεῶν· καὶ ἐὰν μὲν ἐγὼ φαίνωμαι ἀδικῶν, οὐ χρή με ἐνθένδε ἀπελθεῖν πρὶν ἂν δῶ τὴν δίκην· ἂν δ' ὑμῖν φαίνωνται ἀδικοῦντες οἱ ἐμὲ διαβάλλοντες, οὕτως αὐτοῖς χρῆσθε ὥσπερ ἄξιον. ὑμεῖς δὲ ἐπίστασθε δήπου ὁπόθεν ὁ ἥλιος ἀνίσχει, καὶ ὅποι δύεται· καὶ ὅτι ἐὰν μέν τις εἰς τὴν Ἑλλάδα μέλλῃ ἰέναι, πρὸς ἑσπέραν δεῖ πορεύεσθαι· ἐὰν δέ τις βούληται εἰς τοὺς βαρβάρους, τοὔμπαλιν πρὸς ἕω. ἔστιν οὖν ὅστις τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὡς ὁ ἥλιος ἔνθα μὲν ἀνίσχει, δύεται δ' ἐνταῦθα; ἔνθεν δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν; ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτό γε ἐπιστάμεθα, ὅτι ὁ βορέας μὲν ἔξω τοῦ Πόντου εἰς τὴν Ἑλλάδα φέρει, νότος δὲ εἴσω εἰς Φᾶσιν· καὶ ἀεὶ λέγετε ὅτι ὁ βορρᾶς πνεῖ, ὥστε καλὸν πλοῖα εἶναι καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα. τοῦτο οὖν ἔστιν ὅπως τις ἂν ἐξαπατήσαι, ὥστ' ἐμβαίνειν ὁπόταν νότος πνέῃ; ἀλλὰ γὰρ ὑμᾶς ὁπόταν γαλήνη ᾖ ἐμβιβῶ; οὐκοῦν ἐγὼ μὲν ἐν ἑνὶ πλοίῳ πλευσοῦμαι, ὑμεῖς δὲ τοὐλάχιστον ἐν ἑκατόν· πῶς ἂν οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ἢ βιασαίμην σὺν ἐμοὶ πλεῖν μὴ βουλομένους, ἢ ἐξαπατήσας ἄγοιμι; ποιῶ δ' ὑμᾶς ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν· καὶ δὴ καὶ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν· γνώσεσθε δήπου ὅτι οὐκ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐστέ· καὶ ἐγὼ μὲν ἔσομαι ὁ ἐξηπατηκὼς εἷς ὑμᾶς, ὑμεῖς δὲ οἱ ἐξηπατημένοι, ἐγγὺς μυρίων, ἔχοντες ὅπλα. πῶς ἂν οὖν εἷς ἀνὴρ μᾶλλον δοίη δίκην ἢ οὕτω περὶ αὑτοῦ τε καὶ ὑμῶν βουλευόμενος; ἀλλ' οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι ἀνδρῶν ἠλιθίων, καὶ ἐμοὶ φθονούντων ὅτι ἐγὼ ὑφ' ὑμῶν τιμῶμαι. καίτοι οὐ δικαίως γ' ἄν μοι φθονοῖεν. τίνα γὰρ αὐτῶν κωλύω ἢ λέγειν εἴ τίς τι δύναται ἀγαθὸν ἐν ὑμῖν, ἢ μάχεσθαι, εἴ τις ἐθέλοι, ὑπὲρ ὑμῶν τε καὶ ἑαυτοῦ; ἢ ἐγρηγορέναι περὶ τῆς ὑμετέρας ἀσφαλείας ἐπιμελόμενον; τί γὰρ, ἄρχοντας αἱρουμένων ὑμῶν, ἐγώ τινι ἐμποδών εἰμι; παρίημι, ἀρχέτω· μόνον ἀγαθόν τι ποιῶν φαινέσθω. ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ περὶ τούτων τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τις ὑμῶν ἢ αὐτὸς ἂν ἐξαπατηθῆναι οἴεται ταῦτα, ἢ ἄλλον ἐξαπατῆσαι ταῦτα λέγων, διδασκέτω. ὅταν δὲ τούτων ἅλις ἔχητε, μὴ ἀπέλθητε πρὶν ἂν ἀκούσητε οἷον ὁρῶ ἐν τῇ στρατιᾷ ἀρχόμενον πρᾶγμα, ὃ εἰ ἔπεισι, καὶ ἔσται οἷον ἐπιδείκνυσιν, ὥρα ἡμῖν βουλεύεσθαι περὶ ἡμῶν αὐτῶν, μὴ κάκιστοί τε καὶ αἴσχιστοι ἄνδρες φαινώμεθα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων, καὶ φιλίων καὶ πολεμίων, καὶ καταφρονηθῶμεν. Καὶ μετ' ὀλίγα, Ἐπίστασθέ μου (φησὶν) ὅτι χωρίον ἦν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς βαρβαρικοῖς φίλιον τοῖς Κερασουντίοις, ὅθεν κατιόντες τινὲς καὶ ἱερεῖα ἐπώλουν ἡμῖν, καὶ ἄλλα ὧν εἶχον. δοκοῦσι δέ μοι καὶ ὑμῶν τινὲς εἰς τὸ ἐγγυτάτω χωρίον τούτων ἐλθόντες, ἀγοράσαντές τι πάλιν ἐλθεῖν. τοῦτο καταμαθὼν Κλεάρατος ὁ λοχαγὸς ὅτι μικρὸν εἴη, καὶ ἀφύλακτον, διὰ τὸ φίλιον νομίζειν εἶναι, ἔρχεται ἐπὶ αὐτοὺς νυκτὸς ὡς πορθήσων, οὐδενὶ ἡμῶν εἰπών. διενενόητο δὲ, εἰ λάβοι τὸ χωρίον, εἰς μὲν τὸ στράτευμα μηκέτι ἐλθεῖν, ἐμβὰς δ' εἰς πλοῖον ἐν ᾧ ἐτύγχανον οἱ σύσκηνοι αὐτοῦ παραπλέοντες, καὶ ἐνθέμενος εἴ τι λάβοι, ἀποπλέων οἴχεσθαι ἔξω τοῦ Πόντου. καὶ ταῦτα συνωμολόγησαν αὐτῷ οἱ ἐν τῷ πλοίῳ σύσκηνοι, ὡς ἐγὼ νῦν αἰσθάνομαι. παρακαλέσας οὖν ὁπόσους ἔπειθεν, ἦγεν ἐπὶ τὸ χωρίον. πορευόμενον δὲ αὐτὸν φθάνει ἡμέρα γενομένη, καὶ συστάντες οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ ἰσχυρῶν τόπων βάλλοντες καὶ παίοντες, τόν τε Κλεάρατον ἀποκτείνουσι καὶ τῶν ἄλλων συχνούς· οἱ δέ τινες καὶ εἰς Κερασοῦντα αὐτῶν ἀποχωροῦσι. ταῦτα δ' ἦν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἡμεῖς δεῦρο ἐξωρμῶμεν πεζῇ. τῶν δὲ παραπλεόντων ἔτι τινὲς ἦσαν ἐν Κερασοῦντι, οὔπω ἀνηγμένοι. μετὰ τοῦτο, ὡς οἱ Κερασούντιοι λέγουσιν, ἀφικνοῦνται τῶν ἐκ τοῦ χωρίου τρεῖς ἄνδρες τῶν γεραιτέρων, πρὸς τὸ κοινὸν τὸ ἡμέτερον χρῄζοντες ἐλθεῖν. ἐπεὶ δ' ἡμᾶς οὐ κατέλαβον, πρὸς τοὺς Κερασουντίους ἔλεγον ὅτι θαυμάζοιεν τί ἡμῖν δόξειεν ἐλθεῖν πρὸς αὐτούς. ἐπεὶ μέντοι σφᾶς λέγειν ἔφασαν ὅτι οὐκ ἀπὸ κοινοῦ γένοιτο τὸ πρᾶγμα, ἥδεσθαί τε αὐτοὺς καὶ μέλλειν πλεῖν δεῦρο ὡς ὑμῖν λέξειαν τὰ γενόμενα, καὶ τοὺς νεκροὺς θάπτειν αὐτοὺς κελεύειν λαβόντας τοὺς τούτου δεομένους. τῶν δ' ἀποφυγόντων τινὲς Ἕλληνες ἔτυχον ἔτι ὄντες ἐν Κερασοῦντι· αἰσθόμενοι δὲ τοὺς βαρβάρους ὅποι ἴοιεν, αὐτοί τε ἐτόλμησαν βάλλειν τοῖς λίθοις, καὶ τοῖς ἄλλοις διεκελεύοντο. καὶ οἱ ἄνδρες ἀποθνήσκουσι, τρεῖς ὄντες οἱ πρέσβεις, καταλευσθέντες. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, ἔρχονται πρὸς ἡμᾶς οἱ Κερασούντιοι, καὶ λέγουσι τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡμεῖς οἱ στρατηγοὶ ἀκούσαντες, ἠχθόμεθα τοῖς γεγενημένοις· καὶ ἐβουλευόμεθα σὺν τοῖς Κερασουντίοις πῶς ἂν ταφείησαν οἱ τῶν Ἑλλήνων νεκροί. συγκαθήμενοι δ' ἔξωθεν τῶν ὅπλων, ἐξαίφνης ἀκούομεν θορύβου πολλοῦ, Παῖε, παῖε, βάλλε, βάλλε. καὶ τάχα δὴ ὁρῶμεν πολλοὺς προσθέοντας, λίθους δ' ἔχοντας ἐν ταῖς χερσὶ, τοὺς δὲ καὶ ἀναιρουμένους. καὶ οἱ μὲν Κερασούντιοι, ὡς ἂν καὶ ἑωρακότες τὸ παρ' ἑαυτοῖς πρᾶγμα, δείσαντες ἀποχωροῦσι πρὸς τὰ πλοῖα. ἦσαν δὲ νὴ Δία οἳ καὶ ἡμῶν ἔδεισαν. ἔγωγε μὴν ἦλθον πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἠρώτων ὅ,τι ἐστὶ τὸ πρᾶγμα. τῶν δ' ἦσαν μὲν οἳ οὐδὲν ᾔδεσαν, ὅμως δὲ λίθους εἶχον ἐν ταῖς χερσίν. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰδότι τινὶ ἐνέτυχον, λέγει μοι ὅτι οἱ ἀγορανόμοι δεινότατα ποιοῦσι τὸ στράτευμα. καὶ ἐν τούτῳ τις ὁρᾷ τὸν ἀγορανόμον Ζήλαρχον πρὸς τὴν θάλατταν ἀναχωροῦντα, καὶ ἀνέκραγεν. οἱ δ' ὡς ἤκουσαν, ὥσπερ συὸς ἀγρίου ἢ ἐλάφου φανέντος, ἵενται ἐπ' αὐτόν. οἱ δὲ Κερασούντιοι, ὡς εἶδον ὁρμῶντας καθ' ἑαυτοὺς, νομίσαντες ἐπὶ σφᾶς ἵεσθαι, φεύγουσι δρόμῳ καὶ ἐμπίπτουσιν εἰς τὴν θάλατταν. συνεισέπεσον δὲ καὶ ἡμῶν αὐτῶν τινες, καὶ ἐπνίγετο ὅστις μὴ ἐτύγχανεν ἐπιστάμενος νεῖν. καὶ τούτους τί δοκεῖτε; ἠδίκουν μὲν οὐδὲν, ἔδεισαν δὲ μὴ λύττα τις ὥσπερ κυσὶν ἡμῖν ἐμπεπτώκοι. εἰ οὖν ταῦτα ἔσται, θεάσασθε οἵα κατάστασις ἡμῖν ἔσται τῆς στρατιᾶς. ὑμεῖς μὲν οἱ πάντες οὐκ ἔσεσθε κύριοι οὔτ' ἀνελέσθαι πόλεμον ᾧ ἂν βούλησθε, οὔτε καταλῦσαι· ἰδίᾳ δὲ ὁ βουλόμενος ἄξει στράτευμα ἐφ' ὅ,τι ἂν ἐθέλῃ. κἄν τινες πρὸς ὑμᾶς ἴωσι πρέσβεις ἢ εἰρήνης δεόμενοι ἢ ἄλλου τινὸς, κατακαίνοντες τούτους οἱ βουλόμενοι, ποιήσουσιν ὑμᾶς τῶν λόγων μὴ ἀκοῦσαι τῶν πρὸς ὑμᾶς ἰόντων. ἔπειτα δὲ οὓς μὲν ἂν ὑμεῖς ἅπαντες ἕλησθε ἄρχοντας, ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ ἔσονται· ὅστις δ' ἂν ἑαυτὸν ἕληται στρατηγὸν, καὶ ἐθέλῃ λέγειν Βάλλε βάλλε, οὗτος ἔσται ἱκανὸς καὶ ἄρχοντα κατακαίνειν καὶ ἰδιώτην ὑμῶν ὃν ἂν ἐθέλῃ ἄκριτον, ἂν ὦσιν οἱ πεισόμενοι αὐτῷ, ὥσπερ καὶ νῦν ἐγένετο. οἷα δ' ἡμῖν πεπράχασιν οἱ αὐθαίρετοι οὗτοι στρατηγοὶ σκέψασθε. Ζήλαρχος μὲν γὰρ ὁ ἀγορανόμος εἰ μὲν ἀδικεῖ ὑμᾶς, οἴχεται ἀποπλέων, οὐ δοὺς ὑμῖν δίκην· εἰ δὲ μὴ ἀδικεῖ, φεύγει ἐκ τοῦ στρατεύματος, δείσας μὴ ἀδίκως ἄκριτος ἀποθάνῃ. οἱ δὲ καταλεύσαντες τοὺς πρέσβεις, διεπράξαν-

τὸ ὑμῖν μόνοις μὲν τῶν Ἑλλήνων εἰς Κερασοῦντα μὴ ἀσφαλὲς εἶναι, ἐὰν μὴ σὺν ἰσχύϊ, ἀφικνεῖσθαι. τοὺς δὲ νεκροὺς, οὓς πρόσθεν αὐτοὶ οἱ κατακανόντες ἐκέλευον θάπτειν, τούτοις διεπράξαντο μηδὲ σὺν κηρυκίῳ ἔτι ἀσφαλὲς εἶναι ἀνελέσθαι. τίς γὰρ ἐθελήσει κῆρυξ ἰέναι, κήρυκας ἀπεκτονώς; ἀλλ' ἡμεῖς Κερασουντίων θάψαι αὐτοὺς ἐδεήθημεν. εἰ μὲν οὖν καλῶς ἔχει ταῦτα, δοξάτω ὑμῖν· ἵνα, ὡς τοιούτων ἐσομένων, καὶ φυλακὴν ἰδίᾳ ποιήσῃ τις, καὶ τὰ ἐρυμνὰ ὑπερδέξια πειρᾶται ἔχων σκηνοῦν. εἰ μέντοι δοκεῖ ὑμῖν θηρίων, ἀλλὰ μὴ ἀνθρώπων εἶναι τὰ τοιαῦτα ἔργα, σκοπεῖτε παῦλάν τινα αὐτῶν· εἰ δὲ μὴ, πρὸς Διὸς, πῶς ἢ θεοῖς θύσομεν ἡδέως, ποιοῦντες ἔργα ἀσεβῆ, ἢ τοῖς πολεμίοις πῶς μαχούμεθα, ἢν ἀλλήλους κατακαίνωμεν; πόλις δὲ φιλία τίς ἡμᾶς δέξεται, ἥτις ἂν ὁρᾷ τοσαύτην ἀνομίαν ἐν ἡμῖν; ἀγορὰν δὲ τίς ἄξει θαρρῶν, ἢν περὶ τὰ μέγιστα τοιαῦτα ἐξαμαρτάνοντες φαινώμεθα; οὗ δὲ δὴ πάνυ οἰόμεθα τεύξεσθαι ἐπαίνου, τίς ἂν ἡμᾶς τοιούτους ὄντας ἐπαινέσειεν; ἡμεῖς μὲν γὰρ οἶδ' ὅτι πονηροὺς ἂν φαίημεν εἶναι τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

AVdio, milites, nonnullos esse qui me apud vos in inuidiam rapiant, quum dicant operam me dare vt intra Phasin vos dolo circumuentos deducam. Audite nunc me, per deos immortales vos obtestor, ac deinde si me scitis decretísque vestris fraudem vllam facere iudicaueritis, nihil deprecor quin antequam è vestro conspectu discedam, de me supplicium sumatis: sin eos qui me criminantur, planè cognoueritis id dare operam vt me per calumniam euertant, illos vt dignum est tractate. Neminem omnino vestrûm esse opinor qui vbi sol oriatur, atque vbi idem occidat, ignoret: aut qui non planè norit, eos qui in Græciam nauibus eant, ad occasum nauigare: contrà verò ad ortum, qui in Asiam contendant. Ecquis, obsecro, in re tam perspicua vobis imponat, persuadeátque & ibi oriri solem vbi occidit, rursúsque occidere qua in parte oritur? Atqui & illud scimus omnes, aquilonem in Græciam, austrum ad Phasin nauigantibus secundum esse. Nam & inter vos illud crebrò vsurpatur, flare nunc aquilonem: nauigia si parata essent, vehi vos in Græciam secundissima tempestate posse. Quis igitur tam ad fallendum callidus & paratus, vt soluere austro flante vos inducat? At vos tunc nimirum conscendere iubebo, quum à ventis fuerit trãquillum mare? Atqui non pluribus ego nauibus quàm vna vehi possum, & vos, vt minimũ, singulas naues in cohortes descripti occupabitis: quî possim igitur vos cogere, vt inuiti me sequamini? Sed esto, decepti à me, & quasi præstigiis quibusdam circumuenti, Phasidis ostia vnà mecum intretis: quid quum iam descenderimus? ex ipso regionis habitu non intelligetis credo, non esse eam Græciam. Ibi vnus ero qui vos decepero: vos verò decepti, ad x millia hominum, armati: & possim ego existimare me vobis meritas pœnas non daturum: aut in quem vnquam animaduerteretur, si non in eum, qui ita sibiipsi ac vobis simul malè consuluerit? At sunt, mihi credite, hi sermones non stultorum magis, quàm inuidentium quòd vident mihi à vobis honorẽ haberi. quo sanè nomine nõ iure mihi illi inuident. Cui enim ego obsisto quominus aut quæ rectè sentiat, liberè dicat: aut pro vobis, si velit, pugnet: aut postremò res vestras vigilantia studióque suo tueatur? Iam verò cui ego aduersor, quin imperium suffragio vestro cõsequatur? Per me quiuis imperet licet, modò vt appareat antiquissimam illi vestrorum esse commodorum rationem. Atque hæc quidem mihi contra maleuolorum crimina dicta sint. Quòd si quis vel se decipi iudicat, vel alium quemuis, prodeat & vos apertè doceat. Nunc quum de his satis, non antè vobis censeo discedendum quàm quæ nuper acciderunt, cognoscatis: quæ si latius, vti cœperunt, serpserint, vobis primo quoq; tempore salutare quodpiã consilium ineũdum existimo, ne flagitiosissimi omnium ac turpissimi reperiamur, ac in deorum atque hominum, neque magis hostium quàm amicorum offensionem incurramus. *Et paulo pòst*, Scitis, *inquit*, in barbarorum hisce montibus vicos esse in Cerasuntiorum fide, è quibus ad nos certi homines descendere, & victimas vendere, atque alias huiusmodi res quibus ipsi abundarent, soliti fuerant. Vestrûm etiam existimo nonnullos in proximum vicum aliquando nundinandi causa venisse. Id quum Clearatus centurio animaduertisset, ac planè videret vicum eum & paruum esse, & nullis firmatum præsidiis, quòd à nobis incolæ nihilo plus quàm ab amicis metuebant, noctu, quum nihil nostrûm cuiquam ea de re dixisset, eò diripiendi spe impulsus contendit. Statuerat autem si vicum cepisset, neutiquam amplius in

S.iii.

castra redire:sed quum eius cõtubernales naui fortè proximum littus legerent, in eam præda omni imposita,è Ponto aufugêre:atque eius consilii iidem, quod nunc demum intelligo,contubernales participes erant. Quoscunque igitur potuit ad facinoris societatem adducere,cum iis ad vicum oppugnandũ perrexit. Sedenim quum non potuisset ante lucem eò peruenire,patefactis insidiis,tota ea vicinitas ad propulsandam iniuriam cõcurrit, ac de superiore loco missilibus ac gladiis nostros reiecerunt: è quibus & Clearatum,& ex eius cohorte non paucos occidêre,multi Cerasuntem confugêre.Atque hæc eo ipso die gesta sunt, quo nos pedibus huc mouimus. Erant ex iis qui adnauigabant nonnulli,qui Cerasunte nondum soluerant:quum interea(quemadmodum Cerasuntii narrant)ex eo vico venêre legati tres de natu maximis,ad exercitum nostrũ à suis missi:quem quum illic non offendissent, apud Cerasuntios mirari se planè dixerunt quid ita nobis in mentem venisset sibi bellum inferre. Eos se docuisse aiunt Cerasuntii,non esse id commissum publico consilio:ac illos,quum id audissent, lætatos, fuisseque ad nos nauigaturos,vt de tota re nos docerent,atque vt cadauera, si reperissemus,ad sepulturam concederent.Id quum rescissent,qui paulò antè ex illa clade Cerasuntem aufugerant,obseruato legatorum itinere,& ipsi priores in eos lapides iecerunt, & alios vt iacerent incitarunt.Tres itaque legati,grandes iã natu,lapidibus obruti sunt. Hæc quũ ita se haberet, veniunt ad nos Cerasuntii,ac rem totam renuntiant. Omnes quidem duces vehementer commoti sumus: interea verò dum de Græcis sepeliendis consultãtes,cum Cerasuntiis extra præsidia nostra staremus, de improuiso ad aures tumultuosissima vox perfertur clamantium, Cæde,cæde, iace, iace:ac simul multos incursantes videmus,quorum partim lapides iam arripuerant,partim humo tollebant. Cerasuntii nempe,qui quæ paulo antè apud se acta erant, adhuc quasi in oculis ferebant,cum trepidatione & cursu ad naues confugiunt:& planè ex nobis etiam fuerunt qui nonnihil metuerent.Ego ad illos tamen accedens,quid rei esset quæsiui. Quorum multi planè quid agerent nesciebant, quum lapides tamen manibus tenerent: nactus tandem hominem rei non ignarum, ex eo audio ab annonæ præfectis exercitum iniuriosissimè tractari. Atque interea Zelarchum, qui è præfectis annonæ vnus erat, quidam ad mare confugientem conspicatus, magna voce cæteris signum dedit: vniuersi verò,non aliter quàm aprum aut ceruum venatores solẽt,hunc sunt insequuti. At Cerasuntii in se impetum fieri arbitrati,quum illos viderent aduersum se currere, statim terga vertentes,non prius à cursu destiterunt quàm se in mare abiicerent,quò & de nostris nonnulli irruerũt,ac planè omnes qui minus natare sciebant,periere. Quid autem eos *peccasse* putatis?Id sanè metuerunt,ne illi in se quasi in canes rabie incitati ruerent. Quòd si in his conniueamus, facilè existimare potestis, qui sit status futurus vniuersi exercitus.Penes vos certè nõ erit amplius,aut suscipiẽdi contra quos velitis,aut,vbi visum fuerit,finiẽdi belli autoritas:sed priuato consilio quilibet quocunque voluerit copias ducet. Ac sic qui populi ad nos, vel de pace, vel quauis alia de re legatos miserint: eos, erunt qui antè opprimãt quàm quid afferant cognoscere possimus. Adhæc, duces vestris omnium suffragiis creati,nullo loco erunt. Qui verò seipsum ducem legerit, ac vocem illam vsurparit, Iace,iace,is nostrûm quemuis siue ducem, siue gregarium militem nactus,si modò sint qui ei pareant (vt nunc accidit) indemnatum de medio tollet.Ac nunc quid sit actum ab hisce qui se autoritate sua duces crearunt, considerate. Zelarchus annonæ præfectus,siquid in vos commisit, impunè abiens iudicium subterfugit:sin vos ille nihil omnino læserat, veritus ne paucorum impetu sine vllo iudicio opprimeretur,fuga saluti suæ consuluit.Iam verò qui legatos lapidibus obruerunt, nos planè solos è Græcis Cerasunte excluserunt, nisi fortè armis irrumpere conemur. Nam quod ad nostrorum cadauera attinet, quæ illi ipsi qui cædem fecerant, vltrò nos tollere ad sepulturam iubebant:ea certè, ne caduceum quidem præferentibus repetere satis tutum futurum est.Quis enim ad illos audeat cum caduceo venire,quorum caduceatores occiderit?At nos Cerasuntios vt cæsos sepelirent rogauimus. Hæc igitur rectène,atque ita vti ius fásque sit, gerãtur,vos existimate. Nam si ita visum fuerit,priuatim sibi quisque ab hac hominum insolentia cauebit: ac quocunque venerit, vt superiore ac munitiore loco tabernacula habeat,operam dabit. sin ferarum hos esse mores non

hominum statuitis, cogitare debetis quæ sit futura huius licentiæ coercendæ ratio optima. Nam vt nunc res est, quî aut rem diuinam facere bona cum spe, qui deorum fidē ac religionē tam impiè ac nefariè violauerimus: aut cùm hostibus alacriter ac fidenter pugnare possumus, qui nostros tam crudeliter opprimamus? Vel quæ nos ciuitas recipiet, quum nostra fuerit omnibus testata immanitas? Et quis nos iam ad forum suum admittet, quos rescierit nulla verecundia absterritos quin socios grauissimis iniuriis affecerimus? Postremò neque laudem (opinor) amplius, cuius fuimus semper maximè appetentes, vllam consequemur. quis enim talibus vnquam hominibus laudis vllum genus impertiatur? Nos certè, satis scio, improbos ac sceleratos appellaremus, quos huiuscemodi culpæ affines fuisse intelligeremus.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quæstione habita, animaduersum est in ducum delicta, & mulcta aliquot eorum dicta. Ibi postulatus est Xenophon, quòd in milites fuisset durior: & extiterunt quidē nōnulli qui se ab eo cæsos quererentur. Is primùm altercatione atque interrogatione, deinde hac oratione in conuentu habita, causam dixit. factum non inficiatur, sed rectè factum defendit: negat aliter incolumes esse potuisse eos ipsos quibus plagas inflixerit; nedum vt salua esse potuerit disciplina militaris in illorum impunitate. itaque factum ipsum narrat, & tria exempla id genus refert. Pòst, argumentis probat iure id à se fuisse factum. Postremùm, indignū sibi videri dicit commemorari leues animaduersiones, sepeliri verò obliuione sua beneficia.

Ἐγώ, ὦ ἄνδρες, ὁμολογῶ παῖσαι δὴ ἄνδρας πολλοὺς ἕνεκα ἀταξίας, οἷς σώζεσθαι μὲν ἤρκει δι' ὑμᾶς, ἐν τάξει τε ἰόντων καὶ μαχομένων ὅπου δέοι· αὐτοὶ δὲ λιπόντες τὰς τάξεις, προθέοντες ἁρπάζειν ἤθελον, καὶ ὑμῶν πλεονεκτεῖν. εἰ δὲ τοῦτο πάντες ἐποιοῦμεν, ἅπαντες ἂν ἀπωλόμεθα. ἤδη δὲ καὶ μαλακιζόμενόν τινα καὶ οὐκ ἐθέλοντα ἀνίστασθαι, ἀλλὰ προϊέμενον ἑαυτὸν τοῖς πολεμίοις, καὶ ἔπαισα καὶ ἐβιασάμην πορεύεσθαι. ἐν γὰρ τῷ ἰσχυρῷ χειμῶνι καὶ αὐτός ποτε ἀναμένων τινὰς συσκευαζομένους, καθεζόμενος συχνὸν χρόνον, κατέμαθον ἀναστὰς μόγις καὶ τὰ σκέλη μόγις ἐκτείνας. ἐν ἐμαυτῷ οὖν πεῖραν λαβὼν ἐκ τούτου, καὶ ἄλλον ὁπότε ἴδοιμι καθήμενον καὶ βλακεύοντα, ἤλαυνον. τὸ γὰρ κινεῖσθαι καὶ ἀνδρίζεσθαι παρεῖχε θερμασίαν τινὰ καὶ ὑγρότητα· τὸ δὲ καθῆσθαι καὶ ἡσυχίαν ἔχειν, ἑώρων ὑπουργὸν ὂν τῷ τε ἀποπήγνυσθαι τὸ αἷμα, καὶ τῷ ἀποσήπεσθαι τοὺς τῶν ποδῶν δακτύλους· ἅπερ πολλοὺς καὶ ὑμεῖς ἴστε παθόντας. ἄλλον δέ γε ἴσως ὑπολειπόμενον διὰ ῥᾳστώνην, καὶ κωλύοντα καὶ ὑμᾶς τοὺς πρόσθεν καὶ ἡμᾶς τοὺς ὄπισθεν πορεύεσθαι, ἔπαισα πύξ, ὅπως μὴ λόγχῃ ὑπὸ τῶν πολεμίων παίοιτο. καὶ γὰρ οὖν νῦν ἔξεστιν αὐτοῖς σωθεῖσιν, εἴ τι ὑπ' ἐμοῦ ἔπαθον παρὰ τὸ δίκαιον, δίκην λαβεῖν· εἰ δ' ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο, τί μέγα ἂν οὕτως ἔπαθον ὅτου δίκην ἠξίουν λαμβάνειν; ἁπλοῦς μοι ὁ λόγος. ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασά τινα, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην οἵαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. εἰ δὲ ὕβρει νομίζετέ με ταῦτα πράττειν, ἐνθυμήθητε ὅτι νῦν ἐγὼ θαρρῶ σὺν τοῖς θεοῖς μᾶλλον ἢ τότε, καὶ θρασύτερός εἰμι νῦν ἢ τότε, καὶ οἶνον πλείω πίνω, ἀλλ' ὅμως οὐδένα παίω. ἐν εὐδίᾳ γὰρ ὁρῶ ὑμᾶς. ὅταν δὲ χειμὼν ᾖ, καὶ θάλαττα μεγάλη ἐπιφέρηται, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ νεύματος μόνου ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν πρῳρεὺς τοῖς ἐν πρῴρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ; ἱκανὰ γὰρ ἐν τῷ τοιούτῳ καὶ μικρὰ ἁμαρτηθέντα πάντα συνεπιτρῖψαι. ὅτι δὲ δικαίως ἔπαιον αὐτούς, καὶ ὑμεῖς κατεδικάσατε τότε. ἔχοντες γὰρ οὐ ψήφους ἀλλ' ὅπλα, παρειστήκειτε, καὶ ἐξῆν ὑμῖν ἐπικουρεῖν αὐτοῖς, εἰ ἐβούλεσθε. ἀλλὰ μὰ Δία οὔτε τούτοις ἐπεκουρεῖτε, οὔτε σὺν ἐμοὶ τὸν ἀτακτοῦντα ἐπαίετε. τοιγαροῦν ἐξουσίαν ἐποιήσατε τοῖς κακοῖς αὐτῶν, ὑβρίζειν ἐῶντες αὐτούς. οἶμαι γάρ, εἰ ἐθέλετε σκοπεῖν, τοὺς αὐτοὺς εὑρήσεσθαι τότε κακίστους, καὶ νῦν ὑβριστοτάτους. Βοΐσκος μὲν οὖν ὁ πύκτης ὁ Θετταλὸς τότε μὲν διεμάχετο, ὡς κάμνων, ἀσπίδα μὴ φέρειν· νῦν δ', ὡς ἐγὼ ἀκούω, Κοτυωριτῶν πολλοὺς ἀποδέδυκεν. ἂν οὖν σωφρονῆτε, τοῦτον τἀναντία ποιήσετε ἢ τοὺς κύνας ποιοῦσι. τοὺς μὲν γὰρ κύνας τοὺς χαλεποὺς τὰς μὲν ἡμέρας δεσμεύουσι, τὰς δὲ νύκτας ἀφιᾶσι· τοῦτον δέ, ἂν σωφρονῆτε, τὴν νύκτα μὲν δήσετε, τὴν δὲ ἡμέραν ἀφήσετε. ἀλλὰ γὰρ θαυμάζω ὅτι εἰ μέν τινι ὑμῶν ἀπηχθόμην, μέμνησθε, καὶ οὐ σιωπᾶτε. εἰ δέ τῳ ἢ χειμῶνα ἐπεκούρησα, ἢ πολέμιον ἀπήρυξα, ἢ ἀσθενοῦντι ἢ ἀποροῦντι συνεξεπόρισά τι, τούτων δὲ οὐδεὶς μέμνηται. οὐδ' εἴ τινα καλῶς τι ποιοῦντα ἐπῄνεσα, οὐδ' εἴ τιν' ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα ἐτίμησα ὡς ἐδυνάμην, οὐδὲ τούτων μέμνησθε. ἀλλὰ μὴν καλόν γε καὶ δίκαιον καὶ ὅσιον καὶ ἥδιον τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μεμνῆσθαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

EGO multos me fateor pulsasse, quòd ab illis ordinem deseri videbam: quibus, si conseruato ordine pugnassent quoties ita res tulisset, satis esse poterat, si vestra maximè opera salui essent: at illi, quum maiorem quàm vos prædā asportare cuperēt, sæpius excurrebant: quòd si idem fecissemus omnes, planè perissemus omnes. Quin

torpentẽ nescio quẽ ac desidentẽ quũ offendissem, quique se vltrò hostibus præ inertia dediturus videretur, illum ego pulsaui, séque erigere ac progredi iussi. Ex meipso enim intelligebã, in magna hyemis acerbitate desidendo, tanto inertiora ac pigriora corpora reddi: qui si fortè paululũ commoratus essem, vt fit, eos qui sarcinas colligerent expectans, sentiebam crura præ frigore obtorpescere. Meo itaque periculo doctus, vbi se quẽ pigritiæ dedentem ac quasi frigore stupentem vidissem, illum ego commouebam, quòd intelligerem motu ac virili quadam corporis exercitatione recalescere membra, & humorem euocari: contrà verò efficere quietem & tarditatem, vt sanguis quasi gelu concretus intabescat, atque ex eo (quod ipsi multis accidisse scitis) pedum digiti obrigescant. Sed & alium quem fortasse inertia ac torpore contractum, per quem neque principia agminis progredi, neque strenuè sequi poterant qui in tergo erant, pugno verberaui, ne hasta videlicet ab hostibus confoderetur. Atque his quidem omnibus licet per me seruatis, siquid se læsos putãt, à me pœnas repetere. Quòd si in hostium potestatem venissent, quid tam graue essent passi, vt eo nomine eum à quo violati essent, iudicio persequi possent? Postremò, si vt illis bene consulere, fui in plectendo seuerior, nihil recuso quin iis easdem pœnas quas liberis parentes, pædagogi pueris: quando & medici grauius laborãtes, vtilitatis causa vrunt & secant. Quòd si me existimatis petulantia impulsum horum quenquam pulsasse, illud vobis attendendum est, quòd multo nunc prosperiore (quam diis gratiam habeo) quàm per illa tempora fortuna vtor, quódque quare confidam plus iam est, ac plus certè vini bibo, neque tamen quenquam pulso, propterea quòd secundiore vos quasi tempestate vti video. Quid enim? turbulentis tẽpestatibus concitato mari, nónne videmus irasci iis qui in prora sunt, proræ magistrũ: iis qui in puppi sedent, gubernatorem, illi siquid vel in leuissimis rebus, ad nutum minus respicientes, offenderint? ob eam nempe causam quòd minima tunc peccata facilè omnia perdere ac pessundare possunt. Quid dicam & vos tunc tacitè iudicasse, iure illos à me cædi? Nam qui non suffragia tunc, sed arma habentes circumsistebatis, poteratis sanè, si ita visum esset, iniuriam propulsare: sed neque cuiquam auxilio fuistis, neque mecum in peccantes animaduertistis: *atque id minimè fuit ex vsu vestro futurũ.* Ex eo enim improbissimus quisque vobis conniuentibus, existimauit liciturum sibi quem vellet iniuria afficere. Nihil enim dubito, quin si hominum facta notare voluissetis, eosdem fueritis tunc ignauissimos, ac nunc petulantissimos cognituri. Atque huius rei documentum in promptu est. Boiscus pugil Thessalus, illis temporibus nos incusabat quòd se cogeremus cum labore summo scutum ferentem iter facere: idem nunc (vti ego audio) Cotyoritanorum quamplurimos spoliauit. Hunc vos pro vestra prudentia, longè aliter quàm canes tractare debetis. Nam ferociores quidem canes plerique interdiu vinciunt, noctu dimittunt: hunc vos, si quod æquum est feceritis, nocte vinctum tenebitis, interdiu solutum dimittetis. Illud verò vehementer miror, vestrûm quenquam, siqua in re se à me læsum putet, meminisse id, neque omnino reticere: at si aut contra frigoris vim aliquid reperi, aut hostium aduentum multo antè nuntiaui, aut morbo laborantes, vel inopia, subleuaui, nemo id omnino recordatur: neque si quẽ etiam benemeritum laudaui, aut pro facultate mea honore ac præmiis affeci. At quanto fuit iustius, quantóque optabilius, ac magis pium, beneficiorum potius quàm iniuriarum meminisse?

Ex libro sexto.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum tæderet Græcos eius militaris administrationis, quæ penes paucos duces erat, placerétque rem omnem vnius potestati permittere, vno ore rerum summam ad Xenophontem deferebant. Is & sua sponte in eam partem ferebatur, vt imperium recusaret, & extis deterritus est, quæ vetabant ne eam administrationem capesseret. Itaque in concionem venit, quæ de eo ipso habebatur: & primùm causas quamobrem imperium recusaret, exposuit, & ad extremum illud se extis admonitum eiurare dixit.

Ἐγώ, ὦ ἄνδρες, ἥδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώμενος, εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι, καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δοῦναί μοι τοὺς θεοὺς αἴτιόν τινος ὑμῖν ἀγαθοῦ γενέσθαι. τὸ μέντοι ἐμὲ προκριθῆναι ὑφ᾽ ὑμῶν ἄρχοντα, Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς παρόντος, οὔθ᾽ ὑμῖν, οὔτ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι, ἀλλ᾽ ἧττον ἂν διὰ τοῦτο τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε παρ᾽ αὐτῶν. ἐμοὶ δ᾽ αὖ οὐ πάνυ τι νομίζω τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι. ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τῇ πατρίδι μου οὐ πρόσθεν ἐπαύσαντο πολεμοῦντες πρὶν ἐποίησαν πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν Λακεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας εἶναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν, εὐθὺς ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, καὶ οὐκέτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. εἰ οὖν ταῦτα ἐγὼ ὁρῶν δοκοίην ὅπου δυναίμην ἐνταῦθ᾽ ἄκυρον ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο ἐννοῶ, μὴ λίαν ἂν ταχὺ σωφρονισθείην. ὃ δ᾽ ὑμεῖς ἐννοεῖτε ὅτι ἧττον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς ἄρχοντος ἢ πολλῶν, εὖ ἴστε ὅτι ἄλλον μὲν ἑλόμενοι οὐχ εὑρήσετέ με στασιάζοντα. νομίζω γὰρ ὅτι ὅστις ἐν πολέμῳ ὢν στασιάζει πρὸς ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν στασιάζει. ἂν δὲ ἐμὲ ἕλησθε, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι εἴ τινα εὕροιτε καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοὶ ἀχθόμενον. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Ἀλλ᾽, ὦ ἄνδρες, ὡς πάνυ εἰδῆτε, ὀμνύω ὑμῖν θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἦ μὴν ἐγώ, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν γνώμην ᾐσθανόμην, ἐθυόμην εἰ βέλτιον εἴη ὑμῖν τε ἐμοὶ ἐπιτρέψαι ταύτην τὴν ἀρχήν, καὶ ἐμοὶ ὑποστῆναι. καὶ ἐμοὶ οἱ θεοὶ οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν ὡς καὶ ἰδιώτην ἂν γνῶναι, ὅτι ταύτης τῆς μοναρχίας ἀπέχεσθαί με δεῖ.

EADEM LATINE,

Romulo Amafæo interprete.

EGO, milites, magnopere lætor, quum tantum mihi video à vobis honorem haberi, ſiquidem humano ſenſu præditus ſum: ac vobis ſanè gratiam habeo, deóſque oro vt mihi eam facultatem dent vt vobis quamoptimè aliquando conſulere poſſim. Sedenim mihi non video cur ſtudeatis imperium decernere, quũ Lacedæmoniũ hominé habeatis: id verò ego ſi accipiam, neque è veſtra, neq; ex mea re fore arbitror. Nam & vobis ſi fuerit aliquando ad Lacedæmoniorum opem confugiendum, quòd ſe hoc facto læſos interpretabuntur, minus illi ſe æquos præbebunt, & ipſe quî potero hanc inuidiam ſuſtinere? Equidem Lacedæmonios video nó antè deſiiſſe patriæ meæ bellum facere, quàm armis noſipſos etiam ſibi parere coegerunt: vbi verò imperata facere non recuſauimus, à bello illi gerendo atque obſidenda vrbe deſtiterunt. Quæ quũ me non prætereant, ſi nunc ea in re quæ arbitrii mei eſt, eorum officerem dignitati, illud ſanè mihi magnopere eſſet metuendum ne me illi facilè intra ordinem redigerent. Quod verò facilius multo contineri in officio militem poſſe exiſtimatis vnius quàm multorum imperio, illud vobis perſuaſum velim, quemcunque ſummæ rerum præfeceritis, nullam me in vllum vnquam ſeditionem concitaturum. NAM qui in bello cõtra imperatorem ſuum ſeditionem concitat, is in ſuam ipſius ſalutem ſeditioſus eſt. Quòd ſi mihi imperium deferretis, nihil omnino mirarer ſi quamplurimi & mihi & vobis offenſiores exiſterent. *Et paulo pòſt,* Vt rem planius cognoſcatis, deos deáſque omnes, milites, iuro, ſimulatque veſtra mihi voluntas perſpecta fuit, per exta me à diis quæſiſſe conducerétne vobis mihi imperiũ mãdare, ac mihi illud accipere: illos verò tã apertis clariſque ſignis mentem mihi ſuam explanaſſe vt nemo in extis iudicandis tam rudis ſit & indoctus, quin fuerit, ſi ea inſpexiſſet, cogniturus mihi ab hoc imperio abſtinendum.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Diuiſerant copias Græci, & diuerſis itineribus in Græciam contẽdebant. Eorũ partim oram maritimam legebant, partim mediterraneas regiones ſequebantur: nonnulli etiam ſe in deuia populãdi auiditate conuiciebant. in hoc poſtremorum numero erat Hegeſander quidam, qui Arcadibus præerat. Is quum in Thracum caſtellum quoddam irruiſſet, ab iis primùm in fugam actus eſt, deinde in tumulo obſeſſus in quem ſe receperat. Ad eum liberandum ſuos incitauit hac oratione Xenophon. Docet ſua omnium intereſſe plurimùm vt ii ſalui ſint: neque id ſibi vtilitati tantùm, ſed etiam laudi ceſſurum ſi obſidionem illam ſoluerint. itaque eos inſtruit: præcepta dat quómodo & tutò & feliciter hoſtem aggrediantur.

Ἄνδρες στρατιῶται, τῶν Ἀρκάδων οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ λόφου τινὸς πολιορκοῦνται. νομίζω δ᾽ ἔγωγε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολοῦνται, οὐδ᾽ ἡμῖν εἶναι οὐδεμίαν σωτηρίαν. οὕτω μὲν πολλῶν ὄντων πολεμίων, οὕτω δὲ τεθαρρηκότων. κράτιστον οὖν ἡμῖν ὡς τάχιστα βοηθεῖν τοῖς ἀνδράσιν, ὅπως εἰ ἔτι εἰσὶ σῷοι, σὺν ἐκείνοις μαχώμεθα, καὶ μὴ μόνοι λειφθέντες, μόνοι καὶ κινδυνεύσωμεν. νῦν μὲν οὖν στρατοπεδευσώμεθα προελθόντες ὅσον ἂν δοκῇ καιρὸς εἶναι

εἰς τὸ δειπνοποιεῖσθαι. ἕως δ᾽ ἂν πορευώμεθα, Τιμασίων ἔχων τοὺς ἱππεῖς προελαυνέτω ἐφορῶν ἡμᾶς, καὶ σκοπείτω τὰ ἔμπροσθεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς λάθῃ. παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνήτων ἀνθρώπους εὐζώνους εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, ὅπως, εἴ πού τι ποθὲν καθορῷεν, σημαίνοιεν· ἐκέλευε δὲ καίειν ἅπαντα ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσίμῳ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀποδραίημεν ἂν οὐδαμοῦ ἐνθένδε. πολλὴ μὲν εἰς Ἡράκλειαν πάλιν ἀπιέναι, πολλὴ δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελθεῖν, οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον· εἰς Κάλπης δὲ λιμένα (ἔνθα Χειρίσοφον νομίζομεν εἶναι, εἰ σέσωσται) ἐλαχίστη ὁδός. ἀλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν οὔτε πλοῖά ἐστιν οἷς ἀποπλευσούμεθα, μένουσι δὲ αὐτοῦ οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἐστὶ τὰ ἐπιτήδεια. τῶν δὲ πολιορκουμένων ἀπολομένων, σὺν τοῖς Χειρισόφου μόνοις κάκιόν ἐστι διακινδυνεύειν· σωθέντων δὲ, πάντας εἰς ταυτὸν ἐλθόντας, κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι. ἀλλὰ χρὴ παρασκευασαμένους τὴν γνώμην πορεύεσθαι ὡς νῦν ἢ εὐκλεῶς τελευτῆσαί ἐστιν, ἢ κάλλιστον ἔργον ἐργάσασθαι, Ἕλληνας τοσούτους σώσαντας. καὶ ὁ θεὸς ἴσως ἄγει οὕτως, ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας, ὡς πλεῖον φρονοῦντας, ταπεινῶσαι βούλεται, ἡμᾶς δὲ, τοὺς ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχομένους, ἐντιμοτέρους ἐκείνων καταστῆσαι. ἀλλ᾽ ἕπεσθαι χρὴ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν ὡς ἂν τὸ παραγγελλόμενον δύνησθε ποιεῖν.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

Milites, ex Arcadibus multi iam perierunt, alii in tumulo quodam obsidentur: quòd si deleti fuerint, neque nos arbitror, in tanta hostium multitudine atque audacia, incolumes hinc euadere posse. Optimum igitur fore existimo, si quã celerrimè nostris subsidio veniamus, vt, si adhuc viuunt, cum illis coniuncti contra hostes pugnemus, ac ne eorum præsidio destituti, soli periclitemur. Ac statim eundum cẽseo: neque prius castra locanda, quàm cœnæ tempus fuerit: quantisper verò iter faciemus, Timasion cũ equitatu anteeat, ac quæ opus est omnia prospiciat, ac speculetur nequid nos lateat. *Præmisit etiam ex leui armatura expeditissimum quemque in latera ac montis iuga, vt hi quicquid speculati essent, significarent: atque iis imperat vt quicquid offendissent quod incendi posset, vrerent.* Quò enim, si fugerimus, redeamus? Longè hinc abest Heraclea, si fortè eò redire cogitemus: neque possimus breuiore via Chrysopolin accedere: & hostes proximè adsunt. Atenim in Calpes portũ (quò Chirisophum, si modò is adhuc incolumis est, peruenisse putamus) via est multo breuissima: verùm neque naues illic sunt, quibus auehamur: neque in vnum duntaxat diem, si commorati fuerimus, cõmeatus suppetent. Huc accedit quòd si qui nunc obsidentur perierint, cũ sola Chirisophi manu pericula nobis fuerint adeũda: sin seruati fuerint, rursus congressi, communiter salutis rationem aliquam inibimus. Quin ita comparatis animis proficisci nos oportet, vt vel gloriosam mortem oppetamus, vel magni & præclari alicuius facinoris nobis laudem, quum tam multos Græcos seruauerimus, comparemus. Atque haud scio an quis fortasse deus eorum arrogantiæ vindex, in hoc eos discrimen impulerit, vt nos qui deorum auspicia semper sequuti sumus, multo illis clariores redderet. Sed maturandum iam est, atque illud in primis videndum, vt diligenter quæ imperata fuerint exequamini.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Peragrantibus confinia Ponti Græcis, & Bithyniam intrantibus, occurrit hostiũ manus contracta ex Bithynis & ex Pharnabazi copiis, ad iter illis obstruẽdum. Ibant autẽ expediti & parati ad conflictum Græci. Verùm habebant à fronte syluam densissimam: quæ quum eorum alacritatem moraretur, Xenophon, qui in exercitu primas tenebat, cohortatus eos est hac concione, vt perrumperent, & per syluam penetrarent quò contendebant. Argumenta sunt à fidelitate perpetua suorũ cõsiliorum, & à necessitate rei vi esse aperiendam viam: ab audacia insequentium & vltrò hostem petentium, timiditate pedem referentium: ab opportunitate dimicandi, si syluam persecent: ab exemplis asperorum locorum, quæ ipsi superarunt: ab enumeratione aliorum perfugiorum, in quibus nulla salutis via ostendatur.

Ἀλλ᾽ ἴστε μέν με, ὦ ἄνδρες, οὐδένα πω κίνδυνον προξενήσαντα ὑμῖν ἐθελούσιον. οὐ γὰρ δόξης ὁρῶ δεομένους ὑμᾶς εἰς ἀνδρειότητα, ἀλλὰ σωτηρίας. νῦν δὲ οὕτως ἔχει· ἀμαχεὶ μὲν ἐνθένδε οὐκ ἔστιν ἀπελθεῖν. ἢν γὰρ μὴ ἡμεῖς ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὗτοι ἡμῖν, ὅταν ἀπίωμεν, ἕψονται καὶ ἐπιπεσοῦνται. ὁρᾶτε δὴ πότερον κρεῖττον ἰέναι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας προβαλλομένους τὰ ὅπλα, ἢ μεταβαλλομένους, ὄπισθεν ἡμῶν ἐπιόντας τοὺς πολεμίους θεάσασθαι. ἴστε γε μέντοι ὅτι τὸ μὲν ἀπιέναι ἀπὸ πολεμίων, οὐδενὶ καλῷ ἔοικε· τὸ δὲ ἐφέπεσθαι, καὶ τοῖς κακίοσι θάρρος ἐμ-

πεζοὶ. ἐγὼ γ' οὖν ἥδιον ἂν σὺν ὑμῖν ἐπίσποιτ' ἐπὶ ἡμᾶς ... πολεμίοις ἀποχωρεῖν. καὶ τούτους εὖ οἶδ' ὅτι ἐπιόντων μὲν ἡμῶν οὐδ' ὑμεῖς ἐλπίζετε δέξασθαι ἡμᾶς, ἀπιόντων δὲ, πάντες ἐπιστάμεθα ὅτι τολμήσουσιν ἐφέπεσθαι. τὸ δὲ διαβάντας, ὄπισθεν νάπος χαλεπὸν ποιήσασθαι, μέλλοντας μάχεσθαι, ἆρ' οὐχὶ καὶ ἁρπάσαι ἄξιον; τοῖς μὲν γὰρ πολεμίοις ἐγὼ γε βουλοίμην εὔπορα πάντα φαίνεσθαι, ὥστε ἀποχωρεῖν. ἡμᾶς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ χωρίου δεῖ διδάσκεσθαι ὅτι οὐκ ἔστι μὴ νικῶσι σωτηρία. θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τὸ νάπος τοῦτο εἴ τις μᾶλλον φοβερὸν νομίζει εἶναι τῶν ἄλλων ὧν διαπεπορεύμεθα χωρίων. πῶς μὲν γὰρ διαβατὸν τὸ πεδίον, εἰ μὴ νικήσομεν τοὺς ἱππέας; πῶς δ' ἃ διεληλύθαμεν ὄρη, ἢν πελτασταὶ τοσοίδε ἐφέπωνται. ἢν δὲ δὴ καὶ σωθῶμεν ἐπὶ θάλατταν, πόσον τι νάπος ὁ Πόντος, ἔνθα οὔτε πλοῖα ἔστι τὰ ἀπάξοντα, οὔτε σῖτος ᾧ θρεψόμεθα μένοντες, δεήσει δὲ, ἂν θᾶττον ἐκεῖ γενώμεθα, θᾶττον ἐξιέναι πάλιν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. οὐκοῦν νῦν κρεῖττον ἠριστηκότας μάχεσθαι ἢ αὔριον ἀναρίστους. ἄνδρες, τά τε ἱερὰ ἡμῖν καλὰ, οἵ τε οἰωνοὶ αἴσιοι, τά τε σφάγια κάλλιστα. ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας. οὐ δεῖ ἔτι τούτους, ἐπεὶ ἡμᾶς πάντως εἶδον, ἡδέως δειπνῆσαι, οὐδ' ὅπου ἂν θέλωσι σκηνῆσαι.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

HOC vobis, milites, persuasum velim, me quidem prudentem nullius vobis periculi autorem fore: neque enim gloriam iam vobis sed incolumitatem expetendam intelligo. Sed ita se res habet: nō est quòd speremus sine pugna nos hinc euasuros: etenim si hostes non adoriamur, illi nos, quum hinc retrocedemus, à tergo vrgebunt. Considerate vtrum vobis satius esse videatur, aduersósne vos in hostem arma inferre, an verò auersos vrgentium impetum excipere. Illud certè dubitare non debetis qui ab hostibus discedunt, eos nihil honestum facere videri: qui fugientes insequantur, sæpe ex ignauis alacres & fidentes reddi. Ego mediussfidius multo malim cum dimidio minore manu insequi, quàm discedere cum duplo maiore: & illud etiã satis scio, nihil vos metuere ne nostram illi impressionem sustineant. At cui dubium esse possit, ausuros nihil magis quàm discedentes insequi? Erit præterea, si saltum superauerimus, eius nobis difficultas à tergo relicta, magno vtique auxilio, quum pugnandũ fuerit: qua sanè commoditate cupidè vti debemus. Nam hostibus equidem velim omnino transitu facilem locum videri, vt discedant: nos verò etiam à loco doceri oportet, non aliunde quàm ex victoria spem salutis ostẽdi. Nihil autem magis miror quàm esse quibusdam saltum hunc formidolosiorem quàm tam multi fuerunt quos antè superauimus. Est vtique, nisi equitatum hostium vicerimus, difficilis ex tam importuno loco exitus. Quid autem? quales tandem, quos adhuc superauimus, montes fuerunt? quî poterimus tam multo à tergo vrgentes peltatos effugere? Sed fac ad mare incolumes redeamus, quantus denique saltus ipse Pontus est? Vnde verò naues quibus auehamur? Vnde frumentum quo, si manserimus, alamur? Erit, mihi credite, quamprimùm illuc venerimus, frumentatum nobis exeundum: quanto verò melius nunc pransos pugnare nos quàm cras ieiunos? Quid quòd pulchra exta fuerunt, secunda deorum auspicia? ac bellissimè litatum est? Agite viri fortissimi, in hostem alacriter eamus: nõ est ferendum cœnare eos hilarè postquam nos omnes viderunt, neque quo loco ipsi velint pernoctare.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Annexa est hæc superiori, idcirco non prætereunda quia habet egregium specimen cohortationis, ad animandos milites in ipsa iam conferenda pugna.

ἌΝδρες, ἀναμιμνήσκεσθε ὅσας δὴ μάχας σὺν τοῖς θεοῖς ὁμόσε ἰόντες νενικήκατε, καὶ οἷα πάσχουσιν οἱ πολεμίους φεύγοντες. καὶ τοῦτ' ἐννοήσατε, ὅτι ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Ἑλλάδος ἐσμέν. ἀλλ' ἕπεσθε ἡγεμόνι τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀλλήλους παρακαλεῖτε ὀνομαστί. ἡδύ τοι, ἀνδρεῖόν τι καὶ καλὸν νῦν εἰπόντα καὶ ποιήσαντα, μνήμην ἐν οἷς ἐθέλει παρέχειν ἑαυτοῦ.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

REcordamini, milites, quot præliis antè, deorum ope freti, hostem viceritis: considerate quibus incommodis qui fugiunt afficiantur: cogitate nos ad ipsas iam

Græciæ portas venisse. Agite, Herculem ducem sequimini, ac vicissim vos cohortamini. Iucundum certè futurum est, apud quos maximè velitis præclarè dicta factáque vestra testata relinquere.

Ex libro septimo.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Indignè fuerant accepti Græci à Byzantio Eteonico, sed qui oriūdus erat Lacedæmone. Nam ex vrbe emissi, obstructis portis fuerant obiecti hostibus. Hanc iniuriam vlturi, statim vrbis mœnia conscenderant, & in vrbē irruperant. Ingressi Xenophontē vrgebant, vt causam susciperet, vrbem inuaderet, se quò eius potiatur, omnia facturos. Is quum ardentes furore aspiceret, non recusauit præfractè: sed vt æquiores haberet eos, interiecta aliqua mora, conuenire & instrui iussit, & quid facere ipse vellet operiri. Vbi conuenissent, hæc apud eos est concionatus. Docet neque id sibi expedire, neque omnino suis rationibus conuenire: nec si ita sit, tamen in iis rerum angustiis facere posse. His enim vtitur argumentis: olim firmiores se cum Lacedæmoniis (tenebatur autē ea vrbs à Lacedæmoniis) bello contendisse, & tamen superatos, nedum vt per suam tenuitatem nunc possint: nec ob paucorum iniurias in omnes esse sæuiendum. Barbaris se pepercisse, multo esse æquius Græci nominis vrbibus abstinere: deferendas esse potius suas iniurias ad præfectum eorum à quibus violati sunt, & iure agendum.

Ὅτι μὲν ὀργίζεσθε, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, καὶ νομίζετε δεινὰ πάσχειν ἐξαπατώμενοι, οὐ θαυμάζω. ἐὰν δὲ τῷ θυμῷ χαριζώμεθα, καὶ Λακεδαιμονίους τε τοὺς παρόντας τῆς ἐξαπάτης τιμωρησώμεθα, καὶ τὴν πόλιν τὴν οὐδὲν αἰτίαν διαρπάσωμεν, ἐνθυμήθητε ἃ ἔσται ἐντεῦθεν. πολέμιοι μὲν ἐσόμεθα ἀποδεδειγμένοι Λακεδαιμονίοις τε καὶ τοῖς συμμάχοις. οἷος δὲ πόλεμος ἂν γένοιτο εἰκάζειν δὴ πάρεστιν, ἑωρακότας καὶ ἀναμνησθέντας τὰ νῦν δὴ γεγενημένα. ἡμεῖς γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι εἰσήλθομεν εἰς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμμάχους, ἔχοντες τριήρεις, τὰς μὲν ἐν θαλάττῃ, τὰς δ' ἐν τοῖς νεωρίοις, οὐκ ἐλάττους τετρακοσίων. ὑπαρχόντων δὲ πολλῶν χρημάτων ἐν τῇ πόλει, καὶ προσόδου οὔσης κατ' ἐνιαυτὸν ἀπό τε τῶν ἐνδήμων καὶ ἐκ τῆς ὑπερορίας, οὐ μεῖον χιλίων ταλάντων, ἄρχοντές τε τῶν νήσων ἁπασῶν, καὶ ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ πόλεις πολλὰς ἔχοντες, καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἄλλας τε πολλὰς καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ Βυζάντιον, ὅπου νῦν ἐσμὲν ἔχοντες, κατεπολεμήθημεν οὕτως ὡς πάντες ἐπίστασθε. νῦν δὲ δὴ τί οἰόμεθα παθεῖν, Λακεδαιμονίων μὲν καὶ τῶν Ἀχαιῶν συμμάχων ὑπαρχόντων, Ἀθηναίων δὲ, καὶ ὅσοι ἐκείνοις τότε ἦσαν σύμμαχοι, πάντων προσγεγενημένων· Τισσαφέρνους δὲ καὶ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ ἄλλων βαρβάρων πάντων πολεμίων ἡμῖν ὄντων, πολεμιωτάτου δὲ αὐτοῦ τοῦ ἄνω βασιλέως ὃν ἤλθομεν ἀφαιρησόμενοί τε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀποκτενοῦντες, εἰ δυναίμεθα; τούτων δὴ πάντων ὁμοῦ ὄντων, ἔστι τις οὕτως ἄφρων ὅς τις οἴεται ἂν ἡμᾶς περιγενέσθαι; μὴ πρὸς θεῶν μαινώμεθα, μηδὲ αἰσχρῶς ἀπολώμεθα, πολέμιοι ὄντες καὶ ταῖς πατρίσι, καὶ τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν φίλοις τε καὶ οἰκείοις. ἐν γὰρ ταῖς πόλεσιν εἰσὶ πάντες ταῖς ἐφ' ἡμᾶς στρατευσομέναις. καὶ δικαίως. εἰ βάρβαρον μὲν πόλιν οὐδεμίαν ἠθελήσαμεν κατασχεῖν, καὶ ταῦτα κρατοῦντες, Ἑλληνίδα δὲ, εἰς ἣν πρώτην ἤλθομεν πόλιν, ταύτην ἐξαλαπάξομεν. ἐγὼ μὲν τοίνυν εὔχομαι, πρὶν ταῦτα ἐπιδεῖν ὑφ' ὑμῶν γενόμενα, μυρίας ἐμέ γε κατὰ τῆς γῆς ὀργυιὰς γενέσθαι. καὶ ὑμῖν συμβουλεύω, Ἕλληνας ὄντας, τοῖς Ἑλλήνων προεστηκόσι πειθομένους πειρᾶσθαι τῶν δικαίων τυγχάνειν. ἐὰν δὲ μὴ δύνησθε ταῦτα, ἡμᾶς δεῖ ἀδικουμένους τῆς γοῦν Ἑλλάδος μὴ στέρεσθαι. καὶ νῦν μοι δοκεῖ πέμψαντας Ἀναξιβίῳ εἰπεῖν ὅτι ἡμεῖς οὐδὲν βίαιον ποιήσοντες παρεληλύθαμεν εἰς τὴν πόλιν, ἀλλ' ἢν μὲν δυνώμεθα, παρ' ὑμῶν ἀγαθόν τι εὑρίσκεσθαι· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ δηλώσοντες ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐξαπατώμενοι ἀλλὰ πειθόμενοι ἐξερχόμεθα.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

QVòd irascimini milites, ac planè quòd decepti fueritis acerbum & iniquum ducitis, nihil sanè miror: at si iracundiæ obsequentes, & ex Lacedæmoniis eos qui nunc adsunt, ab illis delusi vlciscamur, & ciuitatem nulli affinem culpæ diripiamus, quæ cōsequutura sint certè prouidere debetis. Primùm enim effugere nullo pacto possumus quin à Lacedæmoniis & eorum sociis hostes publicè iudicemur. Qua verò conditione bellum cum illis gesturi simus non erit difficile existimare, si nostrum statū cum superioribus temporibus contulerimus. Nos Atheniēses bellū contra Lacedæmonios suscepimus, quum triremes partim iam deductas, partim in armamētariis haberemus, haud minus quàm quadringentas: pecunia verò & ex ærario abundè suppeditaret, & ex vectigalibus, quam aut populares aut externi penderent, annua talenta mille

mille caperemus:idem insulis ferè omnibus imperaremus:vrbes quoque in Asia multas,& in Europa cum alias,tum hoc ipsum,vbi nunc sumus, Byzantium teneremus. Debellati tamen sumus,vti planè omnes scitis. Hoc autem tempore quorsum euasuros conatus nostros putatis, quo Lacedæmonii cum Achæis societate coniuncti sunt: Atheniensium verò ac omnium qui socii illis antè fuerant, res propè sunt afflictæ ac perditæ? Tissaphernes & cæteri qui maritimæ oræ imperant, nobis hostes sunt? ac omnium maximè superioris Asiæ rex,cui & imperium & vitam simul ereptam voluimus? Hæc quum nobis simul omnia aduersentur, quis est tam rerum omnium imperitus qui nos incolumes hinc euasuros existimet? Ne per deos immortales insaniamus, ne turpissimè nos perditum eamus, ipsis propè parentibus atque amicis ac necessariis nostris bellum inferentes. Et cogentur illi quidem vnà cum suis eorum quisque ciuitatibus contra nos arma capere: neque iniuria. Nos enim quum nullam planè ex barbarorum vrbibus occupare voluerimus, atque id aliquoties in potestate nostra fuerit, quamprimum Græcorum vrbē attigerimus, eam diripiemus? Ego mehercule, antequam hæc fieri videam,opto infra terram passuum x millia detrudi. Nunc eo vos in patriam animo esse oportere censeo,vt si possitis,eos qui vrbi huic præsunt,precibus & adhortationibus vt officio in vos suo fungantur adducatis: id si minus possitis, Græciæ tamen vrbibus neutiquam vobis interdictum esse velitis. Ac nūc ad Anaxibium mittendos censeo, qui doceant in hanc vrbem rediisse nos,non vt iniuria quenquam lacesseremus,sed vt ab ea commodi aliquid caperemus: id si minus consequuti essemus, vt non fraude eiecti,sed voluntate dimissi videremur.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Interclusum erat Græcis maritimum iter: terra verò aditus patebat,sed laboriosus:nec obscuræ erant illius insidiæ,qui iis conditiones ferebat, quibus illis pedestre iter pateceret. Erat autem in iisdem illis partibus regulus, cui nomen Seuthes, qui Græcorum opera ad sua recuperāda vti cupiebat. Quòd si impetraret, cumulatè se iis satisfacturum pollicebatur. Itaque Xenophon hoc loco proponit in concione ancipitem illam rei gerendæ conditionem. Sententiam suam dicit hanc,vt sustineatur assensio,vsque dum res sit exploratior,quæ promittebatur. Ideo & ad commeatum conquirendum,& rem eam inuestigandam iter conuertant.

Ἄνδρες, διαπλεῖν μὲν ἔνθα βουλόμεθα, Ἀρίσταρχος ὅδε, τριήρεις ἔχων, κωλύει· ὥστ' εἰς πλοῖα οὐκ ἀσφαλὲς ἐμβαίνειν. οὗτος δὲ αὐτὸς εἰς Χερρόνησον κελεύει βίᾳ διὰ τοῦ ἱεροῦ ὄρους πορεύεσθαι. ἢν δὲ κρατήσαντες τούτου ἐκεῖσε ἔλθωμεν, οὔτε πωλήσειν ἔτι φησὶν ὑμᾶς, ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ, οὔτε ἐξαπατήσεσθαι ἔτι ὑμᾶς, ἀλλὰ λήψεσθαι μισθὸν μᾶλλον, οὔτε περιόψεσθαι ἔτι, ὥσπερ νυνὶ, ἐνδεομένους τῶν ἐπιτηδείων. οὗτος μὲν ταῦτα λέγει. Σεύθης δὲ φησὶν, ἂν πρὸς ἐκεῖνον ἴητε, εὖ ποιήσειν ὑμᾶς. νῦν οὖν σκέψασθε πότερον ἐνθάδε μένοντες τοῦτο βουλεύσεσθε, ἢ εἰς τὰ ἐπιτήδεια ἐπανελθόντες. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ, ἐπεὶ ἐνθάδε οὔτε ἀργύριον ἔχομεν ὥστε ἀγοράζειν, οὔτε ἄνευ ἀργυρίου ἐῶσι λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, ἐπανελθόντας εἰς τὰς κώμας ὅθεν οἱ ἥττους ἐῶσι λαμβάνειν, ἐκεῖ ἔχοντας τὰ ἐπιτήδεια, καὶ ἀκούοντας ὅ, τι τις ὑμῶν δεῖται, αἱρεῖσθαι ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ κράτιστον εἶναι. καὶ ὅτῳ ὑμῶν ταῦτα δοκεῖ, ἀράτω τὴν χεῖρα.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

IAM non licet nobis,milites,quò constitueramus hinc enauigare. Aristarchus enim quum triremes habeat,nobis obstat,neque satis tutò naues possumus conscendere: acidem imperat vt per sacrum montem in Chersonesum proficiscamur. Quòd si itineris difficultate superata eò peruenerimus,iam neque venditum nos,neque vti Byzantii euenit, circumuentum iri promittit: illic enim stipendia nos accepturos: neque causæ quicquam fore quin commeatus in promptu nobis sint. sic ille quidem affirmat. Rursus Seuthes, quū ad se veneritis,spondet benigna vobis omnia apud se & prolixa fore. Vos itaque vel prius quàm hinc discedatis decernite,vel ad quærendos cōmeatus iam proficiscimini. Mihi quidem, quoniam neq; pecuniam habemus qua quod opus est mercemur,neque nobis quæ vitæ vsus postulat ab his gratis dantur, optimum factu videtur vt in vicos reuersi, quæ opus sunt ab iis sumamus quos facilè vel cogere

vel adducere poſſumus vt ea nos ſinant aſportare, quæ noſtrûm quiſq; ad vſum ſuum expetit. Atque id arbitrii veſtri ſit: cui tamen idem videtur, is manum tollat.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Seuthes, qui Græcos mercede conductos ad res ſuas recuperandas duxerat, non ſteterat promiſſis. neque enim menſtruum ſtipendium expenderat, neque omnino liberaliter Græcos acceperat. Iraque pœnitebat eos eius militiæ, quum Lacedæmonii, qui tũ in iis locis erant, vt eos ſibi aſciſcerent copiarum duces nonnullos tentarunt: quorum aliqui ſimultatem cum Xenophonte, tantùm liuore ſtimulati, gerebant. Erat autem aliud Xenophontis conſilium & aliò prorſus ſpectabat. Itaque Lacedæmonii in Græcorum caſtra quum veniſſent, cœpiſſentque omnia largiter polliceri, facilè multitudinem peruicerunt. Allectus miles Xenophonti infenſus fuit: nec defuerunt ſeditioſi, qui eum criminibus obruerent, & lapidationis autores eſſe vellent: quòd dicerent ſe ab eo duce miſerrimè eſſe acceptos, & fœdiſſima omnia toleraſſe: interuerſam eſſe ab eo pecuniã, à Seuthe in ſtipendia militum expenſam. Xenophon vt ea crimina diluat ab hoc poſteriore initium petit: nam peculatus crimen, prius repetita ſummatim ſuæ adminiſtrationis ratione, depellit: ſe quod è re omnium eſſe iudicaret, & quod illud tempus poſtularet, ſuaſiſſe: nec ab illorum voluntate ſua conſilia abhorruiſſe. Interpoſita religione confirmat non modò ſe nihil publicum auertiſſe, ſed ne ſuum quidem abſtuliſſe: incautè feciſſe, non improbè, & tamen non neceſſarió. Ad alterum crimen refutandum rationem ſuorum cõſiliorum, & rerum geſtarum ac temporum, repetit: labores, beneuolentiam ſuumque ab initio inſtitutum oſtendit. Ingrati animi vitium in iis reprehendit, quum ſucceſſus minimè pœnitendos perhibet.

Ἀλλὰ πάντα μὲν, ἄνθρωπον ὄντα, προσδοκᾶν δεῖ, ὁπότε καὶ ἐγὼ μὲν ὑφ' ὑμῶν αἰτίας ἔχω, ἐν ᾧ πλείστην προθυμίαν ἐμαυτῷ γε δή μοι δοκῶ συνειδέναι περὶ ὑμᾶς παρεσχημένος. ἀπετραπόμην μέν γε ἤδη οἴκαδε ὁρμώμενος μὰ τὸν Δία οὔτι πυνθανόμενος ὑμᾶς εὖ πράττειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκούων ἐν ἀπόροις εἶναι, ὡς ὠφελήσων εἴ τι δυναίμην. ἐπεὶ δ' ἦλθον, Σεύθου τουτουῒ πολλοὺς ἀγγέλους πρὸς ἐμὲ πέμποντος, καὶ πολλὰ ὑπισχνουμένου ἐμοί, εἰ πείσαιμι ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπεχείρησα ποιεῖν, ὡς αὐτοὶ ἐπίστασθε· ἦγον δ' ὅθεν ᾤμην τάχιστ' ἂν ὑμᾶς εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι. ταῦτα γὰρ καὶ βέλτιστα ἐνόμιζον ὑμῖν εἶναι, καὶ ὑμᾶς ᾔδειν βουλομένους. ἐπεὶ δὲ Ἀρίσταρχος ἐλθὼν σὺν τριήρεσιν, ἐκώλυσε διαπλεῖν ἡμᾶς, ἐκ τούτου (ὅπερ εἰκὸς δήπου ἦν) συνέλεξα ὑμᾶς ὅπως βουλευσαίμεθα ὅ, τι χρὴ ποιεῖν. οὐκοῦν ὑμεῖς ἀκούοντες μὲν Ἀριστάρχου ἐπιτάττοντος ὑμῖν εἰς Χερρόνησον πορεύεσθαι, ἀκούοντες δὲ Σεύθου πείθοντος ἑαυτῷ συστρατεύεσθαι, πάντες μὲν ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐπεψηφίσασθε ταῦτα. εἴ τι οὖν ἐγὼ ἐνταῦθα ἠδίκησα, ἀγαγὼν ὑμᾶς ἔνθα πᾶσιν ὑμῖν ἐδόκει, εἴπατε. ἐπεί γε μὴν ψεύδεσθαι ἤρξατο Σεύθης περὶ τοῦ μισθοῦ, εἰ μὲν ἐπαινῶ αὐτόν, δικαίως ἄν με αἰτιῷσθε καὶ μισοῖτε· εἰ δὲ πρόσθεν αὐτῷ πάντων μάλιστα φίλος ὤν, νῦν πάντων διαφορώτατός εἰμι, πῶς ἔτι δικαίως, αἱρούμενος ὑμᾶς ἀντὶ Σεύθου, ὑφ' ὑμῶν αἰτίαν ἔχοιμι περὶ ὧν πρὸς τοῦτον διαφέρομαι; ἀλλ' εἴποιτε ἂν ὅτι ἔξεστι καὶ τὰ ὑμέτερα ἔχοντα παρὰ Σεύθου, τεχνάζειν. οὐκοῦν δῆλον τοῦτό γε, ὅτι εἴπερ ἐμοὶ ἐτέλει τι Σεύθης, οὐχ οὕτως ἐτέλει δήπου, ὡς ὧν τε ἐμοὶ δοίη στέροιτο, καὶ ἄλλα ὑμῖν ἀποτίσειεν. ἀλλ' οἶμαι, εἰ ἐδίδου, ἐπὶ τούτῳ ἂν ἐδίδου ὅπως ἐμοὶ δοὺς μεῖον, μὴ ἀποδοίη ὑμῖν τὸ πλεῖον. εἰ τοίνυν οὕτως ἔχειν οἴεσθε, ἔξεστιν ὑμῖν αὐτίκα μάλα ματαίαν ταύτην τὴν πρᾶξιν ἀμφοτέροις ὑμῖν ποιῆσαι, ἐὰν πράττητε αὐτὸν τὰ χρήματα. δῆλον γὰρ ὅτι Σεύθης, εἰ ἔχω τι παρ' αὐτοῦ, ἀπαιτήσει μέντοι δικαίως, ἐὰν μὴ βεβαιῶ τὴν πρᾶξιν αὐτῷ ἐφ' ᾗ ἐδωροδοκούμην. ἀλλὰ πολλοῦ μοι δοκῶ δεῖν τὰ ὑμέτερα ἔχειν. ὀμνύω γὰρ ὑμῖν θεοὺς ἅπαντας καὶ πάσας, μηδὲ ἃ ἐμοὶ ἰδίᾳ ὑπέσχετο Σεύθης, ἔχειν. πάρεστι δὲ αὐτός, καὶ ἀκούων σύνοιδέ μοι εἰ ἐπιορκῶ. ἵνα δὲ μᾶλλον θαυμάσητε, συνεπόμνυμι, μηδὲ ἃ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἔλαβον, εἰληφέναι, μὴ τοίνυν μηδ' ὅσα τῶν λοχαγῶν ἔνιοι. καὶ τί δὴ ταῦτα ἐποίουν; ᾤμην ὦ ἄνδρες, ὅσῳ μᾶλλον συμφέροιμι τούτῳ τὴν τότε πενίαν, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν φίλον μοι ἔσεσθαι ὁπότε δυνηθείη. ἐγὼ δὲ ἅμα ὁρῶ αὐτὸν εὖ πράττοντα, καὶ γιγνώσκω δὴ αὐτοῦ τὴν γνώμην. εἴποι δή τις ἄν, Οὔκουν αἰσχύνῃ οὕτω μωρῶς ἐξαπατώμενος; ναὶ μὰ Δία ᾐσχυνόμην μέντοι εἰ ὑπὸ πολεμίου γε ὄντος ἐξηπατήθην· φίλῳ δ' ὄντι ἐξαπατᾶν αἴσχιόν μοι δοκεῖ εἶναι ἢ ἐξαπατᾶσθαι. ἐπεὶ εἴ γε πρὸς φίλους ἐστὶ φυλακή, πᾶσαν οἶδα ὑμᾶς διαφυλαξαμένους, ὡς μὴ παρασχεῖν τούτῳ πρόφασιν δικαίαν μὴ ἀποδιδόναι ὑμῖν ἃ ὑπέσχετο. οὔτε γὰρ ἠδικήσαμεν τοῦτον οὐδέν, οὔτε κατεβλακεύσαμεν τὰ τούτου, οὔτε μὴν κατεδειλιάσαμεν οὐδὲν ἐφ' ὅ, τι ἡμᾶς οὗτος παρεκάλεσεν. ἀλλὰ (φαίητε ἂν) ἔδει τὰ ἐνέχυρα τότε λαβεῖν, ὡς μηδὲ εἰ ἐβούλετο, ἐδύνατο ἐξαπατᾶν. πρὸς ταῦτα δὲ ἀκούσατε ἃ ἐγὼ οὐκ ἄν ποτε εἶπον τούτου ἐναντίον, εἰ μή μοι ἢ παντάπασιν ἀγνώμονες ἐδοκεῖτε εἶναι, ἢ λίαν εἰς ἐμὲ ἀχάριστοι. ἀναμνήσθητε γὰρ ἐν ποίοις τισὶν ὄντες πράγμασιν ἐτυγχάνετε, ἐξ ὧν ὑμᾶς ἐγὼ ἀνήγαγον πρὸς Σεύθην. οὐκ εἰς μὲν Πέρινθον, εἰ προσῄειτε τῇ πόλει, Ἀρίσταρχος ὑμᾶς ὁ Λακεδαιμόνιος οὐκ εἴα εἰσιέναι, ἀποκλείσας τὰς πύλας, ὑπαίθριοι δὲ ἔξω ἐστρατοπεδεύετε, μέσος δὲ χειμὼν ἦν. ἀγορᾷ δὲ ἐχρῆσθε, σπάνια μὲν ὁρῶντες τὰ ὤνια, σπάνια δὲ ἔχοντες ὅτων ὠνήσεσθε· ἀνάγκη δὲ ἦν μένειν ἐπὶ Θρᾴκης· (τριήρεις γὰρ ἐφορμοῦσαι ἐκώλυον διαπλεῖν) εἰ δὲ μένοι τις, ἐν πολεμίᾳ χώρᾳ εἶναι, ἔνθα πολλοὶ μὲν ἱππεῖς ἐναντίοι ἦσαν, πολλοὶ δὲ πελτασταί. ἡμῖν δὲ ὁπλιτικὸν μὲν ἦν ᾧ ἀθρόοι μὲν ἰόντες ἐπὶ τὰς κώμας, ἴσως ἂν ἐδυνάμεθα σῖτον λαμβάνειν οὐδέν τι ἄφθονον· ὅτῳ δὲ διώκοντες ἂν ἢ ἀνδράποδα ἢ πρόβατα καταλαμβάνοιμεν, οὐκ ἦν ἡμῖν. οὔτε γὰρ ἱππικὸν οὔτε πελταστικὸν ἔτι ἐγὼ συνεστηκὸς κατέλαβον παρ' ὑμῖν. εἰ οὖν ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὄντων ὑμῶν, μηδ' ὁντιναοῦν μισθὸν προσαιτήσας, Σεύθην σύμμαχον ὑμῖν προσέλαβον, ἔχοντα ἱππέας καὶ πελταστάς, ὧν ὑμεῖς προσεδεῖσθε, κακῶς ἂν ἐδόκουν ὑμῖν βεβουλεῦσθαι περὶ ὑμῶν; τούτων γὰρ δήπου κοινωνήσαντες, καὶ σῖτον ἀφθονώτερον ἐν ταῖς κώμαις εὑρίσκετε,

διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι τοὺς Θρᾷκας κατὰ σπουδὴν μᾶλλον φεύγειν, καὶ προβάτων καὶ ἀνδραπόδων μετέσχετε. καὶ πολέμιον οὐδένα ἔτι ἑωρῶμεν, ἐπειδὴ τὸ ἱππικὸν ἡμῖν προσεγένετο· τέως δὲ θαρσαλέως ἡμῖν ἐφείποντο οἱ πολέμιοι καὶ ἱππικῷ καὶ πελταστικῷ, κωλύοντες μηδαμῇ κατ᾽ ὀλίγους ἀποσκεδαννυμένους τὰ ἐπιτήδεια ἀφθονώτερα ἡμᾶς πορίζεσθαι. εἰ δὲ δὴ ὁ συμπαρέχων ὑμῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν, μὴ πάνυ πολὺν μισθὸν προσετέλει τῆς ἀσφαλείας, τοῦτο δὴ τὸ πάθημα τὸ σχέτλιον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδαμῇ οἴεσθε χρῆναι ζῶντα με ἀνεῖναι; νῦν δὲ δὴ πῶς ἀπέρχεσθε; οὐ διαχειμάσαντες μὲν ἐν ἀφθόνοις τοῖς ἐπιτηδείοις, περιττὸν δ᾽ ἔχοντες τοῦτο ὅ,τι ἐλάβετε παρὰ Σεύθου, τὰ τῶν πολεμίων ἐδαπανᾶτε; καὶ ταῦτα πράττοντες, οὔτε ἄνδρας ἐπείδετε ὑμῶν αὐτῶν ἀποθανόντας, οὔτε ζῶντας ἀπεβάλετε. εἰ δέ τι καλὸν πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρους ἐπέπρακτο ὑμῖν, οὐκ ἐκεῖνο σῶν ἔχετε, καὶ πρὸς ἐκείνοις νῦν ἄλλην εὔκλειαν προσειλήφατε, καὶ τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ Θρᾷκας, ἐφ᾽ οὓς ἐστρατεύσασθε, κρατήσαντες; ἐγὼ μὲν ὑμᾶς φημι δικαίως ἂν, ὧν ἐμοὶ χαλεπαίνετε, τούτων τοῖς θεοῖς χάριν εἰδέναι ὡς ἀγαθῶν. καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα, τοιαῦτα. ἄγετε δὴ πρὸς θεῶν, καὶ τὰ ἐμὰ σκέψασθε ὡς ἔχει. ἐγὼ μὲν γὰρ, ὅτε πρότερον ἀπῄειν οἴκαδε, ἔχων μὲν ἔπαινον πολὺν πρὸς ὑμῶν ἀπεπορευόμην, ἔχων δὲ δι᾽ ὑμᾶς καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εὔκλειαν· ἐπιστευόμην δὲ ὑπὸ Λακεδαιμονίων· (οὐ γὰρ ἄν με ἔπεμπον πάλιν πρὸς ὑμᾶς) νῦν δ᾽ ἀπέρχομαι πρὸς Λακεδαιμονίους ὑφ᾽ ὑμῶν διαβεβλημένος, Σεύθῃ δὲ ἀπεχθόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ὃν ἤλπιζον εὖ ποιήσας μεθ᾽ ὑμῶν, ἀποστροφὴν καὶ ἐμοὶ καλὴν καὶ παισὶν, εἰ γένοιτο, καταθήσεσθαι. ὑμεῖς δ᾽ ὑπὲρ ὧν ἐγὼ ἀπήχθημαί τε πλεῖστα, καὶ ταῦτα πολὺ κρείττοσιν ἐμαυτοῦ, πραγματευόμενός τε οὐδὲ νῦν πω πέπαυμαι ὅ,τι δύναμαι ἀγαθὸν, τοιαύτην γνώμην ἔχετε περὶ ἐμοῦ. ἀλλ᾽ ἔχετε μέν με, οὔτε φεύγοντα λαβόντες, οὔτε ἀποδιδράσκοντα· ἢν δὲ ποιήσητε ἃ λέγετε, ἴστε ὅτι ἄνδρα κατακανόντες ἔσεσθε πολλὰ μὲν δὴ πρὸ ὑμῶν ἀγρυπνήσαντα, πολλὰ δὲ σὺν ὑμῖν πονήσαντα καὶ κινδυνεύσαντα, καὶ ἐν τῷ μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος, θεῶν δὲ ἵλεων ὄντων, καὶ τρόπαια βαρβάρων πολλὰ δὴ σὺν ὑμῖν στησάμενον· ὅπως δέ γε τῶν Ἑλλήνων μηδενὶ πολέμιοι γένοισθε, πᾶν ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην πρὸς ὑμᾶς διατεινάμενον. καὶ γὰρ οὖν νῦν ὑμῖν ἔξεστιν ἀνεπιλήπτως πορεύεσθαι ὅποι ἂν θέλητε, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ὑμεῖς δὲ, ὅτι πολλὴ ὑμῖν ἀπορία φαίνεται, καὶ πλεῖτε ἔνθα δὴ ἐπιθυμεῖτε πάλαι, δέονται δὲ ὑμῶν οἱ τὸ μέγιστον δυνάμενοι, μισθὸς δὲ φαίνεται, ἡγεμόνες δὲ ἥκουσι Λακεδαιμόνιοι κράτιστοι νομιζόμενοι εἶναι· νῦν δὴ καιρὸς δοκεῖ ὑμῖν εἶναι ὡς τάχιστα ἐμὲ κατακτανεῖν. οὐ μὴν ὅτε γε ἐν τοῖς ἀπόροις ἦμεν, ὦ πάντων μνημονικώτατοι· ἀλλὰ καὶ πατέρα ἐμὲ ἐκαλεῖτε, καὶ ἀεὶ ὡς εὐεργέτου μεμνῆσθαι ὑπισχνεῖσθε. οὐ μέντοι ἀγνώμονες οὐδ᾽ οὗτοί εἰσιν οἱ νῦν ἥκοντες ἐφ᾽ ὑμᾶς. ὥστε, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐδὲ τούτοις δοκεῖτε βελτίονες εἶναι, τοιοῦτοι ὄντες περὶ ἐμέ.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

NImirum nihil est quod homini metuendum non sit, quum eas vos mihi res crimini esse velitis in quibus mihi conscius sim cura studióque summo vestris rationibus quamoptimè consultum voluisse. Diuerti ego vobiscum, quum iam nihil quàm domum redire mallem: nō sanè quòd existimarem posse me vos magno aliquo beneficio afficere, sed quum vrgeri vos rerum omnium penuria viderem, vt vos qua possem ope subleuarem. Ac quum per nuntios Seuthes hicce me solicitaret, ac mihi quiduis polliceretur si vt vos ad se veniretis effecissem, testes vos ipsi esse potestis non potuisse me adduci. Deduxi igitur vos eum in locum vnde quamfacillimè in Asiam traiicere possetis. Quod maximè vobis conducere existimabam, & vos esse in eam partem propensiores cognoscebam. Verùm quum Aristarchus cum triremibus venisset: ac nos traiicere vetuisset, ad vos ego, sicuti res postulabat, de eo quod faciendū esset retuli. Quo tempore quum Aristarchus vt in Chersonesum veniretis imperaret, ac Seuthes ad societatem inuitaret, nónne dixistis omnes ad Seuthen eundum, atque id vestris etiam sententiis declarastis? Dicite igitur obsecro, nunquid ego eo vos læserim quòd vestræ voluntati obtemperans, vos quò ipsi maximè voluistis duxerim? Postea verò quàm Seuthes, neglecta quam dederat fide, cœpit vos mercede fraudare, si mihi eius factum probatur, iure vos quidem & accusatis me, & odio habetis: sin contrà ab eo nunc maximè, cui fui cōiunctissimus, diffideo, quanā de causa, qui in vestra esse quàm illius potestate malim, nunc à vobis in inuidiam & crimen rapior? Quòd si illud dicitis, posse me stipēdiis vestris interuersis, in causa vestra apud Seuthen præuaricatum: illud certè perspicuum est quòd siquid mihi Seuthes pendisset, non posset vtique ferre vt & eo careret, & insuper aliā vobis pecuniam penderet. pendisset enim ille, vt minore mihi pecunia data, tanto maiorē vobis non daret. Quòd si aliter existimatis, si mercedem vestram nunc à Seuthe exegeritis, facilè vtriusque nostrûm artem reddetis irritā. Quis enim dubitet repetiturum à me Seuthen quæ dederit, si pactus quod fuerim, pretio corruptus, ei non præstitero? Sed enim multum abest vt vestra ego vos mercede fraudarim: ac per deos omnes deásque iuro, Seuthen neque ea mihi dedisse quæ priuatim promiserat: (adest ipse, atq; hæc audiens, si mentior, periurii me tacitus condemnat) ac,

quod magis miremini, illud etiam adiuro, minus me multo accepisse quàm cæteros duces, ne dicam quàm de centurionibus nonnulli. Quæ verò me res vt id facerem adduxit? Existimabam, quo eum magis in aduersis rebus iuuissem, tanto fore mihi in secundis amiciorem. Sed simul eius & res secundas video, & animum cognosco. Quid igitur, dicat aliquis, non erubescis quum te sentis tam fuisse improuidum vt ludibrio te habuerit? Ego verò planè erubescam si ab hoste me deceptum sentiam: verùm QVICVNQVE sub amici nomine alterum fallit, is, meo iudicio, multo est quàm qui fallitur turpior. Nam siqua est aduersum amicum cautio, eam vos sedulò adhibuisse satis scio, ne causa ei esset quamobrem ea vobis non daret quæ promisisset. Neq; enim hunc nos aut læsimus quicquam, aut vllo per ignauiam nostram detrimento affecimus, neque vllum quod ipse nobis proposuerit certamen refugimus. Verùm dicatis fortasse pignora fuisse postulanda, ne nos posset quum vellet, fallere. Adhæc auscultate, quæ sanè reticuissem, nisi vos aut minus peritos rerum iudices, aut meorum erga vos meritorũ immemores cognouissem. Recordamini quo loco res vestræ essent quum vos ad Seuthen deduxi. Perinthum quum intrare velletis, non patiebatur Aristarchus: qui occlusis portis, vos sub diuo, hyeme summa, statiua habere cogebat: foro verò eo vtebamini in quo prætenues erant copiæ, neque vobis vnde emeretis quæ opus erant valde suppeditabat. Necesse verò erat in Thracia permanere: triremes excursionibus assiduis quominus traiiceremus obstabant. Quòd si statiua in hostili agro habuissemus, in quo erat magnus equitum numerus, magnus etiam peltatorum, quum grauem tantùm nos armaturam haberemus, potuissemus fortassis vniuerso agmine in vicos inuadere, & inde nõ ita multum commeatum quærere. At quum neq; equitatũ neq; peltatos vllos à vobis accepissem, neq; persequi, nec retinere, vel homines, vel pecora potuissemus. Tã dubiis igitur rebus si vobis gratis Seuthen cõciliaui, hominem & equitũ & peltatorum copiis valde instructum, videor (vestram fidem obtestor) vobis ego malè consuluisse? Vos certè dum eius societate vsi estis, & frumenta in vicis, quos effusè fugientes præ metu Thraces deseruerant, reperistis, & pecoris ac mancipiorum participes fuistis. Præterea posteaquam equestres copias habere cœpimus, nulli nobis hostes in conspectum venerunt, quum antè nos & equitatu & peltatorum suorum globo acriter vrgerẽt, semperque impedimento essent quominus parua manu largiores vobis commeatus acquirere possetis. Is igitur per quem hanc estis securitatem consequuti, quòd magnam præterea vobis mercedem non penderit, quasi vos magna aliqua calamitate affecerit, ad necem deposcitur: Considerate verò quæ futura fuisset abeũdi facultas, nisi hyemem in summa rerum omnium copia egissetis, ac nisi aduentitium quasi quiddam & superuacaneum à Seuthe accepissetis. quæ enim hostibus eripueratis, iam prorsus erant consumpta. Et interea vestrûm omnino neminem neque cæsum, neque bello captum amisistis. Adhæc, siquid in Asia præclarè gessistis, nónne ea vobis gloria integra atq; incolumis manet? & ad eam, nouã hanc in Europa, deuictis contra quos bellastis Thracibus, addidistis? Ego mehercule ita statuo, pro iis quorum mihi causa irascimini, magnam à vobis diis immortalibus (per quos maximorum bonorum compotes fuistis) gratiam habendam. Atque hic fuit rerum vestrarum exitus. Nunc, quàm mecum sit præclarè actum cognoscite. Ego, si domum statim rediissem, primùm laudem sanè magnam (quam mihi tunc omnes impertiebamini) reportassem, ac per vos fuisset gloriæ meæ apud alias Græciæ gentes aditus patefactus: fidem verò mihi habuissent Lacedæmonii, quando illi me ad vos remiserant: at nũc ad ipsos Lacedæmonios in summã à vobis inuidiam adductus proficiscor. Vestra etiam causa cum Seuthe inimicitias suscepi, quem meo vestróque merito speraram aut mihi aliquando, aut liberis meis, si ita vsu venisset, memorem se & gratum præbiturum. Ac ipsi vos, quorum ego causa tanto quàm ego sum potentiorum hominum odia subii: quíque ab iis quas saluti vobis fore existimem actionibus nondũ tamen desistere possum, isto in me animo estis. Sed quid verbis opus est? iam me habetis neque fugientem, neque deprecantem. Atqui si in me, vti minamini, sæuieritis, hominem certè tolletis, cuius toties vigilantia seruati estis, qui multa vobiscum gessit, multa pericula adiit, cum suam, tum alienam vicem, officio suo functus: quíque diis fauentibus, ac vestra adiutus virtute, multa de

barbaris trophæa erexit. eum præterea, qui quantum maximè potuit, semper plurimum contendit ne cum vlla Græcorum natione vobis bellandum esset. Ac certè, amoto iam metu, quò vobis libet, terra marive licet proficisci. Vos verò rebus iam secūdissimis fruentes, quum expedita iam sit (quod iampridem cupistis) nauigandi facultas, ac vestrum sibi potentissimi auxilium expetant, stipendium in promptu sit, vltrò se vobis Lacedæmonii duces præbeant, qui facilè præstare cæteris virtute & imperio existimantur: tempus iam, quo me occidatis, idoneum nacti estis. At quàm, perditis & afflictis rebus, alium erga me animum præ vobis ferebatis, quum me, ô maximè omniū memores, parētem appellabatis: quum meorum erga vos meritorū semper sanctam, atque inuiolatam memoriam fore promittebatis? At neque sunt rerum imperiti hi qui nunc ad vos venerunt: quare nisi me animus fallit, nihilo vos certè meliores de vestro isto in me facto iudicabunt.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Græci auspiciis Lacedæmoniorum militabant, & per vicos iter habebant, qui erant in ditione Medosadis, dono illi à Seuthe dati. ibi commeatū omnem & cibaria depascebant. Eam percursationem non tulit Medosades, sed assumpto comitatu cum Xenophonte expostulatum iuit. Is aduersus illius querelas hac oratione respondit. Argumenta eius sunt duo: prius, nihil iniquè ab iis fieri: alterum, siqua culpa sit, tamen ea se vacare. prius probat: quia vnde nunc subleuentur, agrum esse quem Græci hostibus ereptū Seuthæ tradiderunt: vt suo iure eo, saltem diuertendi causa, vti possint. posterius, se iam duces habere Lacedæmonios, quorum militiam sequi coactus sit. Itaque alios esse de ea re appellandos.

Ἀλλὰ σοὶ μὲν τοιαῦτα λέγοντι καὶ ἀποκρίνασθαι χαλεπόν· τοῦδε δὲ ἕνεκα τοῦ νεανίσκου λέξω, ἵν᾽ εἰδῆτε οἷοί τε ὑμεῖς ἐστὲ καὶ οἷοι ἡμεῖς. ἡμεῖς μὲν, πρὶν φίλοι γενέσθαι ὑμῖν, ἐπορευόμεθα διὰ ταύτης τῆς χώρας ὅποι ἐβουλόμεθα, ἣν μὲν ἐθέλοιμεν πορθοῦντες, ἣν δ᾽ ἐθέλοιμεν καταχαίοντες. καὶ σὺ, ὁπότε πρὸς ἡμᾶς ἦλθες πρεσβεύων, ηὐλίζου παρ᾽ ἡμῖν, οὐδένα φοβούμενος τῶν πολεμίων. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἦτε εἰς τήνδε τὴν χώραν, ἤ, εἴποτε ἔλθοιτε, ὡς ἐν κρειττόνων χώρᾳ ηὐλίζεσθε ἐγκεχαλινωμένοις τοῖς ἵπποις. ἐπεὶ δὲ ἡμῖν φίλοι ἐγένεσθε, καὶ δι᾽ ἡμᾶς ἔχετε τήνδε τὴν χώραν, νῦν δὲ ἐξελαύνετε ἡμᾶς ἐκ τῆς χώρας ἣν παρ᾽ ἡμῶν ἑκόντων κατὰ κράτος παρελάβετε. (ὡς γὰρ αὐτὸς οἶσθα, οἱ πολέμιοι οὐκ ἦσαν ἱκανοὶ ἡμᾶς ἐξελαύνειν) καὶ οὐχ ὅπως δῶρα δοὺς καὶ εὖ ποιήσας ἀνθ᾽ ὧν εὖ ἔπαθες, ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀποπέμψασθαι, ἀλλὰ πορευομένους ἡμᾶς οὐδ᾽ ἐναυλισθῆναι ὅσον δύνασαι ἐπιτρέπεις. καὶ ταῦτα λέγων, οὔτε θεοὺς αἰσχύνῃ, οὔτε τόνδε τὸν ἄνδρα, ὃς νῦν σε ὁρᾷ πλουτοῦντα· πρὶν δὲ ἡμῖν φίλον γενέσθαι, ἀπὸ λῃστείας τὸν βίον ἔχοντα; ὡς αὐτὸς ἔφησθα. ἀτὰρ τί καὶ πρὸς ἐμὲ ταῦτα λέγεις; οὐ γὰρ ἐγὼ ἔτι ἄρχω, ἀλλὰ Λακεδαιμονίοις ὑμεῖς παρεδώκατε τὸ στράτευμα ἀπάγειν, οὐδὲ ἐμὲ παρακαλέσαντες, ὦ θαυμαστότατοι· ὅπως ὥσπερ ἀπηχθανόμην αὐτοῖς ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦγον, οὕτω καὶ χαρισαίμην νῦν ἀποδιδούς.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

Tibi quidem ad ea quæ dicis est omnino difficile respondere: verùm istius adolescentis causa dicam quæ opus est, vt quales vos sitis, quales item nos, facilè cognoscatis. Nos antequam vobis amici essemus, per hos fines quocūque libitum esset, vel populantes, vel etiam vrentes excurrebamus: ac tu quoties legatus ad nos venisses, intra castra receptus, hostes planè nullos metuebas. Vos verò in hos agros nunquam veniebatis, aut siquādo venissetis, vt inter eos qui viribus præstarent, frænatis equis pernoctabatis. Postea verò quàm vobis amicitia nobiscum intercedit, & nostra maximè opera agrum hunc tenetis, eiicitis nos ex ea regione quam nostra voluntate captam habetis. Vt enim ipse nosti, nos certè hostes eiicere non potuissent. Tantum verò abest vt donis ac beneficiis optimè de vobis meritos prosequaris, vt castris etiam locum capere prohibeas. Neque dū ista dicis, aut deos vereris, aut istū ipsum hominem, qui te iam diuitem cōspicit, quū antè, vt ipse profitebare, antequā ad amicitiam te nostrā applicasses, è latrociniis tibi victitādum esset. Verùm quid hæc mecum agitis? cur non potius cum Lacedæmoniis? quibus abducendum exercitum, ô viri omniū præstantissimi, tradidistis, re mecum neutiquam communicata, ne videlicet eam inuidiā, quam mihi his copiis ad vos adductis concitaram, si nunc illis eas ipse reddidissem, extinguerem.

XENOPHONTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quia grassandi causam habebant Græci in retentis stipendiis, ita conuenit Medosadi cum Lacedæmoniis, vt mitterentur qui Seuthen de exoluendis stipendiis appellaret. Missus est Xenophon: hic cum eo hæc est loquutus, quæ hac oratione ipse complexus est. Totus est in monendo eo vt fidem liberet, & stipendia numeret. Argumenta præcipua sunt quatuor: primum ab officio viri boni, iusti, & recti, cuius sit fidei ius nunquam fallere: hîc persequitur effecta fidei & integritatis. alterum est à comparatione temporum: si ante expeditionem repræsentatione stipẽdiorum patrimonium recuperare voluisset, (erat enim hæreditarius ager) dilata certè pensione in rerum receptarum tempus non debet tergiuersari. tertium est ab enumeratione incommodorum, quæ illi subeunda sunt non attributa ea pecunia. quartum est ab ipsius Xenophontis periculo: quippe (vt suprà vidimus) miles exasperatus dilatione eius solutionis, conuitium faciebat Xenophonti, & vim allaturus videbatur: eadem se manere damna. rogat igitur ne committat vt sibi sit diutius flagrandum hac inuidia. Inseruntur refutationes aliquot, quia incommodum habuerat suasorem Heraclidem Seuthes.

Οὐδὲν ἀπαιτήσων, ὦ Σεύθη, πάρειμί σε, ἀλλὰ διδάξων ὡς ἂν δύνωμαι, ὡς οὐ δικαίως μοι ἠχθέσθης ὅτι ὑπὲρ τῶν στρατιωτῶν ἀπῄτουν σε ἃ ὑπέσχου αὐτοῖς προθύμως. σοὶ γὰρ ἔγωγε οὐχ ἧττον ἐνόμιζον εἶναι συμφέρον ἀποδοῦναι ἢ ἐκείνοις ἀπολαβεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ οἶδα μετὰ τοὺς θεοὺς εἰς τὸ φανερόν σε τούτους καταστήσαντας· ἐπεί γε βασιλέα σε ἐποίησαν πολλῆς χώρας καὶ πολλῶν ἀνθρώπων. ὥστε οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ λανθάνειν οὔτε ἤν τι καλὸν οὔτε ἤν τι αἰσχρὸν ποιήσῃς. τοιούτῳ δ' ὄντι ἀνδρὶ μέγα μέν μοι δοκεῖ εἶναι μὴ δοκεῖν ἀχαρίστως ἀποπέμψασθαι ἄνδρας εὐεργέτας, μέγα δ' εὖ ἀκούειν ὑπὸ ἑξακισχιλίων ἀνθρώπων· τὸ δὲ μέγιστον, μηδαμῶς ἄπιστον σαυτὸν καταστῆσαι ὅ, τι λέγεις. ὁρῶ γὰρ τῶν μὲν ἀπίστων ματαίους καὶ ἀδυνάτους καὶ ἀτίμους τοὺς λόγους πλανωμένους· οἳ δ' ἂν φανεροὶ ὦσιν ἀλήθειαν ἀσκοῦντες, τούτων οἱ λόγοι, ἤν τι δέωνται, οὐδὲν μεῖον δύνανται ἀνύσασθαι ἢ ἄλλων ἡ βία. ἤν τέ τινα σωφρονίζειν βούλωνται, γιγνώσκω τὰς τούτων ἀπειλὰς οὐχ ἧττον σωφρονιζούσας ἢ ἄλλων τὸ ἤδη κολάζειν· ἤν τέ τῳ τι ὑπισχνῶνται οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες, οὐδὲν μεῖον διαπράττειν ἢ οἱ ἄλλοι παραχρῆμα διδόντες. ἀναμνήσθητι δὲ καὶ σύ, τί προτελέσας ἡμῖν, συμμάχους ἡμᾶς ἔλαβες. οἶδ' ὅτι οὐδέν· ἀλλὰ πιστευθεὶς ἀληθεύσειν ἃ ἔλεγες, ἐπῆρας τοσούτους ἀνθρώπους συστρατεύσασθαί τε καὶ κατεργάσασθαί σοι ἀρχὴν οὐ πεντήκοντα μόνον ἀξίαν ταλάντων, ὅσα οἴονται δεῖν οὗτοι νῦν ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ πολλαπλασίων. οὐκοῦν τοῦτο μὲν πρῶτον τὸ πιστεύεσθαί σε, καὶ τὴν βασιλείαν σοι κατειργασμένον τούτων τῶν χρημάτων ὑπὸ σοῦ πιπράσκεται. ἴθι δή, ἀναμνήσθητι πῶς μέγα ἡγοῦ τοῦτο καταπρᾶξαι ὃ νῦν καταστρεψάμενος ἔχεις. ἐγὼ μὲν οἶδ' ὅτι εὔξω ἂν τὰ νῦν πεπραγμένα μᾶλλόν σοι καταπραχθῆναι, ἢ πολλαπλάσια τούτων τῶν χρημάτων γενέσθαι. ἐμοὶ τοίνυν μεῖζον βλάβος καὶ αἴσχιον δοκεῖ εἶναι τὸ ταῦτα νῦν μὴ κατασχεῖν ἢ τότε μὴ λαβεῖν· ὅσῳπερ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι, καὶ ὅσῳ λυπηρότερον ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι. οὐκοῦν ἐπίστασαι μὲν ὅτι οἱ νῦν σοι ἐπήκοοι γενόμενοι, οὐ φιλίᾳ τῇ σῇ ἐπείσθησαν ὑπὸ σοῦ ἄρχεσθαι, ἀλλ' ἀνάγκῃ· καὶ ὅτι ἐπιχειροῖεν ἂν πάλιν ἐλεύθεροι γίγνεσθαι, εἰ μή τις αὐτοὺς φόβος κατέχοι. ποτέρως οὖν οἴει μᾶλλον ἂν φοβεῖσθαί τε αὐτούς, καὶ φρονεῖν τὰ πρὸς σέ, εἰ ὁρῷέν σοι τοὺς στρατιώτας οὕτω διακειμένους, ὡς νῦν τε μένοντας ἄν, εἰ σὺ κελεύεις, αὖθίς τ' ἂν ταχὺ ἐλθόντας, εἰ δέοι, ἄλλους τε, τούτων περὶ σοῦ ἀκούοντας πολλὰ ἀγαθά, ταχὺ ἄν σοι πρὸς ὃ σὺ βούλοιο παραγίγνεσθαι· ἢ εἰ καταδοξάσειαν μήτε ἂν ἄλλους σοι ἐλθεῖν, δι' ἀπιστίαν ἐκ τῶν νῦν γιγνομένων, τούτους τε αὐτοῖς εὐνουστέρους εἶναι ἢ σοί; ἀλλὰ μὴν οὐδὲν πλήθει γε ἡμῶν λειφθέντες ὑπεῖξαί σοι, ἀλλὰ προστατῶν ἀπορίᾳ. οὐκοῦν νῦν καὶ τοῦτο κίνδυνος, μὴ λάβωσι προστάτας αὐτῶν τινὰς τούτων οἳ νομίζουσιν ὑπὸ σοῦ ἀδικεῖσθαι, ἢ καὶ τούτων κρείττονας τοὺς Λακεδαιμονίους· ἐὰν οἱ μὲν στρατιῶται ὑπισχνῶνται προθυμότερον αὐτοῖς συστρατεύεσθαι, ἐὰν παρὰ σοῦ ἀναπράξωσιν, οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, διὰ τὸ δεῖσθαι τῆς στρατιᾶς, συναινέσωσιν αὐτοῖς ταῦτα. ὅτι γε μὴν οἱ νῦν ὑπὸ σοὶ Θρᾷκες γενόμενοι πολὺ ἂν προθυμότερον ἴοιεν ἐπὶ σὲ ἢ σὺν σοί, οὐκ ἄδηλον. σοῦ μὲν γὰρ κρατοῦντος, δουλεία ὑπάρχει αὐτοῖς· κρατουμένου δὲ σοῦ, ἐλευθερία. εἰ δὲ καὶ τῆς χώρας προνοεῖσθαι ἤδη τι δεῖ, ὡς σῆς οὔσης, ποτέρως ἂν οἴει ἀπαθῆ κακῶν αὐτὴν εἶναι μᾶλλον, εἰ οὗτοι οἱ στρατιῶται ἀπολαβόντες ἃ ἐγκαλοῦσιν, εἰρήνην καταλιπόντες οἴχοιντο, ἢ εἰ οὗτοί τε μένοιεν ὡς ἐν πολεμίᾳ, σύ τε ἄλλους πειρῷο πλείονας τούτων ἔχων ἀντιστρατοπεδεύεσθαι δεομένους τῶν ἐπιτηδείων; ἀργύριον δὲ ποτέρως ἂν πλεῖον ἀναλωθείη; τούτοις τὸ ὀφειλόμενον ἀποδοθείη, ἢ εἰ ταῦτά τε ὀφείλοιτο, ἄλλους τε κρείττονας τούτων δέοι μισθοῦσθαι; ἀλλὰ γὰρ Ἡρακλείδῃ, ὡς πρὸς ἐμὲ ἐδήλου, πάμπολυ τοῦτο δοκεῖ τὸ ἀργύριον εἶναι. ἦ μὴν πολύ γ' ἐστὶν ἔλαττον νῦν σοι καὶ λαβεῖν τοῦτο καὶ ἀποδοῦναι, ἢ πρὶν ἡμᾶς ἐλθεῖν πρός σε, τὸ δέκατον τούτου μέρος. οὐ γὰρ ὁ ἀριθμός ἐστιν ὁ ὁρίζων τὸ πολὺ καὶ ὀλίγον, ἀλλ' ἡ δύναμις τοῦ τε ἀποδιδόντος καὶ τοῦ λαμβάνοντος. σοὶ δὲ νῦν ἡ κατ' ἐνιαυτὸν πρόσοδος πλείων ἔσται ἢ πρόσθεν τὰ παρόντα ἃ ἐκέκτησο. ἐγὼ μέν, ὦ Σεύθη, ταῦτα ὡς φίλου σου ὄντος, σοῦ προὐνοούμην, ὅπως σύ τε ἄξιος δοκοίης εἶναι ὧν οἱ θεοί σοι ἔδωκαν ἀγαθῶν, ἐγώ τε μὴ διαφθαρείην ἐν τῇ στρατιᾷ. εὖ γὰρ ἴσθι ὅτι νῦν ἐγὼ οὔτ' ἂν ἐχθρὸν κακῶς ποιῆσαι βουλόμενος δυνηθείην σὺν ταύτῃ τῇ στρατιᾷ, οὔτ' ἄν, εἴ σοι πάλιν βουλοίμην βοηθῆσαι, ἱκανὸς ἂν γενοίμην. οὕτω γὰρ πρὸς ἐμὲ ἡ στρατιὰ διάκειται. καίτοι αὐτόν σε μάρτυρα σὺν τοῖς θεοῖς εἰδόσι ποιοῦμαι, ὅτι οὔτε ἐγὼ ἔχω παρὰ σοῦ ἐπὶ τοῖς στρατιώταις οὐδέν, οὔτε ᾔτησα πώποτε εἰς τὸ ἴδιον τὰ ἐκείνων, οὔτε ἃ ὑπέσχου μοι ἀπῄτησα, ὄμνυμι δέ σοι, μηδ' ἀποδιδόντος δέξασθαι ἄν, εἰ μὴ καὶ οἱ στρατιῶται ἔμελλον τὰ ἑαυτῶν συναπολαμβάνειν. αἰσχρὸν γὰρ ἦν τὰ μὲν ἐμὰ διαπεπρᾶχθαι, τὰ δ' ἐκείνων περιορᾶν ἐμὲ κακῶς ἔχοντα, ἄλλως τε καὶ τιμώμενον ὑπ' ἐκείνων. καίτοιγε Ἡρακλείδῃ λῆρος πάντα δοκεῖ εἶναι πρὸς τὸ ἀργύριον ἔχειν ἐκ παντὸς τρόπου· ἐγὼ δέ, ὦ Σεύθη, οὐδὲν νομίζω γε ἀνδρί, ἄλλως τε καὶ ἄρχοντι, κάλλιον εἶναι κτῆμα οὐδὲ λαμπρότερον, ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης καὶ γενναιότητος. ὁ γὰρ ταῦτα ἔχων, πλουτεῖ μὲν ὄντων

φίλων πολλῶν, πλουτεῖ δὲ καὶ ἄλλων βουλομένων γενέσθαι. καὶ εὖ μὲν πράττων, ἔχει τοὺς συνησθησομένους, ἐὰν δέ τι σφαλῇ, οὐ σπανίζει τῶν βοηθησόντων. ἀλλὰ γὰρ εἰ μήτε ἐκ τῶν ἐμῶν ἔργων κατέμαθες ὅτι σοὶ ἐκ τῆς ψυχῆς φίλος ἦν, μήτε ἐκ τῶν ἐμῶν λόγων δύνασαι τοῦτο γνῶναι, ἀλλὰ τοὺς τῶν στρατιωτῶν λόγους κατανόησον. παρῆσθα γάρ, καὶ ἤκουες οὓς ἔλεγον οἱ ψέγειν ἐμὲ βουλόμενοι. κατηγόρουν μὲν γάρ μου πρὸς Λακεδαιμονίους ὡς σὲ περὶ πλείονος ποιοίμην ἢ Λακεδαιμονίους. αὐτοὶ δ᾽ ἐνεκάλουν ἐμοὶ ὡς μᾶλλον μέλοι μοι ὅπως τὰ σὰ καλῶς ἔχοι ἢ ὅπως τὰ ἑαυτῶν. ἔφασαν δέ με καὶ δῶρα ἔχειν παρὰ σοῦ. καίτοι τὰ δῶρα ταῦτα πότερον οἴει αὐτοὺς κακόνοιάν τινα ἐνιδόντας με πρὸς σὲ αἰτιᾶσθαί με ἔχειν παρὰ σοῦ ἢ προθυμίαν πολλὴν περὶ σὲ κατανοήσαντας; ἐγὼ μὲν οἶμαι πάντας ἀνθρώπους εὔνοιαν δεῖν ἀποδείκνυσθαι τούτῳ παρ᾽ οὗ ἄν τις δῶρα λαμβάνῃ. σὺ δὲ, πρὶν μὲν ὑπηρετῆσαί τι σοὶ ἐμὲ, ἐδέξω ἡδέως καὶ ὄμμασι καὶ φωνῇ καὶ ξενίοις, καὶ ὅσα ἔσοιτο ὑπισχνούμενος οὐκ ἐνεπίμπλασο· ἐπεὶ δὲ κατέπραξας ἃ ἐβούλου, καὶ γεγένησαι ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην μέγιστος, νῦν οὕτω με ἄτιμον ὄντα ἐν τοῖς στρατιώταις τολμᾷς περιορᾶν. ἀλλὰ μὴν ὅτι σοὶ δόξει ἀποδοῦναι πιστεύω καὶ τὸν χρόνον διδάξειν, καὶ αὐτόν γέ σε οὐκ ἀνέξεσθαι τοὺς σοὶ προεμένους εὐεργεσίαν ὁρῶντα ἐγκαλοῦντάς σοι. δέομαι οὖν σου, ὅταν ἀποδιδῷς, προθυμεῖσθαι ἐμὲ παρὰ τοῖς στρατιώταις τοιοῦτον ποιῆσαι οἷόνπερ καὶ παρέλαβες.

EADEM LATINE,

Romulo Amasæo interprete.

ADsum, non vt à te quicquam repetam, sed vt doceam qua possim ratione, mihi te non iure succensere quòd militibus quæ tua summa volũtate pollicitus es, à te exigam: siquidem tibi semper magis conducere ea reddere duxi, quàm illis recipere. Illud enim satis scio, te illos, secũdum deos, illustrem reddidisse, qui tam ampli regni te compotem fecerint, ac tam magnum hominum numerum potestati tuæ subiecerint, vt nullum iam aut honestũ aut turpe factum tuum obscurum esse possit. Quare quum ita se res tuæ habeant, tua permagni arbitror referre, nõn videri te homines tam bene de te meritos tam inhumaniter dimisisse. Neque verò parui faciẽdum est hominum te VI millium laudibus celebrari. Nam certè illud est tibi omnium maximè expetendum, neque irrita, neque vana videri quæ dixeris. VIDEO enim leuium & inconstantium hominum orationem futilem & inanem haberi, ac temere huc atque illuc errare, sine pondere vllo aut honore: contrà verò quum fidei quempiam rationẽ habere maximam cõstiterit, eius orationem, siquid rogarit, nihilominus valere quàm aliorum vim: eundem si quenquam ad officium velit reuocare, minando id facilius quàm alios puniendo consequi posse: ac postremò plus proficere promittendo quàm alios statim dãdo. Recordare verò quum nos tibi socios asciuisti, an præ manu aliquid nobis dederis: certè tu quidem nihil, sed tuam duntaxat fidem sequuti sumus: & ea vna tot homines concitasti, quorum maximè auxilio & opera tibi id imperium partũ est; quod multis partibus pluris æstimandum quàm ea L. talenta, quæ à te nostri repetunt. Quid autem? nónne primùm fides (quæ tanti fuit vt tibi etiam regnum parauerit) à te ista pecunia venditur? Iam verò quanti, obsecro te, æstimares istarum te rerum potiri posse quæ in tua nunc potestate sunt? Mihi profectò dubium esse non potest quin ista quæ tibi effecta reddidimus, multo maiori quàm quantã nobis debes pecuniæ fueris prælaturus. MIHI certè & damnum & dedecus multo maius esse videtur, parta non tueri quàm quæ in aliorum sint potestate non vendicare: quanto scilicet grauius est è diuite pauperẽ fieri, quàm omninò ab initio diuitem non fuisse: quantóque sit acerbius è regno eiici, quàm non esse regnũ vnquam consequutũ. Et illud etiã non ignoras, eos qui nunc tibi parent, nõ amicitia conciliatos, sed vi parẽre coactos: atque eos siquod recipiẽdæ libertatis tẽpus nacti fuerint neque vllo fuerint metu retardati, facilè rebellaturos. Vtro igitur modo facilius in officio contineri possint, si milites hosce eo erga te animo esse videãt vt vel si iubeas maneãt, vel, quũ opus fuerit, quamprimùm ad te redeãt, atque id eos audiant prædicãtes, tuo se merito tibi vbiuis locorum præstò futuros: an verò si spem in perfidia tua positam habuerint, neque aliunde manum vllam tibi auxilio venturam, neque hos quibus es vsus, tibi quicquam fore quàm ipsis amiciores? Neque verò illi quòd nostris copiis numero inferiores essent, subacti sunt, sed quòd planè duces nullos habuerunt. Quid futurum igitur est, si aut ex iis qui iniuria se lacessitos putãt, dux illis vnus aliquis extiterit: aut etiam ex melioribus, videlicet Lacedæmoniis? quibus quum milites alacriores in bello futuros se polliciti fuerint, si in repetenda sua se adiuuerint mercede, certè quum exercitu indigeãt, id illis concedent. Quòd autem, qui

ſub imperio tuo ſunt Thraces, multo ſint alacrius contra te quàm tecum arma ſumpturi, ex eo non eſt difficile coniicere quòd te regnum obtinente, ſeruitus: eiecto, libertas illis parata eſt. Iam verò ſi regioni huic tanquam tuæ bene conſulendum eſt, vtro tandem modo eam integriorem fore iudicas, ſi milites hi ſuâ mercede, cuius tibi cauſa irati ſunt, recepta, pacati abeant: an verò, ſi & hi agrum populationibus infeſtum reddant? & maiorem tu, quam his opponas, manum comparare coneris, cui erunt nihilominus commeatus curandi? Et pecunia vtra tandem ratione maior erogabitur, ſi quod his debes diſſolueris: an verò ſi & his vno tempore debeas, & alius tibi ſit vel hoc maior exercitus alendus? Atenim hæc pecuniæ ſumma, Heraclidæ (quod ex eius oratione cognoui) perhercle magna videtur. Sed certè decem partibus minor tibi, vel reddenti, vel accipienti, videri debet, quàm ea quam, quum ad te venimus, poſſidebas. NEQVE enim numero, quantum quis vel det vel accipiat, ſed hominis ipſius facultate metiendũ eſt. Tu verò nunc maiores quotãnis fructus capis quàm quanti omnis antè pecunia tua cenſeretur. Atq; id ego tibi ô Seutha tanquam integra amicitia noſtra ſuadeo, quò & ipſe deorum tam multis beneficiis dignus habeare, & mihi non ſit *concitatæ* multitudini capitis pœna luenda. Qui eſt enim in præſentia militum in me animus, neq; ego his copiis inimicum vlciſci, neque iterũ ſi velim, tibi opem ferre poſſem. Atqui & ipſum te, & deos (quos nihil latère poteſt) teſtes cito, nihil me, eo nomine quòd tibi Græcos conciliarim, abs te accepiſſe: neque vnquam quæ illis deberentur, mihi vt dares poſtulaſſe: quando neque ea repetii quæ tu mihi vltrò promiſiſti. Illud etiam iureiurando affirmo, nihil me abs te accepturum fuiſſe, niſi & milites ſuum recepiſſent. Quid enim turpius quàm meis ipſius rebus ex animi ſententia tranſactis, eorum cauſam negligere qui me maximè ornatum & honeſtatum voluerunt? At Heraclides nugas eſſe arbitratur omnia præterquam argentum quouis modo partum habere. Ego verò, Seuthe, nihil homini cuiuis, ac præcipuè ei qui in alios imperium habeat, vllas opes exiſtimo pulchriores, aut honeſtiores, quàm virtus ſit, iuſtitia, animi magnitudo: quæ qui poſſideat, quum ei tam multi amici ſint, ac tam multi eſſe cupiant, non poteſt non diuitiis plurimùm abundare: neque omnino is in ſecundis qui gratulentur, in aduerſis qui opem ferant, requirit. Quòd ſi neque ex vllo facto meo ſatis perſpectum habes me tibi ex animo amicum eſſe, neque id etiam potes ex oratione mea cognoſcere, veniat tibi quæſo in mentem eorum quæ à militibus ipſis dicta ſunt: audiſti enim quũ dicerent vituperatores mei, dum apud Lacedæmonios me inſimularent, te pluris multò à me quàm Lacedæmonios fieri, méque accuſarent quòd tuis quàm ſuis rationibus bene conſultum mallem, ac iidem accepiſſe me abs te pecuniam obiicerent. In quam ſuſpicionem vnde putas eos veniſſe? an quòd me potius hoſtili quàm prompto & beneuolo in te animo eſſe animaduertebant? Ego me hercule ita exiſtimo, neminem à quoquam, niſi beneuolentiam erga illum præ ſe ferat, munera accipere. Ac tu quidem antequam de te quicquam bene mererer, & vultu & voce me, hoſpitalibus etiam donis liberaliſſimè accepiſti: promittendi verò nullum finem faciebas. poſteaquam voti cõpos factus es, ac quantum ope operáque mea fieri potuit, creuiſti, nihil quòd militibus noſtris contemptui ſim, ad te pertinere arbitraris? Atenim confido, ex tempore ipſo conſilio capto, te quod debes diſſoluturum. Nam adduci nõ poſſum vt credam te ſemper bene de te meritorum hominum querelas pro nihilo habiturum. Te igitur rogatum velim, vt quum ſatis militibus feceris, me etiam apud eos in quem accepiſti locum reſtituas.

ORATIONES SEV CONCIONES EX libris Xenophontis de rebus gestis Græcorum.

Ex libro primo.

ORATIO CALLICRATIDAE.

ARGVMENTVM.

Lacedæmonii, reuocato Lysandro, Callicratidã classi præfecerant: sed Lysandrũ gratiorem classiarii habebant, & ea re occultis vocibus eius successorem Callicratidam carpebant, eique erant molesti. Cui rei prouidendum ille sibi ratus est conuocata concione. Fecit, & ibi hanc conciunculam habuit: vbi, iure sui imperii exposito, consuluit eos quid optimum factu existimarent, imperiúmne depositum iret, an illud obtinere perseueraret.

Ἐμοὶ ἀρκεῖ οἴκοι μένειν· καὶ εἴτε Λύσανδρος, εἴτε ἄλλος τις ἐμπειρότερος περὶ τὰ ναυτικὰ βούλεται εἶναι, οὐ κωλύω τὰ κατ᾽ ἐμέ. ἐγὼ δ᾽ ὑπὸ τῆς πόλεως ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς πεμφθεὶς, οὐκ ἔχω τί ἄλλο ποιῶ ἢ τὰ κελευόμενα ὡς ἂν δύνωμαι κράτιστα. ὑμεῖς δὲ πρὸς ἃ ἐγώ τε φιλοτιμοῦμαι, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν αἰτιάζεται (ἴστε γὰρ αὐτὰ, ὥσπερ καὶ ἐγὼ) ξυμβουλεύω τὰ ἄριστα ὑμῖν δοκοῦντα εἶναι περὶ τοῦ ἐμὲ ἐνθάδε μένειν ἢ οἴκαδε ἀποπλεῖν, ἐροῦντα τὰ καθεστῶτα ἐνθάδε.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

Mihi manere domi satis est: & siue Lysander, siue alius quispiam rerum nauticarum peritior classi præesse studet, ei per me licet. Sed quũ ipse ad classem à republica missus fuerim, facere nõ possum quin eius imperia quàm potero diligẽtissimè capessam. Vos autẽ ad ea ad quæ adnitor, & de quibus nostra respublica malè audit (ea verò nostis æquè atque ego) quid factu optimũ videatur, consulite: an hîc manendum mihi sit, an domum redeundum, vt statum istarum rerũ, magistratibus referam.

CALLICRATIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Defecerat Callicratidam æs militare, missique erant qui illud Lacedæmone comportarent: sed quoniam longum erat eorum aduentum expectare, nec Cyrus Persa pecuniam ex pacto repræsentabat, concilium habuit Milesiorum Callicratidas, vbi hac concione exposuit penuriæ suæ causam, necessitatem belli gerendi, & causam quamobrem à Cyro pecuniam non expectaret. Hortatus est vt suas partes in eo bello susciperent, & impensas erogarent, tantisperdum domestica pecunia adueheretur.

Ἐμοὶ μὲν, ὦ Μιλήσιοι, ἀνάγκη τοῖς οἴκοι ἄρχουσι πείθεσθαι· ὑμᾶς δὲ ἐγὼ ἀξιῶ προθυμοτάτους εἶναι ἐς τὸν πόλεμον, διὰ τὸ οἰκοῦντας ἐν βαρβάροις πλεῖστα κακὰ ἤδη ὑπ᾽ αὐτῶν πεπονθέναι. δεῖ δ᾽ ὑμᾶς ἐξηγεῖσθαι τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις ὅπως ἂν τάχιστά τε καὶ μάλιστα βλάπτωμεν τοὺς πολεμίους, ἕως ἂν οἱ ἐκ Λακεδαίμονος ἥκωσιν, οὓς ἐγὼ ἔπεμψα χρήματα ἄξοντας. ἐπεὶ τὰ ἐνθάδε ὑπάρχοντα Λύσανδρος Κύρῳ ἀποδοὺς, ὡς περιττὰ ὄντα, οἴχεται. Κῦρος δὲ, ἐλθόντος ἐμοῦ ἐπ᾽ αὐτὸν, ἀεὶ ἀνεβάλλετό μοι διαλεχθῆναι, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὰς ἐκείνου θύρας φοιτᾶν οὐκ ἠδυνάμην ἐμαυτὸν πεῖσαι. ὑπισχνοῦμαι δ᾽ ὑμῖν, ἀντὶ τῶν ξυμβάντων ὑμῖν ἀγαθῶν ἐν τῷ χρόνῳ ᾧ ἂν ἐκεῖνα προσδεχώμεθα, χάριν ἀξίαν ἀποδώσειν. ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς δείξωμεν τοῖς βαρβάροις ὅτι καὶ ἄνευ τοῦ ἐκείνους θαυμάζειν, δυνάμεθα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

Equidem ô Milesii vrbanis magistratibus parêre cogor: à vobis autẽ peto vt summo studio in bellum incumbatis, vt clades vlciscamini, quas plurimas à barbaris, inter quos habitatis, olim accepistis. Decet autem vos exemplo vestro cæteros inducere socios, vt celerrimè maximis detrimentis hostes afficiamus, donec redeat quos pro pecuniis afferendis misi Spartam. Nam quæ supererant, eas Lysander discedens, quasi non necessarias Cyro reddidit: Cyrus verò quum ad eum ipse venissem, nullam

congrediēdi poteſtatem facere, diem ex die ducere. At ego animum inducere nō poteram, vt foribus eius obuerſarer. Spondeo autem vobis me pro rerum ſucceſſu, ſiquis interea fuerit dum illas expectamus, debitam vobis relaturum gratiam. Quare oſtendamus barbaris nos ipſos, (diis iuuantibus) vel ſpretis illorum opibus, poſſe vlciſci noſtros hoſtes.

EVRYPTOLEMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Summam belli quod cum Lacedæmoniis gerebant Athenienſes, commiſerant decem ducibus, quos pari imperio & iure creabant interdum. Ii ſecundum prælium nauale fecerant, & hoſtibus grauem cladem intulerant, & poſt pugnam, quum de ſuis non paucos deſiderari animaduertiſſent, dimiſerant circūquaque ex ſuis quibus negotium dederant vt naufragos diligenter conquirerent, & duces duos ei negotio præeſſe iuſſerant. iis tempeſtas obſtiterat, & re infecta redierant. Reuerſis domū decē ducibus ea res crimini ab inuidis data eſt. Itaq; cauſam dicere ſunt coacti: adeóq; in eos exarſit inuidia, vt nec ſenatus, quanquam eo vterentur æquiore, nec populus ius æquum in eorum iudicio conſeruaret: nec omnino innocentum cauſam à ſontibus vellet ſeiungere. Quæ res haud dubiè illis periculum capitis omnibus denuntiabat. Interceſſit hic Euryptolemus, nominatim pro Pericle & Diomedonte: & hac oratione quam pro concione habuit, oſtendit non eſſe ducum omnium cauſam exæquandam, ſed omnes ad cauſam dicendam admittendos, ſingulorum facta eſſe cognoſcenda, & re cognita, nominatim de illis pronuntiandum. Leges affert, quibus eorum cauſa debeat diſceptari: pòſt, ad commune omnium patrocinium narrat factum, quod in eo iudicio verſabatur: culpa carere, cuius inſimulentur, oſtendit. Porrò principium orationis ſatis docet quot & quæ eius ſint partes.

ΤΑ μὲν κατηγορήσων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀνέβην ἐνθάδε Περικλέους, ἀναγκαίου μοι ὄντος καὶ ἐπιτηδείου, καὶ Διομέδοντος φίλου· τὰ δ᾽, ὑπεραπολογησόμενος· τὰ δὲ, ξυμβουλεύσων ἅ μοι δοκεῖ ἄριστα εἶναι ἁπάσῃ τῇ πόλει. κατηγορῶ μὲν οὖν αὐτῶν, ὅτι ἔπεισαν τοὺς ξυνάρχοντας, βουλομένους πέμπειν γράμματα τῇ τε βουλῇ καὶ ὑμῖν, ὅτι ἐπέταξαν τῷ Θηραμένει καὶ Θρασυβούλῳ τετταράκοντα καὶ ἑπτὰ τριήρεσιν ἀνελέσθαι τοὺς ναυαγούς. οἱ δὲ οὐκ ἀνείλοντο· εἶτα νῦν τὴν αἰτίαν κοινὴν ἔχουσιν, ἐκείνων ἰδίᾳ ἁμαρτόντων, καὶ ἀντὶ τῆς τότε φιλανθρωπίας, νῦν ὑπ᾽ ἐκείνων τε καί τινων ἄλλων ἐπιβουλευόμενοι, κινδυνεύουσιν ἀπολέσθαι. οὐκ, ἂν ὑμεῖς γέ μοι πείθοισθε, τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιοῦντες· καὶ ὅθεν μάλιστ᾽ ἀληθῆ πεύσεσθε, καὶ οὐ μετανοήσαντες, ὕστερον εὑρήσετε σφᾶς αὐτοὺς ἡμαρτηκότας ἐς τὰ μέγιστα, θεούς τε καὶ ὑμᾶς αὐτούς. ξυμβουλεύω δ᾽ ὑμῖν, ἐν οἷς οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ οὔθ᾽ ὑπ᾽ οὐδενὸς ἄλλου ἔστιν ἐξαπατηθῆναι ὑμᾶς, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας εἰδότας κολάσεσθε ᾗ ἂν βούλησθε δίκῃ, καὶ ἅμα πάντας καὶ καθ᾽ ἕνα ἕκαστον, εἰ μὴ πλέον, ἀλλὰ μίαν ἡμέραν δόντες αὐτοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογήσασθαι· μὴ ἄλλοις μᾶλλον πιστεύοντες ἢ ὑμῖν αὐτοῖς. ἴστε δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντες, ὅτι τὸ Κανώνου ψήφισμα ἐστὶν ἰσχυρότατον, ὃ κελεύει, ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ, δεδεμένον ἀποδικεῖν ἐν τῷ δήμῳ· καὶ ἐὰν καταγνωσθῇ ἀδικεῖν, ἀποθανόντα ἐς τὸ βάραθρον ἐμβληθῆναι, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον εἶναι. κατὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα κελεύω κρίνεσθαι τοὺς στρατηγούς. καὶ νὴ Δία, ἂν ὑμῖν γε δοκῇ, πρῶτον Περικλέα τὸν ἐμοὶ προσήκοντα· αἰσχρὸν μοί ἐστιν ἐκεῖνον περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ τὴν πόλιν. τοῦτο δ᾽ εἰ βούλεσθε, κατὰ τοῦτον τὸν νόμον κρίνατε ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προδόταις, ἐάν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ. τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι. τούτων ὁποτέρῳ βούλεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῷ νόμῳ κρινέσθωσαν οἱ ἄνδρες κατὰ ἕνα ἕκαστον, διῃρημένης τῆς ἡμέρας τριῶν μερῶν. ἑνὸς μὲν, ἐν ᾧ ξυλλέγεσθαι ὑμᾶς δεῖ, καὶ διαψηφίζεσθαι, ἐάν τε ἀδικεῖν δοκῶσιν, ἐάν τε μή· ἑτέρου δ᾽, ἐν ᾧ κατηγορῆσαι· ἑτέρου δ᾽, ἐν ᾧ ἀπολογήσασθαι. τούτων δὲ γιγνομένων, οἱ μὲν ἀδικοῦντες τεύξονται τῆς μεγίστης τιμωρίας, οἱ δ᾽ ἀναίτιοι ἐλευθερωθήσονται ὑφ᾽ ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ οὐκ ἀδικοῦντες ἀπολοῦνται. ὑμεῖς δὲ κατὰ τὸν νόμον εὐσεβοῦντες καὶ εὐορκοῦντες κρινεῖτε, καὶ οὐ ξυμπολεμήσετε Λακεδαιμονίοις, τοὺς ἐκείνους ἑβδομήκοντα ναῦς ἀφελομένους καὶ νενικηκότας, τούτους ἀπολλύντες ἀκρίτους παρὰ τὸν νόμον. τί δὲ καὶ δεδιότες, σφόδρα οὕτως ἐπείγεσθε; ἢ μὴ οὐχ ὑμεῖς ὃν ἂν βούλησθε ἀποκτείνητε, καὶ ἐλευθερώσητε, ἂν κατὰ τὸν νόμον κρίνητε, ἀλλ᾽ οὐκ ἂν παρὰ τὸν νόμον; ὥσπερ Καλλίξενος τὴν βουλὴν ἔπεισεν ἐς τὸν δῆμον εἰσενεγκεῖν μιᾷ ψήφῳ. ἀλλ᾽ ἴσως ἄν τινα καὶ οὐκ αἴτιον ὄντα ἀποκτείνητε, μεταμελήσει δὲ ὕστερον, ἀναμνήσθητε ὡς ἀλγεινὸν καὶ ἀνωφελὲς ἤδη ἐστί· πρὸς δ᾽ ἔτι, καὶ περὶ θανάτου ἀνθρώπου ἡμαρτηκότες. δεινὰ δ᾽ ἂν ποιήσητε εἰ Ἀριστάρχῳ μὲν, πρότερον τὸν δῆμον καταλύοντι, εἶτα δὲ Οἰνόην προδιδόντι Θηβαίοις πολεμίοις οὖσιν, ἔδοτε ἡμέραν ἀπολογήσασθαι, ᾗ ἐβούλετο, καὶ τἆλλα κατὰ τὸν νόμον προὔθετε· τοὺς δὲ στρατηγοὺς τοὺς πάντα ὑμῖν κατὰ γνώμην πράξαντας, νικήσαντας δὲ τοὺς πολεμίους, τῶν αὐτῶν τούτων ἀποστερήσετε. μὴ ὑμεῖς γε, ὦ Ἀθηναῖοι· ἀλλ᾽ ἑαυτῶν ὄντας τοὺς νόμους, δι᾽ οὓς μάλιστα μέγιστοι ἐστὲ, φυλάττοντες, ἄνευ τούτων μηδὲν πράττειν πειρᾶσθε. ἐπανέλθετε δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐτὰ τὰ πράγματα, καθ᾽ ἃ καὶ αἱ ἁμαρτίαι δοκοῦσι γεγενῆσθαι τοῖς στρατηγοῖς. ἐπεὶ γὰρ κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ ἐς τὴν γῆν κατέπλευσαν, Διομέδων μὲν ἐκέλευεν ἀναχθέντας ἐπὶ κέρως ἅπαντας ἀναιρεῖσθαι τὰ ναυάγια καὶ τοὺς ναυαγούς, Ἐρασινίδης δὲ ἐπὶ τοὺς ἐς Μιτυλήνην πολεμίους τὴν ταχίστην πλεῖν ἅπαντας· Θρασυλος δ᾽ ἀμφότερα ἔφη γενέσθαι, ἂν τὰς μὲν αὐτοῦ καταλίπωσι, τὰς δὲ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐπλέωσι. καὶ δοξάντων τούτων, καταλιπεῖν τρεῖς ναῦς ἕκαστον ἐκ τῆς αὑτοῦ ξυμμορίας, τῶν στρατηγῶν ὀκτὼ ὄντων

καὶ τὰς τῶν ταξιάρχων δέκα, καὶ τὰς τῶν Σαμίων δέκα, καὶ τὰς τῶν ναυάρχων τρεῖς. αὗται ἅπασαι γίγνονται ἑπτὰ καὶ τετταράκοντα, τέτταρες περὶ ἑκάστην ναῦν, τῶν ἀπολωλυιῶν δώδεκα οὐσῶν. τῶν δὲ καταλειφθέντων ταξιάρχων ἦσαν Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης, ὃς ἐν τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ κατηγόρει τῶν στρατηγῶν, ταῖς δὲ ἄλλαις ναυσὶν ἔπλεον ἐπὶ τὰς πολεμίας. τί τούτων οὐχ ἱκανῶς καὶ καλῶς ἔπραξαν; οὐκοῦν δίκαιον τὰ μὲν πρὸς τοὺς πολεμίους μὴ καλῶς πραχθέντα, τοὺς πρὸς τούτους ταχθέντας ὑπέχειν λόγον· τοὺς δὲ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν, μὴ ποιήσαντας ἃ οἱ στρατηγοὶ ἐκέλευσαν, διότι οὐκ ἀνείλοντο, κρίνεσθαι. τοσοῦτον δ' ἔχω εἰπεῖν ὑπὲρ ἀμφοτέρων, ὅτι ὁ χειμὼν διεκώλυσε μηδὲν πρᾶξαι ὧν οἱ στρατηγοὶ παρεκελεύσαντο. τούτων δὲ μάρτυρες οἱ σωθέντες ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ὧν εἷς τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν ἐπὶ καταδύσης νεὼς σωθείς, ὃν κελεύουσι τῇ αὐτῇ ψήφῳ κρίνεσθαι, καὶ αὐτὸν τότε δεόμενον ἀναιρέσεως, ᾗπερ τοὺς οὐ πράξαντας τὰ προσταχθέντα. μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀντὶ μὲν τῆς νίκης καὶ τῆς ἀτυχίας ὅμοια ποιήσητε τοῖς ἡττημένοις τε καὶ ἀτυχοῦσιν· ἀντὶ δὲ τῶν ἐκ θεοῦ ἀναγκαίων ἀγνωμονεῖν δόξητε, προδοσίαν καταγνόντες ἀντὶ τῆς ἀδυναμίας, οὐχ ἱκανοὺς γενομένους διὰ τὸν χειμῶνα πρᾶξαι τὰ προσταχθέντα. ἀλλὰ πολὺ δικαιότερον στεφάνοις γεραίρειν τοὺς νικῶντας, ἢ θανάτῳ ζημιοῦν, πονηροῖς ἀνθρώποις πειθομένους.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

Partim accusaturus, viri Athenienses, partim defensurus Periclem necessarium & amicum meum, & amicum Diomedontem, huc ascendi, partim etiam suasurus quæ reipublicæ maximè salutaria esse videtur. Accuso eos quòd collegis ad senatū populúmque scribere volentibus se mandasse Therameni & Thrasybulo, vt parte classis naufragos susciperent, illos non paruisse, id ipsi dissuaserint. Itaque iam communē culpam sustineant de eo quod priuatim illi peccarunt, & ob eam humanitatem nunc ab illis & nonnullis aliis insidiosè appetiti in capitis discrimine constituti sint: haud futuri planè, si vos me audiatis, & vestram æquitatem atque religionem retineatis. & si eos audire patiamini, ex quibus maximè verum cognoscetis: ne postea ducti pœnitentia peccasse vos in deos, & vos ipsos in quos minimè debetis, agnoscatis. Ea verò vobis suadeo, quibus neque à me, neque ab alio quopiam decipiemini, & simul de reis vel omnibus vnà, vel singulis, quacunque lege placuerit, re cognita supplicium sumetis, modò diem vnicum, si non plures, ad causam dicendam illis annuatis, vt vobis ipsis potiùs quam aliis fidem habeatis. Neminem vestrûm fugit, viri Athenienses, rogationem Canobi esse firmissimam, & summæ apud nos autoritatis: ea iubet, qui populum Atheniēsem iniuria affecerit, is causam ex vinculis coram populo dicat: & si conuictus iniuriarum fuerit, plectatur capite, & in barathrum coniiciatur: bona eius publicentur, eorum decima sacra Mineruæ habeatur. Censeo itaque duces ex ista rogatione causam dicere oportere, & verò primum omnium Periclem meum necessarium, si vobis idē lubeat: nam turpe esset me pluris illum facere, quàm rempublicam vniuersam. Quòd si maullis, dicant causam ea lege quæ est in sacrilegos & proditores, & qua sancitum est, Si quis aut rempublicam prodat, aut sacram pecuniam furetur, is dicta in foro causa, si fuerit damnatus, capite plectatur, & finibus Atticis exportetur, bona eius publicentur. Harum rogationum vtralibet viri Athenienses, dicant causam homines isti singillatim. Vestri autē fuerit muneris diem partiri in tres partes: vnam accusatori, alterā reis dare, tertiā partē vobis reseruare, vt causa in concilio vestro cognita, sint nécne damnandi statuatis. Si iudicium ita constitutum fuerit, qui sunt in culpa, grauissimo afficientur supplicio: qui carent culpa, ii à vobis, ô Athenienses, absoluentur, nec dabit pœnas capitis innocentia, vos autem pietate vestra religionéque iuris iurandi conseruata sententiam ex legibus feretis, neque vnà cum *hostibus* Lacedæmoniis oppugnabitis, damnantes indicta causa contra leges eos, qui parta victoria septuaginta naues hostibus ademerūt. Quid quæso veremini? quid tantopere nullo vrgente festinatis? ánne non quem libuerit interficiatis, & quem libuerit absoluatis, si ex legibus, non contra leges iudicium feceritis? quemadmodum Callixenus senatui persuasit vt populo permitteret vnis suffragiis sentētiam de omnibus ferre. At fortasse aliquem etiam innocentem interfeceritis, cuius postea vos pœnitebit: ea res quantum doloris sit datura vobis, iam animis concipite, præsertim si in capita & salutem hominum peccaueritis. Indignè verò feceritis si Aristarcho qui statum popularem primùm euertebat, OEnoem deinde prodidit Thebanis hostibus, diem tamen ad dicendam causam arbitratu suo concessistis, & alia quędam dedistis, quæ permittuntur legibus: duces verò qui cūcta in bello feliciter gesserūt,

& hostes profligarunt, his ipsis rebus fraudabitis. Auertat hoc deus à vobis, Athenienses: quin potius retenta vestra autoritate, leges per quas ad summam euecti estis potentiam, tueamini, nec quicquam contra eas committi contendatis. Conuertite iam animos ad ipsum prælium, in quo peccasse duces accusantur. Nam posteaquam illi parta victoria ad terram appulerunt, Diomedon censuit classem cunctam longo agmine in altum educendam, & naues fractas & naufragos suscipiendos: Erasinides contrà, vt nulla mora interposita iretur contra hostes, qui erant ad Mitylenem: Thrasybulus vtrunque hoc futurum censuit, si partem classis ibi reliquissent, cæteris nauibus ad hostes contendissent. Ea sententia probata, placuit vt vnusquisque ducum (qui erant octo) ex sua portione, tres ibi naues relinqueret: eique summæ adiungerentur decem centurionum naues, decem Samiorum, & tres nauiculariorum: quæ erant omnino septem & quadraginta: vt quũ duodecim de nostris nauibus in prælio depressæ fuissent, quaternæ singulis attribuerentur. Præerat autem his nauibus cum alii, tum Thrasybulus & Theramenes, qui superiore concione duces accusabat: classe verò reliqua ad hostes perrexere. Quid igitur factum oportuerat, quod non commodè & rectè gesserint? Itaque siquid aduersus hostes non rectè gestum est, de eo æquum est vt qui susceperant hoc munus, rationem reddant: qui verò ad suscipiendos naufragos fuerant destinati, de eo quòd mandata neglexerunt, nec naufragos susceperunt, causam dicant. quanquam tantùm pro vtrisque possum affirmare, tempestatis vim obstitisse quin iussa ducum exequerētur. Huius rei testes sunt, qui casu euaserunt, inter quos est dux vnus seruatus in triremi depressa, quẽ tamen censent idem iudicium subire oportere quod cæteri, qui iussa neglexerunt: quanquam ipse quoque tunc eodem auxilio indigebat. Nolite igitur viri Athenienses pro victoria & rerum successu eadem admittere, quæ victi & profligati solent, & pro fatali ac ineuitabili necessitate ingrati existimari, proditionis eos damnantes, qui rei gerendæ facultatem non habuerunt, & qui iussa exequi per vim tempestatis non potuerunt: quin potius coronis decorandi vobis sunt victores, quàm capitis supplicio afficiendi impulsu improborum hominum.

Ex libro secundo.

ORATIO CRITIAE.

ARGVMENTVM.

Quum Atheniensium resp. triginta tyrannorũ dominatu oppressa teneretur, sequereturque fœda bonorum & impunita trucidatio, nec suppliciorum modus fieret: Theramenes, qui ab initio rem eorum sustentasset, quum in dies ingrauescere seruitutem videret, cœpit ab eorum consiliis dissentire, & eo nomine illis inuisus esse, & popularis iudicari. Itaque Critias, vnus de triginta, homo crudelissimus & audacissimus, reum illũ fecit ad collegium suorum. Eius est hæc actio: qua crimini dat ei leuitatem & perfidiã, quòd quum principio eas partes summo studio adiuuisset, repentè mutata sententia cõtrarias partes sequeretur. Exaggerat ab intestini & occulti sceleris criminatione: eiusdẽ generis alia obiicit. interesse eorum salutis, vt is tollatur de medio, qui nullum ius fidei norit, & suos, postquam in populi inuidiam adduxit, deserat.

Ὦ Ἄνδρες βουλευταί, εἰ μέν τις ὑμῶν νομίζει πλέονας τοῦ καιροῦ ἀποθνήσκειν, ἐννοησάτω ὅτι ὅπου πολιτεῖαι μεθίστανται, πανταχοῦ ταῦτα γίγνεται. πλείστους δ' ἀνάγκη πολεμίους εἶναι τοῖς ἐς ὀλιγαρχίαν μεθιστᾶσι, διά τε τὸ πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν εἶναι, καὶ διὰ τὸ πλεῖστον χρόνον ἐν ἐλευθερίᾳ τὸν δῆμον τετράφθαι. ἡμεῖς δὲ, γνόντες μὲν τοῖς οἵοις τε ἡμῖν καὶ ὑμῖν χαλεπὴν πολιτείαν εἶναι δημοκρατίαν, γνόντες δὲ ὅτι Λακεδαιμονίοις τοῖς περισώσασιν ἡμᾶς ὁ μὲν δῆμος οὔποτ' ἂν φίλος γένοιτο, οἱ δὲ βέλτιστοι ἀεὶ ἂν πιστοὶ διατελοῖεν, διὰ ταῦτα σὺν τῇ Λακεδαιμονίων γνώμῃ τήνδε τὴν πολιτείαν καθίσταμεν· καὶ ἐάν τινα αἰσθανώμεθα ἐναντίον τῇ ὀλιγαρχίᾳ, ὅσον δυνάμεθα ἐκποδὼν ποιούμεθα. πολὺ δὲ μάλιστα ἡμῖν δοκεῖ δίκαιον εἶναι, εἴ τις ἡμῶν αὐτῶν λυμαίνεται ταύτῃ τῇ καταστάσει, δίκην αὐτὸν διδόναι. νῦν οὖν αἰσθανόμεθα Θηραμένην τουτονὶ οἷς δύναται ἀπολλύντα ἡμᾶς τε καὶ ὑμᾶς. ὡς δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ἢν κατανοῆτε, εὑρήσετε οὔτε ψέγοντα οὐδένα μᾶλλον Θηραμένους τουτουὶ τὰ παρόντα, οὔτε ἐναντιούμενον, ὅταν τινὰ ἐκποδὼν βουλώμεθα ποιήσασθαι τῶν δημαγωγῶν. εἰ μὲν τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἐγίγνωσκε, πολέμιος μὲν ἦν, οὐ μέντοι πονηρός γ' ἂν δικαίως ἐνομίζετο· νῦν δὲ, αὐτὸς μὲν ἄρξας τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους πίστεως καὶ φιλίας, αὐτὸς δὲ τῆς τοῦ δήμου καταλύσεως, μάλιστα δὲ ἐξορμήσας ἡμᾶς τοῖς πρώτοις ὑπαγομένοις ἐς ἡμᾶς δίκην ἐπιτιθέναι· νῦν, ἐπεὶ καὶ ὑμεῖς καὶ ἡμεῖς φανερῶς ἐχθροὶ τῷ δήμῳ γεγενήμεθα, οὐκέτ' αὐτῷ τὰ γιγνόμενα

γιγνόμενα ἀρέσκει, ὅπως αὐτὸς μὲν αὖ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καταστῇ, ἡμεῖς δὲ δίκην δῶμεν τῶν πεπραγμένων. ὥστε οὐ μόνον ὡς ἐχθρῷ αὐτῷ προσήκει ἀλλὰ καὶ ὡς προδότῃ ὑμῶν τε καὶ ἡμῶν διδόναι τὴν δίκην. καίτοι τοσούτῳ μὲν δεινότερον προδοσία πολέμου, ὅσῳ χαλεπώτερον φυλάξασθαι τὸ ἀφανὲς τοῦ φανεροῦ, τοσούτῳ δ' ἔχθιον, ὅσῳ πολεμίοις μὲν ἄνθρωποι καὶ σπένδονται αὖθις καὶ πιστοὶ γίγνονται, ὃν δ' ἂν προδιδόντα λαμβάνωσι, τούτῳ οὔτε ἐσπείσατο πώποτε οὐδείς, οὔτ' ἂν σπείσαιτο τοῦ λοιποῦ. ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι οὐ καινὰ ταῦτα οὗτος ποιεῖ, ἀλλὰ φύσει προδότης ἐστίν, ἀναμνήσω ὑμᾶς τὰ τούτῳ πεπραγμένα. οὗτος γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὲν τιμώμενος ὑπὸ τοῦ δήμου, κατὰ τὸν πατέρα Ἅγνωνα, προπετέστατος ἐγένετο τὴν δημοκρατίαν μεταστῆσαι ἐς τοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐπρώτευεν ἐν ἐκείνοις. ἐπεὶ δ' ᾔσθετο ἀντίπαλόν τι τῇ ὀλιγαρχίᾳ ξυνιστάμενον, πρῶτος αὖ ἡγεμὼν τῷ δήμῳ ἐπ' ἐκείνοις ἐγένετο. ὅθεν δήπου γὰρ καὶ Κόθορνος ἐπικαλεῖται. καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ, ἀποβλέπει δ' ἐπ' ἀμφοτέρων. δεῖ δέ, ὦ Θηράμενες, ἄνδρα τὸν ἄξιον ζῆν οὐ προάγειν μὲν δεινὸν εἶναι τοὺς ξυνόντας ἐς πράγματα, ἢν δέ τι ἀντικόπτῃ, εὐθὺς μεταβάλλεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νηῒ διαπονεῖσθαι, ἕως ἂν ἐς οὖρον καταστῶσιν· εἰ δὲ μή, πῶς ἀφίκοιντό ποτε ἔνθα δεῖ, εἰ, ἐπειδάν τι ἀντικόψῃ, εὐθὺς ἐς τἀναντία πλέοιεν; καὶ εἰσὶ μὲν δήπου πᾶσαι μεταβολαὶ πολιτειῶν θανατηφόροι· σὺ δὲ διὰ τὸ εὐμετάβολος εἶναι, πλείστοις μὲν μεταίτιος εἶ ἐξ ὀλιγαρχίας ὑπὸ τοῦ δήμου ἀπολωλέναι, πλείστοις δ' ἐκ δημοκρατίας ὑπὸ τῶν βελτιόνων. οὗτος δέ τοι ἐστὶν ὃς ταχθεὶς ἀνελέσθαι ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τοὺς καταδύντας Ἀθηναίων ἐν τῇ περὶ Λέσβον ναυμαχίᾳ, αὐτὸς οὐκ ἀνελόμενος, ὅμως τῶν στρατηγῶν κατηγορῶν ἀπέκτεινεν αὐτούς, ἵνα αὐτὸς περισωθείη. ὅστις γε μὴν φανερός ἐστι τοῦ μὲν πλεονεκτεῖν ἀεὶ ἐπιμελούμενος, τοῦ δὲ καλοῦ καὶ τῶν φίλων μηδὲν ἐντρεπόμενος, πῶς τούτου χρή ποτε φείσασθαι; πῶς δ' οὐ φυλάξασθαι, εἰδότας αὐτοῦ τὰς μεταβολάς, ὡς μὴ καὶ ἡμᾶς ταὐτὸ δυνασθῇ ποιῆσαι; ἡμεῖς οὖν τοῦτον ὑπάγομεν καὶ ὡς ἐπιβουλεύοντα, καὶ ὡς προδιδόντα ἡμᾶς τε καὶ ὑμᾶς. ὡς δ' εἰκότα ποιοῦμεν, καὶ τάδε ἐννοήσατε. καλλίστη μὲν γὰρ δήπου δοκεῖ πολιτεία εἶναι ἡ Λακεδαιμονίων· εἰ δὲ ἐκείνη ἐπιχειρήσειέ τις τῶν ἐφόρων ἀντὶ τοῦ τοῖς πλείοσι πείθεσθαι, ψέγειν τε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐναντιοῦσθαι τοῖς πραττομένοις, οὐκ ἂν οἴεσθε αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐφόρων καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης ἁπάσης πόλεως τῆς μεγίστης τιμωρίας ἀξιωθῆναι; καὶ ὑμεῖς οὖν, ἐὰν σωφρονῆτε, οὐ τούτου, ἀλλ' ὑμῶν αὐτῶν φείσεσθε. ὡς οὗτος σωθεὶς μὲν πολλοὺς ἂν μέγα φρονεῖν ποιήσειε τῶν ἐναντία γιγνωσκόντων ὑμῖν· ἀπολόμενος δέ, πάντων καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἔξω ὑποτέμοι ἂν τὰς ἐλπίδας.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

SI quis vestrûm collegæ, existimat plures quàm tempus postulet, mori, is minimè ignoret vbique hoc fieri quum status & forma reipubl. mutatur. Necesse autem est plurimos esse hostes *hîc nobis*, qui statum popularem in paucorum dominatū conuertimus, tum quia ciuitas nostra omnium Græcarum frequētissima est, tum quia in peruetusta libertate vixit. Nos verò qui popularem statum nobis & vobis grauem sensimus, & simul cognouimus populum nunquam amicum fore Lacedæmoniis, qui nos iam conseruarunt, optimum autem quemque fidelem illis perpetuò futurum, ob eam rem hunc statum ciuitatis cōstituimus, sequuti Lacedæmoniorum autoritatē. Itaque siquem his rebus aduersantem animaduertimus, eum (quantum in nobis est) è medio tollimus. Proinde siquis nostri ordinis hunc statum labefactat, ei longè magis pœnas esse dandas arbitramur. Nunc ergo percipimus Theramenem istum & vos & nos perdere quibus potest modis. Neque verò falsum crimen hoc esse existimetis: nam si diligentius dispiciatis, neminē reperietis qui magis, quàm Theramenes, vel præsentem rerum statum reprehendat, vel acrius resistat, quum popularem aliquem de medio tollere volumus. Atque hæc si ab initio ita sensisset, hostis ille quidem, at non improbus meritò esset existimandus: iam verò quum ipse autor fuerit vt fidem & amicitiam Lacedæmoniorum sequeremur, & statum popularem euerteremus, ipse nos potissimùm impulerit, vt primos quosque delatos capitis supplicio afficeremus, posteaquam & vos & nos in aperta plebis odia incurrimus, non probat amplius quæ à nobis administrantur, scilicet vt ipse in tuto constitutus nos ad supplicium pro rebus gestis cum plebe rapiat. Quapropter non solùm vt hostis, sed vt vestri nostrique proditor supplicio afficiendus est. Proditio enim eo est aperto bello atrocior, quo quis difficilius à rebus clandestinis quàm ab apertis cauere sibi potest. & eo detestabilior, quòd hostes in gratiam & fidem rursus redeunt: qui in proditione fuerit deprehensus, cum eo nemo neq; recōciliatur, neq; fœdus posthac facit. Atq; vt intelligatis Theramenē non heri & nudiustertius, sed natura semper fuisse proditorē, superiorē eius vitā vobis in memoriā reuocabo. Nam iste, quanquam olim à plebe coleretur, viuente adhuc patre Agnone, tamen fuit omniū propensissimus vt status popularis ad dominatū quadringētorū trāsferretur, & in eo dominatu principē ipse locū obtinebat. deinde quū intelligeret nōnihil

coitionis aduersus dominatum paucorum fieri,tum mutata voluntate,primus omniũ populo dux aduersus quadringentos factus est. Itaque non immeritò cothurni cognomentum inuenit.cothurnus enim vtrique pedi congruere videtur, & tamen vtrunque respicit.Atqui decet ô Theramenes eum qui vita dignus est, non eo valere artificio vt socios prouehat in pericula,ipse,siqua fiat offensio,referat statim pedem, sed tanquam in naui perseuerare in labore,tantisperdum aura secũda flare incipiat. Alioqui quomodo peruenire poterunt quò opus est,si,simulatque ventus aduersus flauerit,statim conuertant cursum?Et quanquam omnes mutationes rerumpublicarum sint lethiferæ,tu tamen tua leuitate & inconstantia,vt plurimi ex dominatu paucorum à plebe,& vice versa plurimi ex plebe ab optimatibus necarentur,perfecisti. Iste est qui iussus à ducibus vt ciues qui in prælio nauali ad Lesbum commisso deciderant in mare, susciperet, eos tamen non modò non suscepit,sed duces accusauit atque reos peregit,vt ipse periculum euaderet.Quem igitur constat sua commoda perpetuò colere, honesti & amicorũ nullam habere rationem,ei cur vllo tempore sit parcendum ? vel cur non cauendum ab eo cuius inconstantia nobis perspecta est, ne aliquando nactus facultatem, eadem nos clade afficiat ? Quare nos istum, vt vestri nostríque insidiatorem ac proditorem, deferimus:facti autem nostri æquitatem vel inde perspicite. Nemini dubium est Lacedæmoniorum rempublicam optimè esse institutam:in ea siquis ex ephoris nó audiat cæteros,sed ausit illum vituperare magistratum, & eius actis aduersari, nónne putatis eum & ab ipso magistratu & à reliqua ciuitate vniuersa maximis affectũ iri suppliciis? Quare vos quoque,si sapitis,non isti,sed vobis ipsis parcite.nam si euaserit, dabit materiam plerisque aduersæ nobis factionis,vt tollant spiritus: si damnetur,omnium spes, tam eorum qui in vrbe,quàm eorum qui extra vrbem sunt,præcidet.

THERAMENIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Causam dicit Theramenes,& crimina à Critia cõiecta depellit.Fuerat autẽ(vt diximus suprà)insimulatus perfidiæ: & ex hoc eodẽ genere multa coaceruare conatus erat Critias.ea hîc sigillatim frangit.Sed quia vnũ erat,idque recẽs, & à causa ipsa penè alienum,de fraude eius in collegas duces belli, ab eo defensionis suæ exordiũ sumit. Inde persequitur cætera.Sed in hoc cuius reus erat,multus est,vt & periculum eius ferebat. Omni se leuitate & perfidia vacare ostendit. sua enim omnia consilia huc spectasse, vt & bonis ciuibus parceretur,& nequid detrimenti eorum ipsorum apud quos reus erat, potestas acciperet:quæ quidem diuturna esse non potest,si nihil aliud quàm vis & crudelitas eam retineat.Idcirco crimen sceleris quo postulabatur, regerit in actorem Critiam.Docet enim illius violentia dominatum eorum labefactari.Purgat eadem grauitate & fiducia alia crimina : ciuitatis se saluti, & potestati quam ciuitas creasset, semper consuluisse.

Ἀλλὰ πρῶτον μὲν μνησθήσομαι, ὦ ἄνδρες, ὃ τελευταῖον κατ' ἐμοῦ εἶπε. φησὶ γάρ με τοὺς στρατηγοὺς ἀποκτεῖναι κατηγοροῦντα. ἐγὼ δὲ οὐκ ἦρχον δήπου κατ' ἐκείνων λόγου, ἀλλ' ἐκεῖνοι ἔφασαν προσταχθέν μοι ὑφ' ἑαυτῶν οὐκ ἀνελέσθαι τοὺς δυστυχοῦντας ἐν τῇ περὶ Λέσβον ναυμαχίᾳ. ἐγὼ δὲ ἀπολογούμενος ὡς διὰ τὸν χειμῶνα οὐδὲ πλεῖν, μὴ ὅτι ἀναιρεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, δυνατὸν ἦν, ἔδοξα τῇ πόλει εἰκότα λέγειν· ἐκεῖνοι δὲ ἑαυτῶν κατηγορεῖν ἐφαίνοντο. φάσκοντες γὰρ οἷόν τε εἶναι σῶσαι τοὺς ἄνδρας, προέμενοι αὐτοὺς ἀπολέσθαι, ἀποπλέοντες ᾤχοντο. οὐ μέντοι θαυμάζω γε τὸν Κριτίαν παρανενομηκέναι· ὅτε γὰρ ταῦτα ἦν, οὐ παρὼν ἐτύγχανεν, ἀλλ' ἐν Θετταλίᾳ μετὰ Προμηθέως δημοκρατίαν κατεσκεύαζε, καὶ τοὺς πενέστας ὥπλιζεν ἐπὶ τοὺς δεσπότας. ὧν μὲν οὖν οὗτος ἐκεῖ ἔπραττε, μηδὲν ἐνθάδε γένοιτο. τάδε γε μέντοι ὁμολογῶ ἐγὼ τούτῳ· εἴ τις ὑμᾶς μὲν τῆς ἀρχῆς βούλεται παῦσαι, τοὺς δ' ἐπιβουλεύοντας ὑμῖν ἰσχυροὺς ποιεῖν, δίκαιον εἶναι τῆς μεγίστης αὐτὸν τιμωρίας τυγχάνειν. ὅστις μέντοι ὁ ταῦτα πράττων ἐστὶν, οἶμαι ἂν ὑμᾶς κάλλιστα κρίνειν, τά τε πεπραγμένα καὶ ἃ νῦν πράττει ἕκαστος ἡμῶν εἰ κατανοήσετε. οὐκοῦν μέχρι μὲν τοῦ ὑμᾶς τε καταστῆναι ἐς τὴν βουλὴν, καὶ ἀρχὰς ἀποδειχθῆναι, καὶ τοὺς ὁμολογουμένως συκοφάντας ὑπάγεσθαι, πάντες ταὐτὰ ἐγιγνώσκομεν. ἐπεὶ δ' οὗτοι ἤρξαντο ἄνδρας καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς συλλαμβάνειν, ἐκ τούτου κἀγὼ ἠρξάμην τἀναντία τούτοις γιγνώσκειν. ᾔδειν γὰρ ὅτι ἀποθνήσκοντος μὲν Λέοντος τοῦ Σαλαμινίου, ἀνδρὸς καὶ ὄντος καὶ δοκοῦντος ἱκανοῦ εἶναι, ἀδικοῦντος δ' οὐδὲ ἕν, οἱ ὅμοιοι τούτῳ φοβήσοιντο, φοβούμενοι δὲ, ἐναντίοι τῇδε τῇ πολιτείᾳ ἔσοιντο. ἐγίγνωσκον δὲ ὅτι ξυλλαμβανομένου Νικηράτου τοῦ Νικίου, καὶ πλουσίου, καὶ οὐδὲν πώποτε δημοτικὸν οὔτε αὐτοῦ, οὔτε τοῦ πατρὸς πράξαντος, οἱ τούτῳ ὅμοιοι δυσμενεῖς ὑμῖν γενήσοιντο. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντιφῶντος ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένου, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ

δύο τριήρεις ἐκπλεούσας παρέχεσθαι, ἐπισταμένῳ ὅτι καὶ οἱ πρόθυμοι τῇ πόλει γεγενημένοι, πάντες ὑπόπτως ὑμῖν ἕξοιεν. ἀντεῖπον δὲ καὶ ὅτε τῶν μετοίκων ἕνα ἕκαστον λαβεῖν ἔφασαν χρῆναι. εὔδηλον γὰρ ἦν ὅτι τούτων ἀπολομένων καὶ οἱ μέτοικοι ἅπαντες πολέμιοι τῇ πολιτείᾳ ἔσοιντο. ἀντεῖπον δὲ καὶ ὅτε τὰ ὅπλα τοῦ πλήθους παρῃροῦντο, οὐ νομίζων χρῆναι ἀσθενῆ τὴν πόλιν ποιεῖν. οὐδὲ γὰρ τοὺς Λακεδαιμονίους ἑώρων τούτου ἕνεκα βουλομένους περισῶσαι ἡμᾶς, ὅπως ὀλίγοι γενόμενοι μηδὲν δυναίμεθα αὐτοὺς ὠφελεῖν. ἐξῆν γὰρ αὐτοῖς, εἰ τούτου γε δέοιντο, καὶ μηδένα λιπεῖν, ὀλίγον ἔτι χρόνον τῷ λιμῷ πιέσαντας. οὐδέ γε τὸ φρουροὺς μισθοῦσθαι ξυνήρεσκέ μοι, ἐξὸν αὐτῶν τῶν πολιτῶν τοσούτους προσλαμβάνειν, ἕως ῥᾳδίως οἱ ἄρχοντες ἐμέλλομεν τῶν ἀρχομένων κρατήσειν. ἐπεί γε μὴν πολλοὺς ἑώρων ἐν τῇ πόλει τῇ ἀρχῇ τῇδε δυσμενεῖς, πολλοὺς δὲ φυγάδας γιγνομένους, οὐκ αὖ ἐδόκει μοι οὔτε Θρασύβουλον, οὔτε Ἄνυτον, οὔτε Ἀλκιβιάδην φυγαδεύειν. ᾔδειν γὰρ ὅτι οὕτω γε τὸ ἀντίπαλον ἰσχυρὸν ἔσοιτο, εἰ τῷ μὲν πλήθει ἡγεμόνες ἱκανοὶ προσγενήσοιντο, τοῖς δ' ἡγεῖσθαι βουλομένοις ξύμμαχοι πολλοὶ φανήσοιντο. ὁ ταῦτ' οὖν νουθετῶν ἐν τῷ φανερῷ, πότερα εὐμενὴς ἂν δικαίως ἢ προδότης νομίζοιτο; οὐχ οἱ ἐχθροὺς, ὦ Κριτία, κωλύοντες πολλοὺς ποιεῖσθαι, οὐδ' οἱ ξυμμάχους πλείστους διδάσκοντες κτᾶσθαι, οὗτοι τοὺς πολεμίους ἰσχυροὺς ποιοῦσιν· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον οἱ ἀδίκως τε χρήματα ἀφαιρούμενοι, καὶ τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας ἀποκτείνοντες, οὗτοί εἰσιν οἱ καὶ πολλοὺς τοὺς ἐναντίους ποιοῦντες, καὶ προδιδόντες οὐ μόνον τοὺς φίλους, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς δι' αἰσχροκέρδειαν. εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν ὅτι ἀληθῆ λέγω, ὧδε ἐπισκέψασθε· πότερον οἴεσθε Θρασύβουλον καὶ Ἄνυτον καὶ τοὺς ἄλλους φυγάδας ἃ ἐγὼ λέγω μᾶλλον ἂν ἐνθάδε βούλεσθαι γίγνεσθαι, ἢ ἃ οὗτοι πράττουσιν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι νῦν μὲν αὐτοὺς νομίζειν ξυμμάχων πάντα μεστὰ εἶναι, εἰ δὲ τὸ κράτιστον τῆς πόλεως προσφιλῶς ἡμῖν εἶχε, χαλεπὸν ἂν ἡγεῖσθε εἶναι καὶ τὸ ἐπιβαίνειν ποι τῆς χώρας. ἃ δ' αὖ εἶπεν ὡς ἐγώ εἰμι οἷος ἀεί ποτε μεταβάλλεσθαι, κατανοήσατε καὶ ταῦτα. τὴν μὲν γὰρ τῶν τετρακοσίων πολιτείαν καὶ αὐτὸς δήπου ὁ δῆμος ἐψηφίσατο, διδασκόμενος ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι πάσῃ πολιτείᾳ μᾶλλον ἂν ἢ δημοκρατίᾳ πιστεύσειαν· ἐπεὶ δέ γε ἐκεῖνοι μὲν οὐδὲν ἀνίεσαν, οἱ δὲ ἀμφὶ Ἀριστοτέλην καὶ Μελάνθιον καὶ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντες, φανεροὶ ἐγένοντο ἐπὶ τῷ χώματι ἔρυμα τειχίζοντες, ἐς ὃ ἐβούλοντο τοὺς πολεμίους δεξάμενοι, ὑφ' αὑτοῖς καὶ τοῖς ἑταίροις τὴν πόλιν ποιήσασθαι· εἰ ταῦτ' αἰσθανόμενος ἐγὼ διεκώλυσα, τοῦτ' ἐστὶ προδότην εἶναι τῶν φίλων; ἀποκαλεῖ δὲ Κόθορνόν με, ὡς ἀμφοτέροις πειρώμενον ἁρμόττειν. ὅστις δὲ μηδ' ἑτέροις ἀρέσκει, τοῦτον, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, τί ποτε καὶ καλέσαι χρή; σὺ γὰρ δὴ ἐν μὲν τῇ δημοκρατίᾳ, πάντων μισοδημότατος ἐνομίζου· ἐν δὲ τῇ ἀριστοκρατίᾳ, πάντων μισοχρηστότατος γεγένησαι. ἐγὼ δ', ὦ Κριτία, κείνοις μὲν ἀεί ποτε πολεμῶ τοῖς οὐ πρόσθεν οἰομένοις καλὴν ἂν δημοκρατίαν εἶναι, πρὶν ἂν καὶ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ δι' ἀπορίαν δραχμῆς ἂν ἀποδόμενοι τὴν πόλιν, δραχμῆς μετέχοιεν· καὶ τοῖσδέ γ' αὖ ἀεὶ ἐναντίος εἰμὶ οἳ οὐκ οἴονται καλὴν ἂν ἐγγενέσθαι ὀλιγαρχίαν, πρὶν ἂν ἐς τὸ ὑπ' ὀλίγων τυραννεῖσθαι τὴν πόλιν καταστήσειαν. τὸ μέντοι σὺν τοῖς δυναμένοις καὶ μεθ' ἵππων καὶ μετ' ἀσπίδων ὠφελεῖν, διὰ τοῦτο τὴν πολιτείαν πρόσθεν ἄριστον ἡγουμένην εἶναι, καὶ νῦν οὐ μεταβάλλομαι. εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν, ὦ Κριτία, ὅπου ἐγὼ ξὺν τοῖς δημοτικοῖς ἢ τυραννικοῖς τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς ἀποστερεῖν πολιτείας ἐπεχείρησα, λέγε. ἐὰν γὰρ ἐλεγχθῶ ἢ νῦν ταῦτα πράττων, ἢ πρότερον πώποτε πεποιηκὼς, ὁμολογῶ τὰ πάντων ἐσχατώτατα παθὼν ἂν δικαίως ἀποθνήσκειν. Πρὸς δὲ ταῦτα ὁ Κριτίας ἔφη, Ἐγὼ, ὦ βουλὴ, νομίζω προστάτου ἔργον εἶναι οἵου δεῖ, ὃς ἂν ὁρῶν τοὺς φίλους ἐξαπατωμένους μὴ ἐπιτρέπῃ. καὶ ἐγὼ οὖν τοῦτο ποιήσω. καὶ γὰρ οἵδε οἱ ἐφεστηκότες οὔ φασιν ἡμῖν ἐπιτρέψειν, εἰ ἀνήσομεν ἄνδρα τὸν φανερῶς τὴν ὀλιγαρχίαν λυμαινόμενον. ἔστι δὲ ἐν τοῖς καινοῖς νόμοις, τῶν μὲν ἐν τοῖς τρισχιλίοις ὄντων μηδένα ἀποθνήσκειν ἄνευ τῆς ὑμετέρας ψήφου· τῶν δ' ἔξω τοῦ καταλόγου κυρίους εἶναι τοὺς τριάκοντα θανατοῦν. ἐγὼ οὖν Θηραμένην τουτονὶ ἐξαλείφω ἐκ τοῦ καταλόγου, ξυνδοκοῦν ἅπασιν ὑμῖν· καὶ τοῦτον ἡμεῖς θανατοῦμεν. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Θηραμένης ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν καὶ εἶπεν, Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, ἱκετεύω τὰ πάντων ἐννομώτατα, μὴ ἐπὶ Κριτίᾳ εἶναι ἐξαλείφειν μήτε ἐμὲ μήτε ὑμῶν ὃν ἂν βούληται, ἀλλ' ὅνπερ νόμον οὗτοι ἔγραψαν περὶ τῶν ἐν τῷ καταλόγῳ, κατὰ τοῦτον καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοὶ τὴν κρίσιν εἶναι. καὶ τοῦτο μὲν, μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἀγνοῶ ὅτι οὐδέν μοι ἀρκέσει ὅδε ὁ βωμὸς, ἀλλὰ βούλομαι καὶ τοῦτο ἐπιδεῖξαι, ὅτι οὗτοι οὐ μόνον εἰσὶ περὶ ἀνθρώπους ἀδικώτατοι, ἀλλὰ καὶ περὶ θεοὺς ἀσεβέστατοι. ὑμῶν μέντοι, ὦ ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ, θαυμάζω, εἰ μὴ βοηθήσετε ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ ταῦτα γιγνώσκοντες ὅτι οὐδὲν τὸ ἐμὸν ὄνομα εὐεξαλειπτότερον ἢ τὸ ὑμῶν ἑκάστου.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EGO verò primùm, ô viri, respódebo ad illud quod postremum mihi obiecit Critias. Criminatur enim me duces accusasse ac reos peregisse. Ego autẽ non prior illos accusaui, sed illi obiecerãt me iussum ab eis nõ suscepisse ciues qui in mare deciderãt in pugna nauali prope Lesbũ cõmissa. Ego verò me purgãs quũ dicerẽ ne nauigare quidẽ mihi licuisse propter vim tempestatis, ne dum suscipere naufragos, probaui meam causam ciuitati: at illi quodammodo seipsos accusabant. nam quum affirmarẽt viros suscipi potuisse, tamen desertis illis, vt in mari interirent, ipsi diuersi nauigando abierunt. Quanquam non miror Critiam leges violasse. nam quum hæc gesta sunt, ipse non aderat, sed in Thessalia cum Prometheo statum instituebat popularem, & seruos in dominos armabat. Iam quę iste illic egerit, dii à nostra ciuitate longè auertant. In eo verò illi assentior, si quis est qui velit vobis eripere imperium, & hostes vestros confirmare, eum extremo supplicio afficiendum esse. Verùm quisnam hæc moliatur, vos

optimè iudicaturos arbitror, si quæ vnicuique nostrûm & antea gesta sunt, & nũc gerun tur, perpendetis. Meministis nos omnes in legendo senatu, in creandis magistratibus, in iis deferendis in iudicium quos improbos esse constabat hucusque consensisse: sed ex quo isti cœperunt comprehendere viros bonos, ex eo ego quoque cœpi ab istis dissentire. Intelligebam enim Leonte Salaminio interempto, viro omnium opinione bono, & spectatæ virtutis atque inocentiæ, similes eius perterritos iri, atque ita rebus nostris esse aduersaturos. Intelligebam etiam quum Niceratus Niciæ filius comprehenderetur, vir diues, & qui nunquam neque ipse neque pater eius populare quippiam gesserat, eius similes futuros vobis hostes. Præterea extincto à vobis Antiphonte, qui in bello duas triremes instructissimas reipublicæ dederat, perspiciebam omnes reipublicæ studiosos vestram potentiam suspectam habituros. Restiti etiam quum censebant vt singuli nos singulos aduenas prehenderemus, atque opprimeremus: nam facilè perspici poterat iis extinctis omnes aduenas futuros reipublicæ hostes. restiti etiam quum arma plebi adimebant. Neque enim debilitandam arbitrabar rempublicam. Nam ne ipsos quidem Lacedæmonios intelligebam voluisse conseruare nos propterea, vt constituto dominatu paucorum, nullo illis præsidio, si casus ita ferret, esse possemus. poterant enim illi si hoc spectassent, neminem nostrum superstitem relinquere, si fame paulo diutius nos pressissent. Displicebat etiam mihi præsidium mercede conducere, quum liceret tantum habere ciuium quantum foret satis ad coercendos cogendósque ciues vt parerent imperio. Denique quum plures in ciuitate cernerem nostro imperio infensos, multos pelli in exilium, non poterat placere mihi vt aut Thrasybulus, aut Anytus, aut Alcibiades vrbe expellerentur. Sic enim intelligebã aduersarios firmos fore si plebi duces idonei adiungerentur, ducibus multi socii non defuturi viderētur. Qui ergo hæc palàm suadebat, is nónne rectius amicus quàm proditor existimandus esset? non illi alunt & confirmant hostes ô Critia, qui vetant ne inimicorum numerus augeatur, & rursus docent quo pacto sociorum maximus quæratur numerus: sed multo magis qui per vim & scelus fortunas ciuium eripiunt, & innocentes interficiunt, isti sunt qui aduersariorum numerum augent, & nõ solùm amicos, sed seipsos etiam ob sordes & turpem quæstum produnt. Hoc si aliunde verum esse cognoscere non potestis, inde saltem perspicite. Vtrum putatis Thrasybulum & Anytum, ac cæteros exules malle hîc fieri quæ ego suadeo, an quæ ab istis aguntur? Equidem persuasum habeo eos nunc omnia sociis & amicis plena sibi esse existimare: at si optima ciuium pars amica nobis esset, vix vllum sibi locum relictum iri in nostris finibus in quo consistere illis liceat. Quæ verò mihi obiecit de perpetua inconstantia, meam defensionem iam accipite. Nam statum quadringentorum, vel ipse populus decreuit, edoctus nempe Lacedæmonios quamlibet formam reipublicæ potius quàm popularem statum esse probaturos, & ei fidem habituros, & quum illi perstarent in sententia: Aristoteles verò, Melanthius & Aristarchus duces apertè iam munitiones ad aggerem extruerēt, vt videlicet receptis in eas hostibus ciuitatem opprimerent. Hæc si ego sentiēs ne fierent prohibui, proditor amicorũ cõtinuò propterea fui: Et Cothurnum me appellat, quòd vtrique parti placere studeã. qui verò neutri placet, is quo tandē quæso nomine erit appellandus? nam tu in statu populari ei infestissimus omnium habebaris, in optimatum statu optimum quenque capitali odio prosequutus es. Ego verò ô Critia resisto semper illis qui popularem statum non prius optimum fore arbitrantur, quàm vel serui & ii qui per inopiam vel asse ciuitatem venderent, ad eam gubernandam admitterentur. illis etiã perpetuò resisto, qui dominatũ paucorum nõ rectè constitutũ iri putant, ni ciuitatē paucorũ tyrannidi subiiciant: quòd verò iampridē sensi eũ fore optimũ ciuitatis statũ, qui regeretur ab iis qui copiis pedestrib⁹ & equestribus prodesse reip. possent, nunc etiã sentētiam nõ muto. Quòd si potes ô Critia memorare tēpus in quo ego viros bonos à gubernaculis reip. ausus sum propellere, iam iã demõstra. nam si arguar id vel nũc patrare, vel superioribus patrasse temporibus, fatebor me meritò supplicio extremo afficiendum esse. *Quibus subiũguntur hæc Critiæ,* Ego ô senatores existimo sapiētis reip. principis munus esse, si conspicer amicos decipi, hoc nullo modo pati.

hoc ego quoque facere iam intendo: nam ii qui circumstant, negant se permissuros vt dimittamus hominem qui dominatum paucorum apertè labefactat. Est autem constitutum nouis legibus, neminem ciuium ex tribus millibus sine vestro suffragio capitis damnari oportere: in cæteros qui sunt extra hunc numerum, triginta viros habere necis potestatem. Quare ego expungo Theramenem istum ex catalogo vobis omnibus consentientibus, & nos eum capitis damnamus.

Ad quæ respondit Theramenes, ad arã prosiliens, Ego verò viri fortes, supplex postulo quæ omnium æquissima sunt, vt neque me, neque alium quenquam ad libidinem Critiæ deleri ex catalogo permittatis, sed ex lege quam tulerũt isti de iis qui continentur in catalogo, de me atque de vobis iudicium fieri velitis. Quanquam illud per deos non ignoro aram istam nihil mihi profuturam: sed tamen volo testatum relinquere, tyrannos istos non solùm in homines esse violentissimos, sed in deos etiam existere maximè impios & scelestos. Miror tamen, viri optimi, si vobis ipsis minimè succurratis, præsertim persuasi non magis meum nomen ex catalogo quàm vestrum vniuscuiusque expungi posse.

THRASYBVLI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Vindex ereptæ libertatis à tyrannis illis triginta, & vltor iniuriarum Thrasybulus Atheniensis, coacta manu, & editis iam in Attico agro secundis aliquot præliis, clandestino ingressu Piræum portum intrauerat: inde in vrbem irrupturus, qua potitus, Athenas liberaret. tyranni præsidium illi suum & contractas ex ciuibus copias opposuerunt. Instructis vtrisque quum conserendæ manus essent, orationem hanc in procinctu habuit ad suos Thrasybulus, quæ tota est ad eos animandos, & ad mortis periculique metum iis abstergendum collata. Argumenta præcipua sunt duo: causæ æquitas, & victoriæ facultas. ad primum pertinent ea quæ de atrocissimis iniuriis ab eo dicuntur: ad secundum, repetita superiorum victoriarum memoria: deorum præsens numen ad protegendam innocentiam: armorum, loci, aciei hostilis opportunitas.

Ἄνδρες πολῖται, τοὺς μὲν διδάξαι, τοὺς δὲ ἀναμνῆσαι ὑμῶν βούλομαι, ὅτι εἰσὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν τὸ δεξιὸν ἔχοντες, οὓς ὑμεῖς ἡμέρᾳ πέμπτῃ τρεψάμενοι ἐδιώξατε· οἱ δ᾽ ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου ἔσχατοι, οὗτοι δὲ οἱ τριάκοντα, οἳ ἡμᾶς καὶ πόλεως ἀπεστέρουν οὐδὲν ἀδικοῦντας, καὶ οἰκιῶν ἐξήλαυνον, καὶ τοὺς φιλτάτους τῶν ἡμετέρων ἀπεσημαίνοντο. ἀλλὰ νῦν τοι παραγεγένηνται οὗ οὗτοι μὲν οὔποτε ᾤοντο· ἡμεῖς δὲ ἀεὶ εὐχόμεθα. ἔχοντες γὰρ ὅπλα μὲν ἐναντίοι αὐτοῖς καθέσταμεν· οἱ δὲ θεοί, ὅτι ποτὲ καὶ δειπνοῦντες ξυνελαμβανόμεθα, καὶ καθεύδοντες καὶ ἀγοράζοντες· οἱ δὲ, καὶ οὐχ οὕτως ἀδικοῦντες, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπιδημοῦντες ἐφυγαδευόμεθα, νῦν φανερῶς ἡμῖν ξυμμαχοῦσι. καὶ γὰρ ἐν εὐδίᾳ χειμῶνα ποιοῦσιν, ὅταν ἡμῖν ξυμφέρῃ· καὶ ὅταν ἐπιχειρῶμεν, πολλῶν ὄντων ἐναντίων, ὀλίγοις οὖσι τρόπαια ἵστασθαι διδόασι. καὶ νῦν δὲ κεκομίκασιν ἡμᾶς ἐς χωρίον ἐν ᾧ οὗτοι μὲν οὔτε βάλλειν οὔτε ἀκοντίζειν ὑπὲρ τῶν προτεταγμένων, διὰ τὸ πρὸς ὄρθιον ἰέναι, δύναιντ᾽ ἄν· ἡμεῖς δὲ ἐς τὸ κάταντες καὶ δόρατα ἀφιέντες καὶ ἀκόντια καὶ πέτρους ἐξιξόμεθά τι αὐτῶν, καὶ πολλοὺς κατατρώσομεν. καὶ ᾤετο μὲν ἄν τις δεήσειν τοῖς γε πρωτοστάταις ἐκ τοῦ ἴσου μάχεσθαι· νῦν δέ, ἂν ὑμεῖς ὥσπερ προσήκει προθύμως ἀφιῆτε τὰ βέλη, ἁμαρτήσεται μὲν οὐδεὶς ὧν γε μεστὴ ἡ ὁδός, φυλαττόμενοι δὲ δραπετεύσουσιν ἀεὶ ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν· ὥστε ἐξέσται ὥσπερ τυφλοὺς καὶ τύπτειν ὅπου ἂν βουλώμεθα, καὶ ἐναλλομένους ἀνατρέπειν. ἀλλ᾽, ὦ ἄνδρες, οὕτω χρὴ ποιεῖν ὅπως ἕκαστός τις ἑαυτῷ ξυνείσεται τῆς νίκης αἰτιώτατος ὤν. αὕτη γὰρ ἡμῖν, ἂν θεὸς θέλῃ, νῦν ἀποδώσει καὶ πατρίδα καὶ οἴκους καὶ ἐλευθερίαν καὶ τιμὰς καὶ παῖδας, οἷς εἰσι, καὶ γυναῖκας. ὦ μακάριοι δῆτα οἳ ἂν ἡμῶν νικήσαντες ἐπίδωσι τὴν πασῶν ἡδίστην ἡμέραν. εὐδαίμων δὲ καὶ ἄν τις ἀποθάνῃ. μνημείου γὰρ οὐδεὶς οὕτω πλούσιος ὢν καλοῦ τεύξεται. ἐξάρξομαι οὖν ἐγώ, ἡνίκ᾽ ἂν καιρὸς ᾖ, παιᾶνα· ὅταν δὲ τὸν Ἐνυάλιον παρακαλέσωμεν, τότε πάντες ὁμοθυμαδὸν ἀνθ᾽ ὧν ὑβρίσθημεν, τιμωρώμεθα τοὺς ἄνδρας.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

ALios vestrûm ô ciues docere volo, alios admonere, hostes qui cõtra vos propius tendunt, & dextrum obtinent cornu, eos esse quos nudiusquintus in fugam versos persequuti estis: qui verò in læuo cornu nouissimi sunt, hi sunt triginta *tyranni*, qui nos innocentes vrbe eiiciebãt, aris & focis expellebant, charissimos quosque nobis capitis supplicio afficiebant, fortunas nostras proscribebãt. Iam verò in eum locũ deducti sunt quò nunquam ipsi putassent, nos semper optabamus. nam & armati contra eos stamus, & deos, qui nõ ignorãt nos & inter cœnandũ & inter dormiẽdũ & inter mercandũ in foro cõprehendi solitos, nõnullos etiã nostrûm non solùm innocentes,

ſed ne præſentes quidem exilio mulctari, à nobis palàm ſtantes iam habemus. Nam & ſereno cælo tempeſtates cient, quum id vobis expedit, & quum manum conferimus, cum aduerſariis, quanquam illi longè plures ſint, tamen nobis paucioribus victoriam annuunt. Iam verò in hunc locum adduxerunt nos, in quo iſti neque tela, neque haſtas iaculari vltra primos ordines poterunt, quippe qui aduerſus nos ex loco inferiore tendunt: nos verò in decliue & lanceas, & haſtilia, & lapides iaculantes, facilè eos aſſequemur, & multos conſauciabimus. Atq; aliquis fortaſſe exiſtimauerit nobis pugnandum fore ſaltem cum primis ordinibus æqua conditione: ſed ſi vos (vt conuenit) alacriter tela ieceritis, nemo non aſſequetur aliquem hoſtium, quorum via plena eſt, illi verò cauétes tela, ſub clypeis perpetuò latitabunt: itaque licebit eos quaſi cæcos vbilibet sauciare, & inſiliendo ſubuertere. Quare ô viri, res gerenda ita eſt, vt ſe quiſque veſtrûm victoriæ fuiſſe autoré perſuaſum habeat: hæc enim nobis (deo volēte) nunc reſtituet patriā, domos, libertatem, liberos, & vxores iis quicunque habent. Beatos igitur nos, qui parta victoria lætiſſimū hunc diem aſpicient: beatū etiam eū quicunque cadet. nam nemo diues & fortunatus monumentum tam præclarum conſequuturus eſt. Ego igitur, quū tempus fuerit, pæana inchoabo: vos omnes vno animo poſt Martem imploratum, facite impetum, & veſtras vlciſcimini contumelias & iniurias.

ORATIO CLEOCRITI.

ARGVMENTVM.

Potitus victoria Thraſybulus, reliquias hoſtium perſequi parabat, & in vrbem impetum facere volebat: proinde in fugientium tergis hærebat: qui quum ne cruenta & funeſta foret victoria metuerent, colloqui cum victoribus cœperunt. In his hic Cleocritus, qui, vt præco, valebat voce, magna voce, & omnium nomine victores non tam deprecatus eſt quàm hortatus, vt ſibi à ſæuitia omni temperarent. Nititur argumētis his. ciues eſſe omnes inter ſeſe, & habere omnia ſacra & profana in vrbe cōmunia: multos etiam eſſe inter quos ſanguinis coniunctio intercedat: non eſſe lacerandam & delendam patriam: aliam debere eſſe victoriam ciuium ad rempublicam vindicandam, aliā tyrannorum ad opprimendam.

Ἄνδρες πολῖται, τί ἡμᾶς ἐξελαύνετε; τί ἀποκτεῖναι βούλεσθε; ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς κακὸν μὲν οὐδὲν πώποτε ἐποιήσαμεν, μετεσχήκαμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἱερῶν τῶν σεμνοτάτων καὶ θυσιῶν καὶ ἑορτῶν τῶν καλλίστων, καὶ συγχορευταὶ καὶ συμφοιτηταὶ γεγενήμεθα καὶ συστρατιῶται, καὶ πολλὰ μεθ' ὑμῶν κεκινδυνεύκαμεν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἀμφοτέρων ἡμῶν σωτηρίας τε καὶ ἐλευθερίας. πρὸς θεῶν πατρῴων καὶ μητρῴων, καὶ ξυγγενείας, καὶ κηδεστίας, καὶ ἑταιρείας (πάντων γὰρ τούτων πολλοὶ κοινωνοῦμεν ἀλλήλοις) αἰδούμενοι καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους, παύσασθε ἁμαρτάνοντες ἐς τὴν πατρίδα, καὶ μὴ πείθεσθε τοῖς ἀνοσιωτάτοις τριάκοντα, οἳ ἰδίων κερδέων ἕνεκα ὀλίγου δεῖν πλείους ἀπεκτόνασιν Ἀθηναίων ἐν ὀκτὼ μησὶν ἢ πάντες Πελοποννήσιοι δέκα ἔτη πολεμοῦντες. ἐξὸν δ' ἡμῖν ἐν εἰρήνῃ πολιτεύεσθαι, οὗτοι τὸν πάντων αἴσχιστόν τε καὶ χαλεπώτατον καὶ ἀνοσιώτατον καὶ ἔχθιστον καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις πόλεμον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους παρέχουσιν. ἀλλ' εὖ γε μέντοι ἐπίστασθε ὅτι καὶ τῶν νῦν ὑφ' ἡμῶν ἀποθανόντων οὐ μόνον ὑμεῖς, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἔστιν οὓς κατεδακρύσαμεν.

EADEM LATINE,

Franciſco Porto interprete.

CVR nos, ciues, expellitis? cur interficere vultis? nos nihil vos vnquam læſimus: communia vobiſcum habuimus templa ſanctiſſima, ſacrificia & ludos celeberrimos: luſimus vnà & ſaltauimus, inſtituti vnà ſumus, ſtipendia vnà meruimus, multa pericula, pro communi omnium ſalute ac libertate, terra marique vnà ſubiimus. Per deos paternos maternóſque, per cognationes, affinitates, ſodalitia (quarum neceſſitudinum vinculis plerique ſtringimur) deos atque homines veriti, deſiſtite in patriam peccare, neque nefarios iſtos tyrannos audite, qui ſui quęſtus gratia plures ciues ferè octo menſium ſpatio necarunt, quàm omnes Peloponneſii integris X annis bellum gerentes. Et quū nobis omnibus tranquillè & pacatè viuere liceret, iſti bellum ciuile omnium turpiſſimum, & pernicioſiſſimū ac ſceleſtiſſimum diis hominibúſque maximè deteſtandum, excitarunt. Quin illud quoque vobis perſuaſum ſit eos, qui iam in prælio ceciderunt, non minus à nobis quàm à vobis ipſis nonnullos deplorari.

THRASYBVLI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Exactis tyrannis,& infracto eorum in vrbe dominatu,quũ per Lacedæmonios concordia coiisset inter eos ciues qui rem tyrannorum adiuuerant, & exules, qui patriam recuperarant:& quũ esset ex omniũ consensu constituenda respubl.essetque de summa reip.conuocata ab iis concio:ibi hanc orationem habuit Thrasybulus,autor libertatis, qua obiurgauit ciues illos ministros & fautores tyrannidis,non ad alienandos animos, sed ad eorum ferociam coercendam. Docet enim nihil esse quamobrem magnos spiritus tollerent:nullas esse illis causas exultandi, magnas verò pœnitendi. Hortatur tamen alios,qui iustas conquerendi de his causas haberent,vt deposita offensionum memoria,pacis conditiones persanctè seruent.

Ὑμῖν, ὦ ἐκ τοῦ ἄστεος ἄνδρες, ξυμβουλεύω ἐγὼ γνῶναι ὑμᾶς αὐτούς. μάλιστα δ' ἂν γνοίητε εἰ ἀναλογίσαισθε ἐπὶ τίνι ὑμῖν μέγα φρονητέον ἐστὶν, ὥστε ἡμῶν ἄρχειν ἐπιχειρεῖν. πότερον δικαιότερον ἐστε; ἀλλ' ὁ μὲν δῆμος, πενέστερος ὑμῶν ὢν, οὐδὲν πώποτε ἕνεκα χρημάτων ὑμᾶς ἠδίκησεν· ὑμεῖς δὲ, πλουσιώτεροι πάντων ὄντες, πολλὰ καὶ αἰσχρὰ ἕνεκα κερδέων πεποιήκατε. ἐπεὶ δὲ δικαιοσύνης οὐδὲν ὑμῖν προσήκει, σκέψασθε εἰ ἄρα ἐπ' ἀνδρείᾳ ὑμῖν μέγα φρονητέον. καὶ τίς ἂν καλλίων κρίσις τούτου γένοιτο ἢ ὡς ἐπολεμήσαμεν πρὸς ἀλλήλους; ἀλλὰ γνώμῃ φαίητ' ἂν προέχειν, οἳ ἔχοντες καὶ τεῖχος καὶ ὅπλα καὶ χρήματα, καὶ ξυμμάχους Πελοποννησίους, ὑπὸ τῶν οὐδὲν τούτων ἐχόντων περιελήλυθατε; ἀλλ' ἐπὶ Λακεδαιμονίοις δὴ οἴεσθε μέγα φρονητέον εἶναι; πῶς, οἵγε ὥσπερ τοὺς δάκνοντας κύνας κλοιῷ δήσαντες παραδιδόασιν, οὕτω κἀκεῖνοι ὑμᾶς παραδόντες τῷ ἠδικημένῳ τούτῳ δήμῳ, οἴχονται ἀπιόντες; οὐ μέντοι γε ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ἀξιῶ ἐγὼ ὧν ὀμωμόκατε παραβῆναι οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις καλοῖς ἐπιδεῖξαι, ὅτι καὶ εὔορκοι καὶ ὅσιοί ἐστε.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EQuidem,viri qui ex superiore vrbe estis,autor sum vt vos ipsos noscatis: noscere autem poteritis,si diligenter perpendatis an aliquid sit causæ cur vos elati animis imperium habere in nos tentetis. Vtrum quia præstatis æquitate? atqui populus, qui longè pauperior vobis est,tamen neminem vestrûm vnquam pecuniæ gratia violauit:vos verò qui longè ditiores omnibus estis,multa & fœda quæstus gratia perpetrastis.Et quoniam cum æquitate nulla est vobis affinitas, videte iam an vobis virtutis causa sint spiritus attollendi. Et quod huius rei iudiciũ certius esse poterit,q̃ ratio belli inter nos gesti? At prudentia præstare vos existimabitis, qui quanquam & mœnia & arma & pecuniam,& socios Peloponnesios haberetis,ab iis tamen qui nihil tale habebant, superati estis? Cæterùm alto animo vos esse oportere existimatis propter Lacedæmonios? cur ita? nam quemadmodum qui canes mordaces catena vinctos tradunt, sic & illi vos traditos isti plebi violatæ deseruerunt, atque abierunt. Quare peto à vobis viri,ne quid eorum quæ iurastis,violetis,sed potius inter cætera præclara vestra facinora, illud etiam,vos esse pios & sanctos,declaretis.

Ex libro tertio.

LEGATORVM THEBANORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Conflato bello inter Lacedæmonios,qui tum rerum in Græcia potiebantur,& Thebanos,qui multo minus quàm illi poterant:Thebani legatos Athenas sollicitandi causa miserunt: quæ ciuitas à Lacedæmoniis oppressa accisis viribus tum iacebat.Ibi legati hac oratione sunt vsi,vt Athenienses sibi belli socios asciscerent. Eius orationis tres sunt partes:vna,qua purgant se Atheniensibus ob acerbum & crudele cuiusdam Thebani dictum,qui insultans Atheniensium calamitati,de eorum pernicie suffragium tulerat:altera,qua belli suscipiendi causas grauissimas demonstrant,& eos aduersus Lacedæmonios communes hostes conantur irritare:tertia,qua facultatem belli gerendi maximam aperiunt.Lacedæmonios vinci posse probant:quàm imbecillum sit eorum imperium,quod potentissimum fortasse iudicetur,ostendunt.

Ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἃ μὲν μέμφεσθε ἡμῖν ὡς ψηφισαμένοις χαλεπὰ περὶ ὑμῶν ἐν τῇ καταλύσει τοῦ πολέμου, οὐκ ὀρθῶς μέμφεσθε. οὐ γὰρ ἡ πόλις ἐκεῖνα ἐψηφίσατο, ἀλλ' εἷς ἀνὴρ εἶπεν, ὃς ἔτυχε τότε ἐν τοῖς συμμάχοις καθήμενος. ὅτε δὲ παρεκάλουν ἡμᾶς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ, τότε ἅπασα ἡ πόλις ἀπεψηφίσατο μὴ συστρα-

τεύειν αὐτοῖς. δι' ὑμᾶς οὖν οὐχ ἥκιστα ὀργιζομένων ἡμῖν τῶν Λακεδαιμονίων, δίκαιον εἶναι νομίζομεν βοηθεῖν ὑμᾶς τῇ πόλει ἡμῶν. πολὺ δὲ ἔτι μᾶλλον ἀξιοῦμεν, ὅσοι τῶν ἐν ἄστει ἐγένεσθε, προθύμως ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἰέναι. ἐκεῖνοι γὰρ καταστήσαντες ὑμᾶς ἐς ὀλιγαρχίαν καὶ ἐς ἔχθραν τῷ δήμῳ, ἀφικόμενοι πολλῇ δυνάμει ὡς ὑμῖν σύμμαχοι, παρέδοσαν ὑμᾶς τῷ πλήθει· ὥστε τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, ἀπολώλατε, ὁ δὲ δῆμος οὑτοσὶ ὑμᾶς ἔσωσε. καὶ μὴν ὅτι μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι βούλοισθ' ἂν τὴν ἀρχὴν ἣν πρότερον ἐκέκτησθε, ἀναλαβεῖν, πάντες ἐπιστάμεθα. τοῦτο δὲ πῶς μᾶλλον εἰκὸς γενέσθαι ἢ εἰ αὐτοὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων ἀδικουμένοις βοηθοῖτε; ὅτι δὲ πολλῶν ἄρχουσι, μὴ φοβηθῆτε, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τοῦτο θαρρεῖτε, ἐνθυμούμενοι ὅτι καὶ ὑμεῖς, ὅτε πλείστων ἤρχετε, τότε πλείστους ἐχθροὺς ἐκέκτησθε. ἀλλ' ἕως μὲν οὐκ εἶχον ὅποι ἀποσταῖεν, ἔκρυπτον τὴν πρὸς ὑμᾶς ἔχθραν· ἐπεὶ δέ γε Λακεδαιμόνιοι προέστησαν, τότε ἔφηναν οἷα περὶ ὑμῶν ἐγίγνωσκον. καὶ νῦν γε ἂν φανεροὶ γενώμεθα ἡμεῖς τε καὶ ὑμεῖς ξυναπιδοῦντες ἐναντία τοῖς Λακεδαιμονίοις, εὖ ἴστε, ἀναφανήσονται πολλοὶ οἱ μισοῦντες αὐτούς. ὡς δὲ ἀληθῆ λέγομεν, ἐὰν ἀναλογίσησθε, αὐτίκα γνώσεσθε. τίς γὰρ ἤδη καταλείπεται αὐτοῖς εὐμενής; οὐκ Ἀργεῖοι μὲν ἀεί ποτε δυσμενεῖς αὐτοῖς ὑπάρχουσιν; Ἠλεῖοι γε μὴν νῦν ἐστερημένοι καὶ χώρας πολλῆς καὶ πόλεων, ἐχθροὶ αὐτοῖς προσγεγένηνται. Κορινθίους δὲ καὶ Ἀρκάδας καὶ Ἀχαιοὺς τί φῶμεν, οἳ ἐν μὲν τῷ πρὸς ὑμᾶς πολέμῳ, μάλα λιπαρούμενοι ὑπ' ἐκείνων πάντων, καὶ πόνων καὶ κινδύνων καὶ τῶν δαπανημάτων μετεῖχον· ἐπεὶ δ' ἔπραξαν ἃ ἐβούλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι, ποίας ἢ ἀρχῆς ἢ τιμῆς ἢ ποίων χρημάτων μεταδεδώκασιν αὐτοῖς; ἀλλὰ τοὺς μὲν εἵλωτας, ἁρμοστὰς καθιστάναι ἀξιοῦσι, τῶν δὲ ξυμμάχων ἐλευθέρων ὄντων, ἐπεὶ ηὐτύχησαν, δεσπόται ἀναπεφήνασιν. ἀλλὰ μὴν καὶ οὓς ὑμῶν ἀπέστησαν, φανεροί εἰσιν ἐξηπατηκότες· ἀντὶ γὰρ ἐλευθερίας διπλῆν αὐτοῖς δουλείαν παρεσχήκασιν. ὑπό τε γὰρ τῶν ἁρμοστῶν τυραννοῦνται, καὶ ὑπὸ δέκα ἀνδρῶν οὓς Λύσανδρος κατέστησεν ἐν ἑκάστῃ πόλει. ὅ γε μὴν τῆς Ἀσίας βασιλεύς, καὶ τὰ μέγιστα αὐτοῖς συμβαλλόμενος πρὸς τὸ ἡμῶν κρατῆσαι, νῦν τί διάφορον πάσχει ἢ εἰ μεθ' ὑμῶν κατεπολέμησεν αὐτούς; πῶς οὖν οὐκ εἰκός, ἐὰν ὑμεῖς αὖ προστῆτε τῶν οὕτω φανερῶς ἀδικουμένων, νῦν ὑμᾶς πολὺ ἤδη μεγίστους τῶν πώποτε γενέσθαι; ὅτε μὲν γὰρ ἤρχετε, τῶν κατὰ θάλατταν μόνον δήπου ἡγεῖσθε· νῦν δὲ πάντων καὶ ἡμῶν, καὶ Πελοποννησίων, καὶ ὧν πρόσθεν ἤρχετε, καὶ αὐτοῦ βασιλέως τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχοντος ἡγεμόνες ἂν γένοισθε. καίτοι ἡμεῖς ἐκείνοις πολλοῦ ἄξιοι καὶ ἐκείνοις σύμμαχοι, ὡς ὑμεῖς ἐπίστασθε· νῦν δέ γε εἰκὸς παντὶ ὑμῖν ἐρρωμενεστέρως ἡμᾶς ἔσεσθαι ἢ τότε Λακεδαιμονίοις. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ νησιωτῶν, ἢ Συρακοσίων, οὐδ' ὑπὲρ ἀλλοτρίων, ὥσπερ τότε, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀδικουμένων βοηθήσομεν. καὶ τοῦτο μέντοι χρὴ εὖ εἰδέναι, ὅτι ἡ Λακεδαιμονίων πλεονεξία πολὺ εὐκαταλυτωτέρα ἐστὶ τῆς ὑμετέρας γενομένης ἀρχῆς. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἔχοντες ναυτικόν, οὐχ ἑκόντων ἤρχετε· οὗτοι δέ, ὀλίγοι ὄντες, πολλαπλασίων ὄντων καὶ οὐδὲν χεῖρον ὡπλισμένων πλεονεκτοῦσι. ταῦτ' οὖν λέγομεν ἡμεῖς. εὖ γε μέντοι ἐπίστασθε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι νομίζομεν ἐπὶ πολὺ μείζω ἀγαθὰ παρακαλεῖν ὑμᾶς τῇ ὑμετέρᾳ πόλει ἢ τῇ ἡμετέρᾳ.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

QVòd nos incusatis, ô Athenienses, de eo quòd bello confecto duram in vos sententiam tulerimus, non rectè incusatis. neque enim vniuersa ciuitas illam tulit sententiam, sed vnus tantùm qui casu tum intererat concilio sociorum. at quum Lacedæmonii nos euocabant in Piræum, tum vniuersa ciuitas nulla mittenda esse auxilia decreuit. Quum itaque vestri causa potissimùm irati nobis sint Lacedæmonii, æquũ esse arbitramur vos quoq; ciuitati nostræ opé nunc ferre. A vobis autem qui tunc in vrbe superiore eratis, petimus enixius, vt contra Lacedæmonios alacrius tendatis. nam qui vos in dominatu illo constituerant, & in populi odia adduxerant, hi ipsi quum ad vos venissent magnis copiis, quasi laturi opem, tamen vos plebi tradiderunt. Itaque quod ad illos attinet, euersi & extincti iampridem estis, plebis autem istius beneficio conseruati. Neminem nostrûm fugit, viri Athenienses, vos peruelle pristinum recuperare imperium: id verò qua ratione fieri posse facilius credendum est, quàm si iis qui ab illis violantur, opem feratis? Neque verò vos moueat quòd illi multis imperant: quin ea res maiorem vobis fiduciam afferat: meministis enim vos quum maximum imperium habebatis, plurimos etiam hostes habuisse: sed quandiu non habebát ad quos confugerent, sua in vos odia dissimulasse: vbi auté Lacedæmonii principatum adepti sunt, continuò quo essent in vos animo declarasse. Quare nunc etiam si nos & vos constiterit contra Lacedæmonios mutuò conspirasse, multi scilicet, qui illos oderunt, sua in illos odia apertè declarabunt. Ac vera hæc esse, quæ à nobis dicuntur, statim cognoscetis, si vobis, quum ipsi illud considerabitis. Nam quos illi amicos habent iam reliquos? nônne Argiui perpetui eorum hostes sunt? His accesserunt iam Elei, quibus & agrum & vrbes multas ademerunt. Quid memorem Corinthios, Arcadas & Achæos? Si enim omnes in bello contra vos gesto, magnis eorum precibus adducti, laborum, sumptuum, periculorúmque omnium socii erant: postquam verò illi rem feliciter gesserunt, quidnam imperii, quos honores, quas eis pecunias impertiuerunt? Quin seruos ad honores & magistratus euehendos censent, sociorum autem qui erant liberi,

re bene gesta, domini extiterunt. Constat præterea eos qui à vobis defecerunt, dolo & fraude ab illis circumuentos. nam pro libertate pristina duplex illis iugum seruitutis imposuerunt. Nam & à præfectis vrbium tyrannide, & à decemuiris qui à Lysandro vbique constituti sunt, grauissimè premuntur. Persarũ verò rex qui ad vos superandos plurimùm illis contulit, quid aliud iam perfert, quàm si vobiscum eum debellasset? nónne igitur probabile vos ad longè maiorem potentiam, quàm vnquam antea, euectos iri, si eorum patrocinium iam susceperitis, qui palàm violantur? Nam quum antea imperium tenebatis, rebus tantũmodo maritimis præeratis: nũc verò omnium & nostrum, & Peloponnesiorum, & eorum quibus antè præeratis, & regis ipsius qui maximam habet potentiam, principatum obtinebitis. Et quanquam nos (vt vobis compertum est) non contemnendi socii illis fuimus, nunc tamen cõsentaneum est nos omnino animo alacriore sequuturos esse vos, quàm tunc Lacedæmonios sequuti sumus. Si quidem non pro insulanis aut Syracusiis, aut pro fortunis aliorum, sicuti tunc, sed pro nobis ipsis qui violamur, rem geremus. Illud etiam pro certo exploratóque habendum est, Lacedæmoniorum potentiam longè facilius euerti posse, quàm vestrum olim imperiũ. vos enim etiam inuitis præeratis propter classem qua florebatis: isti verò pauci quũ sint, longè pluribus & nõ deterius armatis imperant. Hæc nos commemoramus: vos ô Athenienses illud persuasum habetote, ad longè maiora commoda, nostro quidem iudicio, vestram quàm nostram ciuitatem à nobis inuitari.

Ex libro quarto.

PHARNABAZI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Accepto vtrinque incommodo, Agesilaus & Pharnabazus pacti sunt per internuntium, vt colloquendi causa conuenirent. Eò quum esset ventum prior dixit Pharnabazus. Eius est hæc oratiuncula, qua commemoratis suis in Spartanos beneficiis, queritur se indignis modis, nec pro eo atque esset meritus, ab iis esse acceptum. Agri & patrimonii sui fœdè deuastati causas quærit.

Ὦ Ἀγησίλαε καὶ πάντες οἱ παρόντες Λακεδαιμόνιοι, ἐγὼ ὑμῖν, ὅτε τοῖς Ἀθηναίοις ἐπολεμεῖτε, φίλος καὶ ξύμμαχος ἐγενόμην· καὶ τὸ μὲν ὑμέτερον ναυτικὸν, χρήματα παρέχων, ἰσχυρὸν ἐποίουν· ἐν δὲ τῇ γῇ, αὐτὸς ἀπὸ τοῦ ἵππου μαχόμενος μεθ' ὑμῶν, ἐς τὴν θάλατταν κατεδίωκον τοὺς πολεμίους· καὶ διπλοῦν, ὥσπερ Τισαφέρνους, οὐδὲν πώποτέ μου οὔτε ποιήσαντος οὔτ' εἰπόντος πρὸς ὑμᾶς ἔχοιτ' ἂν κατηγορῆσαι· τοιοῦτος δὲ γενόμενος, οὕτω νῦν διάκειμαι ὑφ' ὑμῶν, ὡς οὐδὲ δεῖπνον ἔχω ἐν τῇ ἐμαυτοῦ χώρᾳ, εἰ μή τι ὧν ἂν ὑμεῖς λίπητε ξυλλέξομαι, ὥσπερ τὰ θηρία. ἃ δέ μοι ὁ πατὴρ καὶ οἰκήματα καλὰ, καὶ παραδείσους καὶ δένδρων καὶ θηρίων μεστοὺς κατέλιπεν, ἐφ' οἷς ηὐφραινόμην, ταῦτα πάντα ὁρῶ, τὰ μὲν, κατακεκαυμένα, τὰ δὲ, κατακεκομμένα. εἰ οὖν ἐγὼ μὴ γιγνώσκω μήτε τὰ δίκαια μήτε τὰ ὅσια, ὑμεῖς δὲ διδάξατέ με ὅπως ταῦτ' ἐστὶν ἀνδρῶν ἐπισταμένων χάριτας ἀποδιδόναι.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EGO ô Agesilae, vósque Lacedæmonii qui adestis, societatem atque amicitiam vobiscum inii, quum bellum aduersus Athenienses gerebatis: & vestram classem suggerens pecuniam alebam atque confirmabam, terra verò ipsemet ex equo pugnãs vobiscum, hostes ad mare persequebar: neque est quod mihi, quemadmodum Tissapherni, dictũ vel factum insyncerè aduersus vos, obiicere possitis. Quãquam verò ego erga vos is extiterim, ea tamen mihi nunc à vobis refertur gratia, vt ne quod cœnem quidem hab eam in mea ditione, ni ferarũ more colligam quæ à vobis derelinquuntur. AEdes verò elegantissimas, & hortos consitos arboribus, ferísque refertos, quæ pater mihi reliquerat, quæque me delectabant, hæc omnia vel igne vel ferro vastata cerno. Proinde si mihi ius & fas ignotum est, vos saltem me docete an facta ista bonorũ virorum sint, & eorum qui gratiam referre non ignorent.

AGESILAI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet Spartanus rex Agesilaus ad ea quæ erant à Pharnabazo obiecta. quæ facta sint, priuatim, non publicè, esse facta: nec vt Pharnabazo, sed vt regi Persarum, in cuius ditione ipse esset, & cuius nomine bellum administraret. ab eo rege si velit desciscere, pacem esse habiturum, & patrimonium suum inita cum Lacedæmoniis societate amplificaturum.

Ἀλλ' οἶμαι μέν σε, ὦ Φαρνάβαζε, εἰδέναι ὅτι καὶ ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι ξένοι ἀλλήλοις γίγνονται οἱ ἄνθρωποι· οὗτοι δ' ὅταν αἱ πόλεις πολέμιαι γίγνωνται, σὺν ταῖς πατρίσι καὶ τοῖς ἐξενωμένοις πολεμοῦσι, καὶ ἐὰν οὕτω τύχωσιν, ἔστιν ὅτε καὶ ἀπέκτειναν ἀλλήλους. καὶ ἡμεῖς οὖν νῦν βασιλεῖ τῷ ὑμετέρῳ πολεμοῦντες, πάντα ἠναγκάσμεθα τὰ ἐκείνου πολέμια νομίζειν· σοί γε μέντοι φίλοι γενέσθαι περὶ παντὸς ἂν ποιησαίμεθα. καὶ εἰ μὲν ἀλλάξασθαί σοι ἔδει ἀντὶ δεσπότου βασιλέως ἡμᾶς δεσπότας, οὐκ ἂν ἔγωγέ σοι ξυνεβούλευον· νῦν δὲ ἔξεστί σοι μεθ' ἡμῶν γενομένῳ, μηδένα προσκυνοῦντα, μηδὲ δεσπότην ἔχοντα, ζῆν καρπούμενον τὰ σαυτοῦ. καίτοι ἐλεύθερον εἶναι ἐγὼ μὲν οἶμαι ἀντάξιον εἶναι τῶν πάντων χρημάτων· οὐδὲ μέντοι τοῦτό σε κελεύομεν πένητα μέν, ἐλεύθερον δ' εἶναι, ἀλλ' ἡμῖν ξυμμάχοις χρώμενον αὔξειν μὴ τὴν βασιλέως ἀλλὰ τὴν σαυτοῦ ἀρχήν, τοὺς νῦν ὁμοδούλους σοι καταστρεφόμενον, ὥστε σοὺς ὑπηκόους εἶναι. καίτοι εἰ ἅμα τε ἐλεύθερος εἴης καὶ πλούσιος γένοιο, τίνος ἂν δέοιο μὴ οὐχὶ πάμπαν εὐδαίμων εἶναι;

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EGO verò te non ignorare arbitror, ô Pharnabaze, apud Græcas etiam ciuitates homines inter se hospitia contrahere: qui tamē quum inter eorum respubl. bellū ortum est, cum suis quiq; ciuibus aduersus hospites pugnare nō dubitant, & si res ita tulerit, alter alterum necare. Itaque nos quoque iam quū aduersus regem vestrum bellum geramus, omnia illius hostium loco habere cogimur, tuam tamen amicitiam summopere expeteremus. Ac si pro rege domino nos dominos mutata seruitute esses habiturus, equidem tibi hoc non suaderem. Iam verò tibi licet sequuto nostram amicitiam, neminem adorare, neminem habere dominum, sed viuere, tuísque perfrui rebus: libertatem autem cunctis anteferendam rebus existimo. Neque verò tibi autores sumus vt liber sis, sed pauper: sed vt nostra societate vsus, nō regis imperium, sed tuum ipsius amplifices, eos qui tecum nunc seruiunt, subigendo & tuæ ditioni adiungendo. Quare si libertate atque opibus auctus fueris, quid tibi deerit ad summam felicitatem consequendam?

TIMOLAI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Inierant belli societatem aduersus Lacedæmonios aliquot Græciæ ciuitates. Ad id gerendum quum se accingerent, & coactis copiis de summa belli consultarent, in eorum concilio Timolaus Corinthius hac oratiuncula sententiam suam exposuit. Suasit vt in ipsis finibus Lacedæmoniorum, aut etiam, si ita res ferre posset, apud ipsam vrbem decertaretur: vtitúrque ad confirmandum suum consilium duplici similitudine, vna à fluminum lapsu, altera à captandarum vesparum ratione.

Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, ὅμοιον εἶναι τὸ τῶν Λακεδαιμονίων πρᾶγμα οἷόνπερ τὸ τῶν ποταμῶν. οἵ τε γὰρ ποταμοὶ πρὸς μὲν ταῖς πηγαῖς οὐ μεγάλοι εἰσίν, ἀλλ' εὐδιάβατοι· ὅσῳ δ' ἂν πορρωτέρω γίγνωνται, ἐπεμβάλλοντες ἕτεροι ποταμοὶ ἰσχυρότερον αὐτῶν τὸ ῥεῦμα ποιοῦσι. καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὡσαύτως, ἔνθεν μὲν ἐξέρχονται, αὐτοὶ μόνοι εἰσί· προϊόντες δὲ καὶ παραλαμβάνοντες τὰς πόλεις, πλείονές τε καὶ δυσμαχώτεροι γίγνονται. ὁρῶ δ' ἔγωγε, καὶ ὁπόσοι σφῆκας ἐξαιρεῖν βούλονται, ἐὰν μὲν ἐκθέοντας τοὺς σφῆκας πειρῶνται θηρᾶν, ὑπὸ πολλῶν τιτρωμένους· ἐὰν δ' ἔτι ἔνδον ὄντων τὸ πῦρ προσφέρωσι, πάσχοντας μὲν οὐδέν, χειρουμένους δὲ τοὺς σφῆκας. τοῦτ' οὖν ἐνθυμούμενος ἡγοῦμαι κράτιστον εἶναι μάλιστα μὲν ἐν αὐτῇ, εἰ δὲ μή, ὅτι ἐγγύτατα τῆς Λακεδαίμονος τὴν μάχην ποιεῖσθαι.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

MIhi verò, ô socii, Lacedæmoniorum res naturam fluuiorum referre videtur. Nam & fluuii ad suos quique fontes non alti sunt, sed vado permeabiles: at quo longius à fontibus defluūt, eo fit eorum cursus acrior, aliis videlicet flumi

ribus exceptis. Et Lacedæmonii non aliter. nam quum exercitum educunt, ipsi soli sunt: sed dum progrediuntur, & alias sibi adiungunt ciuitates, crescunt, & confirmantur. Illud etiam animaduerto, qui vespas volunt excindere, eos, si dét operam illas iam egressas infestare, multarum pungi aculeis: illis verò adhuc inclusis in suo alueari si ignẽ admoueant, eos nil damni capere, sed facilè vespas necare. Hæc itaque considerans, optimũ factu esse existimo si ad ipsam Spartam potissimùm, sin minus, quamproxime vrbem prælio decernamus.

DERCYLLIDAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Superatis nauali prælio Lacedæmoniis à Pharnabazo & Conone Atheniensi, pleræque omnes Asiæ ciuitates, quarum fides ex euentu pendebat, defecerant à Lacedæmoniis. Vna relinquebatur Abydus, quam Lacedæmonius Dercyllidas, qui eam præses obtinebat, cohortando in fide & officio retinuit. Hæc ipsius est in eam sententiam ad Abydenos oratio: qua, laudata eorũ fide cõstantiáque in rebus aduersis, & extenuato Lacedæmoniorum periculo, hortatus est vt eundem animum erga socios retinerent, metúmque omnem de se & de Lacedæmoniorum rebus deponerent.

Ὦ ἄνδρες, νῦν ἔξεστιν ὑμῖν καὶ πρόσθεν φίλοις οὖσι τῇ πόλει ἡμῶν, εὐεργέτας φανῆναι τῶν Λακεδαιμονίων. καὶ γὰρ τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι, οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γενομένων φίλων βέβαιοι φανῶσι, τοῦτ᾽ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται. ἔστι δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, εἰ τῇ ναυμαχίᾳ ἐκρατήθημεν, οὐδὲν ἄρα ἔτι ἐσμέν· ἀλλὰ καὶ τὸ πρόσθεν δήπου Ἀθηναίων ἀρχόντων τῆς θαλάττης, ἱκανὴ ἦν ἡ ἡμετέρα πόλις καὶ εὖ φίλους καὶ κακῶς ἐχθροὺς ποιεῖν. ὅσῳ δὲ μᾶλλον αἱ ἄλλαι πόλεις σὺν τῇ τύχῃ ἀπεστράφησαν ἡμῶν, τοσούτῳ ὄντως ἡ ὑμετέρα πιστότης μείζων φανείη ἄν. εἰ δέ τισι τοῦτο φανεῖται, μὴ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐνθάδε πολιορκώμεθα, ἐννοείτω ὅτι Ἑλληνικὸν μὲν οὔπω ναυτικόν ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ, οἱ δὲ βάρβαροι, εἰ ἐπιχειρήσουσι τῆς θαλάττης ἄρχειν, οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ἡ Ἑλλάς· ὥστ᾽ ἑαυτῇ ἐπικουροῦσα, καὶ ὑμῖν σύμμαχος γενήσεται.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

NVnc licet vobis ô viri, qui veteri nobiscum amicitia iuncti estis, vt beneficio illustri Lacedæmonios obstringatis. Nam seruare fidem rebus secundis, non ita admirandum videtur: sed asperis amicorum temporibus constantiam & fidem declarare, hoc verò sempiternæ memoriæ mandatur. Proinde nos, quanquam prælio nauali victi sumus, non continuò euersi sumus fortunis omnibus. Nam & antè, quum Athenienses maris imperium tenebant, nostra tamen ciuitas & bene mereri de amicis & inimicos lædere poterat. Et quò magis cæteræ ciuitates simul atque fortuna mutata est, se à nobis auerterunt, eo maior vestra in nos fides & illustrior extiterit. Siqui verò verentur ne terra maríque hîc obsideamur, hi intelligãt nullam Græcorum classem in isto mari iam esse: &, si barbari maris imperium sibi vindicare ausi fuerint, Græcos id minimè esse laturos. Itaque dum sibi ipsis opem ferunt, vobis etiam suppetias venient.

Ex libro quinto.

TELEVTIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Præfecerant Teleutiam Lacedæmonii classi ei quæ in præsidio Æginæ erat. Dilata autẽ erat stipendiorũ pensio à superiore copiarũ præfecto propter inopiã pecuniæ, vt etiam iam illius imperium miles detrectaret. Itaque Teleutiæ aduentus videbatur spem afferre optati stipendii. Teleutias, qui pecuniam aduexeret nullam, ne eos vana spe lactare videretur, simul vt venit, quid venisset & quomodo, illis hac concione aperuit. Pecuniam quidem sibi deesse: sed si modò se viros præstarent (quod semper fecissent) nihil illis defuturum. Hortatur à suo & totius ciuitatis Spartanæ exemplo. A se verò omnia illis liberaliter pollicetur.

Ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἐγὼ χρήματα μὲν οὐκ ἔχων ἥκω· ἐὰν μέντοι θεὸς ἐθέλῃ, καὶ ὑμεῖς συμπροθυμῆσθε, πειράσομαι τὰ ἐπιτήδεια ὑμῖν ὡς πλεῖστα πορίζειν. εὖ δ᾽ ἴστε, ὅταν ὑμῶν ἐγὼ ἄρχω, εὔχομαι οὐδὲν ἧττον ζῆν

ὑμᾶς ἢ καὶ ἐμαυτόν. τά τε ἐπιτήδεια θαυμάσετε μὲν ἴσως εἰ φαίην βούλεσθαι ὑμᾶς μᾶλλον ἢ ἐμὲ ἔχειν· ἐγὼ δὲ νὴ τοὺς θεοὺς καὶ δεξαίμην ἂν αὐτὸς μᾶλλον δύο ἡμέρας ἄσιτος ἢ ὑμᾶς μίαν γενέσθαι. ἡ γε μὴν θύρα ἡ ἐμὴ ἀνέῳκτο μὲν δήπου καὶ πρόσθεν εἰσιέναι τῷ δεομένῳ τι ἐμοῦ, ἀνέῳκται δὲ καὶ νῦν. ὥστε ὅταν ὑμεῖς πλήρη ἔχητε τὰ ἐπιτήδεια, τότε καὶ ἐμὲ ὄψεσθε ἀφθονώτερον διαιτώμενον· ἢν δὲ ἀνεχόμενόν με ὁρᾶτε καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ ἀγρυπνίαν, οἴεσθε καὶ ὑμεῖς ταῦτα πάντα καρτερεῖν. οὐδὲν γὰρ τούτων κελεύω ὑμᾶς ποιεῖν ἵνα ἀνιᾶσθε, ἀλλ' ἵνα ἐκ τούτων ἀγαθόν τι λαμβάνητε. καὶ ἡ πόλις δέ τοι, ὦ ἄνδρες στρατιῶται, ἡ ἡμετέρα, ἣ εὐδαίμων εἶναι δοκεῖ, εὖ ἴστε ὅτι τἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ ἐκτήσατο οὐ ῥαθυμοῦσα, ἀλλ' ἐθέλουσα καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν ὁπότε δέοι. καὶ ὑμεῖς οὖν ἦτε μὲν καὶ πρότερον, ὡς ἐγὼ οἶδα, ἄνδρες ἀγαθοί· νῦν δὲ πειρᾶσθαι χρὴ ἔτι ἀμείνονας γίγνεσθαι, ἵν' ἡδέως μὲν συμπονῶμεν, ἡδέως δὲ συνευδαιμονῶμεν. τί γὰρ ἥδιον ἢ μηδένα ἀνθρώπων κολακεύειν, μήτε Ἕλληνα, μήτε βάρβαρον, εἵνεκα μισθοῦ, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἱκανοὺς εἶναι τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι, καὶ ταῦτα ὅθεν περ κάλλιστον; ἡ γάρ τοι ἐν πολέμῳ ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀφθονία, εὖ ἴστε ὅτι ἅμα τροφήν τε καὶ εὔκλειαν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις παρέχεται.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EQuidem ô milites venio sine pecuniis: dabo tamen operam, si deus faueat, & vos me vestris studiis adiuuetis, vt commeatus necessarii vobis copiosissimè subministrentur. Illud verò persuasum habetote, vestram omnium quibus præsum, saluté æquè ac meam ipsius mihi charam esse: méque malle, (quod fortasse dictu mirum videatur) vestris quàm meis ipsius commodis consultum. Neque sum recusaturus (testor deos) me duos dies potius quàm vos vnum carere alimétis. AEdes verò meæ, quæ antea patebant vestrûm cuilibet qui mea opera indigeret, ne nunc quidem occludentur. Itaque quum vos copia rerum omnium abundabitis, me quoque lautius viuere aspicietis. Quòd si frigora, æstus & vigilias me perpeti videritis, eadem vobis omnia perferenda esse existimate. Neque tamen quicquam tale vobis perferendum suasero, vt molestiam inde capiatis, sed vt fructum aliquem percipiatis. nam vel nostra respubl. ô milites, quæ hominum opinione beata est, non desidia, & otio nimirũ, sed labores & pericula, quum ita res ferebat, sponte sua subeundo, imperium & dignitatem comparauit. Quare vos quoque, quorum virtus antea spectata mihi est, vt eadem nunc illustrior appareat, operam date vt qui laborum & periculorum socii voluntarii futuri sumus, iidé commodis & felicitate læti vnà perfruamur. Quid enim lætius iucundiúsve est, quàm si nemini siue Græco, siue barbaro, stipendii causa cogamur assentari, sed nostra industria res nobis necessarias comparare valeamus: idque vnde pulcherrimum & honestissimũ est. Rerum enim copia quæ ab hostibus in bello comparatur, præter victum & alimẽta, gloriam quoque apud omnes homines dubio procul affert.

CLIGENIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Compositis in Græcia rebus, & pace facta inter Lacedæmonios & Thebanos, quum se ad causas & merita sociorum cognoscenda Lacedæmonii dedissent, & ad res inspiciẽdas mitterent legationes ad nonnullas ciuitates, ab aliis verò acciperent: legati ab Acanthiis Thraciæ populis de communi omnium salute venerunt Lacedæmonem. Eius legationis princeps erat hic Cligenes, qui productus in concionem, hanc orationẽ habuit: qua docet quantum impendeat periculum ab Olynthiorum coitione & coniunctione cum aliquot ciuitatibus Græcorum, si negligantur. Ii enim sollicitabant Græcorum ciuitates plerasque, vt eas partim ad suas leges & disciplinam ciuilem, partim ad suam societatem pertraherent: nec frustra tentasse, sed magna ex parte iam effecisse. Quid per se possint Olynthii declarat, & quanto potentiores alienis opibus freti atque adiuti sint futuri: quæ ratio sit illius potentiæ infringendæ, & quantam celeritatem res postulet, exponit.

Ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι, οἰόμεθα λανθάνειν ὑμᾶς πρᾶγμα φυόμενον ἐν τῇ Ἑλλάδι. ὅτι μὲν γὰρ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστη πόλις Ὄλυνθος, σχεδὸν πάντες ἐπίστασθε. οὗτοι τῶν πόλεων προσηγάγοντο ἔστιν ἅς, ἐφ' ᾧτε τοῖς αὐτοῖς χρῆσθαι νόμοις, καὶ συμπολιτεύειν· ἔπειτα δὲ καὶ τῶν μειζόνων προσέλαβόν τινας. ἐκ δὲ τούτου ἐπεχείρησαν καὶ τὰς τῆς Μακεδονίας πόλεις ἐλευθεροῦν ἀπὸ Ἀμύντου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως. ἐπεὶ δὲ εἰσήκουσαν αἱ ἐγγύτατα αὐτῶν, ταχὺ καὶ ἐπὶ τὰς πόρρω καὶ μείζους ἐπορεύοντο· καὶ κατελίπομεν ἡμεῖς ἔχοντας ἤδη ἄλλας τε πολλὰς, καὶ Πέλλαν, ἥπερ μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων. καὶ Ἀμύνταν δὲ αἰσθανόμεθα ἀποχωροῦντά τε ἐκ τῶν πόλεων καὶ ὅσον οὐκ ἐκπεπτωκότα ἤδη ἁπάσης Μακεδονίας. πέμψαντες δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς Ἀπολλωνιάτας

γιάτας οἱ Ὀλύνθιοι, προεῖπον ἡμῖν ὅτι εἰ μὴ παρεσόμεθα συστρατευσόμενοι, ἐκεῖνοι ἐφ' ἡμᾶς ἴοιεν. ἡμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, βουλόμεθα μὲν τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι, καὶ αὐτοπολῖται εἶναι· εἰ μέντοι μὴ βοηθήσει τις, ἀνάγκη καὶ ἡμῖν μετ' ἐκείνων γίγνεσθαι. καὶ τοίνυν γε δὴ αὐτοῖς εἰσιν ὁπλῖται μὲν οὐκ ἐλάττους ὀκτακοσίων, πελτασταὶ δὲ πολὺ πλείους ἢ τοσοῦτοι. ἱππεῖς γε μέντοι, ἐὰν καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν γενώμεθα, ἔσονται πλείους ἢ χίλιοι. κατελίπομεν δὲ καὶ Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν πρέσβεις ἤδη αὐτόθι. ἠκούομεν δὲ ὡς καὶ αὐτοῖς Ὀλυνθίοις ἐψηφισμένον εἴη συμπέμπειν πρέσβεις ἐς ταύτας τὰς πόλεις περὶ συμμαχίας. καίτοι εἰ τοσαύτη δύναμις προσγενήσεται τῇ τε Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων ἰσχύϊ, ὁρᾶτε ὅπως μὴ οὐκέτι εὐμεταχείριστα ἐκεῖνα ἔσται ὑμῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ Ποτίδαιαν ἔχουσιν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Παλλήνης οὖσαν, νομίζετε καὶ τὰς ἐντὸς ταύτης πόλεις ὑπηκόους ἔσεσθαι αὐτῶν. τεκμήριον δέ τι ἔστω ὑμῖν καὶ τοῦτο, ὅτι ἰσχυρῶς αὗται αἱ πόλεις πεφόβηνται· μάλιστα γὰρ μισοῦσαι τοὺς Ὀλυνθίους, ὅμως οὐκ ἐτόλμησαν μεθ' ἡμῶν πρεσβείας πέμπειν διδαξούσας ταῦτα. ἐννοήσατε δὲ καὶ τόδε, πῶς εἰκὸς ὑμᾶς τῆς μὲν Βοιωτίας ἐπιμεληθῆναι, ὅπως μὴ καθ' ἓν εἴη, πολὺ δὲ μείζονος ἀθροιζομένης δυνάμεως ἀμελῆσαι, καὶ ταύτης οὐ κατὰ γῆν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ θάλατταν ἰσχυρᾶς γιγνομένης. τί γὰρ δὴ καὶ ἐμποδών, ὅπου ξύλα μὲν ναυπηγήσιμα ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ ἐστί, χρημάτων δὲ πρόσοδοι ἐκ πολλῶν μὲν λιμένων, ἐκ πολλῶν δὲ ἐμπορίων, πολυανθρωπία γε μὴν διὰ τὴν πολυσιτίαν ὑπάρχει. ἀλλὰ μὴν καὶ γείτονές εἰσιν αὐτοῖς Θρᾷκες οἱ ἀβασίλευτοι, οἳ θεραπεύουσι μὲν καὶ νῦν ἤδη τοὺς Ὀλυνθίους· εἰ δὲ ὑπ' ἐκείνοις ἔσονται, πολλὴ καὶ αὕτη δύναμις προσγένοιτ' ἂν αὐτοῖς. τούτων γε μὴν ἀκολουθούντων, καὶ τὰ ἐν τῷ Παγγαίῳ χρύσεια χεῖρα ἂν αὐτοῖς ἤδη ὀρέγοι. καὶ τούτων ἡμεῖς οὐδὲν λέγομεν ὅ,τι οὐ καὶ ἐν τῷ τῶν Ὀλυνθίων δήμῳ μυριόλεκτόν ἐστι. τό γε μὴν φρόνημα αὐτῶν τίς ἄν τι λέγοι; καὶ γὰρ ἴσως ὁ θεὸς ἐποίησεν ἅμα τῷ δύνασθαι καὶ τὰ φρονήματα αὔξεσθαι τῶν ἀνθρώπων. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοί τε καὶ ξύμμαχοι, ἐξαγγέλλομεν ὅτι τἀκεῖ οὕτως ἔχει· ὑμεῖς δὲ βουλεύεσθε εἰ δοκεῖ ἄξια ἐπιμελείας εἶναι. δεῖ γε μὴν ὑμᾶς καὶ τόδε εἰδέναι, ὡς ἣν εἰρήκαμεν δύναμιν μεγάλην οὖσαν, οὔπω δυσπάλαιστός τίς ἐστιν. αἱ γὰρ ἄκουσαι τῶν πόλεων τῆς πολιτείας κοινωνοῦσαι, αὗται ἄν τι ἴδωσιν ἀντίπαλον, ταχὺ ἀποστήσονται. εἰ μέντοι συγκλεισθήσονται ταῖς τε ἐπιγαμίαις καὶ ἐγκτήσεσι παρ' ἀλλήλαις, ἃς ἐψηφισμένοι εἰσί, καὶ γνώσονται ὅτι μετὰ τῶν κρατούντων ἕπεσθαι κερδαλέον ἐστίν, (ὥσπερ Ἀρκάδες ὅταν μεθ' ἡμῶν ἴωσι, τά τε αὐτῶν σώζουσι καὶ τὰ ἀλλότρια ἁρπάζουσι) ἴσως οὐκέθ' ὁμοίως εὔλυτα ἔσται.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

REM quæ in Græcia naſcitur, viri Lacedæmonii & ſocii, vos ignorare arbitramur. Nam Olynthum ciuitatem Thraciæ maximam eſſe, omnes ferè compertum habetis. hæc igitur nonnullas ciuitates minores ſibi adiunxit ea conditione vt legibus iiſdem atque inſtitutis vtantur: deinde nonnullas ex maioribus iis adiecit. Poſtea eſt auſa etiam Macedoniæ ciuitates, quæ in Amyntæ regis Macedonum ditione erant, in libertatem vendicare: & poſtquam proximæ dicto audientes fuerunt, continuò maiores atque remotiores aggreſſa eſt: atque ita nos ad vos proficiſcentes eam reliquimus habentem iam cum alias multas vrbes, tum Pellam, quæ eſt vrbium Macedoniæ maxima. Quin & Amyntam regem audimus non ſolùm vrbibus cedere, ſed tota Macedonia propemodum pulſum. Poſtremò ad nos, & Apolloniatas miſit, intermi nataq; eſt, ni eam belli ducē ſequamur, futurū vt nobis arma inferat. Nos verò, ô Lacedæmonii, cupimus patriis viuere inſtitutis ac legibus, & eſſe liberi, ſed ni quis opē nobis ferat, nos quoque adhærere Olynthiis cogemur. Habent autē iam illi armatos grauiter milites non minus octingentos, cetratos multo plures: equites verò ſi nos accedamus, plures q̃ mille habituri ſunt. Reliquimus etiam apud eos iam Atheniēſiū Bœotiorúmque legatos, & erat rumor eos decreuiſſe legationē vnà mittere ad iſtas ciuitates de ineūda ſocietate. Quare ſi tantæ opes acceſſerint Athenienſiū Thebanorúmq; potētiæ, cauete ne res illæ vobis negotium faceſſant. Quum verò etiam Potidæam teneant, quæ ad Pallenes Iſthmum ſita eſt, exiſtimate ciuitates cunctas, quæ intra illam ſunt, in eorum poteſtatem venturas eſſe. Quòd autem iſtæ ciuitates valdè vereantur Olynthios, illud etiam ſit vobis argumento. Nam quanquam maximè eos oderunt, tamen non ſunt auſi legatos nobiſcum mittere, vt vos hæc eadem docerent. Illud etiam conſiderandum nobis eſt, nō eſſe rationi cōſētaneū vos, qui cauiſtis ne Bœotii in vnū cōſpirarēt, iā quū lōgè maior potentia in vnū coaleſcit, & terra mariq; confirmatur, eam negligere ac minimè curare. Quid enim obſtat quin res illæ creſcant & cōfirmētur? nónne materia ad naues ædificandas in ea ditione abundè eſt? nónne vectigalia ex multis portubus, & variis emporiis ſuperſunt? Hominū verò frequētia propter frugū copiā nō deeſt. Thraces præterea qui regibus nō parēt, vicini ſunt, qui iam nūc illos colunt. Hi ſi in poteſtatem illorum veniant, magnā ipſi quoque potentiā adiūgent. Hæc ſi eueniant, auri etiam ſecturæ, quæ in Pāgæo ſunt, res eorū adiuuabūt. Atq; horū nihil nos memoramus, quod

non passim ab Olynthiorum turbis prædicetur. Iam de eorum animis & fastu quid dicamus? Deus scilicet effecit vt vnà cum potentia hominum animi crescant, & fiant insolentes. Nos igitur ô Lacedæmonii, & vos cæteri socii, statum illarum rerum hunc esse indicamus: vestrûm fuerit deliberare an ea cura vobis suscipienda videatur. Illud tamen vobis non ignorandum est, potentiam illam, quam tantam esse iam demonstrauimus, nondum inuictam esse. Ciuitates enim quæ inuitæ iisdem institutis vtuntur, hæ siquem videant illis aduersarium, statim deficient. Quòd si (quemadmodum decretum illis est) iure affinitatum, & prædia emendi, inuicem coalescent, & intelligēt victores sequi quæstuosum esse, (sicuti Arcades quum vos sequuntur, sua conseruant, aliena diripiunt) non tam facilè nimirum ea potentia labefactari poterit.

LEONTIADAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Duæ erant Thebis factiones: vnius caput Ismenias erat, alterius Leontiades: penes eos summa belli erat. Horum ille animum habebat à Lacedæmoniis alienissimum, & semper eorum potentiæ & rebus aduersari parabat: hic præ odio quo in aduersarium ardebat, ad Phœbidam Spartanarum copiarum ducem se contulit, sibique eum adiunxit, arcémque illi Thebanam tradidit. Inde inimicum suum criminatus vinculis mandauit. Lacedæmonem profectus hac oratione in eum grauiter est inuectus: auctórque fuit Lacedæmoniis vt arcem tenere perseuerarent, & in Ismeniam animaduerterent.

Ἔξεστί σοι, ὦ Φοιβίδα, τῇδε τῇ ἡμέρᾳ μέγιστα ἀγαθὰ τῇ σεαυτοῦ πατρίδι ὑπουργῆσαι. ἐὰν γὰρ ἀκολουθήσῃς ἐμοὶ σὺν τοῖς ὁπλίταις, εἰσάξω σε ἐγὼ ἐς τὴν ἀκρόπολιν. τούτου δὲ γενομένου, νόμιζε τὰς Θήβας παντάπασιν ὑπὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ ἡμῖν. τοῖς ὑμετέροις φίλοις ἔσεσθαι. καὶ τινῦν μὲν, ὡς ὁρᾷς, ἀποκεκήρυκται μηδένα μετὰ σοῦ στρατεύειν Θηβαίων ἐπ' Ὀλυνθίους· ἐὰν δέ γε σὺ ταῦτα μεθ' ἡμῶν πράξῃς, εὐθύς σοι ἡμεῖς πολλοὺς μὲν ὁπλίτας, πολλοὺς δὲ ἱππέας συμπέμψομεν. ὥστε πολλῇ δυνάμει βοηθήσεις τῷ ἀδελφῷ καὶ ἐν ᾧ μέλλει ἐκεῖνος Ὄλυνθον καταστρέφεσθαι, σὺ κατεστραμμένος ἔσῃ Θήβας, πολὺ μείζω πόλιν Ὀλύνθου. Καὶ ὀλίγῳ ὕστερον, Ἐλθὼν δὲ ἐς τὴν βουλὴν εἶπε τάδε, Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες, Λακεδαιμόνιοι κατέχουσι τὴν ἀκρόπολιν, μηδὲν ἀθυμεῖτε. οὐδενὶ γάρ φασι πολέμιοι ἥκειν, ὅστις μὴ πολέμου ἐρᾷ. ἐγὼ δὲ, τοῦ νόμου κελεύοντος ἐξεῖναι πολεμάρχῳ λαβεῖν εἴ τις δοκεῖ ἄξια θανάτου ποιεῖν, λαμβάνω τουτονὶ Ἰσμηνίαν ὡς πολεμοποιοῦντα. καὶ ὑμεῖς δὲ οἱ λοχαγοί τε καὶ οἱ μετὰ τούτων τεταγμένοι, ἀνίστασθε, καὶ λαβόντες ἀπάγετε τοῦτον ἔνθα εἴρηται. Πάλιν ὀλίγῳ ὕστερον, Ἔπειτα μέντοι ὁ Λεοντιάδης ἐλθὼν ἐς τοὺς ἐκκλήτους, ἔλεγε τοιάδε, Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, ὡς μὲν πολεμικῶς ὑμῖν εἶχον οἱ Θηβαῖοι πρὶν τὰ νῦν πεπραγμένα γενέσθαι, καὶ ὑμεῖς ἐλέγετε. ἑωρᾶτε γὰρ ἀεὶ τούτοις τοῖς μὲν ὑμετέροις δυσμενέσι φιλικῶς ἔχοντας, τοῖς δ' ὑμετέροις φίλοις ἐχθροὺς ὄντας. οὐκ ἐπὶ μὲν τὸν ἐν Πειραιεῖ δῆμον πολεμιώτατον ὄντα ὑμῖν, οὐκ ἠθέλησαν συστρατεύειν· Φωκεῦσι δὲ, ὅτι ὑμᾶς εὐμενεῖς ὄντας ἑώρων, ἐπεστράτευον; ἀλλὰ μὴν καὶ πρὸς Ὀλυνθίους εἰδότες ὑμᾶς πόλεμον ἐκφέροντας, ξυμμαχίαν ἐποιοῦντο. καὶ ὑμεῖς γε τότε μὲν ἀεὶ προσείχετε τὸν νοῦν, πότε ἀκούσεσθε βιαζομένους αὐτοὺς τὴν Βοιωτίαν ὑφ' αὑτοῖς εἶναι. νῦν δ' ἐπεὶ τάδε πέπρακται, οὐδὲν ὑμᾶς δεῖ Θηβαίους φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἀρκέσει ὑμῖν μικρὰ σκυτάλη, ὥστε ἐκεῖθεν πάντα ὑπηρετεῖσθαι ὅσων ἂν δέησθε, ἐὰν ὥσπερ ἡμεῖς ὑμῶν, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἡμῶν ἐπιμελῆσθε.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

Licet tibi ô Phœbida, hodierno die maximum dare beneficium tuæ patriæ. Nam si me cum tuis militibus subsequeris, in arcē te deducam: id si fiat, existimato Thebas omnino Lacedæmoniis, & nobis vestris amicis fore subiectas. Quādoquidem (vt vides) edicto cautum est ne quisquam Thebanorum tecum contra Olynthios arma ferat; at si tu nobiscum hæc transegeris; nos continuò multos cum pedites tum equites tecum mittemus, ita vt multa manu fratri tuo auxilium sis laturus: & dum ille de Olyntho subigenda cogitat, tu Thebas subegeris longè maiorem Olyntho ciuitatē. *Et paulo inferius*, Atque in senatum profectus, in hunc modum dixit, Quòd Lacedæmonii, ô viri, arcem tenent, nolite perturbari: nemini enim se hoste profitentur, nisi iis qui belli cupidi sunt. Ego verò lege iubēte, vt tribuno liceat manꝰ iis inijcere, qui capitale crimē admiserūt, prehendo istū Ismeniā qui bellū excitat. Quare vos centuriones, & qui eos sequimini, surgite iā, & eū cōprehensum quò iussi estis abducite. *Iterū paulo inferius*, Deinde quū ad senatum venisset (*Lacedæmoniorum videlicet*) hūc in modum disseruit, Vos quoq;, ô Lacedæmonii, ante rem istā gestā, Thebanos hostili esse animo

erga vos prædicabatis. Animaduertebatis enim eos perpetuò vestris hostibus amicos, amicis hostes esse. Nam nónne illi recusarunt arma vobiscum ferre contra Atheniensem populum, qui in Piræo erat, & vobis erat infensissimus? Phocensibus verò, quos nouerant amicos esse vobis, bellum intulerunt? Præterea quia vos bellum contra Olynthios decreueratis, societatem cum illis inierunt. Quo quidem tempore vos semper animis attendebatis, vt totam aliquando Bœotiam subiectam illis audiretis: iam verò re ista gesta, non est quòd quicquam Thebanos vereamini. Nam breue epistolium satis superque vobis fuerit ad ea obtinenda quæcunque vultis, si modò vos nostri, quemadmodum nos vestri, rationem habebitis.

Ex libro sexto.

POLYDAMANTIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Erat in Thessalia dynastes quidam nomine Iason, rebus gestis & autoritate Thessalorum facilè princeps. Is subactis aliquot Thessaliæ vrbibus, tentare etiam Pharsaliam in animo habebat, pactione tamen prius quàm vi. Ad id perficiendum opportunissimũ sibi putauit Pharsalium Polydamantem, qui gratia & autoritate plurimùm apud suos valeret: per eum Pharsalia se potiturum sperabat: hominem sollicitat, multa proponit, in his vt à Lacedæmoniis Pharsali deficeret. Nihil cum eo transegit Polydamas, sed aliquot sibi ad deliberandum dies poposcit. Per eos dies Lacedæmonem se contulit. quid rei esset, quid Iason pararet, quid secum loquutus esset, in quo statu res Pharsalorum esset, & quàm illis vel maturum ac firmum auxilium, vel pactio & coniunctio cum Iasone expediret, docuit. Atque in eam sententiam hæc est ab eo habita apud Lacedæmonios oratio.

Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, πρόξενος ὑμῶν ὢν καὶ εὐεργέτης ἐκ πάντων ὧν μεμνήμεθα προγόνων, ἀξιῶ, ἐάν τέ τι ἀπορῶ, πρὸς ὑμᾶς ἰέναι, ἐάν τέ τι χαλεπὸν ὑμῖν ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ ξυνιστῆται, σημαίνειν. ἀκούετε μὲν οὖν εὖ οἶδ᾽ ὅτι καὶ ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα. ὁ γὰρ ἀνὴρ καὶ δύναμιν ἔχει μεγάλην, καὶ ὀνομαστός ἐστιν. οὗτος δὲ σπονδὰς ποιησάμενος, συνεγένετό μοι, καὶ εἶπε τάδε, Ὅτι μὲν, ὦ Πολυδάμα, καὶ ἄκουσαν τὴν ὑμετέραν πόλιν Φάρσαλον δυναίμην ἂν παραστήσασθαι, ἔξεστί σοι ἐκ τῶνδε λογίζεσθαι. ἐγὼ γὰρ ἔχω μὲν Θεσσαλίας τὰς πλείστας καὶ μεγίστας πόλεις συμμάχους· κατεστρεψάμην δὲ αὐτὰς ὑμῶν σὺν αὐταῖς τἀναντία ἐμοὶ στρατευομένων. καὶ μὴν οἶσθά γε ὅτι μισθοφόρους ἔχω ξένους εἰς ἑξακισχιλίους, οἷς, ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐδεμία πόλις δύναιτ᾽ ἂν ῥᾳδίως μάχεσθαι. ἀριθμὸς μὲν γὰρ καὶ ἄλλοθεν οὐκ ἐλάττων ἐξέλθοι· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκ τῶν πόλεων στρατεύματα τοὺς μὲν προεληλυθότας ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἔχει, τοὺς δὲ οὔπω ἀκμάζοντας· σωμασκοῦσί γε μὴν μάλα ὀλίγοι τινὲς ἐν ἑκάστῃ πόλει. παρ᾽ ἐμοὶ δὲ οὐδεὶς μισθοφορεῖ ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα πονεῖν ἐμοί. αὐτὸς δ᾽ ἐστὶ (λέγειν γὰρ πρὸς ὑμᾶς χρὴ τἀληθῆ) καὶ τὸ σῶμα μάλα εὔρωστος, καὶ ἄλλως φιλόπονος. καὶ τοίνυν τῶν παρ᾽ αὐτῷ πεῖραν λαμβάνει καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν. ἡγεῖται γὰρ σὺν τοῖς ὅπλοις καὶ ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὅταν που στρατεύηται. καὶ οὓς μὲν ἂν μαλακοὺς τῶν ξένων αἰσθάνηται, ἐκβάλλει· οὓς δ᾽ ἂν ὁρᾷ φιλοπόνως καὶ φιλοκινδύνως ἔχοντας πρὸς τοὺς πολέμους, τιμᾷ, τοὺς μὲν διμοιρίαις, τοὺς δὲ, τριμοιρίαις, τοὺς δὲ καὶ τετραμοιρίαις καὶ ἄλλοις δώροις, καὶ νόσων γε θεραπείαις, καὶ περὶ ταφὰς κόσμῳ. ὥστε πάντες ἴσασιν οἱ παρ᾽ ἐκείνῳ ξένοι, ὅτι ἡ πολεμικὴ αὐτοῖς ἀρετὴ ἐντιμότατόν τε βίον καὶ ἀφθονώτατον παρέχεται. ἐπεδείκνυε δέ μοι εἰδότι ὅτι καὶ ὑπήκοοι ἤδη αὐτῷ εἶεν Μαρακοὶ καὶ Δόλοπες καὶ Ἀλκέτας ὁ ἐν τῇ Ἠπείρῳ ὕπαρχος. ὥστε, τί ἂν ἐγὼ φοβούμενος, οὐ ῥᾳδίως ἂν ὑμᾶς οἰοίμην καταστρέψασθαι; τάχα οὖν ὑπολάβοι ἄν τις ἐμοῦ ἄπειρος, Τί οὖν μέλλεις; καὶ οὐκ ἤδη στρατεύεις ἐπὶ τοὺς Φαρσαλίους; ὅτι νὴ Δία τῷ παντὶ κρεῖττόν μοι δοκεῖ εἶναι ἑκόντας ὑμᾶς μᾶλλον ἢ ἄκοντας προσαγαγέσθαι. βιασθέντες μὲν γὰρ ὑμεῖς τ᾽ ἂν βουλεύοισθε ὅ,τι δύναισθε κακὸν ἐμοί, ἐγώ τ᾽ ἂν ὑμᾶς ὡς ἀσθενεστάτους βουλοίμην εἶναι. εἰ δὲ πεισθέντες μετ᾽ ἐμοῦ γένοισθε, δῆλον ὅτι αὔξοιμεν ἂν ὅ,τι δυναίμεθα ἀλλήλους. γιγνώσκω μὲν οὖν, ὦ Πολυδάμα, ὅτι ἡ σὴ πατρὶς εἰς σὲ ἀποβλέπει. ἐὰν δέ μοι φιλικῶς αὐτὴν ἔχειν παρασκευάσῃς, ὑπισχνοῦμαί σοι ἐγὼ μέγιστόν σε τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι μετ᾽ ἐμὲ καταστήσειν. οἵων δὲ πραγμάτων ἐγὼ τὰ δευτερεῖά σοι δίδωμι, ἄκουσον· καὶ μηδὲν πίστευέ μοι ὅ,τι ἂν μὴ λογιζομένῳ σοὶ ἀληθὲς φαίνηται. οὐκοῦν τοῦτο μὲν εὔδηλον ἡμῖν, ὅτι Φαρσάλου προσγενομένης καὶ τῶν ἐξ ὑμῶν ἠρτημένων πόλεων, εὐπετῶς ἂν ἐγὼ ταγὸς Θετταλῶν ἁπάντων κατασταίην. ὥς γε μὴν ὅταν ταγεύηται Θετταλία, εἰς ἑξακισχιλίους μὲν οἱ ἱππεύοντες γίγνονται, ὁπλῖται δὲ πλείους ἢ μύριοι καθίστανται· ὧν ἐγὼ καὶ τὰ σώματα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ὁρῶν, οἶμαι ἄν, αὐτῶν εἰ καλῶς τις ἐπιμελοῖτο, οὐκ εἶναι ἔθνος ὁποίῳ ἂν ἀξιώσαιεν ὑπήκοοι εἶναι Θετταλοί. πλατυτάτης γε μὴν οὔσης γῆς Θετταλίας, πάντα τὰ κύκλῳ ἔθνη ὑπήκοα μέν ἐστιν, ὅταν ταγὸς ἐνθάδε καταστῇ. σχεδὸν δὲ πάντες οἱ ταύτῃ ἀκοντισταί εἰσιν· ὥστε καὶ πελταστικῷ εἰκὸς ὑπερέχειν τὴν ὑμετέραν δύναμιν. καὶ μὴν Βοιωτοί γε καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι Λακεδαιμονίοις πολεμοῦσιν, ὑπάρχουσί μοι σύμμαχοι. καὶ ἀκολουθεῖν τοίνυν ἀξιοῦσιν ἐμοί, ἂν μόνον ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθερῶ αὐτούς. καὶ Ἀθηναῖοι δὲ εὖ οἶδ᾽ ὅτι πάντα ποιήσαιεν ἂν ὥστε σύμμαχοι ἡμῖν γενέσθαι. ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐκ ἄν μοι δοκῶ πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ποιήσασθαι. νομίζω γὰρ ἔτι ῥᾷον τὴν κατὰ θάλατταν ἢ τὴν κατὰ γῆν ἀρχὴν παραλαβεῖν ἄν. εἰ δὲ εἰκότα λογίζομαι, σκόπει καὶ ταῦτα. ἔχοντες μέν γε Μακεδονίαν, ἔνθεν καὶ Ἀθηναῖοι

τὰ ξύλα ἄγονται, πολὺ δήπου πλέονας ἐκείνων ἱκανοὶ ἐσόμεθα ναῦς ποιήσασθαι. ἀνδρῶν γε μὴν ταύτας πληροῦν πότερον Ἀθηναίους ἢ ἡμᾶς εἰκὸς μᾶλλον δύνασθαι, τοσούτους καὶ τοιούτους ἔχοντας πενέστας; τοὺς γε μὴν ναύτας τρέφειν πότερον ἡμᾶς ἱκανωτέρους εἰκός ἐστι, τοὺς δι' ἀφθονίαν καὶ ἄλλοσε σῖτον ἐκπέμποντας, ἢ Ἀθηναίους, τοὺς μηδ' αὐτοῖς ἱκανὸν ἔχοντας, ἂν μὴ πρίωνται; καὶ χρήμασί γε δήπου εἰκὸς ἡμᾶς ἀφθονωτέροις χρῆσθαι, μὴ εἰς νησύδρια ἀποβλέποντας, ἀλλ' ἠπειρωτικὰ ἔθνη καρπουμένους. πάντα γὰρ δήπου τὰ κύκλῳ φόρον φέρει ὅταν ταγεύηται τὰ κατὰ Θετταλίαν. οἶσθα δὲ δήπου ὅτι καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν οὐ νήσους ἀλλ' ἤπειρον καρπούμενος, πλουσιώτατος ἀνθρώπων ἐστίν· ὃν ἐγὼ ὑπήκοον ποιήσασθαι ἔτι εὐκατεργαστότερον ἡγοῦμαι εἶναι ἢ τὴν Ἑλλάδα. οἶδα γὰρ πάντας τοὺς ἐκεῖ ἀνθρώπους, πλὴν ἑνός, μᾶλλον δουλείαν ἢ ἀλκὴν μεμελετηκότας· οἶδα δὲ ὑφ' οἵας δυνάμεως, καὶ τῆς μετὰ Κύρου ἀναβάσης, καὶ τῆς μετ' Ἀγησιλάου, εἰς πᾶν ἀφίκετο βασιλεύς. ἐπεὶ δὲ ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ, ἐγὼ ἀπεκρινάμην ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἀξιόσκεπτα λέγει, τὸ δὲ Λακεδαιμονίοις ὄντας φίλους, ἀποστῆναι πρὸς τοὺς ἐναντίους, μηδὲν ἔχοντας ἐγκαλεῖν, τοῦτ', ἔφην, ἄπορόν μοι δοκεῖ εἶναι. ὁ δ' ἐπαινέσας με, καὶ εἰπὼν ὅτι μᾶλλον ἑκτέον μου εἴη ὅτι τοιοῦτος εἴην, ἀφῆκέ με ἐλθόντα πρὸς ὑμᾶς λέγειν τἀληθῆ, ὅτι διανοοῖτο στρατεύειν ἐπὶ Φαρσαλίους, εἰ μὴ πεισοίμεθα. αἰτεῖν οὖν ἐκέλευε βοήθειαν παρ' ὑμῶν. καὶ ἐὰν μέν σοι, ἔφη, διδῶσιν, ὥστε σε πείθειν ἱκανὴν πέμπειν συμμαχίαν ὡς ἐμοὶ πολεμεῖν, ἄγ' ἔφη, καὶ τούτῳ χρώμεθα ὅ,τι ἂν ἀποβαίνοι ἐκ τοῦ πολέμου· ἐὰν δέ σοι μὴ δοκῶσιν ἱκανῶς βοηθεῖν, οὐκ ἤδη ἀνέγκλητος ἂν δικαίως εἴης ἐν τῇ πατρίδι, ἥ σε τιμᾷ, καὶ σὺ πράττεις τὰ κράτιστα. περὶ τούτων δὴ ἐγὼ ἥκω πρὸς ὑμᾶς, καὶ λέγω πάντα ὅσα ἐκεῖ αὐτός τε ὁρῶ καὶ ἐκείνου ἀκήκοα. καὶ νομίζω οὕτως ἔχειν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, ὡς εἰ μὲν πέμψετε ἐκεῖσε δύναμιν μὴ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις Θετταλοῖς ἱκανὴν δοκεῖν εἶναι πρὸς Ἰάσονα πολεμεῖν, ἀποστήσονται αὐτοῦ αἱ πόλεις· πᾶσαι γὰρ φοβοῦνται ὅποι ποτὲ προβήσεται ἡ τοῦ ἀνδρὸς δύναμις. εἰ δὲ νεοδαμώδεις καὶ ἄνδρα ἰδιώτην οἴεσθε ἀρκέσειν, συμβουλεύω ἡσυχίαν ἔχειν. εὖ γὰρ ἴστε ὅτι πρός τε μεγάλην ἔσται ῥώμην ὁ πόλεμος, καὶ πρὸς ἄνδρα ὃς φρόνιμος μὲν οὕτως στρατηγός ἐστιν, ὡς ὅσα τι λανθάνειν καὶ ὅσα φθάνειν καὶ ὅσα βιάζεσθαι ἐπιχειρεῖ, οὐ μάλα ἀφαμαρτάνει. ἱκανὸς γάρ ἐστι καὶ νυκτὸς ὥσπερ ἡμέρᾳ χρῆσθαι, καὶ ὅταν σπεύδῃ, ἄριστον καὶ δεῖπνον ποιησάμενος ἅμα πονεῖσθαι. οἴεται δὲ καὶ ἀναπαύεσθαι χρῆναι ὅταν ἀφίκηται ἔνθ' ἂν ὁρμώμενος ᾖ, καὶ διαπράξηται ἃ δεῖ. καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ δὲ ταῦτα εἴθικεν. ἐπίσταται δὲ καὶ ὅταν ἐπιπονήσαντες ἀγαθόν τι πράξωσιν οἱ στρατιῶται, ἐκπλῆσαι τὰς γνώμας αὐτῶν. ὥστε καὶ τοῦτο μεμαθήκασι πάντες οἱ μετ' αὐτοῦ, ὅτι ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίγνεται. καὶ μὴν ἐγκρατέστατός γε ἐστὶν ὧν ἐγὼ οἶδα τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν. ὥστε οὐδὲ διὰ ταῦτα ἀσχολίαν ἔχει εἰς τὸ μὴ πράττειν ἀεὶ τὸ δέον. ὑμεῖς οὖν σκεψάμενοι εἴπατε πρὸς ἐμέ, ὥσπερ ὑμῖν προσήκει, ἅτινα δυνήσεσθέ τε καὶ μέλλετε ποιήσειν.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EQuidem ô Lacedæmonii, & iure hospitii, quod intercedit inter nos & meis pristinis erga vos meritis à maiorum vsque omnium memoria, quos ipsi nouimus, cēseo, siqua re premar, vos mihi adeundos esse, & siquid durius aduersus vos confletur in Thessalia id vobis indicandum. Quanquam persuasum habeo famam Iasonis ad vos quoque peruenisse. Nam vir iste, & magnas habet opes, & fama celebris est. Is igitur facto fœdere mecum congressus in hanc sentētiam disseruit: Licet tibi ô Polydama vel inde ratiocinari, atque cognoscere, me posse Pharsalum vestram ciuitatem vel inuitam meæ adiicere ditioni: siquidem plurimas & maximas Thessaliæ ciuitates socias habeo: subegi autem eas, quanquam vos vestris opibus & auxiliis aduersus me iuuabatis. Scis præterea me millia militum mercenariorum sex habere, quibus nulla ciuitas (vt mea fert sententia) resistere potest. Nam educi aliunde quidem & numerus militum non minor potest: sed rerumpublicarū exercitus alios habent milites ætate prouectiores, alios ætate nondum integra & militari. Adde quòd in singulis rebuspublicis milites corpora non exercēt: apud me verò nullus meret, qui nō eosdem labores, quos ego, perferre valeat. Est autem ille (quid enim apud vos mentiar?) corpore robusto admodum, & alioqui patientissimus laborum, & quotidie suorum facit periculum: siquidem armatus ipse præit cum in gymnasiis, tum etiam quum seriò bellum infert. Et quoscunque molles & languentes animis senserit, eos reiicit: quos verò vice versa viderit labores non refugere, belli pericula subire, eos verò auget duplo stipendio & triplo, nonnullos etiam quadruplo, & aliis muneribus afficit, languentes curat, mortuos funeris magnificentia decorat. Itaq; manus militum, quæ sub eo meret, non dubitat virtutem bellicam, & summa commoda, & summam dignitatem sibi afferre. Demonstrabat præterea mihi non ignaro Maracos etiam, & Dolopas iam, Alcetam etiam Epiri rectorē eius imperio parere. Quid igitur me deterreat, quin vos & facilè in meam redigam potestatem? Sed fortasse dixerit quispiam mearum rerum ignarus, Quid igitur cessas? quid non arma iam infers Pharsaliis? Quia scilicet satius longè fore existimo volentes potius vos, quàm nolentes & inuitos mihi conciliare. Nam si vi

parêre cogamini, & vos semper aduersus me clandestina consilia estis inituri, & ego vos frangi & debilitari summopere contendam. Quòd si vestra sponte mihi adhærebitis, non dubito quin alter alterius potentiam vicissim sit amplificaturus. Cæterùm ô Polydama, non ignoro te summam apud tuos ciues habere autoritatem. Quare si studia eorum & beneuolentiã mihi conciliaueris, spondeo (inquit) te, quum à me discesseris, primas honoris ac dignitatis inter omnes Græcos obtenturum. Cuius autem imperii secundas tibi defero, accipe nunc, & nihil mihi crede nisi quod tibi perpẽdenti verum esse videatur. Illud igitur in primis perspicuum est, me adiuncta Pharsalo, cæterísque ciuitatibus quæ mihi parent, imperatorem omnium Thessalorũ creatum iri. id si ita constitutum fuerit, neminem nostrûm fugit Thessaliam imperatori suo equitũ sex millia, militum grauis armaturæ amplius quàm decem dare solere. Quorum ego peditum equitúmque corpora & animi magnitudinem dum considero, statuo mecũ nullam esse gentem, modò idoneum imperatorẽ nacti sint, cuius imperio parêre Thessali dignentur. Quanquam verò fines Thessaliæ latissimè pateant, tamen creato apud nos imperatore, eius imperio gentes finitimæ cunctæ parent. Omnes autem ferè hastilia & iacula tractant. Itaque nostræ copiæ cetrato etiam milite nimirũ firmissimæ erunt. Sunt mihi præterea socii Bœotii, ac cæteri qui bellum cõtra Lacedæmonios gerunt. itaque non recusabunt me ducem sequi, si modò eos à vi Lacedæmoniorum tuear. Athenienses etiam nihil non sunt (mihi crede) tentaturi vt societatem nobiscum ineant. Quanquam ego censeo eorum societatem respuendam esse: quandoquidem confido me facilius maris quàm terræ imperium esse consequuturum. An verò sit probabilis hæc mea ratio, iam attẽde. Nam quum nos obtineamus Macedoniam, vnde Athenienses materiam ædificandi naues petunt, longè nimirum plures quàm illi naues ædificare poterimus: remigum verò copiam vtris potius, Atheniẽsibus, an nobis futuram verisimile est, quum tot talésque seruos habeamus? Iam ad alendam classem vtris rei frumentariæ copia & facultas futura est? Atheniensibúsne, qui coempto maximè vtuntur: an nobis potius, qui propter ingentem copiam, aliò etiam frumẽtum mittimus? Est præterea consentaneum nos pecunia magis abundaturos, qui non spes nostras in insululis collocabimus, sed habebimus gentes mediterraneas vectigales: quandoquidem finitimæ omnes gentes solent vectigal pendere, quum Thessalorum res imperio vnius regũtur. Non ignoras autẽ Persarũ etiã regẽ non insulas, sed continentẽ habere stipendiariam, & tamen omnium hominum ditissimum esse, quem ego facilius subigi posse puto, quàm Græcos vniuersos: siquidem omnes illos homines, vno excepto, compertum habeo, non virtutẽ colere, sed potius seruitutem. Noui præterea quæ copiæ olim Cyrum, postea Agesilaum sequutæ, in maximum discrimen regem adduxerunt. Hæc ille quum dixisset, ego respondi, cętera mihi videri sanè non negligenda: sed à Lacedæmoniorum amicitia deficere ad hostes, nulla illorum culpa, hoc verò, inquam, factu difficile videtur. Et ille laudato meo isto respõso, addidit se propterea quòd talis essem, meam amicitiam magis ac magis expetiturum. Itaque permisit vt vos adirem, docerémque se omnino bellum Pharsaliis esse illaturum, ni imperata faciamus. Peterẽ ergo à vobis auxilia, iussit: Atque (inquit) si dederint, quæ tuo iudicio firma sint ad bellũ aduersus me gerendum, eia, inquit, etiam belli fortunam experiamur: quòd si parum firma eorum auxilia iudicaueris ad bellum sustinendum contra Iasonem, tum verò crimine apud tuos ciues omnino non carebis, & iure optimo: quandoquidem illi te honoribus & commodis ita afficiunt, vt felix esse videaris. De his igitur rebus ô Lacedæmonii ad vos venio, & quæcunque illic vidi aut audiui, omnia iam ex pono: & rem planè sic esse existimo, ô Lacedæmonii. Nam si exercitum illuc miseritis, qui mea cæterorúmque Thessalorum opinione firmus esse videatur, & qui opibus Iasonis resistere valeat, deficient ab eo ciuitates: (nam omnes incrementa & potentiam istius viri vehementer timent) sin tirones & ducem aliquem priuatum satis fore existimabitis, autor vobis sum vt domi eos contineatis. Res enim nobis futura est (mihi credite) aduersus magnas opes, & contra virum & imperatorem, qui ea est prudentia v t in gerendis rebus propositum semper teneat, siue clàm & per insidias quid, siue palàm & vi aperta agere, siue hostium consilia præripere conetur. Potest idem nocte perinde atque

die vti,& eum festinat,à prandio & cœna statim iter ingredi. Idem existimat ante confectum iter non esse conquiescendum,& antequam quæ facta oportet, sint peracta:& qui sequuntur eum,hos virtutibus iisdem planè instruxit.Nouit etiam quum milites aliquid gesserint feliciter,sed labores & incommoda perpessi, eorum satisfacere animis. Itaque omnes qui sub eo merent,illud quoque didicerunt, labores parere otium. Ipse verò maximè omnium quos ego nouerim,corporeas contemnit voluptates, adeo vt nullis vnquam istiusmodi illecebris à recto & honesto abducatur. Quare vos,re diligenter considerata,mihi(vt vos maximè decet)respondete quid facultatis estis habituri, quidve facturi estis.

ORATIO CALLIAE.

ARGVMENTVM.

Diuturnis bellis fatigati Athenienses,tametsi tum secundo successu vterentur, miserunt tamen Lacedæmonem legatos de pace septem.Miserunt autem id maximè temporis, vt quamæquissimis conditionibus res inter eos conueniret. Princeps erat legationis Callias hic,homo paulo leuior: is primus de pace dixit apud Lacedæmonios & eorum socios:& pauca de se studióque suo, & de pace per se iam aliquoties conciliata, hortatus est eos ad pacem, vsus potissimùm argumento ab vtriusque populi quadam longè repetita coniunctione.

Ὦ Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τὴν μὲν προξενίαν ὑμῶν οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πατρὸς πατὴρ πατρῴαν ἔχων παρεδίδου τῷ γένει. βούλομαι δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο δηλῶσαι ὡς ἔχουσα ἡ πόλις διατελεῖ πρὸς ἡμᾶς. ἐκείνη μὲν γὰρ, ὅταν πόλεμος ᾖ, στρατηγοὺς ἡμᾶς αἱρεῖται· ὅταν δὲ ἡσυχίας ἐπιθυμήσῃ, εἰρηνοποιοὺς ἡμᾶς ἐκπέμπει. κἀγὼ πρόσθεν δὶς ἤδη ἦλθον περὶ πολέμου καταλύσεως, καὶ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πρεσβείαις διεπραξάμην καὶ ἡμῖν καὶ ὑμῖν εἰρήνην. νῦν δὲ τρίτον ἥκω, καὶ ἡγοῦμαι πολὺ δικαιότατα νῦν ἂν διαλλαγῆς τυχεῖν· ὁρῶ γὰρ οὐκ ἄλλα μὲν ὑμῖν, ἄλλα καὶ ἡμῖν δοκοῦντα, ἀλλ᾽ ὑμᾶς τε ἀχθομένους καὶ ἡμᾶς τῇ Πλαταιέων τε καὶ Θεσπιέων ἀναιρέσει. πῶς οὖν οὐκ εἰκὸς, τὰ αὐτὰ γιγνώσκοντας, φίλους μᾶλλον ἀλλήλοις ἢ πολεμίους εἶναι; καὶ σωφρόνων μὲν δήπου ἐστὶ, μηδὲ εἰ μικρὰ τὰ διαφέροντα εἴη, πόλεμον ἀναιρεῖσθαι· εἰ δὲ δὴ καὶ ὁμογνωμονοῖμεν, οὐκ ἂν πάνυ τῶν θαυμαστῶν εἴη μὴ εἰρήνην ποιεῖσθαι; δίκαιον μὲν οὖν ἦν μηδὲ ὅπλα ἐπιφέρειν ἀλλήλοις ἡμᾶς, ἐπεὶ λέγεται μὲν Τριπτόλεμος ὁ ἡμέτερος πρόγονος τὰ Δημήτρος καὶ Κόρης ἄρρητα ἱερὰ πρώτοις ξένοις δεῖξαι Ἡρακλεῖ τε τῷ ὑμετέρῳ ἀρχηγέτῃ· καὶ Διοσκούροιν τοῖν ὑμετέροιν πολίταιν, καὶ τοῦ Δήμητρος δὲ καρποῦ εἰς πρώτην τὴν Πελοπόννησον σπέρμα δωρήσασθαι. πῶς οὖν δίκαιον ἢ ὑμᾶς, παρ᾽ ὧν ἐλάβετε σπέρματα, τὸν τούτων καρπὸν ποτε ἐλθεῖν δῃώσοντας; ἡμᾶς τε οἷς ἐδώκαμεν, μὴ οὐχὶ βούλεσθαι ὡς πλείστοις ἀφθονίαν τροφῆς γενέσθαι; εἰ δὲ ἄρα ἐκ θεῶν πεπρωμένον ἐστὶ πολέμους ἐν ἀνθρώποις γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ χρὴ ἄρχεσθαι μὲν αὐτοῦ ὡς σχολαίτατα, ὅταν δὲ γένηται, καταλύεσθαι ᾗ δυνατὸν τάχιστα.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

HOspitii & amicitiæ ius ô Lacedæmonii, non ego primus vobiscum habeo, sed ab auis attauísque traditum iam accepi. Volo tamen illud quoque vobis declarare quo animo sit erga nos ciuitas :illa enim nos creare solet duces,orto bello:et si pacem expetat,ad eam conciliandam nos legatos mittit.Proinde iam de bello deponēdo bis ad vos veni,atque in vtraque legatione vobis nobísque pacem trāsegi, nunc tertiùm venio,& spero me iure optimo pacem impetraturum. Intelligo enim vos non alia quàm nos,& velle & sentire: sed vtrosque Platæensium & Thespiensium euersionem permolestè ferre. Nónne igitur absurdum, parúmque consentaneum fuerit, qui eadem sentiunt,eos non potius amicos, quàm hostes inter se esse? Est verò sapientis à bello abstinere,etiam si belli causas graues habeat. Iam verò consentientibus nobis & vobis,non instar monstri fuerit, si pacem refugiamus? Quin imò oportuerat nos nunquam arma alteros alteris inferre:nam fama est Triptolemum maiorem nostrum primum ad sacra Cereris Herculem vestræ gentis autorem & Castorem atque Pollucem vestros ciues, qui erant peregrini, admisisse,& fruges Cereris serendas primis Peloponnesiis dedisse. Quî ergo fuerit æquum aut vos eorum fruges velle vastare, à quibus sementem accepistis:aut nos, quibus semina dedimus eos maximam frugum copiam habere nolle? Quòd si fatale est vt bella inter homines oriantur, nobis certè hæc cunctanter ægréque sunt suscipienda,suscepta quamcelerrimè, quantum fieri potest, deponenda.

AUTOCLIS ORATIO.

ARGUMENTUM.

In eadem legatione erat Autocles, qui quum excepisset Calliæ orationem, dixit paulo quàm ille ipse seuerius, prius deprecatus omnem liberioris orationis offensionem: quòd diceret nec malis occurri, nec bellorum causas tolli posse, nisi eæ paterent. Aperit ergo duo quæ paci obstabat, quòd iniquis conditionibus deuincirent sibi socios Lacedæmonii, & quòd eorum præsides libertatem ciuitatum minuerent.

Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, ὅτι μὲν ἃ μέλλω λέγειν, οὐ πρὸς χάριν ὑμῖν ῥηθήσεται, οὐκ ἀγνοῶ· ἀλλὰ δοκεῖ μοι, οἵτινες βούλονται, ἣν ἂν ποιήσωνται φιλίαν, ταύτην ὡς πλεῖστον χρόνον διαμένειν, διδακτέον εἶναι ἀλλήλους τὰ αἴτια τῶν πολέμων. ὑμεῖς δὲ ἀεὶ μὲν φατὲ ὡς αὐτονόμους τὰς πόλεις χρὴ εἶναι, αὐτοὶ δὲ ἐστὲ μάλιστα ἐμποδὼν τῇ αὐτονομίᾳ. συντίθεσθε μὲν γὰρ πρὸς τὰς συμμαχίδας πόλεις τοῦτο πρῶτον, ἀκολουθεῖν ὅποι ἂν ὑμεῖς ἡγῆσθε. καίτοι τί τοῦτο αὐτονομίᾳ προσήκει; ποιεῖσθε δὲ πολεμίους, οὐκ ἀνακοινούμενοι τοῖς συμμάχοις, καὶ ἐπὶ τούτους ἡγεῖσθε· ὥστε πολλάκις ἐπὶ τοὺς εὐμενεστάτους ἀναγκάζονται στρατεύειν οἱ λεγόμενοι αὐτόνομοι εἶναι. ἔτι δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον αὐτονομίᾳ, καθίστατε ἔνθα μὲν δεκαρχίας, ἔνθα δὲ τριακονταρχίας. καὶ τούτων τῶν ἀρχόντων ἐπιμελεῖσθε οὐχ ὅπως νομίμως ἄρχωσιν, ἀλλ᾽ ὅπως δύνωνται βίᾳ κατέχειν τὰς πόλεις. ὥστ᾽ ἐοίκατε τυραννίσι μᾶλλον ἢ πολιτείαις ἡδόμενοι. καὶ ὅτε μὲν βασιλεὺς προσέταττεν αὐτονόμους τὰς πόλεις εἶναι, μάλα γιγνώσκοντες ἐφαίνεσθε ὅτι, εἰ μὴ ἐάσοιεν οἱ Θηβαῖοι ἑκάστην τῶν πόλεων ἄρχειν τε ἑαυτῆς, καὶ οἷς ἂν βούληται νόμοις χρῆσθαι, οὐ ποιήσοιεν κατὰ τὰ βασιλέως γράμματα· ἐπεὶ δὲ παρελάβετε τὴν Καδμείαν, οὐδ᾽ αὐτοῖς Θηβαίοις ἐπιτρέπετε αὐτονόμοις εἶναι. δεῖ δὲ τοὺς μέλλοντας φίλους ἔσεσθαι, οὐ παρὰ τῶν ἄλλων μὲν ἀξιοῦν τῶν δικαίων τυγχάνειν, αὐτοὺς δὲ ὅπως ἂν πλεῖστα δύνωνται πλεονεκτοῦντας φαίνεσθαι.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EQuidem ô Lacedæmonii non ignoro quæ sum dicturus, ea vobis parum grata fore: verùm existimo, qui pacem constitutam ad diuturnum tempus permanere cupiunt, iis causas belli primò esse aperiendas. Vos verò semper liberas esse oportere ciuitates prædicatis, & tamen ipsi potissimùm libertati resistitis: siquidem illam imprimis conditionem sociis ciuitatibus imponitis, vt duces vos quocunque libuerit, sequãtur. Hoc autẽ cum libertate quid commune habet? Hostes præterea decernitis quos lubet, re non communicata cum sociis, & contra eos ducitis: itaque socii, qui liberi à vobis appellãtur arma vel amicissimis inferre sæpius coguntur. Adde quod maximè libertati contrariũ est: nam in nõnullis ciuitatibus decemuiratus, in aliis triginta virorum dominatus cõstituitis, idque diligenter agitis vt istæ potestates non legitimè imperent, sed vi res eas obtineant, quocunque modo possunt. Quare tyrannnide nimirum potius quàm libertate delectamini. Atque quum Persarum rex liberas esse ciuitates imperabat, constabat vos ex animo sentire, Thebanos contra regis literas esse facturos, ni ciuitates singulas sui esse iuris, & suis vti legibus permisissent. Cadmia verò occupata, ne ipsis quidem Thebanis libertatem permittitis. Atqui decet eos qui amici futuri sunt, nõ ab aliis ius & æquum exigere, ipsos palàm maxima suæ potentiæ quærere incremẽta.

ORATIO CALLISTRATI.

ARGUMENTUM.

Callistratus, duorum superiorum collega in ea legatione dixit in eadem sententiam, sed fusius. Tria autem maximè hac sua oratione attingit: vnum est de erroris & offensionum anteacti temporis prætermissione: alterum de causis quas habeant pacis petendæ: tertium de pacis vtilitate. Primum illud caput confert ad vtrosque culpandos, quũ ab vtrisque violata sit concordia: secundo autem tollit falsas causas quæ suberant petitæ ab ipsis pacis: (credebant enim nõnulli eos necessitate adductos paci studere.) tertio ostendit quanta commoda sint ad vtranque ciuitatem ex pace reditura.

Ἀλλ᾽ ὅπως μὲν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἐγγεγένηται ἁμαρτήματα καὶ ἀφ᾽ ἡμῶν καὶ ἀφ᾽ ὑμῶν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἔχειν μοι δοκῶ εἰπεῖν· οὐ μέντοι οὕτω γιγνώσκω, ὡς τοῖς ἁμαρτάνουσιν οὐδέποτε ἔτι χρηστέον. ὁρῶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐδένα ἀναμάρτητον διατελοῦντα. δοκοῦσι δέ μοι καὶ εὐπορώτεροι ἐνίοτε γίγνεσθαι ἄνθρωποι ἁμαρτάνοντες, ἄλλως τε καὶ ἐὰν κολασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἡμεῖς. καὶ ὑμῖν δὲ ἔγωγε ὁρῶ διὰ τὰ ἀγνωμόνως πραχθέν-

τά ἐστιν ὅτι καὶ πολλὰ ἀντίτυπα γεγένηται, ὧν ἦν καὶ ἡ καταληφθεῖσα ἐν Θήβαις Καδμεία. νῦν γοῦν ὡς ἐσπουδάσατε αὐτονόμους τὰς πόλεις γενέσθαι, πᾶσαι πάλιν, ἐπεὶ ἠδικήθησαν οἱ Θηβαῖοι, ἐπ' ἐκείνοις γεγένηνται. ὥστε πεπαιδευμένους ὑμᾶς ὡς τὸ πλεονεκτεῖν ἀκερδές ἐστι, νῦν ἐλπίζω πάλιν μετρίους ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους φιλίᾳ ἔσεσθαι. ἃ δὲ βουλόμενοί τινες ἀποτρέπειν τὴν εἰρήνην, διαβάλλουσιν ὡς ἡμεῖς οὐ φιλίας δεόμενοι, ἀλλὰ φοβούμενοι μὴ Ἀνταλκίδας ἔλθῃ ἔχων παρὰ βασιλέως χρήματα, διὰ τοῦτ' ἥκομεν, ἐνθυμήθητε ὡς φλυαροῦσι. βασιλεὺς μὲν γὰρ δήπου ἔγραψε πάσας τὰς ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεις αὐτονόμους εἶναι· ἡμεῖς δὲ ταὐτὰ ἐκείνῳ λέγοντές τε καὶ πράττοντες, τί ἂν φοβούμεθα βασιλέα; ἢ τοῦτο οἴεταί τις, ὡς ἐκεῖνος χρήματα ἀναλώσας, ἄλλους μεγάλους ποιῆσαι μᾶλλον ἢ ἄνευ δαπάνης ἃ ἔγνω ἄριστα εἶναι, ταῦτα ἑαυτῷ πεπρᾶχθαι; εἶεν· τί μὴν ἥκομεν; ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἀποροῦντες, γνοίητε ἄν, εἰ μὲν βούλεσθε, πρὸς τὰ κατὰ θάλατταν ἰδόντες· εἰ δὲ βούλεσθε, πρὸς τὰ κατὰ γῆν ἐν τῷ παρόντι. τί μὴν ἐστίν; εὔδηλον ὅτι εἰ τῶν συμμάχων τινὲς οὐκ ἀρεστὰ πράττουσιν ἡμῖν, ἢ ὑμῖν ἀρεστά. ἴσως δὲ βουλοίμεθ' ἂν ὧν ἕνεκα περιεσώσατε ἡμᾶς, ἃ ὀρθῶς ἔγνωμεν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι. ἵνα δὲ καὶ τοῦ συμφόρου ἔτι ἐπιμνησθῶ, εἰσὶ μὲν δήπου πασῶν τῶν πόλεων, αἱ μὲν τὰ ἡμέτερα, αἱ δὲ τὰ ὑμέτερα φρονοῦσαι· καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οἱ μὲν λακωνίζουσιν, οἱ δὲ ἀττικίζουσιν. εἰ οὖν ἡμεῖς φίλοι γενοίμεθα, πόθεν ἂν εἰκότως χαλεπόν τι προσδοκήσαιμεν; κατά γε δὴ κατὰ γῆν μὲν τίς ἄν, ὑμῶν φίλων ὄντων, ἱκανὸς γένοιτο ἡμᾶς λυπῆσαι; κατὰ θάλατταν γε μὴν τίς ἂν ὑμᾶς βλάψαι τι, ἡμῶν ὑμῖν ἐπιτηδείων ὄντων; ἀλλὰ μέντοι πόλεμοι ἀεί ποτε γίγνονται, καὶ ὅτι καταλύονται, πάντες ἐπιστάμεθα, καὶ ὅτι ἡμεῖς ἂν μὴ νῦν ἀλλ' αὖθίς ποτε εἰρήνης ἐπιθυμήσομεν. τί οὖν δεῖ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀναμένειν ἕως ἂν ὑπὸ πλήθους κακῶν ἀπείπωμεν μᾶλλον, ἢ οὐχ ὡς τάχιστα, πρίν τι ἀνήκεστον κακὸν γενέσθαι, τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι; ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκείνους ἔγωγε ἐπαινῶ, οἵτινες ἀγωνισταὶ γενόμενοι καὶ νενικηκότες ἤδη πολλάκις καὶ δόξαν ἔχοντες, οὕτω φιλονεικοῦσιν ὥστε οὐ πρότερον παύονται πρὶν ἂν ἡττηθέντες τὴν ἄσκησιν καταλύσωσιν· οὐδέ γε τῶν κυβευτῶν, οἵτινες ἂν ἐὰν ἕν τι ἀποτύχωσι, περὶ διπλασίων κυβεύουσιν. ὁρῶ γὰρ καὶ τῶν τοιούτων τοὺς πλείους ἀπόρους παντάπασι γιγνομένους. ἃ χρὴ καὶ ἡμᾶς ὁρῶντας εἰς μὲν τοιοῦτον ἀγῶνα μηδέποτε καταστῆναι, ὥστε πάντα λαβεῖν ἢ πάντ' ἀποβαλεῖν· ἕως δὲ ἐρρώμεθα καὶ εὐτυχοῦμεν, φίλους ἀλλήλοις γενέσθαι. οὕτω γὰρ ἡμεῖς τ' ἂν δι' ὑμᾶς, καὶ ὑμεῖς δι' ἡμᾶς ἔτι μείζους ἢ τὸν παρελθόντα χρόνον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀναστρεφοίμεθα.

EADEM LATINE,

Francisço Porto interprete.

EGO verò, ô Lacedæmonii, negare nō ausim errata cum à nobis, tum à vobis admissa fuisse: & tamen non ita sentio, cum iis qui peccarunt, in gratiam nunquam esse redeundum. Siquidem neminem video ex omni hominum numero carētē semper culpa: quinimo existimo homines peccando interdum sapientiores fieri, præsertim si peccatis erudiantur, vt nos facimus. Vos etiam intelligo aduersum sæpius fortunam expertos esse propter nonnulla quæ vobis iniquè patrata sunt: in quorum numero est Cadmea à vobis occupata. Siquidem ea capta, & Thebanis violatis, ciuitates quas in libertatem vendicare studueratis, hæ omnes mutata ratione in eorum venerūt potestatem. Spero itaque nunc vos, qui pluris habendi cupiditatem minimè quæstuosam experti estis, longè alios futuros; & modestiam in amicitia ineunda esse sequuturos. Nam quæ falsò quidam criminātur, qui pacem factam nollent, nos timore potius quàm renouandæ amicitiæ studio adductos huc venisse, veritos ne Antalcidas cum pecuniis à rege iam adsit: meras nugas hæc esse minimè dubitate. Nam si rex liberas esse Græciæ ciuitates omnes iussit, & nos eadem sentimus atque agimus, quid est cur eum extimescamus? an illum existimatis malle impensis alios extollere, quàm sine sumptu, quæ maximè intersunt eius, ea perfici? Esto. cur igitur venitis? dicet quispiā. Venimus, nō certè ob inopiā. Hoc vobis planū fiet, si nostras opes quas terra mariq; nunc habemus, respicere velitis. Quid igitur est? quia nimirū socii nōnulli neque nobis satisfaciūt neq; vobis admodū placere possunt: nos verò cupimus pro eo quod videlicet nos conseruastis, quæ recta esse vtrisq; nostrū sentimus, vobis declarare. Atq; vt vtilitatis mētionem iterum faciam, omnium ciuitatum aliæ nostras, aliæ vestras sequuntur partes, & aliæ nobiscum faciunt, aliæ vobiscum. Quare si amicitia inter nos conciliata fuerit, à quónam quicquam incommodi nobis timendum erit? Quis enim terra nos offendere valeat, si vos amici sitis? mari autem qui vobis vim afferre poterunt, si nos amici simus? Neminem nostrûm planè fugit semper oriri, semper etiam deponi bella: & nos si minus in præsentia, aliquando tamen pacem esse desideraturos. Cur igitur tempus illud expectemus potius, quo vexati & belli incommodis defessi erimus, quàm nunc integri & nulla oppressi clade sine mora eam amplexemur? Equidem ne illos quidem laudo, qui sæpius certamina & ludos adierunt, & sæpius victoriam gloriámque retulerunt, & tamen ita certare pergunt ambitiosius, vt non antea desistāt quàm victi artē desinant. Etiam aleæ lusores non laudo, qui simpli iactura facta, de duplo pertinacius fortunam periclitantur.

periclitantur. Constat enim plerosque istorum ad extremam redigi inopiam. Quæ nobis etiam consideranda sunt, neque eousque inter nos certandum est, dum aut omnia obtineamus, aut omnia amittamus: sed potius dum viribus integris, fortuna florente sumus, amicitiam & pacem ineamus. Ita enim & nos per vos, & vos per nos potentiores eritis inter Græcos, quàm vnquam antea.

CLITELIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Coniunxerant suam cum Lacedæmoniorum legatione Corinthii. Idem vtrisque animus implorandi auxilii: sed apud Atheniẽses fuerunt insimulati Corinthii: itaq; hac ibi defensione sunt vsi: & in eam sententiam hæc à Clitele habita est oratio.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἴσως ἀντιλέγεται, τίνες ἦσαν οἱ ἄρξαντες ἀδικεῖν· ἡμῶν δὲ, ἐπεὶ εἰρήνη ἐγένετο, ἔχει τις κατηγορῆσαι ἢ ὡς ἐπὶ πόλιν τινὰ ἐστρατευσάμεθα, ἢ ὡς χρήματά τινων ἐλάβομεν, ἢ ὡς γῆν ἀλλοτρίαν ἐδῃώσαμεν; ἀλλ᾽ ὅμως οἱ Θηβαῖοι εἰς τὴν χώραν ἡμῶν ἐλθόντες καὶ δένδρα ἐκκεκόφασι, καὶ οἰκίας κατακεκαύκασι, καὶ χρήματα καὶ πρόβατα διηρπάκασι. πῶς οὖν, ἐὰν μὴ βοηθήσητε οὕτω περιφανῶς ἡμῖν ἀδικουμένοις, οὐ παρὰ τοὺς ὅρκους ποιήσετε, καὶ ταῦτα, ὧν αὐτοὶ ἐπεμελήθητε ὅρκων ὅπως πᾶσιν ὑμῖν πάντες ἡμεῖς ὀμόσαιμεν;

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EST illud quidem, ô Athenienses, fortasse controuersum, quínam priores prouocarunt, & iniuriam intulerunt: at post pacẽ factam éstne qui nobis crimini det vel arma ciuitati alicui intulisse, vel fortunas cuiusquam diripuisse, vel fines alterius vastasse? Et tamen Thebani hostiliter ingressi in nostros fines, arbores ceciderunt, ædificia incenderunt, pecus & fortunas nostras diripuerunt. Quare ni nobis iniuria tam insigni affectis succurratis, nónne fœdus violabitis, in quo præsertim faciendo curastis vt nos omnes vobis omnibus iuraremus?

PATROCLIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Vexabantur Lacedæmonii à Thebanis, quorum Leuctrica victoria vt potentiam augebat, sic animos tollebat. Deseruerat autem Lacedæmonios bona pars sociorum, & tum auspicia Thebanorum signáque sequebatur. Illi in eas angustias redacti miserant Athenas legatos auxilium rebus aduersis imploraturos. cum his profecti erant Lacedæmoniorum socii, qui in eorum fide manserant: ex quorum numero erat hic Patrocles Phliasius, qui, quum Lacedæmonii multa pro concione Atheniensium verba fecissent ad impetrandum auxilium, variè eos & studiosè hac oratione est cohortatus ne in tantis miseriis constitutam ciuitatem negligerent. Eius oratio tribus maximè argumẽtis continetur. probat è re eorum esse vt Græciæ dominatum affectantibus Thebanis se opponant: gloriosum esse laborantibus succurrere: gloriosius, deposita memoria offensionum. Postremò magnam esse inituros gratiam à sociis eorum, quibus auxilio ibunt: ipsos verò deuinctum iri in perpetuum tanti beneficii recordatione.

Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ἐκποδὼν γένοιντο Λακεδαιμόνιοι, ἐπὶ πρώτους ἂν ὑμᾶς στρατεύσαιεν οἱ Θηβαῖοι, πᾶσιν οἶμαι τοῦτο δῆλον εἶναι. τῶν γὰρ ἄλλων μόνους ἂν ὑμᾶς οἴονται ἐμποδὼν γενέσθαι τοῦ ἄρξαι αὐτοὺς τῶν Ἑλλήνων. εἰ δ᾽ οὕτως ἔχει, ἐγὼ μὲν οὐδὲν μᾶλλον Λακεδαιμονίοις ἂν ὑμᾶς ἡγοῦμαι στρατεύσαντας βοηθῆσαι ἢ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς. τὸ γὰρ δυσμενεῖς ὄντας ὑμῖν Θηβαίους καὶ ὁμόρους οἰκοῦντας, ἡγεμόνας γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων, πολὺ οἶμαι χαλεπώτερον ἂν ὑμῖν φανῆναι ἢ ὁπότε πόρρω τοὺς ἀντιπάλους ἔχετε. συμφορώτερόν γε μὲν τ᾽ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς βοηθήσητε ἐν ᾧ ἔτι εἰσὶν οἱ σύμμαχοι ἂν, ἢ εἰ ἀπολομένων αὐτῶν μόνοι ἀναγκάζοισθε διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς Θηβαίους. εἰ δέ τινες φοβοῦνται μὴ ἐὰν νῦν ἀναφύγωσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἔτι ποτὲ πράγματα παρέχωσιν ὑμῖν, ἐνθυμήθητε ὅτι οὐχ οὓς ἂν εὖ, ἀλλ᾽ οὓς ἂν κακῶς τις ποιῇ, φοβεῖσθαι δεῖ μή ποτε μέγα δυνασθῶσιν. ἐνθυμεῖσθαι δὲ καὶ τάδε χρὴ, ὅτι κτᾶσθαι μέν τι ἀγαθὸν καὶ ἰδιώταις καὶ πόλεσι προσήκει, ὅταν ἐρρωμενέστατοι ὦσιν, ἵνα ἔχωσιν, ἐάν ποτε δυνατοὶ γένωνται, ἐπικουρίαν τῶν πεπονημένων. ὑμῖν δὲ νῦν ἐκ θεῶν τινος καιρὸς παραγεγένηται, ἐὰν δεομένοις βοηθήσετε Λακεδαιμονίοις, κτήσασθαι τούτους εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον φίλους ἀπροφασίστους. καὶ γὰρ δὴ οὐκ ἐπ᾽ ὀλίγων μοι δοκοῦσι μαρτύρων νῦν ἂν εὖ παθεῖν ὑφ᾽ ὑμῶν· ἀλλ᾽ εἴσονται μὲν ταῦτα θεοὶ, οἱ πάντα ὁρῶντες καὶ νῦν καὶ εἰς ἀεὶ, συνεπίστανται δὲ τὰ γιγνόμενα οἵ τε σύμμαχοι καὶ οἱ πολέμιοι, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἅπαντες Ἕλληνές τε καὶ

βάρβαροι. οὐδὲν γὰρ τούτων ἀμελές. ὥστε εἰ κακοὶ φανείησαν περὶ ὑμᾶς, τίς ἄν ποτε ἔτι πρόθυμος εἰς αὐτοὺς γένοιτο; ἐλπίζειν δὲ χρὴ ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς μᾶλλον ἢ κακοὺς αὐτοὺς γενήσεσθαι. εἰ γάρ τινες ἄλλοι, καὶ οὗτοι δοκοῦσι διατετελεκέναι ἐπαίνου μὲν ὀρεγόμενοι, αἰσχρῶν δὲ ἔργων ἀπεχόμενοι. πρὸς δὲ τούτοις, ἐνθυμήθητε καὶ τάδε, εἴ ποτε πάλιν ἔλθοι ἐν τῇ Ἑλλάδι κίνδυνος ὑπὸ βαρβάρων, τίσιν ἂν μᾶλλον πιστεύσητε ἢ Λακεδαιμονίοις; τίνας δ' ἂν παραστάτας ἥδιον τούτων ποιήσαισθε; ὧν γε καὶ οἱ ταχθέντες ἐν Θερμοπύλαις, ἅπαντες εἵλοντο μαχόμενοι ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ ζῶντες συνεπεισφέρεσθαι τὸν βάρβαρον τῇ Ἑλλάδι; πῶς οὖν οὐ δίκαιον, ὧν τε ἕνεκα ἐγένοντο ἄνδρες ἀγαθοὶ μεθ' ὑμῶν, καὶ ὧν ἐλπὶς αὖθις γενέσθαι, πᾶσαν προθυμίαν εἰς αὐτοὺς καὶ ὑμᾶς καὶ ἡμᾶς παρέχεσθαι; ἄξιον δὲ καὶ τῶν παρόντων συμμάχων αὐτοῖς ἕνεκεν προθυμίαν ἐνδείξασθαι. εὖ γὰρ ἴστε ὅτι οἵπερ τούτοις πιστοὶ διαμένουσιν ἐν ταῖς συμφοραῖς, οὗτοι καὶ ὑμῖν αἰσχύνοιντ' ἂν μὴ ἀποδιδόναι χάριτας. εἰ δὲ μικραὶ δοκοῦμεν πόλεις εἶναι αἱ τοῦ κινδύνου μετέχειν αὐτοῖς ἐθέλουσαι, ἐνθυμήθητε, ὅτι ἐὰν ἡ ὑμετέρα πόλις προσγένηται, οὐκέτι μικραὶ πόλεις ἐσόμεθα αἱ βοηθοῦσαι αὐτοῖς. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρόσθεν μὲν ἀκούων ἐζήλουν τήνδε τὴν πόλιν, ὅτι πάντας καὶ τοὺς ἀδικουμένους καὶ τοὺς φοβουμένους ἐνθάδε καταφεύγοντας ἐπικουρείας δεομένους ἤκουον τυγχάνειν· νῦν δ' οὐκέτ' ἀκούω, ἀλλ' αὐτὸς ἤδη παρὼν ὁρῶ Λακεδαιμονίους τε τοὺς ὀνομαστοτάτους, καὶ μετ' αὐτῶν τοὺς φίλους αὐτῶν τοὺς πιστοτάτους πρὸς ὑμᾶς τε ἥκοντας, καὶ δεομένους αὖ ὑμῶν ἐπικουρῆσαι. ὁρῶ δὲ καὶ Θηβαίους, οἳ τότε οὐκ ἔπεισαν Λακεδαιμονίους ἐξανδραποδίσασθαι ὑμᾶς, νῦν δεομένους ὑμῶν μὴ περιιδεῖν ἀπολομένους τοὺς σώσαντας ὑμᾶς. τῶν μὲν οὖν ὑμετέρων προγόνων καλὸν λέγεται, ὅτε τοὺς Ἀργείων τελευτήσαντας ἐπὶ τῇ Καδμείᾳ οὐκ εἴασαν ἀτάφους γενέσθαι· ὑμῖν δὲ πολὺ κάλλιον ἂν γένοιτο, εἰ τοὺς ἔτι ζῶντας Λακεδαιμονίων μήτε ὑβρισθῆναι μήτε ἀπολέσθαι ἐάσαιτε. καλοῦ γε μὴν κἀκείνου ὄντος, ὅτε σχόντες τὴν Εὐρυσθέως ὕβριν, διεσώσατε τοὺς Ἡρακλέους παῖδας, πῶς οὐκ ἐκείνου τόδε κάλλιον, εἰ μὴ μόνον τοὺς ἀρχηγέτας ἀλλὰ καὶ ὅλην τὴν πόλιν περισώσαιτε; πάντων δὲ κάλλιστον, εἰ ψήφῳ ἀκινδύνῳ σωσάντων ὑμᾶς τότε τῶν Λακεδαιμονίων, νῦν ὑμεῖς σὺν ὅπλοις τε καὶ διὰ κινδύνων ἐπικουρήσετε αὐτοῖς. ὁπότε δὲ καὶ ἡμεῖς ἀγαλλόμεθα οἱ συναγορεύοντες βοηθῆσαι ἀνδράσιν ἀγαθοῖς, ἦ που ὑμῖν γε τοῖς ἔργῳ δυναμένοις βοηθῆσαι, γενναῖα ἂν ταῦτα φανείη, εἰ πολλάκις καὶ φίλοι καὶ πολέμιοι γενόμενοι Λακεδαιμονίοις, μὴ ὧν ἐβλάβητε μᾶλλον ἢ ὧν εὖ ἐπάθετε μνησθείητε, καὶ χάριν ἀποδοίητε αὐτοῖς μὴ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάσης τῆς Ἑλλάδος, ὅτι ἄνδρες ἀγαθοὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐγένοντο.

EADEM LATINE,

Franciſco Porto interprete.

NEmini noſtrûm obſcurum eſſe reor, ô Athenienſes, Thebanos vobis ante omnes, ſi tollâtur è medio Lacedæmonii, bellum ſtatim eſſe illaturos: vos enim ſolos omnium impedimento fore perſuaſum hab ent, quin Græciæ imperio potiantur. Quod quum ita ſit, equidem exiſtimo vos bello ſuſcepto non magis Lacedæmoniis quàm vobis ipſis eſſe auxilium laturos. Thebanos enim, hoſtes & vobis finitimos, imperio Græcorum potiri, longè grauius laturos vos arbitror, quàm Lacedæmonios, quos olim aduerſarios, ſed à vobis remotos, habebatis. Cõmodiùs verò poteritis ferre vobis ipſis auxiliū tātiſper dū ſuperſūt qui ſint futuri ſocii, quàm ſi ſublatis illis ſoli cogamini fortunā belli periclitari. Quòd ſiqui ſunt qui verētur ne Lacedæmonii iā per vos periculis erepti, iterū vobis aliquādo negotiū faceſſant, meminerint eorū incremēta potentiæ extimeſcenda eſſe, quos detrimentis & incõmodis affecimus, nō eorum de quib⁹ optimè meriti ſimus. Illud etiā vobis conſiderādū, reſpubl. & homines priuatos, quū firmiſſimis ſunt opibus, præſidia parare ſibi oportere, vt ſi quādo caſus aliquis immineat, habeāt quò cõfugiant, ex quibus tecti exitium impendens euadant. Vobis autē ab aliquo deorum oblata eſt occaſio, ſi nunc Lacedæmoniis veſtram opem implorantibus ſuccurratis, vt eos in perpetuum certiſſimos amicos habituri ſitis. Nam iſtud beneficium non coram paucis teſtibus daturi eſtis. erunt enim dii, qui cernunt omnia, & nunc & ſemper eius teſtes: erunt ſocii & hoſtes, eiuſdem rei teſtes: erunt denique teſtes vniuerſi Græci & barbari. nihil enim tale eos latēre poterit. Itaque ſi ingrati aliquando erga vos exiſtant, quis vnquam poſthac ſuam operam animo propenſo conferendam in eos putet? quin ſperandum eos gratos potius quàm ingratos erga vos fore. Nā Lacedæmonii, ſi quiquā alii, perpetuò ſunt laudis appetentes, à flagitiis verò abſtinentes. Illud etiā in mentē vobis veniat, ſi bellum denuo à barbaris Græciæ inferatur, quibúſnā magis fidendum eſſet quàm Lacedæmoniis? quóſve lubentius ſocios vobis adiūgatis, quàm eos quorū ii qui ad Thermopylas barbaris reſtiterunt, maluerunt omnes pugnando ſtrenuè occumbere quàm viuētes aditum illis in Græciam patefacere? Nonne igitur ii, cū ob præclara facta, vobiſcum olim geſta, tū ob ſperata iterū aliquādo in Græcos beneficia, ſunt & à vobis & à nobis ſummo ſtudio iuuādi? Eſt verò declarandū hoc animi ſtudiū etiā ſociorū cauſa qui adſunt. Nā qui triſtiſſimis illorū tēporibus in fide tamē & officio permanēt, hi erubeſcent, mihi credite, ni vobis aliquando gratias referant.

Quòd si paruæ ciuitates videmur esse, quæ pericula subire cum ipsis volumus, illud attendite, si vestra ciuitas accesserit, non contemnendas amplius fore ciuitates quæ eis auxilium feremus. Equidem ô Atheniẽses, fama antea audiebam vestram remp. consueuisse cunctis, qui vel violati, vel vim veriti ad vos confugiunt, non denegare auxilia vestra: itaque eam fortunatam & beatam existimabam. Iam non solùm fama accipio, sed præsens cerno Lacedæmonios omnium hominum celeberrimos, & vnà eorum amicos fidelissimos ad vos venisse petitũ rursus vestra auxilia. Video præterea vel Thebanos ipsos, qui tũ Lacedæmoniis vt ciuitas vestra diriperetur persuadere minimè potuerunt, rogare vos ne eos à quibus tunc fuistis conseruati, euerti permittatis. Maiores vestri bene audiunt de eo quòd Argiuos qui in agro Thebano occubuerant, iacere insepultos non passi sunt: quãto illustrior futura illa fama vobis est, si Lacedæmonios qui adhuc viuũt neque contumelia affici, neque excindi permittatis? Egregium etiam illud fuit, quũ repressa insolentia Eurysthei, Herculis filios conseruastis: hoc verò quãto præclarius futurum est, si non solùm gentis autores & principes, sed vniuersam conseruabitis ciuitatem? Omnium verò pulcherrimum futurum est, si vos armati iam & pericula subeuntes illis succurratis, qui vos absque periculo, suis tantùm suffragiis, iam conseruarunt. Et quando nos exultamus, qui nostro patrocinio vos vt viris fortibus feratis opem adhortamur, quid vobis tandem faciendum est, qui re præstare hoc potestis? alti certè animi & generosi esse iudicabitis, si quum sæpius amici & hostes Lacedæmoniorum fueritis, tamen non tam iniuriarum quàm beneficiorum memores eritis, & eis gratiam referetis non modò pro vobis ipsis, sed pro Græcis vniuersis, de quibus hi viri fortes optimè meruerunt.

Ex libro septimo.

PROCLIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum de ineunda belli societate cum Atheniẽsibus legati à Lacedæmoniis eorúmque sociis Athenas venissent: placerétque æquis conditionibus societatem iungi: essétque ita in senatu decretũ, vt naualibus copiis præessent Athenienses, pedestribus Lacedæmonii: deinde ea res ad concionem relata esset: dixit hic Procles Phliasius, & senatusconsultum illud suasit. Placere sibi illud his de causis: quia Athenienses vsu, copiis, peritia, artibus, nauibus præstarent in re nauali Lacedæmoniis: & quia illis ad ciuitatis defensionem longè esset opportunior naualis quàm pedestris expeditio: Lacedæmonii verò essent superiores facultatibus belli terrestris: accederet etiam ad eam facultatem belli terra gerendi felicitas, qua essent iam complures annos vsi.

Εἰ πείθεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀγαθὸν ὑμῖν ἔδοξε Λακεδαιμονίους φίλους ποιεῖσθαι, δοκεῖ μοι χρῆναι σκοπεῖν τοῦτο ὅπως ἡ φιλία ὅτι πλεῖστον χρόνον συμμενεῖ. ἐὰν οὖν ᾗ ἑκατέροις μάλιστα συνοίσει, ταύτῃ καὶ τὰς συνθήκας ποιησώμεθα, οὕτω κατά γε τὸ εἰκὸς μάλιστα συμμένοιμεν ἄν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα συνωμολόγηται σχεδόν, περὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας νῦν ἡ σκέψις. τῇ μὲν οὖν βουλῇ προβεβούλευται, ὑμετέραν μὲν εἶναι τὴν κατὰ θάλατταν, Λακεδαιμονίων δὲ, τὴν κατὰ γῆν. ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα οὐκ ἀνθρωπίνῃ μᾶλλον ἢ θείᾳ φύσει τε καὶ τύχῃ διωρίσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ τόπον ἔχετε κάλλιστα πεφυκότα πρὸς τοῦτο· πλεῖσται γὰρ πόλεις τῶν δεομένων τῆς θαλάττης περὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν οἰκοῦσι, καὶ αὗται πᾶσαι ἀσθενέστεραι τῆς ὑμετέρας. πρὸς τούτοις δὲ λιμένας ἔχετε, ὧν ἄνευ οὐχ οἷόν τε ναυτικῇ δυνάμει χρῆσθαι. ἔτι δὲ, τριήρεις κέκτησθε πολλάς, καὶ πάτριον ὑμῖν ἐστι ναυτικὸν ἐπικτᾶσθαι. ἀλλὰ μὴν τάς γε τέχνας τὰς περὶ ταῦτα πάσας οἰκείας ἔχετε. καὶ μὴν ἐμπειρίᾳ γε πολὺ τῶν ἄλλων προέχετε περὶ τὰ ναυτικά. ὁ γὰρ βίος τοῖς πλείστοις ὑμῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης, ὥστε τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενοι, ἅμα καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἀγώνων ἔμπειροι γίγνεσθε. ἔτι δὲ καὶ τόδε, οὐδαμόθεν ἂν τριήρεις πλείους ἀθρόαι ἐκπλεύσειαν ἢ παρ' ὑμῶν. ἔστι δὲ τοῦτο οὐκ ἐλάχιστον πρὸς ἡγεμονίαν. πρὸς γὰρ τὸ πρῶτον ἰσχυρὸν γενόμενον ἥδιστα πάντες συλλέγονται. ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν θεῶν δέδοται ὑμῖν εὐτυχεῖν ἐν τούτῳ· πλείστους γὰρ καὶ μεγίστους ἀγῶνας ἠγωνισμένοι κατὰ θάλατταν, ἐλάχιστα μὲν ἀποτετυχήκατε, πλεῖστα δὲ κατωρθώκατε. εἰκὸς οὖν καὶ τοὺς συμμάχους μεθ' ὑμῶν ἂν ἥδιστα τούτου τοῦ κινδύνου μετέχειν. ὡς δὲ δὴ καὶ ἀναγκαία καὶ προσήκουσα ὑμῖν αὕτη ἡ ἐπιμέλεια, ἐκ τῶνδε ἐνθυμήθητε. Λακεδαιμόνιοι ὑμῖν ἐπολέμουν ποτὲ πολλὰ ἔτη καὶ κρατοῦντες τῆς χώρας, οὐδὲν προὔκοπτον εἰς τὸ ἀπολέσαι ὑμᾶς. ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς ἔδωκέ ποτε αὐτοῖς κατὰ θάλατταν ἐπικρατῆσαι, εὐθὺς ὑπ' ἐκείνοις παντελῶς ἐγένεσθε. οὐκοῦν εὔδηλον ἐν τούτοις ἐστὶν ὅτι ἐκ τῆς θαλάττης ἅπασα ὑμῖν ἤρτηται σωτηρία. οὕτως οὖν πεφυκότων, πῶς ἂν ἔχοι καλῶς ὑμῖν Λακεδαιμονίοις ἐπιτρέψαι κατὰ θάλατταν ἡγεῖσθαι, οἳ πρῶτα μὲν καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν ἀπειρότεροι ὑμῶν τούτου τοῦ ἔργου εἶναι; ἔπειτα δὲ οὐ περὶ τῶν ἴσων ὁ κίνδυνός ἐστιν ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν ἀγῶσιν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν περὶ τῶν ἐν ταῖς τριήρεσι μόνον

ἀνθρώπων· ὑμῖν δέ, καὶ περὶ παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ ὅλης τῆς πόλεως. καὶ τὰ μὲν δὴ ὑμέτερα οὕτως ἔχει· τὰ δὲ δὴ τῶν Λακεδαιμονίων, ὧδε. πρῶτον μὲν γὰρ οἰκοῦσιν ἐν μεσογαίᾳ· ὥστε τῆς γῆς κρατοῦντες, καὶ εἰ θαλάττης εἴργοιντο, δύναιντ᾽ ἂν καλῶς διαζῆν. ἐγνωκότες οὖν καὶ αὐτοὶ ταῦτα, εὐθὺς ἐκ παίδων πρὸς τὸν κατὰ γῆν πόλεμον τὴν ἄσκησιν ποιοῦνται. καὶ τὸ πλείστου δὲ ἄξιον, τὸ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσιν, οὗτοι μὲν κράτιστοι κατὰ γῆν, ὑμεῖς δέ, κατὰ θάλατταν. ἔπειτα δὲ ὥσπερ ὑμεῖς ναυτικῷ, οὕτως αὖ ἐκεῖνοι καὶ κατὰ γῆν πλεῖστοι καὶ τάχισ᾽ ἐξέλθοιεν. ὥστε πρὸς τούτους αὖ εἰκὸς τοὺς συμμάχους εὐθαρσεστάτους προσιέναι. ἔτι δὲ καὶ ὁ θεὸς δέδωκεν αὐτοῖς ὥσπερ ὑμῖν κατὰ θάλατταν εὐτυχεῖν, οὕτως ἐκείνοις κατὰ γῆν. πλείστους γὰρ αὖ οὗτοι ἀγῶνας ἐν τῇ γῇ ἠγωνισμένοι, ἐλάχιστα μὲν ἐσφαλμένοι εἰσί, πλεῖστα δὲ κατωρθωκότες. ὡς δὲ καὶ ἀναγκαία οὐδὲν ἧττον αὐτοῖς ἡ κατὰ γῆν ἐπιμέλεια ἢ ὑμῖν ἡ κατὰ θάλατταν, ἐκ τῶν ἔργων ἔξεστι γιγνώσκειν. ὑμεῖς γὰρ τούτοις πολλὰ ἔτη πολεμοῦντες, καὶ πολλάκις καταναυμαχοῦντες, οὐδὲν προὔργου ἐποιεῖτε πρὸς τὸ τούτους καταπολεμῆσαι. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἡττήθησαν ἐν τῇ γῇ, εὐθὺς καὶ περὶ παίδων καὶ περὶ γυναικῶν καὶ περὶ ὅλης τῆς πόλεως ὁ κίνδυνος αὐτοῖς ἐγένετο. πῶς οὖν οὐ τούτοις αὖ δεινὸν ἄλλοις μὲν ἐπιτρέπειν κατὰ γῆν ἡγεῖσθαι, αὐτοὺς δὲ ἄριστα τῶν κατὰ γῆν ἐπιμελεῖσθαι; ἐγὼ μὲν οὖν ὥσπερ τῇ βουλῇ προβεβούλευται, ταῦτα εἴρηκά τε καὶ συμφορώτατα ἡγοῦμαι ἀμφοῖν εἶναι. ὑμεῖς δὲ εὐτυχοῖτε, τὰ κράτιστα πᾶσιν ὑμῖν βουλευσάμενοι.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

QVoniam vobis placuit, ô Athenienses, Lacedæmonios in amicitiā recipere, illud imprimis existimo considerandum esse, vt diuturnitate tēporis quammaxima amicitia ista confirmetur. Hoc verò facilè futurum arbitror, si fœdus æquis conditionibus ineatur. Ac in rebus reliquis ferè inter nos conuenit: de principatu tantùm cotrouersia est. Senatus igitur noster iā censuit maris imperiū ad vos, terræ ad Lacedæmonios omnino pertinere: id quod mihi etiā ipsi diuino potius consilio, quàm humano & casu quodam, ita distinctum videtur. Primò enim vos colitis locū ad obtinendū maris imperiū maximè idoneū, & ciuitates plurimæ, quæ mari victū quærunt, vestræ ciuitati proximæ circumcirca sunt, & omnes lōgè vestra imbecilliores. Portus præterea habetis, qui si desint, classis haberi non potest. Habetis etiam triremes multas, & instituto patrio nouas quotidie ædificatis: artes præterea omnes, ad rem nauticam necessarias, familiares habetis, & peritia maritimarum rerum cæteros homines longè superatis. victus enim plerisque vestrûm paratur è re maritima: itaque dum rem priuatā curatis, vsum maritimorū certaminum simul discitis. Adde quòd nulla ciuitas plures quàm vos triremes vno tempore instructas potest emittere: id quod ad obtinendum imperium maximi momenti est. nam qui antè firmior instructiórque fuerit, hunc omnes lubentissimè sequuntur. Dii etiam rerum successus vobis concesserunt in eo genere: nam quum plurima accerrimáque prælia mari feceritis, raro victi estis, sæpissimè victoriam retulistis. Est igitur consentaneum socios quoque lubentissimè vobiscum huiusmodi pericula subire. Rerum autem maritimarum curā esse vobis necessariam, & ad vos pertinere, ex his cognoscite. Multos olim annos Lacedæmonii bellum aduersus vos gesserunt: & quanquam fines vestros occuparent, nihil tamen ad vos euertendos proficiebāt. sed quum aliquando Deus illis annuisset victoriam in mari, continuò venistis in eorum omnino potestatem. Hinc patet salutem vestræ reipubl. maritimis è rebus totam pendere. Quæ quum ita sint, cur vos maris imperium Lacedæmoniis permittatis, præsertim quum ipsimet se in rebus nauticis longè inferiores vobis fateātur, & pericula in præliis maritimis non esse paria? illi enim corpora tantùm hominum in præliis maritimis periclitantur: vos, liberos, vxores periclitamini, rempublicam deniq; vniuersam. Res itaque vestræ sic se habent: Lacedæmoniorum res diuersæ sunt. Primò enim incolunt loca mediterranea, vt quandiu terram tenent, etiam si maris vsu intercludantur, commodè nihilominus vitam agere possint. Itaque hoc ipsi quoque persuasi, ab ineunte statim ætate in præliis exercent se pedestribus. Præterea obedientiam erga imperatorem, quæ plurimi æstimanda est, vt vos in rebus maritimis, ita illi in præliis pedestribus colūt. & quemadmodū vos classe, ita illi copiis pedestribus, & plurimi, & summa celeritate ad bellum proficiscuntur. Itaque consentaneum est socios iis alacriore animo item adiungi. Adde quòd Deus vt vobis mari, ita illis terra rerum successus dedit. Nam isti quoque quum plurima pedestria prælia fecerint, raro admodum victi sunt, sæpissimè feliciter rem gesserunt. Quòd verò rerum istarum & terræ pro-

curatiò non minus illis necessaria sit, nec minus pertineat ad eos, quàm faciat ad vos cura maritimarum, reipsa potest perspici. Nam vos quoque multos iam annos bellum aduersus illos geritis: & quanquam sæpius præliis naualibus eos superastis, tamen ad eos debellandos nihil profecistis: vbi verò semel in continenti victi sunt, statim illi periculum de liberis, de vxoribus, de republica denique vniuersa subierunt. Nónne igitur indignum vice versa fuerit, si tales viri continentis imperium permittant aliis, quod ipsi optimè administrare queant? Quare ego, quæ senatui etiam vestro ante me placuerũt, eadem censeo, & maximè è re vtriusque reipublicæ esse existimo. Vos verò, quod felix faustúmque sit, ea decernite quæ vobis omnibus videntur plurimùm profutura.

CEPHISODOTI ORATIO.

ARGVMENTVM.

In eadem illa consultatione Atheniensium dixit pro concione Cephisodotus, & docuit non esse æquas populo Atheniensi eas conditiones societatis naualis, quas legati iam concioni probauerant. Tametsi hæc altercatio potius est quàm perpetua oratio.

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ αἰσθάνεσθε ἐξαπατώμενοι; ἀλλ' ἐὰν ἀκούσητέ μου, ἐγὼ ὑμῖν αὐτίκα μάλα ἐπιδείξω. ἤδη γὰρ ἡγήσεσθε κατὰ θάλατταν· Λακεδαιμόνιοι δὲ ὑμῖν ἐὰν συμμαχῶσι, δῆλον ὅτι πέμψουσι τοὺς μὲν τριηράρχους Λακεδαιμονίους, καὶ ἴσως τοὺς ἐπιβάτας. οἱ δὲ ναῦται δῆλον ὅτι ἔσονται ἢ εἵλωτες ἢ μισθοφόροι. οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν τούτων ἡγήσεσθε. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ὅταν παραγγείλωσιν ὑμῖν κατὰ γῆν στρατιάν, δῆλον ὅτι πέμψετε τοὺς ἱππέας καὶ τοὺς ὁπλίτας. οὐκοῦν οὕτως ἐκεῖνοι μὲν ὑμῶν αὐτῶν γίγνονται ἡγεμόνες, ὑμεῖς δὲ τῶν ἐκείνων δούλων καὶ ἐλαχίστου ἀξίων. ἀπόκριναι δέ μοι ὦ Λακεδαιμόνιε Τιμόκρατες, οὐκ ἄρτι ἔλεγες ὡς ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις ἥκεις τὴν συμμαχίαν ποιούμενος; εἶπον ταῦτα. ἔστιν οὖν (ἔφη ὁ Κηφισόδοτος) ἰσαίτερον ἢ ἐν μέρει μὲν ἑκατέρους ἡγεῖσθαι τοῦ ναυτικοῦ, ἐν μέρει δὲ τοῦ πεζοῦ· καὶ ὑμᾶς τε εἴ τι ἀγαθόν ἐστιν ἐν τῇ κατὰ θάλατταν ἀρχῇ, τούτου μετέχειν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ κατὰ γῆν;

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

NOnne, ô Atheniẽses, animaduertitis vos decipi? at si me audiatis, ego vobis iamiam fraudem indicabo. Esto enim, vos maris imperium obtinebitis: at Lacedæmonii si socii sint, mittent scilicet trierarchos Spartanos, fortasse etiam propugnatores: remiges verò erunt aut serui aut mercenarii: iis vos imperabitis. at si Lacedæmonii milites ad pedestrem expeditionem imperauerint, equites nimirum & milites grauis armaturæ continuò mittetis. Ita fiet, vt illi vobis, vos illorum seruis & hominibus maximè contemnendis imperetis. Responde enim mihi Timocrates Lacedæmonie, nónne dudum dicebas te venisse vt pacem æquis conditionibus conficeres? Dicebam, *inquit*. Estne igitur (*inquit Cephisodotus*) quicquam æquius quàm vt vicibus alternis vtrique maritimis pedestribúsque exercitibus imperemus: & siquid commodi est in maris imperio, vos eo perfruamini, rursus siquid boni est in imperio terrestri, eo nos quoque minimè fraudemur?

MAGISTRATVS SICYONII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Exules fuerant quidam Sicyone: qui restituti, quum Euphronem quendam ciuem suum molientem vrbis deditionem viderent, eum in medio magistratuum consessu interfecerunt. Hos magistratus Sicyonius reos cædis facit: crimen hac oratiuncula exponit & exaggerat.

Ἄνδρες πολῖται, ἡμεῖς τουτουσὶ τοὺς Εὔφρονα ἀποκτείναντας διώκομεν περὶ θανάτου, ὁρῶντες ὅτι οἱ μὲν σώφρονες οὐδὲν δήπου ἄδικον οὐδὲ ἀνόσιον ποιοῦσιν· οἱ δὲ πονηροὶ ποιοῦσι μὲν, λανθάνειν δὲ ὅμως πειρῶνται. οὗτοι δὲ τοσοῦτον πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβλήκασι τόλμῃ τε καὶ μιαρείᾳ, ὥστε παρ' αὐτάς τε τὰς ἀρχάς, καὶ παρ' ἑαυτοὺς ὑμᾶς τοὺς κυρίους, οὕστινας δεῖ ἀποθνήσκειν, καὶ οὕστινας μὴ, αὐτογνωμονήσαντες, ἀπέκτειναν τὸν ἄνδρα. εἰ οὖν οὗ-

τὸ μὴ δώσουσι τὴν ἐσχάτην δίκην, τίς ποτε πρὸς τὴν πόλιν θαρσῶν πορεύσεται; τί δὲ ἔσται ἡ πόλις, εἰ ἐξέσται τῷ βουλομένῳ ἀποκτεῖναι πρὶν δηλῶσαι ὅτου ἕνεκα ἥκοι ἕκαστος; ἡμεῖς μὲν τούτους διώκομεν ὡς ἀνοσιωτάτους καὶ ἀνομωτάτους, καὶ πλεῖστον δὴ ὑπεριδόντας τῆς πόλεως. ὑμεῖς δὲ ἀκηκοότες, ὁποίας τινὸς ὑμῖν δοκοῦσιν ἄξιοι εἶναι δίκης, ταύτην αὐτοῖς ἐπίθετε.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

NOS parricidas istos Euphronis, ô ciues, capitis reos deferimus: quia non ignoramus viros bonos nihil omnino contra ius & fas patrare, improbos patrare, veruntamen eniti vt facinora eorum lateant. Isti verò adeo cunctos mortales audacia & scelere superarunt, vt coram ipsis magistratibus, & vobis ipsis, qui vitæ necísque potestatem obtinetis, hominem vnanimes obtruncarint. Qui nisi extremo fuerint affecti supplicio, quis vnquam tutum sibi patere aditum ad nostram ciuitatem existimabit? Quísve cognitionis locus ciuitati relinquitur, si cuilibet licebit pro sua libidine quem volet interficere, priusquam qua de causa huc ad nos quisque veniat, cognoscatur? Nos igitur deferimus istos vt scelestos & maximè nefarios, & reos læsæ maiestatis: vos verò causa cognita, eam pœnam imponite quam scelus eorum meruisse videatur.

SICYONII CVIVSDAM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet aduersus magistratus Sicyonii accusationem ciuis Sicyonius, qui, inficiãtibus aliis, à se perpetratam cædem Euphronis confitebatur. Is in hac oratione causam pro se dicit, & iustam esse cædem contendit. Defensionis firmamentum est præcipuũ in eo argumẽto, quo causam hãc cædis communicat cum Thebanis, qui ibi iudices de re cognoscebant. Docet, perfidiosum hominem Euphronẽ & à ciuitate & à Thebanis ipsis fœdè desciuisse: tum corruptelam molitum, per quam à Thebanis ipsis ciuitatis principatum emeret. Largitionem illam & pretium non ex re familiari, sed ex publicis bonis corrasisse. Concludit fuisse & Thebanis ipsis & ciuitati suæ inimicissimum, Thebanorum verò proditorem.

ἈΛΛ' ὑπερορᾶν μὲν, ὦ Θηβαῖοι, οὐ δυνατὸν ὑμῶν ἀνδρὶ ὃς εἰδείη κυρίους μὲν ὄντας ὅ,τι βούλεσθε αὐτῷ χρῆσθαι· τίνι μέντοι πιστεύων ἐνθάδε ἀπέκτεινα τὸν ἄνδρα, εὖ ἴστε ὅτι πρῶτον μὲν, τῷ νομίζειν δίκαια ποιεῖν· ἔπειτα δὲ, τῷ ὑμᾶς ὀρθῶς γνώσεσθαι. ᾔδειν γὰρ ὅτι καὶ ὑμεῖς τοὺς περὶ Ἀρχίαν καὶ Ὑπάτην, οὓς ἐλάβετε Εὔφρονι ὅμοια πεποιηκότας, οὐ ψῆφον ἀνεμείνατε, ἀλλ' ὁπότε πρῶτον ἐδυνάσθητε, ἐτιμωρήσασθε, νομίζοντες τῶν τε περιφανῶς ἀνοσίων καὶ τῶν φανερῶς προδοτῶν καὶ τυραννεῖν ἐπιχειρούντων ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων θάνατον κατεγνῶσθαι. οὐκοῦν καὶ Εὔφρων ἔνοχος πᾶσι τούτοις ἦν. παραλαβὼν μὲν γὰρ τὰ ἱερὰ μεστὰ καὶ χρυσῶν τούτων καὶ ἀργυρῶν ἀναθημάτων, κενὰ πάντων ἀπέδειξε. προδότης γε μὴν τίς ἂν περιφανέστερος Εὔφρονος εἴη; ὃς φιλαίτατος μὲν ὢν Λακεδαιμονίοις, ὑμᾶς εἵλετο ἀντ' ἐκείνων· πιστὰ δὲ δοὺς καὶ λαβὼν παρ' ὑμῶν, πάλιν προὔδωκεν ὑμᾶς, καὶ παρέδωκε τοῖς ἐναντίοις τὸν λιμένα. καὶ μὴν πῶς οὐκ ἀπροφασίστως τύραννος ἦν, ὃς δούλους οὐ μόνον ἐλευθέρους ἀλλὰ καὶ πολίτας ἐποίει; ἀπεκτίννυε δὲ καὶ ἐφυγάδευε καὶ χρήματα ἀφῃρεῖτο οὐ τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλ' οὓς αὐτῷ ἐδόκει. οὗτοι δὴ ἦσαν οἱ βέλτιστοι. αὖθις δὲ μετὰ τῶν ἐναντιωτάτων ὑμῖν Ἀθηναίων κατελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἐναντία μὲν ἔθετο τῷ παρ' ὑμῶν ἁρμοστῇ τὰ ὅπλα· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνον οὐκ ἐδυνάσθη ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, συσκευασάμενος χρήματα, δεῦρο ἀφίκετο. καὶ εἰ μὲν ὅπλα ἠθροικὼς ἐφάνη ἐφ' ὑμᾶς, καὶ χάριν ἄν μοι εἴχετε, εἰ ἀπέκτεινα αὐτόν· ὃς δὲ χρήματα ἦλθε παρεσκευασάμενος ὡς τούτοις ὑμᾶς διαφθερῶν, καὶ πείσων πάλιν κύριον αὐτὸν ποιῆσαι τῆς πόλεως, τούτῳ ἐγὼ τὴν δίκην ἐπιθεὶς, πῶς ἂν δικαίως ὑφ' ὑμῶν ἀποθάνοιμι; οἱ γὰρ μὲν ὅπλοις βιασθέντες βλάπτονται μὲν, οὐ μέντοι ἄδικοί γε ἀναφαίνονται· οἱ δὲ χρήμασι παρὰ τὸ δίκαιον διαφθαρέντες, ἅμα μὲν βλάπτονται, ἅμα δὲ αἰσχύνῃ περιπίπτουσιν. εἰ μὲν τοίνυν ἐμοὶ μὲν πολέμιος ἦν, ὑμῖν δὲ φίλος, κἀγὼ ὁμολογῶ μὴ καλῶς ἄν μοι ἔχειν τοῦτον παρ' ὑμῖν ἀποκτεῖναι· ὁ δὲ ὑμᾶς προδιδοὺς, τί ἐμοὶ πολεμιώτερος ἦν ἢ ὑμῖν; ἀλλὰ νὴ Δία, εἴποι τις ἂν, ἑκὼν ἦλθε. κᾆτα εἰ μὲν ἀπεχόμενον τῆς πόλεως ὑμῶν ἀπέκτεινέ τις αὐτόν, ἐπαίνου ἂν ἐτύγχανε· νῦν δὲ ὅτι πάλιν ἦλθεν ἄλλα πρὸς τοῖς πρόσθεν κακὰ ποιήσων, οὐ δικαίως φησί τις αὐτὸν τεθνάναι; ποῦ ἔχων Ἕλλησι σπονδὰς ἀποδεῖξαι ἢ προδόταις, ἢ πάλιν αὐτομόλοις, ἢ τυράννοις; πρὸς δὲ τούτοις, ἀναμνήσθητε ὅτι καὶ ἐψηφίσασθε δήπου, τοὺς φυγάδας ἀγωγίμους εἶναι ἐκ πασῶν τῶν συμμαχίδων· ὅστις δὲ ἄνευ κοινοῦ τῶν συμμαχίδων δόγματος κατέρχεται φυγὰς, τοῦτον ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ὅπως οὐ δίκαιόν ἐστιν ἀποθνήσκειν; ἐγὼ φημι, ὦ ἄνδρες, ἀποκτείναντας μὲν ὑμᾶς ἐμὲ, τετιμωρηκότας ἔσεσθαι ἀνδρὶ τῷ πάντων ὑμῖν πολεμιωτάτῳ· γνόντας δὲ δίκαια πεποιηκέναι, αὐτοὺς τετιμωρηκότας φανεῖσθαι ὑπέρ τε ὑμῶν αὐτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν συμμάχων ἁπάντων.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

AT contemnere vos, ô Thebani, nemini licet qui intelligat salutem & fortunas omnes suas in vestra potestate sitas esse. Cæterùm qua re fretus hîc hominem

interfeci, demonſtrabo: primùm quia exiſtimabam (mihi credite) me rectè hoc facturum, deinde quia ſperabam vos cauſam rectè cognituros. Memineram enim vos quoque Archiam & Hypaten eodem modo vltos fuiſſe, non expectato iudicio, ſed ſimul atque vobis facultas oblata eſt, propterea quòd eos eadem quæ Euphrō, audere compe riſtis & perſuaſum habebatis, qui palàm nefarii & proditores eſſent minimè dubii, tyrannidémque affectare, eos omniū iudicio iam capitis damnatos eſſe. His igitur crimi nibus Euphron quoque tenebatur. Nam templa quæ acceperat, aureis argenteiſque ſignis inſtructa, omnia ſpoliauit: proditor autem quis fuit eo inſignior, qui ſumma deuinctus amicitia cum Lacedæmoniis, vos tamen illis antepoſuit: & quum fidem dediſſet, à vobíſque item accepiſſet, rurſus vos prodidit & tradidit Lacedæmoniis portum. Iam tyrannus nónne erat apertiſſimè, qui ſeruos non ſolùm in libertatem vendicabat, ſed etiam iure donabat ciuitatis? necabat verò & exilio mulctabat, fortuníſque ſpoliabat nō nocentes & facinoroſos, ſed quoſcunque ei libuiſſet: hi autē erant optimates. Rurſus poſt ſuum in vrbem reditum vnà cum Athenienſibus, qui vobis hoſtes capitales ſunt, veſtro præfecto arma intulit: & quum illum vrbe pellere nequiuiſſet, pecuniis corrogatis huc ad vos venit. quanquam ille ſi coactis armis contra vos ſe oſtendiſſet, eúmque ego interfeciſſem, non dubito vos habituros fuiſſe mihi gratiam. Iam verò quū pecuniis collectis huc venerit vt vos corrumpat, inducátque vt eum ciuitatis dominum rurſus conſtituatis: qui pœnas de eo ſumpſit, is cur capitis ſupplicio à vobis afficiendus ſit? qui enim armis violantur, lædūtur illi quidē, improbi tamen nō ſunt: at qui pecunia corrūpuntur, ſimul lædūtur, ſimul etiā incurrunt in infamiā. Quòd ſi ille mihi priuatim hoſtis, vobis amicus eſſet, faterer ipſe quoque nō licuiſſe mihi eum apud vos interficere: qui verò vos prodiderit, nónne veſter potius quàm meus hoſtis erat? Sed dixe rit quiſpiam, Sponte ſua huc venit. Quid ergo? Siquis eum veſtra vrbe abſtinentem interfeciſſet, ei honores decreuiſſetis: nunc verò, quum ad vos rediit, noua facinora priſtinis additurus, eum iure interfectum negabitis? quod ius, quod fœdus Græcorum demonſtrare poterimus, quo proditoribus, & tranſfugis, & tyrannis caueatur? Illud etiam memineritis vos aliquando publicè decreuiſſe, ius eſſe vt exules ex omnibus ſociis ciuitatibus ad ſupplicium rapiantur. Qui verò ſine decreto ſociarum ciuitatum ab exilio redierit, eum quiſquā auſit negare iure occiſum? Quare vos viri Thebani, moneo, ſi capitis ſupplicium de me ſumpſeritis, hominis vobis inimiciſſimi mortē eſſe vindicaturos: ſin me id rectè feciſſe pronuntiabitis, planum omnibus facietis vos & veſtro nomine, & ſociorum omnium, meritas pœnas exegiſſe.

CORINTHIORVM ORATIO.

ARGVMENTVM.

Corinthiis vetus erat ſocietas cum Lacedæmoniis, recens verò cū Thebanis. Quum autem infeſtis vterentur finitimis, ſtatuerunt prius cum vtriſque illis pacem facere quàm bello cum hoſtibus decernere. Et quum iis à Thebanis poteſtas facta eſſet tranſigendi quibuſcum vellent aut deberent, petierunt hac legatione à Lacedæmoniis, vt incolumi ſocietate & amicitia, liberum eſſet ſibi ab armis in præſentia diſcedere, vt priuatam rem tuerentur.

Ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, πρὸς ὑμᾶς πάρεσμεν ὑμέτεροι φίλοι, καὶ ἀξιοῦμεν, εἰ μέν τινα ὁρᾶτε σωτηρίαν ὑμῖν ἐὰν διακαρτερῶμεν πολεμοῦντες, διδάξαι καὶ ἡμᾶς· εἰ δὲ ἀπόρως γιγνώσκετε ἔχοντα τὰ ὑμέτερα, εἰ μὲν καὶ ὑμῖν συμφέρει, ποιήσασθαι μεθ' ἡμῶν τὴν εἰρήνην· ὡς οὐδὲ μεθ' οὐδένων ἂν ἥδιον ἢ μεθ' ὑμῶν σωθείημεν. εἰ μέντοι ὑμεῖς λογίζεσθε συμφέρειν ἡμῖν πολεμεῖν, δεόμεθα ὑμῶν ἐᾶσαι ἡμᾶς εἰρήνην ποιήσασθαι. σωθέντες μὲν γὰρ ἴσως ἂν αὖθις ἔτι ποτὲ ἐν καιρῷ ὑμῖν γενοίμεθα· ἐὰν δὲ νῦν ἀπολώμεθα, δῆλον ὅτι οὐδέποτε ἔτι χρήσιμοι ἐσόμεθα.

EADEM LATINE,

Franciſco Porto interprete.

NOS ô Lacedæmonii, amici veſtri adſumus, poſtulamúſque vt ſi quā oſtēdi ſalutem cernitis nobis in bello perſeuerātibus, eā nobis quoque demonſtretis: ſin intelligitis res noſtras in ſtatu eſſe dubio, rogamus (modò idē vobis expediat) vt pacem nobiſcū faciatis. nihil enim gratius accidere nobis poteſt, quàm vt vobiſcū ſalutē conſequamur. Quòd ſi bellū paci anteponendū vobis iudicatis, vt nobis permittatis pacem facere ſuppliciter oramus. Saluis enim noſtris rebus, vſui vobis fortaſſe aliquando erimus: euerſis verò, nunquam ſcilicet poſthac vtiles vobis futuri ſumus.

[illegible] quia frustra vos cauium recte cognatos [illegible] Hyp[illegible] eadem modo [illegible] propterea quod eos cadem [illegible] qui palam [illegible] prodiderat [illegible] cum Lacedæmoniis [illegible] accepisset [illegible] vos pro[illegible] [illegible]

[illegible]

Orationes seu conciones ex Polybio excerptæ.

Ex libro tertio.

AEMILII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum res Romana aduersus Annibalē minus feliciter gereretur, Romani summam belli L. Æmilio & C. Terentio mandarunt, exercitúmq; conscripserunt multo quàm antè maiorem. Æmilius in castra quum venisset, milites est ad fortiter defendendam patriam hortatus: ibique hanc concionem habuit, in qua totus in eo est, vt illis nec causam, nec adiumenta bellicæ virtutis atque egregii animi, deesse ostendat.

Ἐπειρᾶτο συνιστάνειν ὅτι τῶν μὲν ἐν ταῖς προγεγενημέναις μάχαις αὐτῶν ἐλαττωμάτων οὐχ ἕν, οὐδὲ δεύτερον, καὶ πλείω δ' ἂν εὕροι τις αἰτίας διὸ τοιοῦτον ἐξέβη τὸ τέλος· ἐπὶ δὲ τῶν νῦν καιρῶν, οὐδεμία λείπεται πρόφασις, ἐὰν ἄνδρες ὦσι, τοῦ μὴ νικᾶν τοὺς ἐχθρούς. τότε μὲν γὰρ οὔτε τοὺς ἡγεμόνας ἀμφοτέρους οὐδέποτε συναγωνίσασθαι τοῖς στρατοπέδοις, οὔτε ταῖς δυνάμεσι κεχρῆσθαι γεγυμνασμέναις, ἀλλὰ νεοσυλλόγοις, καὶ ἀοράτοις παντὸς δεινοῦ· τό, τε μέγιστον, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοεῖσθαι παρ' αὐτοῖς πρότερον τὰ κατὰ τοὺς ὑπεναντίους, ὥστε σχεδὸν μηδ' ἑωρακότες τοὺς ἀνταγωνιστὰς παρατάττεσθαι καὶ συγκαταβαίνειν εἰς τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους. οἱ μὲν γὰρ περὶ τὸν Τρεβίαν ποταμὸν σφαλέντες, ἐκ Σικελίας τῇ προτεραίᾳ παραγενηθέντες, ἅμα τῷ φωτὶ τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ παρετάξαντο. τοῖς δὲ κατὰ Τυρρηνίαν ἀγωνισαμένοις, οὐχ οἷον πρότερον, ἀλλ' οὐδ' ἐν αὐτῇ μάχῃ συνιδεῖν ἐξεγένετο τοὺς πολεμίους, διὰ τὸ περὶ τὸν ἀέρα γενόμενον σύμπτωμα. Νῦν γε μὴν πάντα τἀναντία τοῖς προειρημένοις ὑπάρχει. πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς ἀμφότεροι πάρεσμεν, οὐ μόνον αὐτοὶ κοινωνήσοντες ὑμῖν τῶν κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ πρότερον ἔτους ἄρχοντας ἑτοίμους παρεσκευάκαμεν πρὸς τὸ μένειν καὶ μετέχειν τῶν αὐτῶν ἀγώνων. ὑμεῖς γε μὴν οὐ μόνον ἑωράκατε τοὺς καθοπλισμούς, τὰς τάξεις, τὰ πλήθη τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καὶ διαμαχόμενοι μονονοὺ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, δεύτερον ἐνιαυτὸν ἤδη διατελεῖτε. πάντων οὖν κατὰ μέρος ἐναντίως ἐχόντων ταῖς προγεγενημέναις μάχαις, εἰκὸς καὶ τὸ τέλος ἐναντίον ἐκβήσεσθαι τοῦ νῦν ἀγῶνος. καὶ γὰρ ἄτοπον, μᾶλλον δ', ὡς εἰπεῖν, ἀδύνατον, ἐν μὲν τοῖς κατὰ μέρος ἀκροβολισμοῖς, ἴσους πρὸς ἴσους συμπίπτοντας, τὸ πλεῖον ἐπικρατεῖν· ὁμοῦ δὲ πάντας παραταξαμένους, πλείους ὄντας ἢ διπλασίους τῶν ὑπεναντίων, ἐλαττωθῆναι. διόπερ, ὦ ἄνδρες, πάντων ὑμῖν παρεσκευασμένων πρὸς τὸ νικᾶν, ἑνὸς προσδεῖται τὰ πράγματα, τῆς ὑμετέρας βουλήσεως καὶ προθυμίας, ὑπὲρ ἧς οὐδὲ παρακαλεῖσθαι πλείω πρέπειν ὑμῖν ὑπολαμβάνω. τοῖς μέν γε μισθοῦ παρά τισι στρατευομένοις, ἢ τοῖς κατὰ συμμαχίαν ὑπὲρ τῶν πέλας μέλλουσι κινδυνεύειν, οἷς κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα καιρός ἐστι δεινότατος, τὰ δ' ἐκ τῶν ἀποβαινόντων βραχεῖαν ἔχει διαφοράν, ἀναγκαῖος ὁ τῆς παρακλήσεως γίνεται τρόπος· οἷς δὲ (καθάπερ ὑμῖν νῦν) οὐχ ὑπὲρ ἑτέρων, ἀλλ' ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν καὶ πατρίδος καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων ὁ κίνδυνος συνέστηκε, καὶ πολλαπλασίαν τὰ μετὰ ταῦτα συμβαίνοντα τὴν διαφορὰν ἔχει τῶν ἐνεστώτων ἀεὶ κινδύνων, ὑπομνήσεως μόνον, παρακλήσεως δ' οὐ προσδεῖ. τίς γὰρ οὐκ ἂν βούλοιτο μάλιστα μὲν νικᾶν ἀγωνιζόμενος, εἰ δὲ μὴ τοῦτ' εἴη δυνατόν, τεθνάναι πρόσθεν μαχόμενος, ἢ ζῶν ἐπιδεῖν τὴν τῶν προειρημένων ὕβριν καὶ καταφθοράν; διόπερ, ὦ ἄνδρες, χωρὶς τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων, αὐτοὶ λαμβάνοντες πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν ἐκ τοῦ λείπεσθαι καὶ τοῦ νικᾶν διαφοράν, καὶ τὰ συνεξακολουθοῦντα τούτοις, οὕτως ἑαυτοὺς παραστήσασθε πρὸς τὴν μάχην, ὡς τῆς πατρίδος οὐ κινδυνευούσης νῦν αὐτοῖς τοῖς στρατοπέδοις, ἀλλὰ τοῖς ὅλοις. τί γὰρ ἔτι προσθήσω τοῖς ὑποκειμένοις; ἐὰν ἄλλως πρὸς τὰ παρόντα κριθῇ, περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν οὐκ ἔχει. πᾶσαν γὰρ τὴν αὐτῆς προθυμίαν καὶ δύναμιν εἰς ὑμᾶς ἀπήρεισται, καὶ πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχει τῆς σωτηρίας ἐν ὑμῖν. ὧν ὑμεῖς αὐτὴν μὴ διαψευσθῆτε νῦν, ἀλλ' ἀπόδοτε μὲν τῇ πατρίδι τὰς ἁρμοζούσας χάριτας· φανερὸν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσατε, διότι καὶ τὰ πρότερον ἐλαττώματα γέγονεν, οὐ διὰ τὸ Ῥωμαίους χείρους ἄνδρας εἶναι Καρχηδονίων, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν τῶν τότε μαχομένων, καὶ διὰ τὰς ἐκ τῶν καιρῶν περιστάσεις.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PROBARE nitebatur, cladium, quas superioribus prælijs accepissent, non vnā aut alteram, sed plures inueniri posse causas quamobrem eum exitum res essent sortitæ. At in hac rerum opportunitate, si modò se viros præstare velint, nihil obstare quin victoriam de hostibus reportent. Tum enim neque vtrunque imperatorē legionibus coniunctis auxilio fuisse, nec copiis exercitatorum hominum esse vsum, sed tyronum, & hominum qui laborum omnium essent imperiti: &, quod caput est, vsque eò hostes illis antea ignotos fuisse, vt penè antequam hostem aspexissent, aciem instruerent, & de summa rerum periclitarentur. Nam qui ad Trebiam ceciderunt, pridie eius diei è Sicilia euocati, primo quoque die, simul albente cælo in aciem exierunt: qui verò in Hetruria pugnarunt, ne id quidem quod antè dixi, iis contigit: sed ne in ipso quidem prælio hostis conspiciendi illis potestas fuit, præ tempestate quæ tum coorta est. At hoc tempore omnia nobis contraria his quæ dixi, comparata sunt. Primùm enim ambo cōsules adsumus, non modò periculorum vobiscum participes futuri, sed & qui effecimus vt qui ex ducibus antea extra aciem se continebant, vltrò se restituros & in prælium descensuros polliceātur. Vos autem non modò quæ sit hostium armatura, quæ instruendi ratio, & quantus eorum numerus, cognouistis, sed & hoc iam biennio penè quotidianis prælijs de iis periculum fecistis. Quare quum singula contrà atque antea habeamus, hoc

quoque prælium contrà atque superiora esse casurum sperandũ est. Absurdum enim id foret, quin potiùs fieri omnino non potest, vt in leuioribus præliis quum pari numero concurrimus, superiores vtplurimum euadamus: instructis verò omnibus copiis, quum duplo hostium numerum superemus, tamen ab his prælio vincamur. Quamobrem quum quæ ad victoriam conducunt cætera tam bene sint prouisa, nihil mihi aliud res ipsa requirere videtur, quàm animum vestrum atque alacritatem, ad quã cur vos vehementius cohorter, mea quidẽ sentẽtia nihil est. Etenim qui stipendia apud aliquos faciunt, aut qui societate deuincti, pro finitimorũ defẽsione periculũ sunt adituri, ac quibus prælii quidem ipsius alea est durissima, belli verò euentus parum eos attingit, apud hos genus istud cohortationis est necessarium: quibus autem nõ de aliena, sed de sua, de patriæ, vxorum & liberorum salute periculum est subeundum, sicuti vobis hoc tempore, (quæ verò sunt deinde euentura, ea à perpetuis periculis discrepant longissimè) ad eos non cohortatio, sed commemoratio *periculi* mihi videtur adhibenda. Etenim quotusquisque est qui pugnando victoria potiri nolit: deinde, hoc si consequi non possit, fortiter pugnando potiùs emori non optet, quàm viuus aspicere, hæc quæ dixi, in oculis suis per summam contumeliam violari & interimi? Quapropter præter hæc quæ attigi, milites, vosipsi ponite vobis ob oculos vincendi & cedendi discrimen, quæque ex his consequi assolent: itáque vos ad pugnam cõparate, quasi non de legionibus aliquot sed de rerũ summa Respub. decernat. Etenim quid est quod ad ea quæ cõmemoraui, possim addere? Si secus atque speramus præliũ hoc cesserit, superior hostibus esse nullo modo potest. Quicquid fiduciæ, quicquid viriũ habet, id omne vobis nititur, omnémque suæ salutis spem in virtute vestra ciuitas collocauit. Hanc illius spẽ ne fallatis videte: quin, quam gratiam atque officium patriæ debetis, exoluite: planúmque omnibus mortalibus facite, quòd clades antea à nobis acceptæ sint, non eo esse factum quòd minus sit in Romanis animi quàm in Carthaginiẽsibus, sed eorũ qui tum dimicabant imperitia esse factum, deinde occasionum ipsarum conditione.

ANNIBALIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Cruẽtum illud ad Cãnas præliũ cõmissurus Annibal cũ Æmilio & Terẽtio, quòd videbat sibi rei bene gerẽdæ esse oblatã facultatẽ, milites ad eã arripiẽdã est cohortatus, & vnũ hoc superesse præliũ ostẽdit, quo, prostratis Romanis, essẽt vniuersa Italia potituri.

Ἤρετο τί μεῖζον εὔξασθαι τοῖς θεοῖς κατὰ τοὺς παρόντας ἐδύναντο καιρούς, δοθείσης αὐτοῖς ἐξουσίας τῷ παρὰ πολὺ τῶν πολεμίων ἱπποκρατοῦντας ἐν τοιούτοις τόποις διακριθῆναι περὶ τῶν ὅλων. πάντων δὲ τὸ ῥηθὲν ἐπισημηναμένων διὰ τὴν ἐνάργειαν τοῦτο, Τοιγαροῦν, ἔφη, πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἔχετε χάριν, (ἐκεῖνοι γὰρ ἡμῖν συγκατασκευάζοντες τὴν νίκην, εἰς τοιούτους τόπους ἦγον τοὺς ἐχθρούς) δεύτερον δ' ἡμῖν, ὅτι καὶ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις συνηναγκάσαμεν· (οὐ γὰρ ἔτι δύνανται τοῦτο διαφυγεῖν) καὶ μάχεσθαι προφανῶς ἐν τοῖς ἡμετέροις προτερήμασι. τὸ δὲ παρακαλεῖν ὑμᾶς νῦν διὰ πλειόνων, εὐθαρσεῖς καὶ προθύμους εἶναι πρὸς τὸν κίνδυνον, οὐδαμῶς μοι δοκεῖ καθήκειν. ὅτε μὲν γὰρ ἀπείρως διέκεισθε τῆς πρὸς Ῥωμαίους μάχης, ἔδει τοῦτο ποιεῖν, καὶ μεθ' ὑποδειγμάτων ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς πολλοὺς διετιθέμην λόγους· ὅτε δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς τρισὶ μάχαις τηλικαύταις ἐξ ὁμολογουμένου νενικήκατε Ῥωμαίους, ποῖος ἂν ἔτι λόγος ὑμῖν ἰσχυρότερον παραστήσαι θάρσος αὐτῶν τῶν ἔργων; διὰ μὲν οὖν τῶν πρὸ τοῦ κινδύνων, κεκρατήκατε τῆς χώρας, καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἀγαθῶν, κατὰ τὰς ἡμετέρας ἐπαγγελίας, ἀψευστούντων ἡμῶν ἐν πᾶσι τοῖς πρὸς ὑμᾶς εἰρημένοις· ὁ δὲ νῦν ἀγὼν ἐνέστηκε περὶ τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἀγαθῶν· οὗ κρατήσαντες, κύριοι μὲν ἔσεσθε παραχρῆμα πάσης Ἰταλίας· ἀπαλλαγέντες δὲ τῶν νῦν πόνων, γενόμενοι συμπάσης ἐγκρατεῖς τῆς Ῥωμαίων εὐδαιμονίας, ἡγεμόνες ἅμα καὶ δεσπόται πάντων γενήσεσθε διὰ ταύτης τῆς μάχης. διόπερ οὐκ ἔτι λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐστὶν ἡ χρεία. θεῶν γὰρ βουλομένων, ὅσον οὔπω βεβαιώσειν ὑμῖν πέπεισμαι τὰς ἐπαγγελίας.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

QVAE suit quid maius orare à diis immortalibus possent eo tempore, quibus facultas data esset, quum equitatu plus multo possent quàm hostes, in iis potißimùm locis de rerum summa decernẽdi. Quum omnes propter rei illius euidẽtiam annuissent, Vos igitur, *inquit,* primùm diis gratiam habete, (illi enim hostem in ea loca deduxerunt, vobísque victoriam cõfecerunt) pòst etiam nobis, quòd simul hostem pugnare coegimus: (neque enim hanc conditionem effugere amplius possint) deinde in manifestis nostris commodis pugnare. Neque verò res mihi videtur postulare vt vos pluribus ad fortiter animoséque pugnandũ cohorter. Tum id opportunũ fuit

quum Romanæ pugnæ adhuc rudes eratis. Itaque eo ego tempore sæpe apud vos accuratéque verba feci, & præcepta tradidi. Nunc quum tribus continuis prælijs, & quidem tantis, minimè dubiam de Romanis reportaueritis victoriam, quæ tandem est oratio quæ maiores vobis addere animos possit, quàm res ipsæ? Ac superioribus quidem periculis vestris, regione ipsa, & commodis quæ ex ea percipi possunt, potiti estis, sicuti ego fore spoponderam, veréque illud, vt cætera omnia, dixeram: hoc verò certamen quod instat, de vrbibus ipsis propositum est, déque earum fortunis omnibus. quo vno si victores eritis, extemplò erit in potestate vestra omnis Italia. Deinde verò his laboribus omnibus perfuncti, & Romanorum bonis omnibus potiti, omnia imperio & ditioni vestræ hoc vno prælio subiicietis. Itaque hoc tempus res postulat non verba. mox enim, diis volentibus, vobis promissa mea omnia repræsentabo.

Ex libro nono.

CHLAENEAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Indixerant bellum Romani Philippo Macedoni, sociósque Ætolos sibi adiunxerant. A Philippo stabāt aliquot Græciæ populi, in his Acarnanes. Lacedæmonii adhuc erant medii. horum societatem certatim appetebant vtrique, & eos legationibus sollicitabant, Romani per Ætolos, Philippus per Acarnanes. Legati sunt ab Ætolis, Chlæneas & Cleonicus: ab Acarnanibus, Lyciscus. Intromissi dixerunt vtrique: prior, Ætolorum nomine Chlæneas: cuius hæc est oratio. Is quum, repetita aliquot Macedoniæ regum serie, docuisset semper eos Græciæ infestos fuisse, hortatus est Lacedæmonios vt se in eas partes darent quas pro Græciæ libertate susceptas esse intelligerent.

Ὅτι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, ἡ Λακεδαιμονίων δυναστεία ἀρχὴν συνέβη γεγονέναι τοῖς Ἕλλησι δουλείας, οὐδ᾽ ἄλλως εἰπεῖν οὐδένα πέπεισμαι τολμῆσαι. σκοπεῖν δ᾽ οὕτως ἔξεστιν. ἦν τι σύστημα τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἑλλήνων, οὓς ἀπῴκισαν Ἀθηναῖοι καὶ Χαλκιδεῖς, ὧν μέγιστον εἶχε πρόσχημα καὶ δύναμιν ἡ τῶν Ὀλυνθίων πόλις. ταύτην ἐξανδραποδισάμενος Φίλιππος καὶ παράδειγμα ποιήσας, οὐ μόνον τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων ἐγένετο κύριος, ἀλλὰ καὶ Θετταλοὺς ὑφ᾽ αὑτὸν ἐποιήσατο διὰ τὸν φόβον. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ μάχῃ νικήσας τοὺς Ἀθηναίους, ἐχρήσατο μεγαλοψύχως τοῖς ἀτυχήμασιν, οὐχ ὅπως Ἀθηναίους εὖ ποιήσῃ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλ᾽ ἵνα διὰ τῆς πρὸς ἐκείνους εὐεργεσίας προκαλέσηται τοὺς ἄλλους εἰς τὸ ποιεῖν ἐθελοντὴν αὐτῷ τὸ προσταττόμενον. ἦν ἔτι τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως ἀξίωμα, δοκοῦν ἂν σὺν καιρῷ προστῆναι τῶν Ἑλλήνων. τοιγαροῦν πᾶσαν ἱκανὴν ποιησάμενος πρόφασιν, ἧκε μετὰ τῶν δυνάμεων, καὶ κατέφθειρε μὲν τέμνων τὴν γῆν, κατέφθειρε δ᾽ αὐτῶν τὰς οἰκίας. τὸ δὲ τελευταῖον, ἀποτεμνόμενος καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ὑμῶν, προσένειμε τὴν μὲν Ἀργείοις, τὴν δὲ Τεγεάταις καὶ Μεγαλοπολίταις, τὴν δὲ Μεσσηνίοις, ἅπαντας βουλόμενος καὶ παρὰ τὸ προσῆκον εὐεργετεῖν, ἐφ᾽ ᾧ μόνον ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν. διεδέξατο παρ᾽ αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος. οὗτος πάλιν ὑπολαβὼν βραχύ τι τῆς Ἑλλάδος ἔναυσμα καταλείπεσθαι περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν, τίνα τρόπον αὐτὴν διέφθειρε, πάντας ὑμᾶς οἴομαι κατανοεῖν. καὶ μὴν περὶ τῶν διαδεξαμένων τούτου τὰ πράγματα, πῶς κέχρηνται τοῖς Ἕλλησι, τί με δεῖ κατὰ μέρος λέγειν; οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν ὄντων ἀπράγμων, ὃς οὐχὶ πέπεισται πῶς Ἀντίπατρος μὲν ἐν τῇ περὶ Λαμίαν μάχῃ νικήσας τοὺς Ἕλληνας, κάκιστα μὲν ἐχρήσατο τοῖς ταλαιπώροις Ἀθηναίοις, ὅμοια δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις. εἰς τοῦτο δ᾽ ὕβρεως ἦλθε καὶ παρανομίας, ὡς φυγαδοθήρας καταστήσας, ἐξέπεμψε πρὸς τὰς πόλεις ἐπὶ τοὺς ἀντειρηκότας, ἢ καθόλου λελυπηκότας τι τὴν Μακεδόνων οἰκίαν. ὧν οἱ μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν ἀγόμενοι μετὰ βίας, οἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀποσπώμενοι, μετὰ τιμωρίας ἀπέθνησκον· οἱ δὲ διαφυγόντες ἐκ πάσης ἐξενηλατοῦντο τῆς Ἑλλάδος. φύξιμον γὰρ οὐδὲν ἦν, πλὴν ἑνὸς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους. τά γε μὴν Κασσάνδρῳ καὶ Δημητρίῳ πεπραγμένα, σὺν δὲ τούτοις Ἀντιγόνῳ τῷ Γονατᾷ, τίς οὐκ οἶδε; διὰ γὰρ τὸ προσφάτως αὐτὰ γεγονέναι, τελέως ἐναργῆ συμβαίνει τὴν γνῶσιν αὐτῶν ὑπάρχειν· ὧν οἱ μὲν φρουρὰς εἰσάγοντες εἰς τὰς πόλεις, οἱ δὲ τυράννους ἐμφυτεύοντες, οὐδεμίαν πόλιν ἄμοιρον ἐποίησαν τοῦ τῆς δουλείας ὀνόματος. ἀφέμενος δὲ τούτων, ἐπάνειμι νῦν ἐπὶ τὸ τελευταῖον Ἀντιγόνου, ἵνα μὴ τὴν ἐκ τούτου πρᾶξιν ἀκάκως τινὲς ὑμῶν θεωροῦντες, ὑπόχρεοι χάριτι νομίζωσιν εἶναι Μακεδόσιν. οὔτε γὰρ Ἀχαιοὺς σῴζειν προαιρούμενος Ἀντίγονος ἐπανείλετο τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, οὔτε τῇ Κλεομένους τυραννίδι δυσαρεστούμενος, ἵνα Λακεδαιμονίους ἐλευθερώσῃ (καὶ λίαν γὰρ ὅ γε τοιοῦτος ἐστὶ τρόπος εὐήθης, εἴ τις ἄρα ταύτην ὑμῶν ἔχει τὴν διάληψιν) ἀλλ᾽ ὁρῶν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν ἐσομένην, ἐὰν ὑμεῖς τὴν Πελοποννησίων ἀρχὴν κατακτήσησθε, πρὸς δὲ τούτῳ βλέπων εὖ πεφυκότα τὸν Κλεομένην καὶ τὴν τύχην ὑμῖν λαμπρῶς συνεργοῦσαν, ἅμα φοβηθεὶς καὶ φθονήσας παρῆν, οὐ Πελοποννησίοις βοηθήσων, ἀλλὰ τὰς ὑμετέρας ἐλπίδας ἀφελόμενος, καὶ τὴν ὑμετέραν ὑπεροχὴν ταπεινώσων. διόπερ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀγαπᾶν ὀφείλετε Μακεδόνας ὅτι κυριεύσαντες τῆς πόλεως οὐ διήρπασαν, ἐφ᾽ ὅσον ἐχθροὺς νομίζειν καὶ μισεῖν, ὅτι δυναμένους ὑμᾶς ἡγεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος, πλεονάκις ἤδη κεκωλύκασι. περί γε μὴν τῆς Φιλίππου παρανομίας τίς χρεία πλείω λέγειν; τῆς μὲν γὰρ εἰς τὸ θεῖον ἀσεβείας ἱκανὸν ὑπόδειγμα περὶ τοὺς ἐν Θέρμῳ ναοὺς αἱ ὕβρεις· τῆς δ᾽ εἰς τοὺς ἀνθρώπους ὠμότητος, ἡ περὶ τοὺς Μεσσηνίους ἀθεσία καὶ παρασπόνδησις. Αἰτωλοὶ γὰρ μόνοι μὲν τῶν Ἑλλήνων ἀντωφθάλμησαν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδίκως ἀκληρούντων ἀσφαλείας, μόνοι δὲ πρὸς Βρέννου καὶ τῶν ἅμα τούτῳ βαρβάρων ἔφοδον ἀντέστησαν· μόνοι δὲ καλούμενοι συνηγωνίζοντο, βουλόμενοι τὴν πάτριον ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν συγκατασκευάζειν. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. περὶ δὲ τοῦ νῦν ἐν-

σῶντος διαβουλίου γράφειν μὲν καὶ χειροτονεῖν ἀναγκαῖόν πως ἐστὶν, ὡς περὶ πολέμου βουλευομένοις, τῇ μέντοι γε ἀληθείᾳ μὴ νομίζειν τοῦτον εἶναι πόλεμον. Ἀχαιοὺς μὲν γὰρ οὐχ οἷόν τε δεῖν ἡττωμένους βλάπτειν ὑμῶν τὴν χώραν, μεγάλην δὲ χάριν ἕξειν αὐτοὺς ὑπολαμβάνω τοῖς θεοῖς, ἐὰν δυνῶνται τὴν ἰδίαν τηρεῖν, ἐπειδὰν αὐτοῖς ὁ πόλεμος ὑπ' Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συμμαχίαν, ἅμα δὲ τούτοις ὑφ' ἡμῶν περισταθῇ. Φίλιππον δ' ἐνταῦθα πέπεισμαι λήξειν τῆς ὁρμῆς, κατὰ μὲν γῆν ὑπ' Αἰτωλῶν πολεμούμενον, κατὰ δὲ θάλατταν ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου. λίαν δ' εὐμαρῶς ἐστι συλλογίσασθαι τὸ μέλλον ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων. εἰ γὰρ πρὸς μόνους Αἰτωλοὺς πολεμῶν, μηδέποτε δυνατὸς ἦν χειρώσασθαι τούτους, ἤπου συμβεβηκότων, ἀξιόχρεως ἂν εἴη πρὸς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· χάριν τοῦ γνῶναι πάντας ὑμᾶς, διότι καὶ μὴ προεισδεδεμένους, ἀλλ' ἐξ ἀκεραίου βουλευομένους, μᾶλλον Αἰτωλοῖς ὑμᾶς ἢ Μακεδόσιν ἐχρῆν συμμαχεῖν. ἂν δὲ καὶ προκατέχησθε καὶ προδιειλήφατε περὶ τούτων, τίς ἔτι καταλείπεται λόγος; εἰ γὰρ συνέσθε τὴν νῦν ὑπάρχουσαν ὑμῖν πρὸς ἡμᾶς συμμαχίαν πρότερον τῶν ὑπ' Ἀντιγόνου γεγονότων εἰς ὑμᾶς εὐεργετημάτων, ἴσως ἦν εἰκὸς διαπορεῖν εἰ δέον ἐστὶ τοῖς ἐπιγεγονόσιν εἴκοντας, παριδεῖν τι τῶν πρότερον ὑπαρχόντων. ἐπεὶ δὲ συντετελεσμένης ὑπ' Ἀντιγόνου τῆς πολυθρυλλήτου ταύτης ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας, εἰσὶν οἳ τούτων ἕκαστον ἡμῖν ὀνειδίζουσι· μετὰ δὲ ταῦτα βουλευόμενοι καὶ πολλάκις ἑαυτοῖς δόντες λόγον ποτέροις ὑμᾶς δεῖ κοινωνεῖν πραγμάτων, Αἰτωλοῖς ἢ Μακεδόσιν, εἵλεσθε μετέχειν ἐν πολλοῖς οἷς ἐδώκατε περὶ τούτων πίστεις καὶ ἐλάβετε παρ' ἡμῶν, καὶ συμπεπολεμήκατε τὸν προσφάτως συστάντα πόλεμον ἡμῖν πρὸς Μακεδόνας· τίς ἔτι δύναται περὶ τούτων εἰκότως ἐπαπορεῖν; τὰ μὲν γὰρ πρὸς Ἀντίγονον καὶ Φίλιππον ὑμῖν ὑπάρχοντα φιλάνθρωπα παρεγράφη. τὸ δὲ λοιπὸν ἢ δι' Αἰτωλῶν ἀδίκημά τι δεῖ με μετὰ ταῦτα γεγονὸς εἰς ὑμᾶς δεικνύειν, ἢ διὰ Μακεδόνων εὐεργεσίαν; ἢ, μηδ' ἑτέρου τούτων ἐπιγεγονότος, πῶς, οἷς πρότερον ἐξ ἀκεραίου βουλευόμενοι δικαίως οὐ προσέχεσθε, τούτων, τὸν νῦν ἐντραπέντες, ἀνασκευάζειν μέλλετε συνθήκας, ὅρκους, τὰς μεγίστας πίστεις παρ' ἀνθρώποις;

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

NEminem esse puto, Lacedæmonii, qui illud negare audeat, principatū Lacedæmoniorū, initium seruitutis Græcis attulisse. quod vel ita cognoscamus licet. Erat quoddā veluti corpus Græcorū in Thracia ex iis coloniis quæ ab Atheniēsibus & Chalcidensibus deductæ sunt, quarū dignitate & potētia facilè princeps erat Olynthus. Hanc quum subegisset Philippus, & in eam suæ crudelitatis exempla edidisset, non modò Thraciæ vrbibus vniuersis est potitus, verùm etiā Thessalos perterrefactos ditionis suæ fecit. Nec ita multo pòst Atheniēsibus prælio superatis, rebus secūdis moderatè est vsus, nō quò de Atheniēsibus benè mereri vellet, (à qua volūtate longissimè aberat) sed vt hac benignitate, qua erga eos esset vsus, alios ad imperata libenter faciēda impelleret. Relinquebatur sola ciuitas vestra, quę quia dignitate antecedebat, videbatur, si occasio oblata esset, se Græcis omnib⁹ ducē præbitura. Itaq; quæsitis maximis quibusque occasionibus, cū copiis venit, ac populationibus agrū vestrū vastauit, agrestiúmque domos subuertit. Ad extremū verò, vrbes & agrū vestrū populatus, illius partē Achiuis, partē Tegeatibus & Megalopolitanis, partē verò aliā Messeniis attribuit, omnes illos (quibus tamē nihil debebat) ab se donatos cupiēs, tantùm vobis vt noceret. Huius imperio successit Alexāder. atq; hic quū exiguā Gręcię gloriā Thebarū euersione vellet relinquere, quomodo illā exciderit vos omnes arbitror memoria tenere. Iā de iis qui huius imperiū susceperunt, quemadmodū ab iis Græci sint accepti, quid me attinet sigillatim dicere? Nemo enim credo hîc est adeo à rebus cōmunibus remotus, quin audiuerit quomodo Antipater parta de Græcis apud Lamiā victoria, in Atheniēses itémq; in Græcos alios sæuierit. Eò autē insolētiæ & improbitatis deuenit, vt collocatis qui profugos insectarētur, dimiserit in ciuitates ad eos persequēdos qui vel illius volūtati restitissent, vel omnino de Macedonū dignitate detraxissent: quorū partim è fanis vi ad suppliciū rapiebātur, partim ex aris auulsi inter cruciatus emoriebantur: qui autē effugerāt, Græcia vniuersa exterminabātur. Perfugii enim nullus locus patebat, excepta vna AEtolorū gente. Nā quæ Cassander, quæ Demetrius, & qui his adiūgendus est Antigonus Gonata, perpetrarūt, quē tandē fugiunt? Quia enim isti fuerūt recētiores, fit vt certissima habeatur rerū ab iis gestarū cognitio. Horū alii immittēdis in vrbes præsidiis, alii tyrānis cōstituendis & quasi inserendis, nullā Græciæ ciuitatē immunē à seruitutis nomine reliquerūt. At hæc missa facio, & ad illud venio quod Antigonus postremum designauit: nequi fortè sint de vobis, qui, quia meū de hac re cōsiliū nimia cū simplicitate cōsiderēt, se Macedonū beneficiis deuinctos esse arbitrentur. Neq; enim suscepit contra vos bellum Antigonus, salutē Achæorū quærens, nec tyrannidi Cleomenis infensus, vt Lacedæmonios in libertatē assereret: (enimuero nimis etiā stolidus est, siquis ita existimat)

Sed quum videret non posse domesticum suum imperium satis tutò à se obtineri, si penes vos esset Peloponnesi principatus, & quòd præclaram quandam in Cleomene indolem videbat, vobis verò insigniter aspirare fortunam, simul metu & liuore agitatus, venit non ad ferendas Peloponnesiis suppetias, sed ad spes vestras præcidendas, vestrámque dignitatem affligendam. Quapropter nihil est quod Macedonibus tantam vos debere gratiam arbitremini, à quibus ciuitas seruitute oppressa est & direpta. Quo nomine in hostium numero sunt habendi, & odio prosequendi, quòd vobis, quibus principatus totius Græciæ tenendi facultas data erat, sæpius iam obstiterunt. Iam quæ Philippi sit iniquitas, quid pluribus dici attinet? Nam illius impietatē in deos satis probant quæ de violatis ab eo Thermi fanis demonstraui. Crudelitatem verò, quam in homines exprompsit, testatur perfidia in Messenios, & violatæ fœderis cōditiones. Soli enim inter Græcos AEtoli sese in Antipatrum conuerterunt, eósq; qui per summam iniuriam bonis euertebantur, vindicarunt: soli impetum Brenni, barbarorúmque qui eum sequebantur, represserunt: soli, vocati, auxilio fuerunt, & vobis proprium & innatum huic populo Græciæ principatum comparare voluerunt. Atque de his hactenus. De eo verò quod in hanc deliberationem cadit, ita censeo: de eo ita vobis ad populum ferendum, itáque decernendum necessariò quodammodo est, quasi de bello cōsilium capiatur: re autem vera minimè hoc vobis bellum esse iudicandum est. Neque enim poterunt Achæi, victi præsertim, agro vestro infesti esse: quin magnam esse habituros diis immortalibus gratiam arbitror, si suum incolumem obtinere possint; quum ab Eleis & Messeniis, societatis vestræ nomine, & à vobis cum illis coniunctis bello prementur. Atque his confido repressum iri Philippi impetum, si quidem terra ab AEtolis oppugnabitur, mari verò, à Romanis & rege Attalo. Cæterùm facilis est futurorum ex præteritis coniectura. Nam si quo tempore illi cum solis AEtolis bellum erat, nūquam tamen expugnare eos potuit, an verò putamus, quum illi bellum cōiunxerint, tātum impetum posse ab eo sustineri? Atque hæc de re quam initiò proposui, à me dicta sint, vt omnes intelligatis quamobrem, quū nullo fœdere alligati, sed quum adhuc in integro res est, deliberatis, AEtolorū societatē Macedonicæ anteponere debeatis. Quòd si anticipatas & præiudicatas de re ea habetis sententias, quid est quod in eam sententiā præterea dici possit? Etenim si hâc belli societatem nobiscum iniissetis antequam vllis Antigoni meritis essetis prouocati, non iniuria fortasse dubitaretis essétne hoc recentibus meritis tribuendum, vt propter ea nihili fierent superiora: at quum post cōfectam ab Antigono decantatam illam libertatem & salutem non desint qui vnumquodque ex illis vobis probro vertāt: pòst verò, re in deliberationem adducta, & sæpe vobiscum ratione inita, vtris potius partibus vos adiūgeretis, AEtolis an Macedonicis, nos è multis elegeritis quibuscum vos coniungeretis, dederitísque fidem eius societatis, vicissim q; à nobis acceperitis, & belli nuper in Macedones concitati participes fueritis, quam præterea habere potest res illa dubitationem? Nam quæ à vobis in Antigonum & Philippū merita profecta sunt, ea omnia sunt obliterata. Quod autem reliquum est, quid me attineat aut aliquod AEtolorum in vos delictū proferre, aut Macedonum beneficium, aut neutrum horum docere extitisse? Quos igitur integro & incorrupto consilio vsi repudiastis, eorúmne nunc præpostero iudicio fœdus & iusiurandum, (quo nihil est inter homines ad fidem astringendam grauius) repetetis?

LYCISCI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum Chlæneas perorasset, excepit eius orationem Acarnan Lyciscus, dixitque aduersus ea omnia quæ ab illo erant in Macedones coniecta, & ea diluere est conatus: cōtráque, merita regum Macedoniæ in Græcos opposuit. semper enim eos ita de Græcis meritos vt barbarorū conatus vel propulsarint vel vlti sint, etiámq; propulsent, quum Romanos Græciæ imperium affectantes arcere conentur. Ad extremum, dignum esse Macedonem demonstrat, cuius societatem Lacedæmonii barbaris & paucis Græcorum anteponant.

ΗΜεῖς, ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, παρεγενόμεθα μὲν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων ἀπεσταλμένοι πρὸς ὑμᾶς· μετέχοντες δὲ σχεδὸν ἀεὶ τοῖς Μακεδόσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, καὶ τὴν πρεσβείαν ταύτην κοινὴν ὑπολαμβά-

γονέναι ἡμῖν ὑπάρχειν καὶ Μακεδόσιν. ὥσπερ γὰρ καὶ κατὰ τοὺς κινδύνους διὰ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὸ μέγεθος τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἐμπεριέχεσθαι συμβαίνει διὰ τὴν ἡμετέραν ἀσφάλειαν ἐν ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς, οὕτω καὶ κατὰ τοὺς πρεσβευτικοὺς ἀγῶνας ἐμπεριέχεσθαι τὸ τῶν Ἀκαρνάνων συμφέρον ἐν τοῖς Μακεδόνων δικαίοις. διόπερ οὐ δεῖ θαυμάζειν ὑμᾶς ἐὰν τὸν πλείω λόγον ὑπὲρ Φιλίππου ποιώμεθα καὶ Μακεδόνων. Χλαινέας τοιγαροῦν, καταστρέφων τὴν δημηγορίαν, ἀπότομόν τινα συγκεφαλαίωσιν ἐποιήσατο τῶν ὑπαρχόντων πρὸς ὑμᾶς δικαίων. ἔφη γάρ, εἰ μὲν ἐπιγέγονέ τι μετὰ τὸ θέσθαι τὴν συμμαχίαν ὑμᾶς τὴν πρὸς τούτους ἤτοι βλαβερὸν καὶ δυσχερὲς ὑπ' Αἰτωλῶν, ἢ καὶ νὴ Δία φιλάνθρωπον ὑπὸ Μακεδόνων, εἰκότως ἂν καὶ τὸ νῦν διαβούλιον ἐξ ἀκεραίου σκέψεως τυγχάνειν· εἰ δέ, μηδενὸς ἐπιγεγονότος τοιούτου, τὰ κατ' Ἀντίγονον προφερόμενοι τὰ πρότερον ὑφ' ὑμῶν δεδοκιμασμένα, πεπείσμεθα νῦν ἡμεῖς ἀνασκευάζειν ὅρκους καὶ συνθήκας, εὐηθεστάτους πάντων ὑμᾶς ὑπάρχειν. ἐγὼ δ' εἰ μὲν μηδὲν ἐπιγέγονε κατὰ τὸν τούτου λόγον, μένει δὲ τὰ πράγματα τοιαῦτα τοῖς Ἕλλησιν οἷα πρότερον ἦν ὅτε πρὸς αὐτοὺς Αἰτωλοὺς ἐποιεῖσθε τὴν συμμαχίαν, ὁμολογῶ πάντων εὐηθεστάτους ὑπάρχειν, καὶ ματαίοις μέλλειν διατίθεσθαι λόγοις· εἰ δὲ τὴν ἐναντίαν ἔσχηκε διάθεσιν, ὡς ἐγὼ σαφῶς δείξω προϊόντος τοῦ λόγου, καὶ λίαν ἐμὲ μὲν οἴομαι φανήσεσθαί τι λέγειν ὑμῖν τῶν συμφερόντων, Χλαινέαν δ' ἀγνοεῖν. παραγινόμεθα μὲν οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου, πεπεισμένοι δεῖν ὑμᾶς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι διότι καὶ πρέπον ὑμῖν ἐστι καὶ συμφέρον, εἰ μὲν δυνατὸν ἀκούσαντας τῆς ἐπιφερομένης τοῖς Ἕλλησι περιστάσεως, καλόν τι βουλεύσασθαι καὶ πρέπον ἑαυτοῖς, μετασχόντας ἡμῖν τῶν ἐλπίδων· εἰ δὲ μή, τούτων τὴν ἡσυχίαν ἔχειν κατὰ τὸ παρόν. ἐπεὶ δ' ἀνέκαθεν οὗτοι κατηγορεῖν ἐτόλμησαν τῆς Μακεδόνων οἰκίας, ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ πρότερον ὑπὲρ τούτων βραχέα διαλεχθέντας, ἀφελέσθαι τὴν ἄγνοιαν τῶν πεπιστευκότων τοῖς εἰρημένοις. ἔφη τοιγαροῦν Χλαινέας Φίλιππον τὸν Ἀμύντου διὰ τῆς Ὀλυνθίων ἀτυχίας κύριον γενέσθαι Θετταλίας. ἐγὼ δὲ διὰ Φίλιππον οὐ μόνον Θετταλοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας ὑπολαμβάνω σεσῶσθαι. καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ὁ Νόμαρχος καὶ Φιλόμαλος καταλαβόμενοι Δελφοὺς, ἀσεβῶς καὶ παρανόμως ἐγένοντο κύριοι τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων, τότε τίς ὑμῶν οὐκ οἶδε διότι τηλικαύτην συνεστήσαντο δύναμιν, πρὸς ἣν οὐδεὶς ἔτι τῶν Ἑλλήνων ἀντοφθαλμεῖν δυνατὸς ἦν; ἀλλ' ἐκινδύνευον ἅμα ταῖς εἰς τὸ θεῖον ἀσεβείαις, καὶ τῆς Ἑλλάδος γενέσθαι κύριοι πάσης. ἐν οἷς καιροῖς Φίλιππος ἐθελοντὴν αὑτὸν ἐπιδοὺς, ἐπανεῖλε μὲν τοὺς τυράννους, ἠσφαλίσατο δὲ τὰ κατὰ τὸ ἱερόν· αἴτιος δ' ἐγένετο τοῖς Ἕλλησι τῆς ἐλευθερίας, ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα μεμαρτύρηκε καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις. οὐ γὰρ ὡς ἠδικηκότα Φίλιππον Θετταλοὺς, καθάπερ οὗτος ἐτόλμα λέγειν, ἀλλ' ὡς εὐεργέτην ὄντα τῆς Ἑλλάδος, καὶ κατὰ γῆν αὐτὸν ἡγεμόνα καὶ κατὰ θάλατταν εἵλοντο πάντες. οὗ πρότερον ἀνθρώπων οὐδεὶς ἔτυχε νὴ Δία, ἀλλὰ παρεγένετο μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Λακωνικὴν, οὐ κατά γε τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν, ὡς ὑμεῖς ἴστε· καλούμενος δὲ καὶ πολλάκις ὀνομαζόμενος ὑπὸ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ φίλων καὶ συμμάχων, μόλις αὑτὸν ἐπέδωκε. καὶ παραγενόμενος, πῶς τοῖς πράγμασιν ἐχρήσατο ὦ Χλαινέα σκόπει. δυνάμενος γὰρ συγχρήσασθαι ταῖς τῶν ἀστυγειτόνων ὁρμαῖς πρός τε τὴν τῆς χώρας τῆς τούτων καταφθορὰν, καὶ τὴν τῆς πόλεως ταπείνωσιν, καὶ τοῦτο πρᾶξαι μετὰ τῆς μεγίστης χάριτος, ἐπὶ μὲν τὴν τοιαύτην αἵρεσιν οὐδαμῶς αὑτὸν ἐνέδωκε· καταπληξάμενος δὲ κἀκείνους, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι διὰ λόγου, τὴν ἐξαγωγὴν ἀμφοτέροις ἠνάγκασε ποιήσασθαι περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, οὐχ αὑτὸν ἀποδείξας κριτὴν ὑπὲρ τῶν ἀντιλεγομένων, ἀλλὰ κοινὸν ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων καθίσας κριτήριον. ἄξιόν γε τὸ γεγονὸς ὀνείδους καὶ προσφορᾶς; πάλιν, Ἀλεξάνδρῳ διότι μὲν ἀδικεῖσθαι δόξας τὴν Θηβαίων πόλιν ἐκόλασε, τοῦτο πικρῶς ὀνειδίσας, ὅτι δὲ τιμωρίαν ἔλαβε παρὰ τῶν Περσῶν ὑπὲρ τῆς εἰς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας ὕβρεως, οὐκ ἐποιήσατο μνήμην, οὐδὲ διότι μεγάλων κακῶν κοινῇ πάντας ὑμᾶς ἔλυσε, καταδουλωσάμενος τοὺς βαρβάρους, καὶ παρελόμενος αὐτῶν τὰς χορηγίας αἷς ἐκεῖνοι χρώμενοι κατέφθειραν τοὺς Ἕλληνας, ποτὲ μὲν Ἀθηναίους καὶ τοὺς τούτων προγόνους ἀγωνοθετοῦντες καὶ συμβάλλοντες, ποτὲ δὲ Θηβαίους· καὶ τέλος, ὑπήκοον ἐποίησε τὴν Ἀσίαν τοῖς Ἕλλησι. περὶ δὲ τῶν διαδεξαμένων πῶς καὶ τολμᾶτε μνημονεύειν; ἐκεῖνοι γὰρ κατὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις, οἷς μὲν ἀγαθῶν, οἷς δὲ κακῶν ἐγίγνοντο παραίτιοι πολλάκις, περὶ ὧν τοῖς μὲν ἄλλοις ἴσως ἂν ἐξείη μνησικακεῖν, ὑμῖν δ' οὐδαμῶς καθήκει τοῦτο ποιεῖν, τοῖς ἀγαθοῦ μὲν μηδενὶ μηδενὸς παραιτίοις γεγονόσι, κακῶν δὲ πολλῶν καὶ πολλάκις. ἐπεὶ τίνες οἱ τὸν Ἀντίγονον εἰσὶ τὸν Δημητρίου παρακαλέσαντες ἐπὶ διαιρέσει τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους; τίνες δ' οἱ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην ὅρκους ποιησάμενοι καὶ συνθήκας ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ μερισμῷ τῆς Ἀκαρνανίας; οὐχ ὑμεῖς; τίνες δὲ κατὰ κοινὸν τοιούτους ἡγεμόνας ἐξέπεμψαν οἵους ὑμεῖς; οἵ γε καὶ τοῖς ἀσύλοις ἱεροῖς ἐτόλμησαν προσάγειν τὰς χεῖρας, ὡς Τίμαιος μὲν τότε ἐπὶ Ταινάρῳ τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ τὸ ἐν Λουσσοῖς ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐσύλησε. Φάρυκος δὲ καὶ Πολύκριτος, ὁ μὲν τὸ τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει τέμενος, ὁ δὲ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἐν Μαντινείᾳ διήρπασε. τί δὲ Λάτταβος καὶ Νικόστρατος; οὐ τὴν τῶν Παμβοιωτίων πανήγυριν, εἰρήνης οὔσης, παρεσπόνδησαν, Σκυθῶν ἔργα καὶ Γαλατῶν ἐπιτελοῦντες; ὧν οὐδὲν πέπρακται τοῖς διαδεξαμένοις. καὶ πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπολογηθῆναι δυνάμενοι, σεμνύνεσθε διότι τὴν ἐπὶ Δελφοὺς ἔφοδον τῶν βαρβάρων ὑπέστητε, καὶ φατὲ δεῖν διὰ ταῦτα χάριν ἔχειν ὑμῖν τοὺς Ἕλληνας. ἀλλ' εἰ διὰ μίαν ταύτην χρείαν Αἰτωλοῖς χάρις ὀφείλεται, τίνος καὶ πηλίκης δεῖ τιμῆς ἀξιοῦσθαι Μακεδόνας, οἳ τὸν πλείω τοῦ βίου χρόνον οὐ παύονται διαγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς βαρβάρους ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀσφαλείας; ὅτι γὰρ ἀεί ποτ' ἂν ἐν μεγάλοις ἦν κινδύνοις τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας, εἰ μὴ Μακεδόνας εἴχομεν πρόφραγμα, καὶ τὰς παρὰ τούτοις βασιλέων φιλοτιμίας, τίς οὐ γινώσκει; μέγιστον δὲ τούτου σημεῖον· ἅμα γὰρ τῷ Γαλάτας καταφρονῆσαι Μακεδόνων, νικήσαντας Πτολεμαῖον τὸν Κεραυνὸν ἐπικαλούμενον, εὐθέως καταγνόντες τῶν ἄλλων, ἧκον οἱ περὶ Βρέννον εἰς μέσην τὴν Ἑλλάδα μετὰ τῆς δυνάμεως· ὃ πολλάκις ἂν συνέβαινε γίγνεσθαι, μὴ προκαθημένων Μακεδόνων. οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν γεγονότων ἔχων πολλὰ λέγειν, ἀρκεῖν ἡγοῦμαι· τῶν δὲ Φιλίππῳ πεπραγμένων εἰς ἀσέβειαν ὀνειδίζει τὴν τοῦ ναοῦ καταφθορὰν, οὐ προσθέντες τὴν αὑτῶν ὕβριν καὶ παρανομίαν, ἣν ἐπετελέσαντο περὶ τοὺς ἐν Δίῳ καὶ Δωδώνῃ ναοὺς, καὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν. ἐχρῆν δὲ λέγειν τοῦτο πρῶτον· ὑμεῖς δ', ἃ μὲν ἐπάθετε, τούτοις ἐξηγήσασθε, μείζω ποιοῦντες τῶν γεγονότων· ἃ δ' ἐποιήσατε πρότεροι πολλαπλάσια γεγονότα, παρεσιωπήσατε, σαφῶς εἰδότες ὅτι τὰς ἀδικίας καὶ ζημίας ἅπαντες οὐ τοῖς ἄρξασι χειρῶν ἀδίκων ἐπιφέρουσι. περὶ δὲ τῶν κατ' Ἀντίγονον ἕως τούτου βούλομαι ποιήσασθαι τὴν μνήμην, ἕως τοῦ μὴ δόξαι καταφρονεῖν τῶν γεγονότων, μηδ' ἐν παρέργῳ τίθεσθαι τὴν τηλικαύτην πρᾶξιν. ἔγωγ' εὐεργεσίαν μείζω τῆς ὑπ' Ἀντιγόνου γεγενημένης εἰς ὑμᾶς, οὐδ' ἱστορεῖσθαι

μείζω. δοκεῖ γάρ ἔμοιγε μηδ' ὑπερβολὴν ἐπιδέχεσθαι τὸ γεγονός. γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τούτων. ἐπολέμησε πρὸς ὑμᾶς Ἀντίγονος· καὶ μετὰ ταῦτα παραταξάμενος, ἐνίκησε διὰ τῶν ὅπλων. ἐγένετο κύριος τῆς χώρας ἅμα καὶ τῆς πόλεως· ὤφειλε ποιεῖν τὰ τοῦ πολέμου. τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πρᾶξαί τι καθ' ὑμῶν δεινὸν, ὡς πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκβαλὼν τὸν τύραννον, καὶ τοὺς νόμους καὶ τὸ πάτριον ὑμῖν ἀποκατέστησε πολίτευμα. ἀνθ' ὧν ὑμεῖς ἐν ταῖς κοιναῖς πανηγύρεσι μάρτυρας ποιησάμενοι τοὺς Ἕλληνας, εὐεργέτην ἑαυτῶν καὶ σωτῆρα τὸν Ἀντίγονον ἀνεκηρύξατε. τί οὖν ἐχρῆν ποιεῖν ὑμᾶς; ἐρῶ γὰρ τὸ φαινόμενον, ἄνδρες· ὑμεῖς δ' ἀνέξεσθε. ποιήσω γὰρ τοῦτο νῦν, οὐκ ἀπροσλόγως ὀνειδίσαι βουλόμενος ὑμῖν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων περιστάσεως ἀναγκαζόμενος ἐπὶ τῷ κοινῇ συμφέροντι. τί δὴ μέλλω λέγειν; ὅτι καὶ κατὰ τὸν προγεγονότα πόλεμον οὐκ Αἰτωλοῖς, ἀλλὰ Μακεδόσιν ἔδει συμμαχεῖν ὑμᾶς, καὶ νῦν παρακαλουμένους, Φιλίππῳ μᾶλλον ἢ τούτοις ἑαυτοὺς προσνέμειν. νὴ Δί', ἀλλὰ παραβήσεσθε τὰς συνθήκας. καὶ πότερα δεινότερον ἂν ποιήσετε, τὰ καὶ ἰδίαν πρὸς Αἰτωλοὺς ὑμῖν συγκείμενα δίκαια παριδόντες, ἢ τὰ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον ἐν στήλῃ γεγονότα καὶ καθιερωμένα; πῶς δὲ τούτοις ἀθετεῖν εὐλαβεῖσθε παρ' ὧν οὐδεμίαν προειλήφατε χάριν; Φίλιππον δὲ καὶ Μακεδόνας οὐκ ἐντρέπεσθε, δι' οὓς ἔχετε καὶ τὸ νῦν βουλεύεσθαι τὴν ἐξουσίαν; ἢ τὸ μὲν τοῖς φίλοις τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκαῖον ἡγεῖσθε· καὶ μὴν οὐχ οὕτως ὅσιόν ἐστι τὸ τὰς ἐγγράπτους πίστεις βεβαιοῦν, ὡς ἀνόσιον τὸ τοῖς σώμασι πολεμεῖν· ὃ νῦν Αἰτωλοὶ πάρεισιν ὑμᾶς ἀξιοῦντες. οὐ μὴν ἀλλ' εἰρήσθω μέν μοι ταῦτα, κρινέσθω δὲ παρὰ τοῖς φιλοτιμότερον διακειμένοις, ἐκτὸς εἶναι τῶν ἐνεστώτων. ἐπὶ δὲ τὸ συνέχον ὡς ὑπόφασιν ἐπάνειμι. τοῦτο δ' ἦν, εἰ μὲν ὅμοια εἴη τὰ πράγματα νῦν, καὶ καθ' οὓς καιροὺς ἐποιεῖσθε τὴν πρὸς τούτους συμμαχίαν, διότι δεῖ μένειν καὶ τὴν ὑμετέραν αἵρεσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων (ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχαῖς ἦν)· εἰ δ' ὁλοσχερῶς ἠλλοίωται, διότι δίκαιόν ἐστι καὶ νῦν ὑμᾶς ἐξ ἀκεραίου βουλεύεσθαι περὶ τῶν παρακελευομένων. ἐρωτῶ τοιγαροῦν ὑμᾶς, ὦ Κλεόνικε καὶ Χλαινέα, τίνας ἔχοντες συμμάχους τότε, παρεκαλεῖτε τούτους εἰς τὴν κοινοπραγίαν; ἆρ' οὐ πάντας Ἕλληνας; τίσι δὲ νῦν κοινωνεῖτε τῶν ἐλπίδων, ἢ πρὸς ποίαν παρακαλεῖτε τούτους συμμαχίαν; ἆρ' οὐ πρὸς τὴν τῶν βαρβάρων; ὅμοιά γε δοκεῖ τὰ πράγματα ὑμῖν ὑπάρχειν νῦν καὶ πρότερον, ἀλλ' οὐ τἀναντία. τότε μὲν γὰρ ὑπὲρ ἡγεμονίας καὶ δόξης ἐφιλοτιμεῖσθε πρὸς Ἀχαιοὺς, καὶ Μακεδόνας ὁμοφύλους, καὶ τὸν τούτων ἡγεμόνα Φίλιππον. νῦν δὲ περὶ δουλείας ἐνίσταται πόλεμος τοῖς Ἕλλησι πρὸς ἀλλοφύλους ἀνθρώπους, οὓς ὑμεῖς δοκεῖτε μὲν ἐπισπᾶσθαι κατὰ Φιλίππου, λελήθατε δὲ κατὰ σφῶν αὐτῶν ἐπισπασάμενοι καὶ κατὰ πάσης Ἑλλάδος. ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ τὰς πολεμικὰς περιστάσεις, βαρυτέρας ἐπαγόμενοι φυλακὰς εἰς τὰς πόλεις τῆς αὐτῶν δυνάμεως, χάριν τῆς ἀσφαλείας, ἅμα τὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀποτρίβονται φόβον, καὶ ποιοῦσιν ὑποχειρίους σφᾶς αὐτοὺς ταῖς τῶν φίλων ἐξουσίαις· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν Αἰτωλοὶ διανοοῦνται. βουλόμενοι γὰρ περιγενέσθαι Φιλίππου, καὶ ταπεινῶσαι Μακεδόνας, λελήθασιν αὑτοῖς ἐπισπασάμενοι τηλικοῦτο νέφος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, ὃ κατὰ μὲν τὸ παρὸν ἴσως πρώτοις ἐπισκοτήσει Μακεδόσι, κατὰ δὲ τὸ συνεχὲς, πᾶσι ἔσται τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν αἴτιον. ἅπαντας μὲν οὖν δεῖ τοὺς Ἕλληνας προϊδέσθαι τὸν ἐπιφερόμενον καιρὸν, μάλιστα δὲ Λακεδαιμονίους. ἐπεὶ τίνος χάριν ὑπολαμβάνετε τοὺς ὑμετέρους προγόνους, ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, καθ' οὓς καιροὺς ὁ Ξέρξης ἀπέστειλε πρεσβευτὴν πρὸς ὑμᾶς, ὕδωρ καὶ γῆν αἰτούμενος, ἀπώσαντας ἐς τὸ φρέαρ τὸν παραγεγονότα, καὶ προσεπιβαλόντας τῆς γῆς, κελεύειν ἀπαγγεῖλαι τῷ Ξέρξῃ διότι παρὰ Λακεδαιμονίων ἔχει τὰ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, ὕδωρ καὶ γῆν; τίνος πάλιν, ἐθελοντὶ καὶ προδήλως ἐξορμᾶν ἀποθανουμένους τοὺς περὶ Λεωνίδην; ἆρ' οὐχ ἵνα δόξωσι μὴ μόνον τῆς αὑτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας προκινδυνεύειν; ἄξιόν γε, τοιούτων ἀνδρῶν ἀπογόνους ὑπάρχοντας, κἄπειτα νῦν συμμαχίαν ποιησαμένους τοῖς βαρβάροις, στρατεύειν μετ' ἐκείνων καὶ πολεμεῖν Ἠπειρώταις, Ἀχαιοῖς, Ἀκαρνᾶσι, καὶ Βοιωτοῖς, Θετταλοῖς, σχεδὸν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι, πλὴν Αἰτωλῶν. τούτοις μὲν οὖν ἔθος ἐστὶ ταῦτα πράττειν, καὶ μηδὲν αἰσχρὸν νομίζειν, εἰ μόνον πρόσεστι τὸ πλεονεκτεῖν. οὐ μὴν ὑμῖν. καὶ τί δή ποτε προσδοκᾶν δεῖ τούτους ἀπεργασομένους, ἐπεὶ τὴν Ῥωμαίων προσειλήφασι συμμαχίαν, οἳ δὲ τῆς Ἰλλυριῶν ἐπιλαβόμενοι ῥοπῆς καὶ βοηθείας, κατὰ μὲν θάλατταν βιάζεσθαι καὶ παρασπονδεῖν ἐπεβάλοντο Πύλον, κατὰ δὲ γῆν ἐπολιόρκησαν μὲν τὴν Κλειτορίων πόλιν, ἐξηνδραποδίσαντο δὲ τὴν Κυναιθέων. καὶ πρότερον μὲν Ἀντιγόνῳ (καθάπερ ἐπάνω προεῖπον) ἐποιήσαντο συνθήκας οὗτοι περί τε τοῦ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τοῦ τῶν Ἀκαρνάνων ἔθνους. νῦν δὲ πεποίηνται πρὸς Ῥωμαίους κατὰ πάσης τῆς Ἑλλάδος. ἅ τις οὐκ ἂν πυθόμενος, ὑπίδοιτο μὲν τὴν Ῥωμαίων ἔφοδον, μισήσαι δὲ τὴν Αἰτωλῶν ἀπόνοιαν, ὅτι τοιαύτας ἐθάρρησαν ποιήσασθαι συνθήκας; ἤδη παρῄρηνται μὲν Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας καὶ Νῆσον, κατέσχον δὲ πρώτην τὴν τῶν ταλαιπώρων Ἀντικυρέων πόλιν, ἐξανδραποδισάμενοι μετὰ Ῥωμαίων αὐτήν. καὶ τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἀπάγουσι Ῥωμαῖοι, πεισόμενα δηλονότι ἅπερ εἰκός ἐστι πάσχειν τοὺς ὑπὸ τὰς τῶν ἀλλοφύλων πεσοῦσιν ἐξουσίας. τὰ δ' ἐδάφη κληρονομοῦσι τῶν ἠτυχηκότων Αἰτωλοί. καλόν γε ταύτης τῆς συμμαχίας μετασχεῖν καὶ κατὰ προαίρεσιν, ἄλλως τε Λακεδαιμονίους ὑπάρχοντας, οἵ γε Θηβαίοις τοὺς κατ' ἀνάγκην ἡσυχίαν ἄγειν βουλευσαμένους μόνους τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὴν τῶν Περσῶν ἔφοδον, ἐψηφίσαντο δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς, κρατήσαντες τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων. καλὸν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, καὶ πρέπον ὑμῖν ἐστὶ, τὸ μνησθέντας μὲν τῶν προγόνων, εὐλαβηθέντας δὲ τὴν Ῥωμαίων ἔφοδον, ὑπιδομένους δὲ τὴν Αἰτωλῶν κακοπραγίαν, τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ἐξ Ἀντιγόνου γεγονότων μνησθέντας, ἔτι καὶ νῦν μισοπονηρῆσαι καὶ τὴν μὲν Αἰτωλῶν ἀποστραφῆναι φιλίαν, Ἀχαιοῖς δὲ καὶ Μακεδόσι κοινωνῆσαι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. εἰ δ' ἄρα πρὸς τοῦτο τινὲς ἀντιπράττοιεν τῶν πλεῖον δυναμένων παρ' ὑμῖν, πρός γε τὴν ἡσυχίαν ὁρμήσατε, καὶ μὴ μετάσχητε τῆς τούτων ἀδικίας. προθυμίας γὰρ φίλων συμφορὰς μὲν γιγνομένην παρέχεσθαι χρείαν; ἐφελκομένην δὲ καὶ καθυστεροῦσαν τελέως, ἀνωφελῆ ποιεῖν τὴν ἐπικουρίαν.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

NOS Acarnanis quidem populi missu ad vos venimus, Lacedæmonii: cæterum Macedonum partes fortunamque omni tempore sequuti, & hanc ipsam legationem nobis cum Macedonibus communem arbitramur. Et quemadmo-

dum in periculis adeundis, propter Macedonum præstantiam & potentiam singularē, salutis nostræ causa, participes victoriarum cum illis fuimus: sic in legationum quoque disceptationibus, Acarnanum commodā, Macedonum causa (vt iudicamus) complexa est. Quo minus mirum vobis videri debebit, si bona orationis nostræ pars in Philippi & Macedonum rebus versabitur. Siquidē Chlæneas cōtortè dicendo, concisam quandam enumerationem fecit iuris, quod suis vobiscum intercederet. Sic enim aiebat: siqua post initam secum societatem belli esset orta in vos iniuria, seu damnum ab AEtolis, vel siquod à Macedonibus beneficium: iure vos hoc tempore esse de ea controuersia deliberaturos: sin, quum nihil eiusmodi extitisset, nos, prolatis rebus ab Antigono gestis, & de quibus vos iā antea cognouistis, adduceremus vos ad instaurāda fœdera & couentiones, omnium stolidissimos vos futuros. Ego verò, si (vt dicit ipse) nihil noui extitisset, esset autem is rerum status in Græcia qui antè erat, quum vos societatem iungebatis cum AEtolis, fateor fore vos omnium amentissimos, rationémque stultissimam inituros: sin contrà omnino se res habuerunt, vt ego reliqua oratione probaturus sum, equidem confido me, quod dicturus sum, vehementer ex vsu vestro esse probaturum: eius autem ignarum esse Chlæneam. Atque hæc ipsa est legationis nostræ causa. Ita enim adsumus vt qui certum habeamus, esse nobis ad illud ipsum probandum verba apud vos facienda. Itaque illud è re & dignitate vestra est, vt, si fieri possit, audito statu in quem Græcia deducitur, honestum & præclarum vobis decernatis aliquid, acceptis nostris partibus & fortuna: sin minus, saltem hoc tempore quiescatis. Sed quum isti ausi sint, repetita longè oratione, stirpem regum Macedoniæ insectari, me quoque necesse habere puto paucis de his disserere, vt iis error omnis eripiatur qui orationi aduersariorum fidem fortasse habuissent. Dixit igitur Chlæneas Philippum Amyntæ filium per Olynthiorum calamitatem aditum sibi ad potiundam Thessaliam patefecisse. At ego per Philippum non Thessalis modò, sed reliquis quoque Græcis omnibus salutem partam puto. Quo enim tempore Nomarchus & Philomalus, Delphis occupatis per summam impietatem & iniquitatem, Deûm opulentia omni spoliarunt, quis vestrum nescit tantas ab iis tum contractas copias, vt ne earum quidē conspectum sustinere quisquam posset? quin propius nihil factum est quam vt sacrilegiis onusti, simul Græcia omni potirētur. Quo quidem tempore Philippus sponte se obtulit, séque illius tyrannidis vindicem præbuit, periculo omni templum liberauit, Græcos vniuersos in libertatem asseruit, sicuti res ipsa (quæ deinde est consequuta) testata est. Philippum enim, non vt qui Thessalos violasset, (quod iste non est veritus dicere) sed qui de Græcia bene esset meritus, summo omnes consensu terra marique ducem crearunt. At venit cū copiis in Laconicam. Nō ille quidem spōte sua, (sicuti scitis omnes) sed accitus, & sæpe à Pelopōnesiis sociis atque amicis inclamatus, vix tandē sese dedit. Qui quum venisset, quo pacto sese gesserit attēde Chlænea. Nam quum posset finitimorum motibus ad regionis illius vastitatem & vrbis subactionem abuti, (quod quum faceret, magnam à multis gratiam iniret) nunquam ad illa cōsilia est delapsus: sed & hos & eos qui se communi commodo prospicere dicebant, increpatos iussit disceptando de controuersiis transigere, non ipse occupata iurisdictione, sed constituto totius Græciæ communi iudicio. Digna scilicet res probro & insectatione. Post verò in Alexandrum grauiter inuectus es, quòd is in Thebanos, à quibus iniuria fuerat affectus, animaduerterit. Sed quòd idem Persas vltus est totius Græciæ vexatores, mentionem nullam fecisti. sicuti illud quoque silentio præteriisti, fuisse nos omnes ab illo è summis malis liberatos, quum barbaros subegit, vectigaliaque eis eripuit, quibus subnixi Græciam vexabant: modò appetitis in præmium victoriæ & oppugnatis Atheniensibus, eorúmque maioribus, modò Thebanis: tandémque Asiam Græcis subiecit. Successorum verò illius quo ore audet mentionem facere? Illi enim, prout res & tempora ferebant, aliis commoda, aliis incommoda afferebant. Quorum temporum iniurias aliis fortasse liceat meminisse, vos profectò id minimè deceat, qui nullum vnquam commodum cuiquam conciliastis, mala autem multa & sæpe attulistis. Nam qui (quæso) illi sunt, qui ad Achæorum gētem, dirimendam Antigonū Demetrii filium sunt adhortati? Quinam qui cum Alexandro Epirota fœdera & conuentiones pacti

iiii. Z

ſunt ad Acarnaniam ſubigẽdam & diuidundam? nunquid vos fuiſtis? A quibus duces belli cõmuniter emiſſi ſunt, quales à vobis, qui manus ne à ſacroſanctis quidẽ fanis abſtinuerunt? ſicuti Timæus ille, qui Neptuni fanũ apud Tænarũ, itémq; Luſis Dianæ fanum compilauit. Sunt in eodem numero Pharycus & Polycritus, quorum hic Iunonis Argiuæ lucũ diripuit, ille Neptuni, Mantineæ. Quid de Lattabo dicam & Nicoſtrato? nónne ſolennem totius Græciæ conuentum pacis tempore violarunt, ſeſéque in Scytharum & Gallogræcorum modum geſſerunt? quorum nihil ſimile Alexandri ſucceſſores ediderunt. Et quum aduerſus hæc nihil prorſus opponere poſſitis, tamen magnificè de vobis prædicatis, quia barbarorum impetum à Delphis repuliſtis: cuius beneficii gratiam vobis dicitis à Græcis deberi. Cuius ſi meriti ſolius gratia vobis debetur, quis tandem ſatis amplus honos Macedonibus decerni poteſt, qui pro Græciæ libertate bonam vitæ partem dimicare cum barbaris non intermittunt? Quis enim eſt qui illud non intelligat, iampridem grauiſſimis periculis obſeſſam fuiſſe Græciam, niſi Macedonum præſidio ſepta fuiſſet, & niſi tanto laudis ſtudio reges eorum fuiſſent incitati? Cuius rei hoc erit grauiſſimum argumentum. nam ſimulac Galli, parta de Ptolemæo, cognomento Cerauno, victoria, Macedones deſpicatui habuerũt, reliquis pro nihilo habitis, Galli qui Brennum ducem ſequebantur, cum copiis in mediam Græciam irruperunt. quod ſæpenumero eueniſſet, niſi Macedones aditum obſediſſent. Verùm quum de rebus illorum geſtis multa habeam dicere, hæc tamen ſatis fore arbitror. Philippi verò rebus violati fani crimen intẽderunt: quo loco de iniuria & contumelia, quã apud Diũ & Dodonã templis & lucis deorũ ipſi intulerũt, verbũ nullum fecerunt. Atqui hoc dici primo loco debuit. Vos, ſi diis placet, quæ perpeſſi eſtis, apud hos conquerimini, qui tamen his perpetraſtis maiora: quæ verò vltrò feciſtis, numero multo plura, tacita præteritis: qui tamen illud non ſitis neſcii, iniuriarum eos poſtulari, & iis mulctam irrogari ſolere, à quibus initium nocendi factum ſit. Antigoni verò res eatenus commemoraſſe ſatis habebo, vt ne facta eius nihili feciſſe, & tantam virtutem in nullo numero duxiſſe videar. Equidem maius beneficium quàm quo eſtis ab Antigono affecti, commemorare aliud nullum poſſum. Sed ne ad illud quidem addi quicquã poſſe puto. Id ex hoc quod dicam intelligere quiuis poteſt: Antigonus vos oppugnauit, quum poſtea aciem contra vos inſtruxiſſet, armis vicit: agro ſimul & vrbe veſtra eſt potitus. Licebat ei iure belli vobiſcum agere: tantum autem abfuit vt vos durius acceperit, vt præterea, tyranno exacto, vobis leges & priſtinam reip. adminiſtrationem reſtituerit. Quas ob res ſolenni Græciæ celebritate, Græcos omnes teſtati, beneficum & liberatorem veſtrum promulgaſtis. Quid igitur vos facere decuit? dicam quod ſentio: vos me dicentem feretis. Faciam enim id nullo maledicendi ſtudio, ſed rerum ipſarum conditione cogente, vt communi vtilitati ſeruiatur. Quid igitur dicam? Vos & ſuperiore bello ſocietatem Macedonum potius quàm AEtolorum ſequi debuiſſe: & nunc ad eandem ſocietatem inuitatos, debere vos ad Philippũ conferre. At enim ſaluis fœderibus id fieri non poteſt. Atqui vtrũ grauius peccabitis, ſi iura negligatis, quæ priuatim cum vna AEtolorum ciuitate eſtis pacti, an ſi ea quæ in Græcorum omnium conſpectu, columnæ monimento conſignata & conſecrata ſunt? Aut cur tandem eos deſerere pertimeſcitis, à quibus nullum beneficium accepiſtis: Philippum verò & Macedones floccifacitis, per quos hanc deliberandi libertatem eſtis conſequuti? Verùm ita iudicatis eſſe vobis tribuendi amicis officii impoſitam neceſſitatem. Atqui non tam religioſè fides ſcriptis mandata ſeruatur, quàm nefariè corporibus ipſis dimicatur. id quod nunc AEtoli flagitatum vos venerunt. Sed hæc hactenus: quæ extra rem eſſe dicta iudicet ſanè qui ſeuerius de illis exiſtimabit. Ad controuerſiam ipſam venio, ſicuti illi admonent. Fuit autem hæc: Si eo loco res eſſent, quo tum erant quum ſocietatem iunxiſtis cum AEtolis, ſtandum vobis eſſe illis pactionibus: (ita enim in integro eas eſſe) ſin omnium rerum eſt facta conuerſio, æquum eſſe vt de integro deliberetis de propoſitis conditionibus. Quæro igitur de vobis Cleonice & Chlænea, quos tum hi ſocios habebant, quum eos ad commune fœdus ſollicitabatis? non Græcos omnes? Nunc autem cedo, quorum partes & fortunã ſequimini, aut ad quam ſocietatem hos vocatis? nõ ad barbarorum? Vtrum igitur vobis item ſe habere hoc tempore res videntur vt antea, an

contrario omnino modo? Tum enim temporis erat vobis de principatu & laude suscepta contentio cum Achæis, cum propinquis eorum Macedonibus, cúmque duce eorũ Philippo: hoc verò tempore proposita est Græcis de seruitute grauis dimicatio cum externis hominibus, quos videmini quidem vobis AEtoli contra Philippum acciuisse, ignoratis autem in vestram & totius Græciæ perniciem esse pertractos. Nam quod iis vsuuenit qui, grauiore bello premente, præsidia impari potestate in vrbes suas custodiendi sui causa intromittunt, simúlque hostilem metũ depellunt, simul ipsi sese amicis suis mancipant: idem illud hoc tempore AEtoli cogitant. Nam præ cupiditate Philippi superandi & subigendorum Macedonum, ignari quid facerent, adeo potẽtem hostem contra sese pertraxerunt. Itaque is, quòd ab occasu venit, in præsentia primis fortasse insidiabitur Macedonibus: progressu verò temporis, Græcis omnibus grauissima mala importabit. Quapropter prouidere etiam atque etiam Græcos oportet quæ immineãt tempora, præsertim verò Lacedæmonios. Quid enim causæ esse putatis vos Lacedæmonii, quamobrem maiores vestri, quum legatus à Xerxe ad vos aquam & terram impetraturus venisset, eum qui cum his mandatis venerat, in puteum detrusum, terráque congesta obrutum iuberent, Xerxi renuntiare, habere eum quæ mandasset, terram & aquam? cur rursus Leonidas cum suis ad certam mortem vltro & alacriter ruerit? nunquid vt non pro sua modò, sed etiam pro communi Græcorum libertate pericula adire viderentur? Vobis igitur tantorum virorum posteris licebit deinde, societate cum barbaris inita, armis cum illis iunctis, Epirotas, Achæos, Acarnanes, Bœotos, Thessalos, Græcos propè omnes exceptis AEtolis oppugnare. Atque hoc isti consuetudine sua faciunt, qui nihil turpe ducunt, si modò coniunctum est cum emolumento. Vestra autem diuersa est ratio. Quid porro eos non expectemus facturos occupata Romanorum societate? Isti, ascitis Illyriorum viribus atque auxiliis, mari quidem contra pacis conuentiones tentarunt Pylum, terra verò Clitoriorum vrbem obsederunt, Cynatheorum autẽ vrbem in potestatem suam redegerunt. Ac superiore quidem memoria cum Antigono coitionem fecerant (sicuti antè attigi) de Achæorum & Acarnanum gente: nunc verò aliam cum Romanis ad Græciam opprimẽdam fecerunt. Hæc quisnam audire potest, vt non, quum Romanorum impetum metuat, AEtolorum odio prosequatur dementiam, qui fœdus illud inire sint ausi? Iam OEniadas & insulam Acarnanum ditionis eripuerunt: primam autem Talaniorum Anticyritarum vrbem, præda cum Romanis diuisa, occuparunt. Ac liberos quidem & vxores Romani abducunt, vtiq; ea toleraturos quæ ab iis sufferri verisimile est, qui in exterorum hominum potestatem veniunt. At miserorum agros obtinent AEtoli. Gloriosum scilicet huic se societati adiungere, & quidem sponte sua, vobis præsertim qui Lacedæmonii estis, quorum maiores Thebanos, qui in Persarum expeditione soli ex Græcis, necessitate adducti, quiescere decreuerunt: parta de barbaris victoria, decimas diis persoluere suffragio suo iusserunt. Præclarum igitur est vobis, Lacedæmonii, & vetere gloria dignum, vt maiorum memores, & Romanorum expeditione hac in metu posita, AEtolorum verò conatibus odio habitis, &, quod caput est, repetita rerum Antigoni memoria, malos pessimè odisse pergatis, AEtolorum amicitiam auersemini, ad Achæorum & Macedonum partes vos conferatis. Quòd si inueniantur de vobis potentiores fortasse homines qui obsistant, saltem otio vos dedite, & vos ab istorum scelere seiungite. Nam illud amicorum alacritati & studio consentaneum est, vt sui vsum præbeant cum vtilitate: ducendo autem & procrastinando, auxilii sui copiam amicorum hostibus eripiant.

Ex libro vndecimo.

ORATIO SOCIORVM PHILIPPI.

ARGVMENTVM.

Philippus & socii eius Græci, quòd Romanorum impetum vix sustinebant, hanc viam ad illorum potentiam infringendam tentarunt. AEtolos enim Romanorum socios sollicitandos sibi censuerunt, miserúntque qui hortarentur eos vt Romanis socie-

tatem renuntiarent, pacémque cum Græcis omnibus colerent. In eam sententiam hæc habita est concio in Ætolorũ concilio à legato sociorum Philippi, qui vt ad pacis consilia Ætolos flectat, bellorum ancipites euentus, & quæ toti Græciæ calamitas impendeat, si Romanorum partes fouere pergant, ostendit.

Ὅτι μὲν οὔτε Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, οὔθ' ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, οὔθ' ἡ τῶν Βυζαντίων, καὶ Χίων καὶ Μιτυληναίων, ἐν παρέργῳ τίθενται τὰς ὑμετέρας (ὦ ἄνδρες Αἰτωλοὶ) διαλύσεις, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὑπολαμβάνω τοῦτ' εἶναι συμφανές. οὐ γὰρ νῦν πρῶτον οὐδὲ δεύτερον ποιούμεθα πρὸς ὑμᾶς τοὺς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης λόγους, ἀλλ' ἐξ ὅτου τὸν πόλεμον ἐνεστήσασθε προσεδρεύοντες, καὶ πάντα καιρὸν θεραπεύοντες, οὐ διαλείπομεν ὑπὲρ τούτων ποιούμενοι πρὸς ὑμᾶς μνήμην κατὰ μὲν τὸ παρὸν, τῆς ὑμετέρας καὶ Μακεδόνων στοχαζόμενοι καταφθορᾶς· πρὸς δὲ τὸ μέλλον, καὶ περὶ τῶν σφετέρων πατρίδων, καὶ περὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων προνοούμενοι. καθάπερ γὰρ ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ὅταν ὑφάψῃ τις ἅπαξ τῆς ὕλης, οὐκέτι τὸ λοιπὸν ἐπὶ τῇ τούτου προαιρέσει γίγνεται τὸ συμβαῖνον, ἀλλ' ᾗ ποτ' ἂν τύχῃ λαμβάνει τὴν νομὴν, τὸ πλεῖον τοῖς ἀνέμοις κυβερνώμενον, καὶ τῇ τῆς ὑποκειμένης ὕλης διαφθορᾷ, καὶ πολλάκις ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐμπρήσαντα πρῶτον ὥρμησε παραλόγως· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πόλεμος ὑπό τινων ὅταν ἅπαξ ἐκκαυθῇ, ποτὲ μὲν αὐτοὺς τούτους πρώτους ἀπόλλυσι, ποτὲ δὲ φέρεται φθείρων ἀδίκως πᾶν τὸ παραπεσὸν, ὡς καινοποιούμενος καὶ προσφυσώμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνέμων, ὑπὸ τῆς τῶν πλησιαζόντων ἀγνοίας. διόπερ, ὦ ἄνδρες Αἰτωλοὶ, νομίσαντες καὶ τοὺς νησιώτας πανδημεὶ, καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἕλληνας παρόντας ὑμῶν δεῖσθαι, τὸν μὲν πόλεμον δι' ἀρετὴν, τὴν δ' εἰρήνην ἑλέσθαι διὰ τὸ καὶ πρὸς σφᾶς ἀνήκειν τὰ γιγνόμενα, σωφρονήσαντες ἐντράπητε, καὶ πείθητε τοῖς παρακαλουμένοις. καὶ γὰρ εἰ κατά τινα τύχην πολεμεῖτε πόλεμον ἀλυσιτελῆ μὲν, (ἐπειδὴ παντὶ πολέμῳ τοῦτο παρέπεται κατὰ τὸ πλεῖστον) ἔνδοξον δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἐπιγραφὴν, ἴσως ἄν τις ὑμῖν ἔσχε συγγνώμην φιλοτίμως διακειμένην· εἰ δὲ πάντων αἴσχιστον, καὶ πολλῆς ἀδοξίας πλήρη καὶ βλασφημίας, ἆρ' οὐ μεγάλης προσδεῖται τὰ πράγματα ἐπιστάσεως; ῥηθήσεται γὰρ τὸ δοκοῦν μετὰ παρρησίας. ὑμεῖς δ', ἂν εὖ φρονῆτε, μεθ' ἡσυχίας ἀνέξεσθε. πολλῷ γάρ ἐστιν ἄμεινον ὀνειδισθέντας ἐν καιρῷ σωθῆναι μᾶλλον, ἢ πρὸς χάριν ἀκούσαντας, μετ' ὀλίγον ἀπολέσθαι μὲν αὐτοὺς, ἀπολέσαι δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας. λάβετε τοίνυν πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν αὐτῶν ἄγνοιαν. φατὲ μὲν γὰρ πολεμεῖν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων πρὸς Φίλιππον, ἵνα σωζόμενοι μὴ ποιῶσι τούτῳ τὸ προσταττόμενον· πολεμεῖτε δὲ ἐπ' ἀνδραποδισμῷ καὶ καταφθορᾷ τῆς Ἑλλάδος. ταῦτα γὰρ αἱ συνθῆκαι λέγουσιν ὑμῶν αἱ πρὸς Ῥωμαίους, αἳ πρότερον μὲν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑπῆρχον, νῦν δ' ἐν τοῖς πράγμασι θεωροῦνται γιγνόμεναι. καὶ τότε μὲν αὐτὰ τὰ γράμματα τὴν αἰσχύνην ὑμῖν ἐπιφέρει, νῦν δὲ διὰ τῶν ἔργων ὑπὸ τὴν ὄψιν τοῦτο γίγνεται πᾶσι καταφανές. λοιπὸν ὁ μὲν Φίλιππος ὄνομα γίγνεται καὶ πρόσχημα τοῦ πολέμου. πάρεστι γὰρ οὐδὲν δεινόν. τούτῳ δὲ συμμάχων ὑπαρχόντων Πελοποννησίων τῶν πλείστων, Βοιωτῶν, Εὐβοέων, Φωκέων, Λοκρῶν, Θετταλῶν, Ἠπειρωτῶν· κατὰ τούτων γὰρ πεποίησθε τὰς συνθήκας, ἐφ' ᾧ τὰ μὲν σώματα καὶ τὰ ἔπιπλα, Ῥωμαίων ὑπάρχειν, τὰς δὲ πόλεις καὶ τὴν χώραν, Αἰτωλῶν· καὶ κυριεύσαντες μὲν αὐτοὶ πόλεως, οὔτ' ἂν ὑβρίζειν ὑπομένητε τοὺς ἐλευθέρους, οὔτ' ἐμπιπράναι τὰς πόλεις, νομίζοντες ὠμὸν εἶναι τὸ τοιοῦτον καὶ βαρβαρικόν. συνθήκας δὲ πεποίησθε τοιαύτας, δι' ὧν ἅπαντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐκδότους δεδώκατε τοῖς βαρβάροις εἰς τὰς αἰσχίστας ὕβρεις καὶ παρανομίας. καὶ ταῦτα πρότερον μὲν ἠγνοεῖτε· νυνὶ δὲ διὰ τῆς Ὠρειτῶν καὶ τῶν ταλαιπώρων Αἰγινητῶν ἅπασι γεγόνατε καταφανεῖς, τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐπὶ τὴν ἐξώστραν ἀναβιβαζούσης τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν. ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τοῦ πολέμου καὶ τὰ νῦν ἤδη συμβαίνοντα, τοιαῦτ' ἐστί. τὸ δὲ τέλος, ἂν ὅλως πάντα κατὰ νοῦν ὑμῖν χωρήσῃ, ποῖόν τι δεῖ προσδοκᾶν; ἆρ' οὐ κακῶν ἀρχὴν μεγάλων ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν; ὅτε γὰρ ἂν Ῥωμαῖοι τὸν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεμον ἀποτρίψωνται, (τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ὀλίγῳ συγκεκλεισμένου τῆς Βρεττίας εἰς πάνυ βραχεῖς τόπους Ἀννίβου) λοιπὸν ὅλῃ πάσῃ τῇ δυνάμει τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ποιήσονται, λόγῳ μὲν, Αἰτωλοῖς βοηθήσοντες κατὰ Φιλίππου, τῇ δ' ἀληθείᾳ, πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησόμενοι· καὶ λίαν τοῦτ' εἶναι καταφανὲς, ἐάν τε καλῶς προθῶνται ποιεῖν Ῥωμαῖοι κυριεύσαντες, ἐκείνων ἔσεσθαι καὶ τὴν χάριν καὶ τὴν ἐπιγραφήν· ἐάν τε κακῶς, τῶν αὐτῶν ὑπάρξειν καὶ τὰς ὠφελείας ἐκ τῶν ἀπολλυμένων, καὶ τὴν ἐξουσίαν σωζομένων. ὑμεῖς δὲ τότε τοὺς θεοὺς ἐπικαλέσεσθε μάρτυρας, ὅταν μήτε τῶν θεῶν βούληται, μήτε τῶν ἀνθρώπων ἔτι δύνηται βοηθεῖν ὑμῖν μηδείς. ἴσως μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἔδει πάντα προορᾶσθαι (τοῦτο γὰρ ἦν ὑμῖν πρέπον) ἐπειδὴ δὲ πολλὰ διαφεύγει τῶν μελλόντων τὴν ἀνθρωπίνην πρόνοιαν, νῦν γε δέον ἂν εἴη διὰ τούτων τῶν πραγμάτων συνεωρακότας τὸ συμβαῖνον, βέλτιον βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος. οὐ μὴν ἀλλ' ἡμεῖς γε κατὰ τὸ παρὸν, οὐδὲν ἀπολελοίπαμεν τῶν ἁρμοζόντων ἢ λέγειν ἢ πράττειν τοῖς ἀληθινοῖς φίλοις, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος τὸ δοκοῦν μετὰ παρρησίας εἰρήκαμεν. ὑμᾶς δ' ἀξιοῦμεν καὶ παρακαλοῦμεν μήτ' αὐτοῖς φθονῆσαι μήτε τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς σωτηρίας.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

PLANVM ex rebus ipsis est, AEtoli, fœdera vestra nõ parui fieri ab rege Ptolemæo, à Rhodiorum ciuitate, à Byzantiis, à Chiis, à Mitylenæis. Neque enim nũc primùm aut iterum apud vos de pace verba facimus, sed iam inde ex quo bellũ summa vigilantia & assiduitate, omníque captata opportunitate concitastis, nullum intermisimus tempus quo pacis mentionem non iniiceremus. In quo mouebat quidem nos præsens vester & Macedonum interitus: at in posterum quoque nostræ quisque patriæ & communi Græcorum saluti prouisum volebamus. Sicuti enim quum quis igne immisso syluam incenderit, non potest euentum reliquum arbitratu

suo moderari, sed ignis quocunque eum impetus tulit, pabulum quærit, & bonã partem ventorum contumelia ac materiæ deflagratione impellitur, & sæpenumero in ipsum incendii autorem casu quodam ruit: ita bellum, vbi semel aliquot hominum culpa exarsit, his ipsis primis exitium affert, tum verò latius manat, & quocunque peruaserit, immeritam perniciem importat, tanquam identidem renouatum, & finitimorum errore quasi quibusdam ventorum flabellis excitatum. Itaque quasi insulani omnes Græci, quíque Asiam incolunt, coràm adsint, rogéntque vos, AEtoli, vt bellica vestra virtute ita gaudeatis, vt pacem quæ ad ipsorum quoque rationes pertineat potiorem ducatis, ita suscepta moderatione flectite vos, & morem cohortantibus gerite. Si enim bellum casu aliquo gereretis detrimentosum illud quidem, (quando hæc est omnium prope bellorum conditio) at vobis tum causæ ipsius primùm susceptę ratione, tum rerum deinceps gestarum fama, gloriosum, fortasse vos gloria illa commotus quispiam venia dignos iudicaret: iam quum omnium turpissimum geratis, à quo nullius ignominiæ labes, nulla impietas abesse potest, nunquid accurata circunspectione res tantæ indigent? Verumenim sicuti sentio, liberè est dicendum: vos, si modò sapitis, audietis non asperé. Nam id quidem vobis satius est vt probris affecti opportunè cõseruemini, quàm vt auribus delinitis paulo pòst pereatis, Græcósque reliquos in eũdem interitum trahatis. En igitur vestrum vobis errorem ob oculos pono. Pro Græcorum libertate capta esse cõtra Philippum ista arma dicitis, quò eos à Philippi seruitute vindicetis. At Græciæ seruitutem & euersionem spectat hoc bellum. nam hoc ipsum conditiones vestræ cum Romanis initæ loquuntur, quæ quum antea literis essent consignatæ, nunc rebus ipsis impressæ cernuntur. Atque tum quidem solæ vobis literæ dedecus inferebant, nunc rerum ipsarum clarissima vox vos arguit. Id tantùm vobis reliquum fecistis, vt huic bello Philippi nomen pro velamento quodã obtenderetis. Nam ipsi quidem mali nihil accidit. Quum autem socios habeat è Peloponnesiis plerosque Bœotos, Eubœenses, Phocenses, Locros, Thessalos, Epirotas, contra hos fœdus ita pepigistis, vt homines & instrumentum omne Romanis cederent, vrbes verò & ager ipse AEtolis. Ac vos vrbe aliqua expugnata vexare libera corpora nõ sustineatis fortasse, aut vrbes incendere, quòd crudele illud & barbarum ducitis: sed tamen iis conditionibus cum barbaris estis pacti, quibus Græcos vniuersos eis cum contumelia & iniuria afficiendos addixistis. Atque hæc cuiusmodi essent, antea ignorabatis: nunc verò Oritarum & miserorum AEginetarum calamitas omnibus consilium vestrum patefecit, quum fortuna quasi de industria errorem vestrum in apertum protulit. Et hoc quidem bellum principium casúsque eos quos dixi, habuit. euetus porro si ex sententia vestra consequatur, quem tandẽ eum expectare debemus? nunquid vt ex eo mala grauissima ad Græcos omnes redũdent? Neque enim dubium est quin Romani in Italia debellent. Id autem ita habendum: Annibale angustiis Brutiorum concluso, id vnum illis relinquetur, vt in Græciam impetum omnem conuertant: verbo quidem, vt AEtolis auxilio veniant: re verò, vt Græcos omnes subigant. Illud præterea planum est, Romanos rerum potitos, seu victoria moderatè sunt vsuri, laudem omnem & gloriam sibi esse habituros: seu insolenter, oppressorum prædam omnem & conseruatorum copias in potestate & ditione eorum futuras. Vos autem tum Deos testamini, quum neque deo vlli voluntas, neque homini potestas amplius vobis opitulandi erit. Atque hæc re vtique integra prouideri debuerunt: (nam id erat dignitatis vestræ) sed quum multa sint quæ humanam curam & prouisionem effugiant, nunc saltem vos oporteat, de euentu rebus ipsis edoctos, saniora consilia in reliquũ tempus capere. Veruntamen nihil à nobis in præsentia defuit quod dici fieríve à sinceris amicis expediret. Itaque nos de rebus futuris liberam sententiam diximus. Vos autem rogamus atque hortamur vt neque vobisipsis, neque Græcis aliis libertatem atque salutem inuideatis.

P. CORNELII SCIPIONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Octo millia militum, quæ erant in Hispania ad Sucronem præsidii causa constituta à P. Scipione, desciuerant à Scipione & Romanis, quòd iis stipendium non esset ad diem

diem persolutum. Pòst, sedata est per tribunos ea seditio & in castra deducti omnes, capitáque defectionis comprehensa. Concionem deinde P. Scipio habuit, qua in seditiosos inuectus est, & facinoris atrocitatem demonstrauit.

Ἔφη θαυμάζειν τίνι δυσαρεστήσαντες, ἢ ποίαις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες, ἐπεβάλοντο ποιεῖσθαι τὴν ἀπόστασιν. τρεῖς γὰρ αἰτίας εἶναι, δι' ἃς τολμῶσι στασιάζειν ἄνθρωποι πρὸς πατρίδα καὶ τοὺς ἡγουμένους, ὅταν τοῖς προεστῶσι μέμφωνταί τι καὶ δυσχεραίνωσιν, ἢ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι δυσαρεστῶσιν, ἢ καὶ νὴ Δία μειζόνων ὀρεχθῶσι καὶ καλλιόνων ἐλπίδων. Ἐρωτῶ δὲ τί τούτων ὑμῖν ὑπῆρξεν, ἐμοὶ δηλονότι δυσαρεστήσασθαι, διότι τὰς σιταρχίας ὑμῖν οὐκ ἀπεδίδουν; ἀλλὰ τοῦτο ἐμὸν μὲν οὐκ ἦν ἔγκλημα. κατὰ γὰρ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν οὐδὲν ὑμῖν ἐνέλιπε τῶν ὀψωνίων. εἰ δ' ἄρα ἐκ τῆς Ῥώμης, διότι τὰ πάλαι προσοφειλόμενα νῦν οὐ διωρθοῦτο, πότερον οὖν ἐχρῆν ἀποστάντας γενομένους τῆς πατρίδος καὶ πολεμίους τῆς θρεψάσης, οὕτως ἐγκαλεῖν, ἢ παρόντας λέγειν μὲν περὶ τούτων πρὸς ἐμέ, παρακαλεῖν δὲ τοὺς φίλους συνεπιλαβέσθαι καὶ βοηθεῖν ὑμῖν; δοκῶ γὰρ ἦν τοῦτο βέλτιον. τοῖς μὲν γὰρ μισθοῦ παρά τισι στρατευομένοις ἔστιν ὅτε συγγνώμην δοτέον ἀφισταμένοις τῶν μισθοδοτῶν· τοῖς δ' ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμοῦσι καὶ γυναικῶν ἰδίων καὶ τέκνων, οὐδαμῶς συγχωρητέον. ἔστι γὰρ παραπλήσιον ὡς ἂν εἴ τις ὑπὸ γονέως ἰδίου φάσκων εἰς ἀργυρίου λόγον ἀδικεῖσθαι, παρίῃ μετὰ τῶν ὅπλων ἀποκτενῶν τοῦτον, παρ' οὗ τὸ ζῆν αὐτὸς ἔλαβεν ἤδη. ἀλλ' ἐγὼ τὰς μὲν κακοπαθείας ὑμῖν καὶ τοὺς κινδύνους πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις ἐπέταττον, τὰ δὲ λυσιτελῆ καὶ τὰς ὠφελείας ἑτέροις μᾶλλον ἐμέριζον. ἀλλ' οὐδὲ τολμᾶτε τοῦτο λέγειν, οὐδὲ τολμήσαντες, δύναισθ' ἂν ἀποδεῖξαι. τί οὖν ἐστιν ἐφ' ᾧ δυσαρεστούμενοι κατὰ τὸ παρὸν ἡμῖν τὰς ἀποστάσεις ἐποιήσασθε, ταύτην βούλομαι πυθέσθαι. δοκῶ μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτ' ἐρεῖν οὔτ' ἐπινοήσειν ὑμῶν οὐδένα. καὶ μὴν οὐδὲ τοῖς ὑποκειμένοις ἀχάλλοντες. πότε γὰρ εὔροια πραγμάτων μείζων; πότε δὲ πλείω προτερήματα γέγονε τῇ Ῥώμῃ; πότε δὲ τοῖς στρατευομένοις μείζους ἐλπίδες, ἢ νῦν; ἀλλ' ἴσως τις τῶν ἀπηλπικότων, ὅτι πλείω τὰ λυσιτελῆ τὰ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς προὐφαίνετο, καὶ μείζους ἐλπίδες καὶ βεβαιότεραι. παρὰ τίσι δὴ τούτοις, ἢ παρ' Ἀνδοβάλῃ καὶ Μανδονίῳ; καὶ τίς ὑμῶν οὐκ οἶδε διότι πρότεροι μὲν οὗτοι παρασπονδήσαντες Καρχηδονίους, πρὸς ἡμᾶς ἀπέστησαν· νῦν δὲ πάλιν ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ πίστιν, ἐχθροὺς ἡμῖν σφᾶς αὐτοὺς ἀναδεδείχασι; καλὸν δὲ τούτοις πιστεύσαντας, πολεμίους γενέσθαι τῆς ἑαυτῶν πατρίδος; οὐ μὴν οὐδ' ἐν αὑτοῖς εἴχετε τὰς ἐλπίδας, ὡς κρατήσοντες τῆς Ἰβηρίας. οὐδὲ γὰρ μετ' Ἀνδοβάλου ταχθέντες, ἱκανοὶ πρὸς ἡμᾶς ἦτε διακινδυνεύειν, μήτε καθ' ἑαυτοὺς ταττόμενοι. τί οὖν ἦν ᾧ προσείχετε; πυθέσθαι γὰρ ἂν βουλοίμην ὑμῶν. ἢ διὰ τὸ ταῖς ἐμπειρίαις τῶν νῦν προχειρισθέντων ἡγεμόνων καὶ τῇ ἀρετῇ πιστεύοντες, ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις καὶ τοῖς πελέκεσι τοῖς προηγουμένοις αὐτῶν; ὑπὲρ ὧν οὐδὲ λέγειν πλείω καλόν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν οὐδ' ἂν ἔχοιθ' ὑμεῖς δίκαιον οὐδὲ τοὐλάχιστον εἰπεῖν, οὔτε πρὸς ἡμᾶς, οὔτε πρὸς τὴν πατρίδα. διόπερ ἐγὼ περὶ ὑμῶν πρός τε τὴν Ῥώμην καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπολογήσομαι τὰ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογούμενα δίκαια προθέμενος. ταῦτα δ' ἐστί, διότι πᾶς ὄχλος εὐπαράλογιστος ὑπάρχει, καὶ πρὸς πᾶν εὐάγωγος. ὅθεν ἀεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περί τε τοὺς ὄχλους καὶ τὴν θάλατταν. καθάπερ γὰρ κἀκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς χρωμένοις καὶ στάσιμος, ὅταν δ' εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα βίᾳ, τοιαύτη φαίνεται τοῖς χρωμένοις οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κινοῦντες αὐτὴν ἄνεμοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ καὶ φαίνεται καὶ γίνεται πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵους ἂν ἔχοι προστάτας καὶ συμβούλους. διὸ κἀγὼ νῦν καὶ πάντες οἱ προεστῶτες τοῦ στρατοπέδου, πρῶτον μὲν ὑμᾶς διαλυόμεθα καὶ πίστιν δίδομεν ἐφ' ᾧ μὴ μνησικακήσειν. πρὸς δὲ τοὺς αἰτίους ἀκαταλλάκτως διακείμεθα, κολάζειν αὐτοὺς ἀξίως καὶ τῶν εἰς τὴν πατρίδα καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς ἡμαρτημένων.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

Mirari se dixit quo tandem dolore incitati, aut qua spe elati, de defectione consilium cepissent. Tres enim omnino esse causas de quibus homines à ducibus patriáque deficere cõsueuissent. nam vel infensos esse ipsis moderatoribus, vel praesenti rerum statu commoueri, vel certè spe rerũ uberiorum & honestiorum duci. Quæro igitur de vobis, quænam ex his causis valuit? A me vtique alienatis animis fuistis, quòd frumentum ad diem non sim demensus. Sed nequaquam hæc mea fuit culpa. nam quantum in me fuit, nunquam vos cibaria defecerũt. Sed si fortè Roma summissum frumentum non fuit, quòd quæ iandiu debentur, ea minus feliciter succedant, vtrúmne à vobis oportuit patriam, quum ab ea defecissetis, eíque bellum indixissetis, cuius alumni estis, ita accusari? an vos hæc coràm mecum agere, & amicos vt causam vestrã susciperent, rogare? Hoc opinor modo agere satius fuit. Etenim stipendiario militi nõnunquam danda est venia quum ab eo deficit qui conduxit: qui verò pro capitibus suis, pro vxoribus & liberis dimicant, iis nunquam est tribuenda venia. Nam perinde est atque siquis parentem, à quo se in ratione nũmaria iniuria affici quereretur, stricto ferro peteret, à quo ipse vitam hanc duceret. At fortasse ego vobis labores & pericula imposui grauiora quàm aliis, præmia verò & commoda aliis impertiui maiora. At ne hoc quidẽ audeatis dicere, nec, si audeatis, probare possitis. Quánam igitur offensione vestra factum sit vt à nobis modò descisceretis, cupio de vobis intelligere. neque enim

dici aut excogitari à quopiam vestrûm posse arbitror. Atqui ne is quidem rerum status, quo tum vtebamur, vos sollicitare potuit. Etenim quis vnquam successus maior? aut quando Romana ciuitas res secundas ampliores habuit? aut quandónam spes melior militantibus oblata est? Sed fortasse desperatione perculso alicui spes rerum meliorum & firmiorum apud hostes affulsit. Cedo, apud quos? apud Indibilem & Mādonium scilicet. At quotus quisque est qui hos nesciat Carthaginiensi fœdere ad nos defecisse: nunc autem denuò iurisiurandi religione & fide contempta, nobis inimicitias indixisse? Operæpretium igitur est, deserta patria in horum se fidem conferre. atqui ne his quidem ducibus sperare potuistis vos Hispania potituros. Neque enim coniunctis cum Indibile copiis nobiscum decertare potuissetis, neque rursus ab illo seiunctis. Quid igitur id erat quo vos nitebamini? nam libenter id ego de vobis cognoscerem. an egregiis artibus & virtutibus fisi estis eorum ad quos rerum summa erat delata, aut etiam fascibus & securibus, quæ illis præferebantur, de quibus pudet me pluribus dicere. Verùm nihil istorum est: neque verò quicquam est iuris, quo vel contra nos vel cōtra patriam niti possitis. Quapropter ego & apud remp. ipsam, & apud me, ea vtar pro vobis defensione quæ est inter homines peruulgata. Est autem eiusmodi, Multitudo omnis facilè in fraudē impellitur, éstque in omnes partes flexibilis. Quo fit vt similiter affecta sit atque mare, quod quum natura sua sit tranquillum, & iis qui se illi cōmittunt, tutum, si in illud vēti vehementes incubuerint, ita se præbet nauigantibus vt fert ventorum, qui ipsum versant, natura: in eundem quoque modum, multitudo se erga eos qui illa vtuntur, cōsimiliter gerit vt ii sūnt affecti è quorū nutu & consilio pēdet. Itaque ego omnésque ordinū in hoc exercitu ductores redimus vobiscum in gratiam, fidémque damus, nos omnium offensionum memoriam deponere: at cum seditionis capitibus nullus est in gratiam reditus: certum est vindicare in eos pro meritis quæ contra patriam & contra vosipsos deliquerunt.

Ex libro decimoquinto.

ANNIBALIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Reuocatus in Africam à Carthaginiensibus ad patriæ defensionem Annibal, quòd duobus iam præliis fusi à Scipione Carthaginienses pacem petere cogebantur, colloquiū cum P. Scipione petit: quo impetrato, & quū in eius cōgressum venisset, hac apud eum oratione est vsus. qua commonitum dubiæ belli rerúmque omnium grauissimarum aleæ, hortatur vt pacem iis conditionibus quas ipse fert, transigi patiatur.

Ἤρξατο λέγειν ὡς ἐβούλετο μὲν ἂν μήτε Ῥωμαίους ἐπιθυμῆσαι μηδέποτε μηδενὸς τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας, μήτε Καρχηδονίους τῶν ἐκ τῆς Λιβύης. ἀμφοτέροις γὰρ εἶναι ταύτας καὶ καλλίστας δυναστείας, καὶ συλλήβδην ὡσανεὶ περιωρισμένας ὑπὸ τῆς φύσεως. Ἐπεὶ δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν κατὰ Σικελίαν ἀμφισβητήσαντες ἐξεπολεμήσαμεν ἀλλήλοις, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὑπὲρ τῶν κατ᾽ Ἰβηρίαν, τὸ δὲ τέλος, ὑπὸ τῆς τύχης ἀπονουθετούμενοι, μέχρι τούτου προβεβήκαμεν ὥστε καὶ περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους ἡμᾶς κεκινδυνευκέναι, τοὺς δ᾽ ἀκμὴν ἔτι καὶ νῦν κινδυνεύειν· λοιπόν ἐστιν, εἴ πως δυνάμεθα, δι᾽ αὐτῶν παραιτησάμενοι τοὺς θεούς, διαλύσασθαι τὴν ἐνεστῶσαν φιλοτιμίαν. ἐγὼ μὲν οὖν ἕτοιμός εἰμι, τῷ πεῖραν εἰληφέναι δι᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὡς μετάθετός ἐστιν ἡ τύχη, καὶ παρὰ μικρὸν εἰς ἑκάτερα ποιεῖ μεγάλας ῥοπάς, καθαπερεὶ νηπίοις παισὶ χρωμένη. σὲ δ᾽ ἀγωνιῶ Πόπλιε λίαν, καὶ διὰ τὸ νέον εἶναι κομιδῇ, καὶ διὰ τὸ πάντα σοι κατὰ λόγον κεχωρηκέναι, καὶ τὰ κατ᾽ Ἰβηρίαν καὶ τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, καὶ μηδέπω μέχρι γε τοῦ νῦν εἰς τὴν τῆς τύχης ἐμπεπτωκέναι πάλιν ῥύμην, μή ποτ᾽ οὐ πεισθῇς διὰ ταῦτα τοῖς ἐμοῖς λόγοις, καίπερ οὖσι πιστοῖς. σκόπει δ᾽ ἀφ᾽ ἑνὸς τῶν λόγων τὰ πράγματα, μὴ τὰ τῶν προγεγονότων, ἀλλὰ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτούς. εἰμὶ τοιγαροῦν Ἀννίβας ἐκεῖνος, ὃς μετὰ τὴν ἐν Κάνναις μάχην σχεδὸν ἁπάσης Ἰταλίας ἐγκρατὴς γενόμενος, καὶ μετά τινα χρόνον ἧκον πρὸς αὐτὴν τὴν Ῥώμην, καὶ στρατοπεδεύσας ἐν τετταράκοντα σταδίοις, ἐβουλευόμην ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τοῦ τῆς ὑμετέρας πατρίδος ἐδάφους πῶς δεῖ μοι χρηστέον· ὡς νῦν ἐν Λιβύῃ πάρειμι πρὸς σὲ Ῥωμαῖον ὄντα, περὶ τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τῶν Καρχηδονίων σωτηρίας κοινολογησόμενος. εἰς ἃ βλέποντα παρακαλῶ σε μὴ μέγα φρονεῖν, ἀλλ᾽ ἀνθρωπίνως βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐνεστώτων. τοῦτο δ᾽ ἐστί, τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀεὶ τὸ μέγιστον, τῶν κακῶν δὲ τοὐλάχιστον αἱρεῖσθαι. τίς οὖν ἂν ἕλοιτο νοῦν ἔχων πρὸς τοιοῦτον ὁρμᾶν κίνδυνον, οἷός σοι νῦν ἐνέστηκεν, ἐν ᾧ νικήσας μέν, οὔτε τῇ σαυτοῦ δόξῃ μέγα τι προσθήσεις, οὔτε τῇ τῆς πατρίδος· ἡττηθεὶς δέ, πάντα τὰ πρὸ τούτου σεμνὰ καὶ καλὰ δι᾽ αὐτὸν ἄρδην ἀναιρήσεις. τί οὖν ἐστιν ὃ προτίθεμαι τέλος τῶν νῦν λόγων; πάντα περὶ ὧν πρότερον ἠμφισβητήσαμεν, Ῥωμαίων ὑπάρχειν. ταῦτα δ᾽ ἦν Σικελία, Σαρδώ, τὰ κατὰ τὴν Ἰβη-

εἶναι) καὶ μηδέποτε Καρχηδονίοις Ῥωμαίοις ὑπὲρ τούτων αὖτ' ἆραι πόλεμον. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας νήσους ὅσαι μεταξὺ κεῖνται τῆς Ἰταλίας καὶ Λιβύης, Ῥωμαίων ὑπάρχειν. ταύτας γὰρ πέπεισμαι τὰς συνθήκας καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλεστάτας μὲν εἶναι Καρχηδονίοις, ἐνδοξοτάτας δὲ σοὶ καὶ πᾶσι Ῥωμαίοις.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

Optandum esse dixit vt neque Romani extra Italiam, neque Carthaginienses extra Africam quicquã appetiuissent. vtrisque enim hæc eße sua & quidẽ præclara imperia, ac quodam veluti ambitu à natura ipsa definita. Sed quãdo primùm propter Sicilienses controuersias vltro citróque bellum intulimus, rursus propter Hispanienses, tandémque fortunæ vi quadam dementati, eò deuenimus vt de patrio solo decerneremus, sint autem qui etiamnum grauiter decernant: id vnum relinquitur nobis, vt deorum iras deprecati, tantam gloriæ contentionem, si quâ fieri potest, dirimamus. Equidem ad id sum paratus, quòd ipso rerum vsu edoctus scio quàm flexibilis sit fortuna, & quàm in vtranque partem magna habeat momenta, quasi cum infantulis colludat. Illud autẽ me vehementer sollicitat, quòd vereor vt tu me, Scipio, licet fidele consilium dantẽ, audias, tum quia ineũte adhuc es ætate, tum quia tibi res Hispanicæ & Africanæ ex sententia cesserunt, nec reflatum vllum fortunæ vsqueadhuc sustinuisti. Quæ autem rerum sit conditio, cognosce ex sermone vno quem exponam, non de rebus superioris memoriæ, sed iis quas ipsi gessimus. Siquidẽ sum ille Annibal, qui post Cãnense prælium ad Romam ipsam accessi, & non amplius quadraginta stadia ab illa castrametatus, deliberabam quid de vobis & de patriæ vestræ solo statuerem. idem nunc venio tecum, Romano homine, de mea déque Carthaginiensium salute colloquuturus. Quæ ego te considerantem hortor, ne maiores spiritus geras, sed de præsentium rerum statu homo humanum consilium capias. Est autem eiusmodi: vt in bonis maxima, in malis minima eligas. Ecquis igitur est mentis compos, qui in id periculum se offerat quod tibi nunc propositum est, cuius hæc conditio est, vt ex tua victoria nec ad tuam nec ad patriæ tuæ gloriam magna fieri possit accessio: victus autem, quæcunque præclarè & gloriosè hactenus gesta sunt, tua vnius culpa funditus euertas? Sed quónam hæc omnis mea spectat oratio? Nos iis omnibus, de quibus antea contendimus, Romanis cedimus. Erant autem hæc, Sicilia, Sardinia, eáque pro quibus in Hispania pugnauimus, vtque de his nunquã Carthaginiẽses cum Romanis bello contendant: itémque quæ insulæ inter Italiam & Africam interiectæ sunt, eæ Romani sint imperii. Has ego conuentiones tum Carthaginiensibus tutissimas, tum verò populo Romano amplissimas credo fore.

SCIPIONIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Respondet Annibali hac oratione Scipio. Eius hæc est summa: & belli causas esse à Pœnis profectas, & multis iniuriis lacessitos Romanos iure suo pacis conditiones ferre: iis demum conditionibus pacem esse Pœnos habituros.

Ὅτι τοῦ περὶ Σικελίας ἔφη πολέμου Ῥωμαίους, οὔτε τοῦ περὶ τῆς Ἰβηρίας αἰτίους γεγονέναι, Καρχηδονίους δὲ προφανῶς, ὑπὲρ ὧν κάλλιστα γινώσκοι σὺ αὐτὸν τὸν Ἀννίβαν· μάρτυρας δὲ καὶ τοὺς θεοὺς γεγονέναι τούτων, περιθέντας τὸ κράτος οὐ τοῖς ἄρχουσι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλὰ τοῖς ἀμυνομένοις. βλέπειν δὲ καὶ τὰ τῆς τύχης οὐδενὸς ἧττον, καὶ τῶν ἀνθρώπων στοχάζεσθαι κατὰ δύναμιν. Ἀλλ' εἰ μὲν πρὸ τοῦ Ῥωμαίους διαβαίνειν εἰς Λιβύην, αὐτὸς ἐξ Ἰταλίας ἐκχωρήσας προὔτεινες εἰς τὰς διαλύσεις ταύτας, οὐκ ἂν οἴομαί σε διαψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος· ἐπεὶ δὲ σὺ μὲν ἄκων ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀπηλλάγης, ἡμεῖς δὲ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην τῶν ὑπαίθρων ἐκρατήσαμεν, δῆλον ὡς μεγάλην εἴληφε τὰ πράγματα παραλλαγήν. τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ἤλθομεν ἐπί τι μέρος ἡττηθέντων καὶ δεηθέντων τῶν παρὰ σοῦ πολιτῶν, ἐθέμεθα συνθήκας ἐγγράπτους, ἐν αἷς ἦν πρὸς τοῖς ὑπὸ σοῦ νῦν προτεινομένοις, τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδοῦναι χωρὶς λύτρων, Καρχηδονίους τῶν πλοίων τῶν καταφράκτων παραχωρῆσαι, πεντακισχίλια τάλαντα προσενεγκεῖν, ὁμήρους δοῦναι περὶ τούτων. ταῦτα ἦν ἃ συνεθέμεθα πρὸς ἀλλήλους· ὑπὲρ τούτων ἐπρεσβεύσαμεν ἀμφότεροι πρός τε τὴν σύγκλητον τὴν ὑμετέραν καὶ πρὸς τὸν δῆμον· ἡμεῖς μὲν, ὁμολογοῦντες εὐδοκεῖν τοῖς γεγραμμένοις, Καρχηδόνιοι δὲ, δεόμενοι τούτων τυχεῖν. ἐπείσθη τὸ συνέδριον τούτοις, ὁ δὲ δῆμος συγκατήνεσε, τυχόντες ὧν ἠξίουν. ἠθέτησαν ταῦτα Καρχηδόνιοι παρασπονδήσαντες ἡμᾶς, τί λείπεται ποιεῖν; σὺ τὴν ἐμὴν χώραν μεταλαβὼν εἰπόν. ἀφελεῖν τὰ βαρύτατα τῶν ὑποκειμένων ἐπιταγμάτων, ἵνα μὴ λαβόντες ἆθλα τῆς παρανομίας, διδαχθῶσι τοὺς εὐ ποιοῦντας εἰς τὸ λοιπὸν παρασπονδεῖν· ἀλλ' ἵνα τυχόντες ὧν ἀξιοῦσι, χάριν ὀφείλω-

σιν ἡμῖν. ἀλλὰ νῦν μεθ' ἱκετηρίας τυχόντες ὧν παρεκάλουν, ὅτι βραχείας ἐλπίδος ἐπελάβοντο τῆς κατὰ σέ, παρὰ πόδας ὡς ἐχθροῖς ἡμῖν κέχρηνται καὶ πολεμίοις. ἐν οἷς βαρυτέρου μέν τινος προσεπιταχθέντος, δυνατὸν ἀνενεγκεῖν τῷ δήμῳ περὶ διαλύσεως· ὑφαίρεσιν δὲ ποιουμένοις τῶν ὑποκειμένων, οὐδὲ ἀναφορὰν ἔχει τὸ διαβούλιον. τὸ πέρας οὖν πάλιν τῶν ἐμῶν λόγων, ἢ τὴν ἐπιτροπὴν ὑμᾶς διδόναι περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος, ἢ μαχομένους νικᾶν.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

NEgauit P. Scipio Romanos aut Sicilienſis belli aut Hiſpanici autores extitiſſe, ſed Carthaginienſes potius: quorum nihil Annibalem fugiat. Sed & teſtes deos ipſos citari poſſe, qui non iniuriæ autores, ſed iniuriam propulſantes viribus inſtruxerunt: fortunæ verò aleam non minus ſe quàm quemlibet alium perſpicere: humanam autem ſortem ſolere pro viribus conſiderare. Verùm ſi antequam Romani in Africam traiicerent, tu Italia relicta hanc pacificationis rationem iniiſſes, hæc te ſpes, mea ſententia, nō fefelliſſet: ſed quandoquidem tu inuitus ex Italia diſceſſiſti, nos autem, mari traiecto, agris ſumus potiti, planum eſt magnam eſſe factam rerū viciſſitudinem. Et (quod caput eſt) deducti ſumus ad quēdam noſtrorum ciuium numerum, qui à te ſuperati in vinculis habentur. Pacti ſumus certis conditionibus, quæ fuerunt perſcriptæ, quæ iubebant, præter illa quæ tu modò obtuliſti, gratis dimitti captiuos, vt armatas naues dederent Carthaginienſes, quingenta talenta exoluerent, horum omnium obſides darent. Hæc inter nos eramus pacti: de his ipſis legationes vtrique ad ſenatum & populum noſtrarum ciuitatum miſimus: nos, eo animo vt ſtari cōditionibus placeret: Carthaginienſes, vt ſibi eæ concederentur rogantes. Senatus hæc probauit, populúſque ſciuit. Adepti quod cupiebant Carthaginienſes, violatis noſtris conuentionibus, hæc repudiarunt omnia. Quid igitur reliquum eſt? Tu ſuſceptis meis partibus, dic ipſe Annibal. Sunt ex impoſitis conditionibus grauiſſimæ quæque illis extorquendæ, ne reportatis perfidiæ præmiis, diſcāt in poſterum eorum fœdera rumpere à quibus beneficiis ſunt affecti: quin potius vt quum poſtulata impetrarint, ſe nobis debere beneficium intelligant. At illi modò, quum à nobis quod ſupplices rogabāt, impetraſſent, poſtquam magnam de te ſpem conceperunt, repentè nos in inimicorum atque hoſtium numero habuerunt: à quibus ſiquid durius imperabatur, referri ad populum poterat de eo capite reſcindendo: iam quum propoſitas conditiones tollatis, dilationem conſultatio non habet. Quis igitur modus noſtris ſermonibus ſtatuetur? aut vos patriámque veſtram nobis permittatis oportet, aut prælio victores ſitis.

PRVSIAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ptolemæus Philopator, rex Ægypti, moriens regni hæredem paruulum filium reliquerat: ſed Ægyptii cum Macedonibus coniuncti nouis rebus ſtudebant. Pruſias itaque in concionem prodit, pupillum producit, multitudini commendat, eique hæreditarium regnum flagitat.

ΛΑβετε τοῦτον, ὃν ὁ πατὴρ ἀποθνήσκων εἰς μὲν τὰς ἀγκάλας ἔδωκε ταύτῃ· (δείξας τὴν ἀδελφήν) παρακατέθετο δ' εἰς τὴν ὑμετέραν (ὦ ἄνδρες Μακεδόνες) πίστιν. ἡ μὲν οὖν καὶ ταύτης εὔνοια βραχεῖάν τινα ῥοπὴν ἔχει πρὸς τὴν τούτου σωτηρίαν· ἐν ὑμῖν δὲ κεῖται καὶ ταῖς ὑμετέραις χερσὶ τὰ τούτου νῦν γράμματα. Τληπόλεμος γὰρ πάλαι μὲν ἦν δῆλος τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις μειζόνων ἐφιέμενος, ἢ καθ' ἑαυτὸν πραγμάτων· νῦν δὲ καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν καιρὸν ὥρικεν, ἐν ᾗ μέλλει τὸ διάδημα ἀναλαμβάνειν. καὶ περὶ τούτων οὐχ αὑτῷ πιστεύειν ἐκέλευεν, ἀλλὰ τοῖς εἰδόσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ παροῦσι νῦν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων.

EADEM LATINE,

Iobo Veratio interprete.

ACcipite hunc quem moriens pater iſti quidem (quum ſororem demonſtraret) in ſinum tradidit, ſed apud vos, Macedones, fiduciæ cauſa depoſuit. Atque eſt quidem aliquod momentum in gratia, qua hæc valet, ad ſalutem puerò præſtandam: verùm huius iura omnia penes vos & in manibus veſtris ſunt. Nam Tlepo-

lemus iam pridem non obscurè, (siquis saltem sit peritus rerum æstimator) maiores res quàm pro modo suo affectat: iam verò diem & momentum definiuit ad quod diadema parat occupare. *Atque de his fidem sibi haberi nolebat, sed iis qui verum ex rebus ipsis cognossent, quíque tum coràm adessent.*

Ex libro decimoseptimo.

TITI QVINTII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Titus Quintius, prælio decertaturus cum Philippo, suos ad strenuè dimicādum animat, & repetita rerum antea gestarum memoria certam victoriam ostendit.

Οὐχ οὗτοι Μακεδόνες εἰσίν, ὦ ἄνδρες, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἐορδαίαν ὑπερβολάς, ἐκ τοῦ προφανοῦς μετὰ Σολπικίου βιασάμενοι, πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε, πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες; οὐχ οὗτοι Μακεδόνες εἰσίν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας τὰς ἀπηλπισμένας ἐν Ἠπείρῳ δυσχωρίας ἐκβιασάμενοι ταῖς ἑαυτῶν ἀρεταῖς, φυγεῖν ἠναγκάσατε ῥίψαντας τὰ ὅπλα, τέως εἰς Μακεδονίαν ἀνεκομίσθησαν; πῶς οὖν ὑμᾶς ἀλκαβεῖσθαι καθήκει, μέλλοντας ἐξ ἴσου ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον πρὸς αὐτούς; τί δὲ προορᾶσθαι τῶν προγεγονότων, ἀλλ' οὐ τἀναντία δι' ἐκεῖνα καὶ νῦν θαρρεῖν; διόπερ, ὦ ἄνδρες, παρακαλέσαντες σφᾶς αὐτούς, ὁρμᾶσθε πρὸς τὸν κίνδυνον ἐρρωμένως. θεῶν γὰρ βουλομένων, ταχέως πέπεισμαι ταὐτὸ τέλος ἀποβήσεσθαι τῆς παρούσης μάχης τοῖς προγεγονόσι κινδύνοις.

EADEM LATINE.

Iobo Veratio interprete.

NOnne iidem isti sunt Macedones, milites, quos, quum iuga quæ Heordæam ducebant, insedissent, vnà cum Sulpicio aperto marte pulsuri, in loca vobis cōmoda, magna eorū edita strage, deiecistis. Nūquid iidem isti sunt Macedones, quos, quum desperatas illas Epiri angustias occupassent, virtute vestra in fugam vertistis, qua ex fuga armis abiectis retrò se in Macedoniam receperunt? Quî igitur conuenit vt eos metuatis quibuscum estis æquo marte belli aleam subituri? Aut quid attinet res anteactas prospicere, quæ contrà fiduciam vobis hoc ipso tempore afferre debent? Quapropter vos ipsi cohortati milites, prælium strenuè capessite. Sic enim mihi persuadeo, breui, diis volentibus, hoc prælium parem superioribus euentum esse habiturum.

Orationes seu conciones ex Arriano excerptæ.

Ex libro secundo.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quia magnum erat in vtranque partem momentum in Tyri oppugnatione, seu ea susciperetur seu desereretur, laboriosa autem quin esset, nemo dubitabat: Alexāder, qui eius potiundæ summo studio flagrabat, seséque à Tyriis contemni audiebat, conuocatos copiarum duces hac oratione docuit quantopere ad res bene gerendas interesset Tyrum capi: ea relicta, nec parta retineri, nec cætera capi posse

Ἄνδρες φίλοι καὶ ξύμμαχοι, ὑμῖν οὔτε τὴν ἐπ' Αἴγυπτον πορείαν ἀσφαλῆ ὁρῶ, θαλασσοκρατούντων Περσῶν, Δαρεῖόν τε διώκειν, ὑπολιπομένους αὐτήν τε τὴν Τυρίων πόλιν ἀμφίβολον, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Κύπρον ἐχομένην πρὸς Περσῶν· οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλὲς ἔς τε τὰ ἄλλα, καὶ μάλιστα δὴ ἐς τὰ Ἑλληνικὰ πράγματα, μή ποτ' ἄρα ἐπικρατήσαντες αὖθις τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ χωρίων οἱ Πέρσαι, προχωρησάντων ἡμῶν ξὺν τῇ δυνάμει ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνά τε καὶ Δαρεῖον, αὐτοὶ ξὺν πλείονι στόλῳ μεταγάγοιεν τὸν πόλεμον ἐς τὴν Ἑλλάδα, Λακεδαιμονίων μὲν ἡμῖν ἐκ τοῦ εὐθέος πολεμούντων, τῆς δὲ Ἀθηναίων πόλεως φόβῳ μᾶλλόν τι ἢ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς ἡμᾶς, πρὸς τὸ παρὸν κατεχομένης. ἐξαιρεθείσης δὲ Τύρου, ἥ τε Φοινίκη ἔχοιτο ἂν πᾶσα, καὶ τὸ ναυτικὸν (ὅπερ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τοῦ Περσικοῦ) τὸ Φοινίκων παρ' ἡμᾶς μεταχωρήσειν εἰκός. οὐ γὰρ ἀνέξονται οἱ ἐρέται, οὔθ' οἱ ἐπιβάται Φοίνικες, ἐχομένων σφίσι τῶν πόλεων, αὐτοὶ ὑπὲρ ἄλλων πλέοντες κινδυνεύειν. Κύπρος δὲ ἐπὶ τῷδε ἢ οὐ χαλεπῶς ἡμῖν προσχωρήσει, ἢ ἐξ ἐπίπλου εὐμαρῶς ληφθήσεται· καὶ ταῖς τε ἐκ Μακεδονίας ναυσὶ καὶ ταῖς Φοινίσσαις πλεόντων ἡμῶν τὴν θάλασσαν, καὶ Κύπρου ἅμα προσγενομένης, θαλασσοκρατοῖμέν τε ἂν βεβαίως, καὶ ὁ ἐς Αἴγυπτον στόλος εὐμαρῶς ἡμῖν ἐν ταὐτῷ γίνεται. Αἴγυπτον δὲ παραστησαμένοις, ὑπέρ τε τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς οἰκείας οὐδὲν ἔτι ὕποπτον ὑπολείπεται· τόν τε ἐπὶ Βαβυλῶνος στόλον μετὰ τοῦ ἐς τὰ οἴκοι ἀσφαλοῦς, καὶ ξὺν μείζονι ἅμα ἀξιώσει, ποιησόμεθα, ἀποτετμημένοι τήν τε θάλασσαν Περσῶν ξύμπασαν, καὶ τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Εὐφράτου γῆν.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

EQuidem non video nobis, amici atque socii, tutum esse iter in AEgyptum, Persis imperium maris obtinentibus: Darium autē persequi relictis à tergo, Tyro, quæ dubia in nos voluntate est, AEgypto, atque Cypro quam Persæ tenent: hoc verò periculosum esse iudico, cū aliis de rebus, tū verò maximè causa Græcorum. Verēdum enim ne Persæ recuperatis vrbibus maritimis, dum nos progressi cum exercitu petimus Babylonem & Darium, ipsi coacta ingenti classe bellum in Græciam transferant, præsertim Lacedæmoniis iā apertè bellum contra nos gerentibus, Atheniēsibus autē metu magis quàm beneuolentia erga nos iam quiescentibus. Expugnata verò Tyro, Phœnicen totam in nostram potestatem venturā, & classem Phœnicum qua Persæ vtuntur, & quæ maxima firmissimáque est, ad nos transituram verisimile videtur. Nam neque remiges eorum neque propugnatores animū inducere poterunt, vt, nobis tenentibus eorum vrbes, ipsi pro aliis maritima pericula subeant. Cyprus præterea vel adiunget se nobis facilè, vel nullo negotio capi poterit à nobis eò cum classe proficiscentibus. atque ita classe Macedonum & Phœnicum maria occupantes, adiuncta etiam Cypro insula, maris imperium constanter obtinebimus, & simul poterimus cōmodius AEgyptum bello petere: AEgypto verò in nostram potestatem redacta, nihil nobis aut de Græcia aut de rebus domesticis relinquitur verendum. Parta porro tranquillitate domi, maiore cū dignitate Babyloni bellum inferemus. Etenim erepto Persis maris imperio, ereptis etiam omnibus regionibus quæ ad Euphratem vsque pertinent, ita demum istam expeditionem suscipiemus.

Ex libro quinto.

ACVPHIDIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Inter Cophenem & Indum fluuios sita erat vrbs Nyssa, cuius primordia incolæ ad

Liberũ patrem referebant. Eam vrbem quia cum cætera regione subacturus veniebat Alexander, Nysæi vltrò obuiam Alexandro miserunt deprecatum, rogatúmque vt propter loci sanctimoniam vrbe abstineret, eámque suis vti legibus pateretur.

Ὦ βασιλεῦ, δέονταί σου Νυσσαῖοι ἐάσαι σφᾶς ἐλευθέρους τε καὶ αὐτονόμους, αἰδοῖ τοῦ Διονύσου. Διόνυσος γὰρ, ἐπειδὴ χειρωσάμενος τὸ Ἰνδῶν ἔθνος ἐπὶ θάλασσαν ὀπίσω κατῄει τὴν Ἑλληνικὴν, ἐκ τῶν ἀπομάχων στρατιωτῶν, οἳ δὴ αὐτῷ καὶ βάκχοι ἦσαν, κτίζει τὴν πόλιν τήνδε μνημόσυνον τῆς αὑτοῦ πλάνης τε καὶ νίκης τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις· καθάπερ οὖν καὶ σὺ αὐτὸς Ἀλεξάνδρειαί τε ἔκτισας τὴν πρὸς Καυκάσῳ ὄρει, καὶ ἄλλην Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ γῇ, καὶ ἄλλας πολλὰς τὰς μὲν ἔκτισας ἤδη, τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον, οἷα δὴ πλείονα Διονύσου ἔργα ἀποδειξάμενος. Νύσσαν τε οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἀπὸ τῆς τροφοῦ τῆς Νύσσης, καὶ τὴν χώραν Νυσσαίαν· τὸ δὲ ὄρος ὅ, τι περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. καὶ ἐκ τούτου ἐλευθέραν τε οἰκοῦμεν τὴν Νύσσαν, καὶ αὐτοὶ αὐτόνομοι, καὶ ἐν κόσμῳ πολιτεύοντες. τῆς δὲ ἐκ Διονύσου οἰκίσεως καὶ τόδε σοι γενέσθω τεκμήριον· κιττὸς γὰρ, οὐκ ἄλλῃ τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος, παρ' ἡμῖν φύεται.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

NYssæi te orant (ô rex) vt Dionysi gratia eorum ciuitatem liberam esse permittas, & suis vti legibus. Nam ille post subactos Indos quũ in Græciam reuerteretur, istam vrbem condidit, eámque incolendam dedit iis militibus qui vel ętatis vel valetudinis vitio, ad militiam tolerandam minus apti videbantur, & qui sacra eius celebrare consueuerant. voluit nanque vt posteris longinquæ peregrinationis & victoriæ suæ monimẽta & vestigia extarent: quemadmodum tu Alexandriam ad Caucasum montem, & alteram in AEgypto, & multas alias partim iam condidisti, partim progressu temporis conditurus es, vt res maiores plurésque te gessisse declares, quàm Dionysus ipse fecerit. Nyssam porro ciuitatẽ à nutrice Nyssa, & eius agrum, Nyssæum appellauit: montem etiam, qui vrbi est propior, Femur vocauit, quia in Iouis femore (vt est in fabulis) succreuit. Ex eo tẽpore nulli seruimus, sed liberi Nyssam incolimus, ac nostro iure nostrísque vtimur legibus, & ritè atque rectè rempub. administramus. Illud autem præter cætera sit tibi argumento Nyssam à Dionyso conditam, quòd hedera quæ nusquam nascitur in tota India, apud nos nascitur.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Quum ad Hyphasin fluuium Indiæ vincendo peruenisset Alexander, haberétque in animo vlteriorem regionem eadem alacritate animi adire qua Asiam reliquam peragrarat, moratæ sunt eum suorum querelæ: quos pertæsum erat tam laboriosæ militiæ, quique se, si flumen Alexander traiiceret, sequuturos negabant. Alexander indixit totius exercitus concionem, in qua ita verba fecit, vt eam quoque regionem adiri ostenderet expedire, tum ad explẽdam susceptæ expeditionis gloriam, tum nequis hostis relictus, grauis tanto imperio esset.

Ὁρῶν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Μακεδόνες τε καὶ ξύμμαχοι, οὐχ ὁμοίᾳ ἔτι τῇ γνώμῃ ἑπομένους μοι ἐς τοὺς κινδύνους, ξυνήγαγον ἐς ταυτὸ, ὡς ἢ πείσας ἄγειν τοῦ πρόσω, ἢ πεισθεὶς ὀπίσω ἀποστρέφεσθαι. εἰ μὲν δὴ μεμπτοί εἰσιν ὑμῖν οἱ ἡμέτεροι μέχρι δεῦρο πονηθέντες πόνοι, καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἡγούμενος, οὐδὲν ἔτι προὔργου λέγειν μοι ἐστίν· εἰ δὲ Ἰωνία τε πρὸς ὑμῶν διὰ τούσδε τοὺς πόνους ἔχεται, καὶ Ἑλλήσποντος, καὶ Φρύγες ἀμφότεροι, καὶ Καππαδόκαι, καὶ Παφλαγόνες, καὶ Λυδοὶ, καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Παμφυλία τε καὶ Φοινίκη, καὶ Αἴγυπτος ξὺν τῇ Λιβύῃ τῇ Ἑλληνικῇ, καὶ Ἀραβίας ἐστὶν ἃ, καὶ Συρία ἥ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, καὶ Βαβυλὼν δὲ ἔχεται, καὶ τὸ Σουσίων ἔθνος, καὶ Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ ὅσων Πέρσαι καὶ Μῆδοι ἐπῆρχον, καὶ ὅσων δὲ οὐκ ἦρχον, τὰ ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου, ὅσα ἐς τὰ πρόσω ἔτι τοῦ Ταναΐδος, Βακτριανοὶ, Ὑρκάνιοι, ἡ θάλασσα ἡ Ὑρκανία, Σκύθας τε ἀνεστείλαμεν ἔστε ἐπὶ τὴν ἔρημον, ἐπὶ τούτοις μέντοι καὶ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς διὰ τῆς ἡμετέρας ῥεῖ, ὁ Ὑδάσπης διὰ τῆς ἡμετέρας, ὁ Ἀκεσίνης, ὁ Ὑδραώτης· τί ὀκνεῖτε καὶ τὸν Ὕφασιν καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος γένη προσθεῖναι τῇ ἡμετέρᾳ Μακεδόνων ἀρχῇ; ἢ δεδοίκατε μὴ δέξωνται ἡμᾶς ἔτι ἄλλοι βάρβαροι ἐπιόντας, ὧν οἱ μὲν προσχωροῦσιν ἑκόντες, οἱ δὲ φεύγοντες ἁλίσκονται, οἱ δὲ ἀποφυγόντες τὴν χώραν ἡμῖν ἔρημον παραδιδόασιν, οἱ δὲ τοῖς ξυμμάχοις τε καὶ τοῖς ἑκοῦσι προσχωρήσασι προστίθενται; πέρας δὲ τῶν πόνων γενναίῳ μὲν ἀνδρὶ οὐδὲν δοκῶ ἔγωγε, ὅτι μὴ αὐτοὺς τοὺς πόνους ὅσοι αὐτῶν ἐς καλὰ ἔργα φέρουσιν· εἰ δέ τις καὶ αὐτοῦ τοῦ πολεμεῖν ποθεῖ ἀκοῦσαι ὅ, τι περ ἔσται πέρας, μαθέτω ὅτι οὐ πολλὴ ἔτι ἡμῖν ἡ λοιπή ἐστιν ἔστε ἐπὶ τὸν ποταμόν τε Γάγγην, καὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν. ταύτῃ δὲ, λέγω ὑμῖν, ξυναφὴς φανεῖται ἡ Ὑρκανία θάλασσα. ἐκπεριέρχεται γὰρ περὶ πᾶσαν ἡ μεγάλη θάλασσα. καὶ ἐγὼ ἐπιδείξω Μακεδόσι τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις, τὸν μὲν Ἰνδικὸν κόλπον ξύρρουν ὄντα τῷ Περσικῷ, τὴν δὲ Ὑρκανίαν τῷ Ἰνδικῷ· ἀπὸ δὲ τοῦ Περσικοῦ εἰς Λιβύην περιπλευσθήσεται στόλῳ ἡμετέρῳ τὰ μέχρι Ἡρακλέους στηλῶν· ἀπὸ δὲ στηλῶν,

ἡ ἐντὸς πᾶσα Λιβύη ἡμετέρα γίγνεται, καὶ ἡ Ἀσία δὴ οὕτω πᾶσα, καὶ ὅροι τῆς ταύτης ἀρχῆς, οὕσπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ θεὸς ἐποίησε. νῦν δὲ δὴ ἀποτρεπομένων, πολλὰ μὲν μάχιμα ὑπολείπεται γένη, ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος, ἔστε ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν, πολλὰ δὲ ἀπὸ τούτων ἔτι ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν, ὡς ἐπὶ βορρᾶν ἄνεμον καὶ τὰ Σκυθικὰ γένη, οὐ πόρρω τούτων. ὥστε δέος μὴ ἀπελθόντων ὀπίσω, καὶ τὰ νῦν κατεχόμενα, οὐ βέβαια ὄντα, ἐπαρθῇ πρὸς ἀπόστασιν πρὸς τῶν μήπω ἐχομένων. τότε δὴ ἀνόνητοι ἡμῖν ἔσονται οἱ πολλοὶ πόνοι, ἢ ἄλλως αὖθις ἐξ ἀρχῆς δεήσει πόνων τε καὶ κινδύνων. ἀλλὰ παραμείνατε ἄνδρες Μακεδόνες καὶ ξύμμαχοι. πονούντων τοι καὶ κινδυνευόντων τὰ καλὰ ἔργα, καὶ ζῆν τε ξὺν ἀρετῇ ἡδὺ, καὶ ἀποθνήσκειν κλέος ἀθάνατον ὑπολειπομένους. ἢ οὐκ ἴστε ὅτι ὁ πρόγονος ὁ ἡμέτερος οὐκ ἐν Τίρυνθῳ, οὐδὲ ἐν Ἄργει, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν Πελοποννήσῳ ἢ Θήβαις μένων, ἐς τοσόνδε κλέος ἦλθεν, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι, ἢ δοκεῖν; οὐ μὲν δὴ οὐδὲ Διονύσου, ἁβροτέρου τούτου θεοῦ ἢ καθ᾽ Ἡρακλέα, ὀλίγοι πόνοι. ἀλλὰ ἡμεῖς γε καὶ ἐπέκεινα τῆς Νύσσης ἀφίγμεθα, καὶ ἡ Ἄορνος πέτρα, ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνάλωτος, πρὸς ἡμῶν ἔχεται. ὑμεῖς δὲ καὶ τὰ ἔτι ὑπόλοιπα τῆς Ἀσίας προσθέτε τοῖς ἤδη κεκτημένοις, καὶ τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς. ἐπεὶ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τί ἂν μέγα καὶ καλὸν κατεπέπρακτο, εἰ ἐν Μακεδονίᾳ καθήμενοι, ἱκανὸν ἐποιούμεθα ἀπόνως τὴν οἰκίαν διασώζειν, Θρᾷκας τοὺς ὁμόρους, ἢ Ἰλλυριοὺς, ἢ Τριβαλλοὺς, ἢ καὶ τῶν Ἑλλήνων ὅσοι οὐκ ἐπιτήδειοι ἐς τὰ ἡμέτερα, ἀναστέλλοντες; εἰ μὲν δὴ ὑμᾶς πονοῦντας καὶ κινδυνεύοντας αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀκινδύνως ἐξηγούμενος ἦγον, οὐκ ἀπεικότως ἂν προεκάμνετε ταῖς γνώμαις· τῶν μὲν πόνων μόνοις ὑμῖν μετὸν, τὰ δὲ ἆθλα αὐτῶν ἄλλοις περιποιοῦντες. νῦν δὲ κοινοὶ μὲν οἱ πόνοι, ἴσον δὲ μέτεστι τῶν κινδύνων· τὰ δὲ ἆθλα ἐν μέσῳ κεῖται ξύμπασιν, ἥ τε χώρα ὑμετέρα, καὶ ὑμεῖς αὐτῆς σατραπεύετε, καὶ τῶν χρημάτων τὸ μέρος νῦν τε ἐς ὑμᾶς πολὺ ἔρχεται. καὶ ἐπειδὰν ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν, τότε οὐκ ἐμπλήσας μὰ Δία ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλὼν ὅσα ἕκαστος ἐλπίζει ἀγαθὰ ἔσεσθαι, τοὺς μὲν ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλοντας, εἰς τὴν οἰκείαν ἀποπέμψω, ἢ ἐπανάξω αὐτός· τοὺς δὲ αὐτοῦ μένοντας, ζηλωτοὺς τοῖς ἐπερχομένοις ποιήσω.

EADEM LATINE,

Francifco Porto interprete.

QVum intelligam vos ô Macedones & focii, non eadem voluntate atque ftudio me fequi quo antea vnà pericula fubibatis, conuocaui vos in cócionem, vti vel perfuadendo, vlterius vos ducam, vel à vobis perfuafus gradum ipfe referam, domúmque reuertar. Quanquam fi labores quos mecum hucvfque tuliftis, effent obfcuri atque contemnendi, fiqua in me imperatore veftro culpa effet, non effet operæpretium vt iam oratione vlterius progrederer: fed fi vos iftis laboribus Ioniam cepiftis, Hellefpontum, Phrygiam vtranque, Cappadociam, & Paphlagoniam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Phœnicen, & AEgyptum, cum ea parte Libyæ quam Græci tenent, nonnullas etiam Arabiæ regiones, Cœlémque Syriam, & Mefopotamiam, Babylonem præterea, gentémque Sufiorum fubegiftis, Perfas etiā, & Medos, gentéfque omnes quæ eorum imperio parebant, & eas quæ non parebant, quæque vltra portas Cafpias, & vltra montem Caucafum funt, quæque accolunt Tanain, & vltra Tanain ipfum fedes habent, Bactrianos, Hyrcanios, maréque Hyrcanium: fi Scythas in defertas vfque regiones repulimus, perfecimúfque vt Indus flumen per noftram ditionem perfluat, per noftram etiam Hydafpes flumen, Acefines, & Hydraotes: quid Hyphafin cunctamini, & gentes quæ funt trans flumen, imperio Macedonū addere? An veremini ne cæteri barbari nos arma inferentes fint laturi, & cótra nos ftaturi, quum alii deditionem voluntariam faciant, alii fugientes capiantur: ac, fiqui euadunt, hi fuos fines deftitutos nobis relinquant: nonnulli etiam addant fe fociis, & iis qui fefe voluntariè dediderunt? Atqui viris fortibus & generofis, meo quidem iudicio, nullus laborum finis eft, eorum præfertim qui ad gloriam & decus ducunt. fi quis tamen cupit cognofcere quis huic bello finis futurus fit, is intelligat non multum terrarum nobis ad Gangem flumē, & orientalem Oceanū reftare. hunc autem Oceanum (ambit enim omnem terrarum orbem) coniunctum cum Hyrcanio mari videbitis. Tum ego vobis, Macedones & focii, commōftrabo finum Indicum cum Perfico, mare Hyrcanium cum Indico cōiungi: à finu verò Perfico Lybiam claffe noftra circumuecti, ad Herculis columnas perueniemus: inde digreffi, totam interiorem Libyam occupabimus: atque ita vtráque & Afiam & Libyam totam tenebimus: eruntque iidem & orbis terrarum & imperii noftri termini, quos Deus ipfe ftatuit. Iam verò fi reuertamur, multas trans Hyphafin gentes bellicofas relinquimus ad orientalem vfque Oceanum, multas etiam feptentrionem verfus, ad mare vfque Hyrcanium, & gentes Scythicas non procul ab his remotas. Quare timēdum eft ne recedentibus no-

bis, ea etiam quæ nunc tenemus, & quæ nondum stabili loco sita sunt, ab iis gentibus quæ adhucsubactæ nostris armis non sunt, ad rebellionem impellantur: quum illi nostri tot labores omnes profundentur, aut certè nouis laboribus periculisque denuò erit opus. Quamobrem pergite vt cœpistis Macedones, & socii. viros enim fortes, & labores ac pericula non recusantes, præclara & illustria facta sequuntur: eáque demum vera & solida voluptas est, si, quum vixeris honestè, mortuus immortalem posteritati gloriam relinquas. An ignoratis, Herculem progenitorem meum nunquam ad tantā gloriam peruēturum fuisse, vt in deorum referretur numerum, & ex homine deus haberetur, si vel Tirynthe, vel Argis, vel in Peloponneso, aut Thebis segnis sedisset? Quin etiam ne Dionysi quidem (qui deus maior Hercule habitus est) exigui labores memorantur. Nos tamen vel vltra Nyssam progressi sumus, & petra Aornos, quam Hercules ipse capere non potuit, à nobis capta & expugnata est. Quare reliquas etiam Asiæ partes iis, quas tenemus, & hæc pauca & parua (quæso) adiicite tam multis & magnis quæ tenemus. Nam nos etiam ipsi quid magnum ac memorabile in vita egissemus, si sedentes in Macedonia satis habuissemus sine labore fines tueri nostros, Thracas finitimos, vel Illyrios, vel Triballos, vel Græcos etiam, quicunque sunt infesti, propulsantes? Quòd si vobis ad labores & pericula abuterer, ego autem vester imperator vtrisque me subducerem, non immeritò fortasse fracti animis atque debilitati progredi recusaretis, quippe qui labores vestros esse intelligeretis, ad alios laborum præmia peruenire: iam labores communes mihi & vobis sunt, præmia in medio proposita sunt omnibus. Omnis enim regio, vestra est, & vos ei præestis, gazæque Asiaticæ bona iam pars in vestra potestate est: at subacta tota Asia, tum verò confido me non solùm satisfacturum, & vestram cuiusque cupiditatem expleturum, verùm etiam spem atque expectationem superaturum. Nam confecto bello, iis qui domum reuerti volent, potestatem faciam, aut ipsemet eos reducam: qui hîc manere malent, iis efficiam vt qui discedent, non mediocriter inuideant.

COENI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ad Alexandri orationem obstupuerat concio vniuersa. nam assentiri quidem minimè volebant, reclamare autem apertè, regis verecundia vetabat. Quum altum silentium satis diu fuisset, tandem Cœnus vnus è ducibus, fretus ætatis grauitate & regis beneuolentia, ausus est vnus omnium nomine regi respondere. Orationis hæc summa fuit, vt, quoniam inuitos se non esse tracturum præfatus rex erat, parceret suis senio & laboribus iam confectis: in patriam reuerteretur, ibi, si videretur, recentem exercitum ad victorias persequendas conscriberet.

Ἐπειδὴ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, οὐ κατὰ πρόσταξιν ἐθέλεις Μακεδόνων ἐξηγεῖσθαι, ἀλλὰ πείσας μὲν ἄξειν φὴς, πεισθεὶς δὲ οὐ βιάσεσθαι, οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν τῶνδε ποιήσομαι ἐγὼ τοὺς λόγους, οἳ καὶ προτιμώμενοι τῶν ἄλλων, καὶ τὰ ἆθλα τῶν πόνων οἱ πολλοὶ ἤδη κεκομισμένοι, καὶ τῷ κρατιστεύειν παρὰ τοὺς ἄλλους πρόθυμοί σοι ἐς πάντα ἐσμέν· ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς τῆς πολλῆς. οὐδ᾽ ὑπὲρ ταύτης ἐρῶ τὰ καθ᾽ ἡδονὴν ἐκείνοις, ἀλλ᾽ ἃ νομίζω σύμφορά τε σοὶ ἐς τὰ παρόντα, καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάλιστα ἀσφαλῆ εἶναι. δίκαιος δέ εἰμι καθ᾽ ἡλικίαν τε μὴ ἀποκρύπτεσθαι τὰ δοκοῦντα βέλτιστα, καὶ κατὰ τὴν ἐκ σοῦ μοι οὖσαν καὶ ἐς τοὺς ἄλλους ἀξίωσιν, καὶ κατὰ τὴν ἐν τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις ἐς τόδε ἀπροφάσιστον τόλμαν. ὅσῳ γάρ τοι πλεῖστα καὶ μέγιστα σοί τε ἡγουμένῳ καταπέπρακται καὶ τοῖς ἅμα σοι οἴκοθεν ὁρμηθεῖσι, τοσῷδε μᾶλλόν τι ξύμφορόν μοι δοκεῖ πέρας τι ἐπιθεῖναι τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις. αὐτὸς γάρ τοι ὁρᾷς, ὅσοι μὲν Μακεδόνων τε καὶ Ἑλλήνων ἅμα ὡρμήθημεν, ὅσοι δὲ ὑπολελείμμεθα· ὧν, Θετταλοὺς μὲν ἀπὸ Βάκτρων εὐθὺς οὐ προθύμους ἔτι εἰς τοὺς πόνους αἰσθόμενος, οἴκαδε, καλῶς ποιῶν, ἀπέπεμψας· τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς σοῦ οἰκισθείσαις κατῳκισμένοι, οἱ δὲ οὔτε πάντη ἑκόντες μένουσιν· οἱ δὲ ξυμπονοῦντές τε ἔτι καὶ ξυγκινδυνεύοντες, αὐτοί τε καὶ ἡ Μακεδόνων στρατιὰ τοὺς μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλέκασιν, οἱ δὲ ἐκ τῶν τραυμάτων ἀπόμαχοι γεγενημένοι, ἄλλοι ἄλλῃ τῆς Ἀσίας ὑπολελειμμένοι εἰσίν· οἱ πλείους δὲ νόσῳ ἀπολώλασιν, ὀλίγοι δὲ ἐκ πολλῶν ἀπολείπονται, καὶ οὔτε τοῖς σώμασιν ἔτι ὡσαύτως ἐρρωμένοι, ταῖς τε γνώμαις πολὺ ἔτι μᾶλλον προκεκμηκότες. καὶ τούτοις ξύμπασι πόθος μὲν γονέων ἐστὶν ὅσοις ἔτι σώζονται, πόθος δὲ γυναικῶν καὶ παίδων, πόθος δὲ δὴ τῆς γῆς αὐτῆς τῆς οἰκείας, ἣν ξὺν τῷ ἐκ σοῦ πορισθέντι σφίσι κόσμῳ, μεγάλοι τε ἀντὶ μικρῶν, καὶ πλούσιοι ἐκ πενήτων ἀναστρέφοντες, ξυγγνωστοί εἰσιν ἐπιδεῖν ποθοῦντες. σὺ δὲ νῦν μὴ ἄγε ἄκοντας· οὐδὲ γὰρ ὁμοίοις ἔτι χρήσῃ ἐς τοὺς κινδύνους, οἷς τὸ ἑκούσιον ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀπέσται. ἐπανελθών τε αὐτὸς, εἰ δοκεῖ, ἐς τὴν οἰκείαν, καὶ τὴν μητέρα τὴν σαυτοῦ ἰδὼν, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καταστησάμενος, καὶ τὰς νίκας ταύτας τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἐς τὸν πατρῷον οἶκον κομίσας, οὕτω δὴ ἐξ ἀρχῆς ἄλλον στόλον στέλλεσθαι, εἰ μὲν βούλει, ἐπ᾽ αὐ-

τὰ ταῦτα τὰ πρὸς τὴν ἕω ᾠκισμένα Ἰνδῶν γένη· εἰ δὲ βούλει, ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· εἰ δὲ, ἐπὶ Καρχηδόνας, καὶ τὰ ἐπέκεινα Καρχηδονίων τῆς Λιβύης. ταῦτα δὲ σὸν ἤδη ἐξηγεῖσθαι· ἕψονται δέ σοι ἄλλοι Μακεδόνες, νέοι τε ἀντὶ γερόντων, καὶ ἀκμῆτες ἀντὶ κεκμηκότων, καὶ οἷς τὰ τοῦ πολέμου διὰ τὸ ἀπείρατον ἔς τε τὸ παραυτίκα οὐ φοβερὰ, καὶ κατὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα ἐν σπουδῇ ἔσται. οὓς καὶ ταύτῃ ἔτι προθυμότερον ἀκολουθήσειν σοι εἰκὸς, ὁρῶντας τοὺς πρότερον ξυμπονήσαντάς τε καὶ ξυγκινδυνεύσαντας, ἐς τὰ σφέτερα ἤδη ἐπανεληλυθότας, πλουσίους τε ἀντὶ πενήτων, καὶ ἀντὶ ἀφανῶν τῶν πάλαι εὐκλεεῖς. καλὸν δὲ, ὦ βασιλεῦ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ ἐν τῷ εὐτυχεῖν σωφροσύνη. σοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ ἡγουμένῳ, καὶ στρατιὰν τοιαύτην ἄγοντι, ἐκ μὲν πολεμίων δέος οὐδέν· τὰ δὲ ἐκ τοῦ δαιμονίου, ἀδόκητά τε καὶ ταύτῃ, καὶ ἀφύλακτα τοῖς ἀνθρώποις ἐστί.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

QVoniam, ô rex, negas te vlterius Macedones inuitos esse ducturum, sed volentes tuáque autoritate adductos, sin minus, te nullam illis allaturum vim: ego nō pro nobis, qui adsumus, & qui summis honoribus à te affecti, præmia laborum plerique iam accepimus, quíque ob dignitatis præstantiam, qua decorasti nos, ad quælibet imperia tua parati atque alacres sumus, sed pro multitudine ipsa verba sum facturus. Neque verò differam ea quæ captent militum gratiam, sed quæ tibi cùm in præsentia salutaria, tum in posterum rectissima, & minimè periculosa fore sum persuasus. Neque enim æquum censeo ea à me reticeri quæ optima factu iudico. id quod neque ætas neque dignitas mea patitur, neque etiam labores & pericula toties sine cunctatione adita & suscepta. Quo enim plura facinora præclarioráque tum abs te duce gesta sunt, tum ab iis qui tua sunt sequuti auspicia, eo magis finem aliquando laboribus atque periculis puto imponendum. Nam tu ipse vides, ex tanta multitudine Macedonum & Græcorum, qui te sequuti sumus, ad quàm exiguum numerum redacti simus. Thessalos (vt te decuit) à Bactris vsque statim domū remisisti: nempe quia sensisti eos detrectare militiam, & minus alacres esse ad labores perferendos. Cæteros Græcos, alios collocasti in iis vrbibus quæ abs te conditæ sunt, vbi illi non tamen vsquequaque volentes permanent: alios tecum habes, labores adhuc & pericula capessentes, qui multos de suis, quemadmodum Macedones, in præliis amiserunt: sunt etiā qui vulneribus debilitati, sunt exautorati. nonnulli alii qui diuersis in Asiæ regionibus relicti sunt, & plerique morbo interierunt: pauci denique ex multis adhuc supersunt, qui neque corporibus valent vt antea, & animis multo magis defessi sunt. Atque his omnibus qui adhuc supersunt, insitum est natura desiderium parentum, vxorum, liberorum, patriæ: quam si videre expetunt, ornati præsertim abs te atque aucti, & diuites ex pauperibus facti, haud sanè indigni venia videntur. Itaque inuitos tibi ducendos eos vlterius non censeo, quorum operam in periculis non eandem ac antea es experturus, quia nimirum ad prælia solitam animorum alacritatem non afferent. Quin potius tu quoque (si ita lubet) domum reuersus matrē inuisas, & has tam multas támque ingentes victorias in domum paternam referas: atque ita constitutis Græcorum rebus, licebit tibi denuò nouam expeditionem suscipere siue aduersus istas Indorum gentes, quæ orientem versus sitæ sunt, siue malis in Pontum Euxinum, siue in Carthaginem, & Libyam quæ vltra Carthaginem est. tunc enim tibi liberum erit exercitum quocunque volueris ducere: sequentur autem te alii Macedones iuniores pro hisce senioribus, viribus integri pro defessis: qui quum sint inexperti, non modò tum à bello non abhorrebunt, sed propter commoda sperata id vltrò præoptabunt: quos etiam alacrius te sequuturos esse propterea verisimile est, quòd nos, qui tibi socii laborum & periculorum fuimus, reuersos ad se videbunt ex pauperibus diuites, & ex obscuris claros. Præclarum etiam est ô rex, si quicquā aliud, animi quoque in secundis rebus moderatio. Tibi quidem imperatori, & inuicti huius exercitus ductori, nihil ab hoste metuendum est: fortunæ verò incerti euentus & inopinati, & propterea hominibus ineuitabiles, hi demum vehementer extimescendi sunt.

ALEXANDRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Alexandri vox quædam fuerat excepta à Macedonibus, qua ille pronũtiarat se missionem esse iis daturum, quibus vel propter ætatem vel propter corporum mutilationem vacatio militiæ deberetur, ita porrò eos munificè à se donatum iri, vt facilè ea liberalitas ciues eorum ad quos illi se contulissent, ad eam militiam alliceret. Eam vocem in deteriorem partẽ acceperant Macedones, irritatíque tum eo nomine, tum quia iam Macedonicum nomen fastidire Alexander videbatur, contumeliosè in eum quædam erant debacchati, séque militiam esse deserturos erant minati. Eam petulantiam vt cohiberet Alexander, aliquot ex capitibus seditionis comprehensis supplicium destinabat. Cæterùm omnes ad concionem vocauit, & in eos, commemoratis beneficiis quibus omnes ornarat, inuectus est.

ΟΥχ ὑπὲρ τοῦ καταπαῦσαι ὑμῶν τὴν οἴκαδε ὁρμὴν ὦ Μακεδόνες, λεχθήσεταί μοι ὁ λόγος, (ἔξεστι γὰρ ὑμῖν ἀπιέναι ὅποι βούλεσθε, ἐμοῦ γε ἕνεκα) ἀλλ᾽ ὡς γνῶναι ὑμᾶς, πρὸς ὁποίους τινὰς ὑμᾶς ὄντας ὁποῖοί τινες αὐτοὶ γενόμενοι ἀπαλλάσσεσθε. καὶ πρῶτά γε ἀπὸ Φιλίππου τοῦ πατρὸς, ᾗ περ καὶ εἰκὸς, τοῦ λόγου ἄρξομαι. Φίλιππος γὰρ παραλαβὼν ὑμᾶς πλανήτας καὶ ἀπόρους, ἐν διφθέραις τοὺς πολλοὺς νέμοντας ἀνὰ τὰ ὄρη πρόβατα ὀλίγα, καὶ ὑπὲρ τούτων κακῶς μαχομένους Ἰλλυριοῖς τε καὶ Τριβαλλοῖς, καὶ τοῖς ὁμόροις Θρᾳξὶ, χλαμύδας μὲν ὑμῖν ἀντὶ τῶν διφθερῶν φορεῖν ἔδωκε, κατήγαγε δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν ἐς τὰ πεδία, ἀξιομάχους καταστήσας τοῖς προσχώροις τῶν βαρβάρων, ὡς μὴ χωρίων ἔτι ὀχυρότητι πιστεύοντας μᾶλλον ἢ τῇ οἰκείᾳ ἀρετῇ σώζεσθαι· πόλεών τε οἰκήτορας ἀπέφηνε, καὶ νόμοις καὶ ἤθεσι χρηστοῖς ἐκόσμησεν· αὐτῶν δὲ ἐκείνων τῶν βαρβάρων, ὑφ᾽ ὧν πρόσθεν ἤγεσθε καὶ ἐφέρεσθε αὐτοί τε καὶ τὰ ὑμέτερα, ἡγεμόνας κατέστησεν, ἐκ δούλων καὶ ὑπηκόων· καὶ τῆς Θρᾴκης τὰ πολλὰ τῇ Μακεδονίᾳ προσέθηκε, καὶ τῶν ἐπὶ θαλάττῃ χωρίων τὰ ἐπικαιρότατα καταλαβόμενος, τὴν ἐμπορίαν τῇ χώρᾳ ἀνεπέτασε, καὶ τῶν μετάλλων τὴν ἐργασίαν ἀδεῆ παρέσχε· Θεσσαλῶν δὲ ἄρχοντας, οὓς πάλαι ἐτεθνήκειτε τῷ δέει, ἀπέφηνε· καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος ταπεινώσας, τὴν ἐς τὴν Ἑλλάδα πάροδον πλατεῖαν καὶ εὔπορον ἀντὶ στενῆς τε καὶ ἀπόρου ὑμῖν ἐποίησεν. Ἀθηναίους τε καὶ Θηβαίους ἐφεδρεύοντας ἀεὶ τῇ Μακεδονίᾳ ἐς τοσόνδε ἐταπείνωσεν, ἤδη ταῦτά γε καὶ ἡμῶν αὐτῷ ξυμπονούντων, ὡς ἀντὶ τοῦ φόρους τελεῖν Ἀθηναίοις καὶ ὑπακούειν Θηβαίων, παρ᾽ ἡμῶν ἐν τῷ μέρει ἐκείνους τὴν ἀσφάλειαν σφίσιν πορίζεσθαι. ἐς Πελοπόννησον δὲ παρελθὼν, τὰ ἐκεῖ αὖ ἐκόσμησε· καὶ ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ συμπάσης τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀποδειχθεὶς τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην στρατιᾶς, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλόν τι τὴν δόξαν τήνδε ἢ τῷ κοινῷ τῶν Μακεδόνων προσέθηκε. ταῦτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐς ὑμᾶς ὑπηργμένα, ὡς μὲν αὐτὰ ἐφ᾽ ἑαυτῶν σκέψασθαι, μεγάλα· μικρὰ δὲ, ὥς γε δὴ πρὸς τὰ ἡμέτερα ξυμβαλεῖν· ὃς παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς χρυσᾶ μὲν καὶ ἀργυρᾶ ἐκπώματα ὀλίγα, τάλαντα δὲ οὐδὲ ἑξήκοντα ἐν τοῖς θησαυροῖς, χρεῶν δὲ ὀφειλόμενα ὑπὸ Φιλίππου ἐς πεντακόσια τάλαντα, δανεισάμενος ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ἄλλα ὀκτακόσια, ὁρμηθεὶς ἐκ τῆς χώρας τῆς γε οὐδὲ ὑμᾶς αὐτοὺς βοσκούσης καλῶς, εὐθὺς μὲν τοῦ Ἑλλησπόντου ὑμῖν τὸν πόρον, θαλασσοκρατούντων τότε Περσῶν, ἀνεπέτασα· κρατήσας δὲ τῇ ἵππῳ τοὺς σατράπας τοῦ Δαρείου, τήν τε Ἰωνίαν πᾶσαν τῇ ὑμετέρᾳ ἀρχῇ προσέθηκα, καὶ τὴν Αἰολίδα πᾶσαν, καὶ Φρύγας ἀμφοτέρους, καὶ Λυδοὺς, καὶ Μίλητον εἷλον πολιορκίᾳ· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἑκόντα προσχωρήσαντα λαβὼν, ὑμῖν καρποῦσθαι ἔδωκα. καὶ τὰ ἐξ Αἰγύπτου καὶ Κυρήνης ἀγαθὰ, ὅσα ἀμαχεὶ ἐκτησάμην, ὑμῖν ἔρχεται· ἥ τε κοίλη Συρία, καὶ ἡ Παλαιστίνη, καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, ὑμέτερον κτῆμά εἰσι· καὶ Βαβυλὼν, καὶ Βάκτρα, καὶ Σοῦσα, ὑμέτερα· καὶ ὁ Λυδῶν πλοῦτος, καὶ οἱ Περσῶν θησαυροὶ, καὶ τὰ Ἰνδῶν ἀγαθὰ, καὶ ἡ ἔξω θάλασσα, ὑμέτερα. ὑμεῖς σατράπαι, ὑμεῖς στρατηγοὶ, ὑμεῖς ταξιάρχαι. ὡς ἔμοιγε αὐτῷ τί περίεστιν ἀπὸ τούτων τῶν πόνων, ὅτι μὴ αὕτη ἡ πορφύρα, καὶ τὸ διάδημα τοῦτο; κέκτημαι δὲ ἰδίᾳ οὐδὲν, οὐδὲ ἔχει τις ἀποδεῖξαι θησαυροὺς ἐμοὺς, ὅτι μὴ ταῦτα ὑμέτερα κτήματα, ἢ ὅσα ἕνεκα ὑμῶν φυλάττεται. ἐπεὶ οὐδὲ ἔστιν ἰδίᾳ μοι ἐς ὅ, τι φυλάξω αὐτοὺς, σιτουμένῳ τε τὰ αὐτὰ ὑμῖν σιτία, καὶ ὕπνον τὸν αὐτὸν αἱρουμένῳ. καίτοι οὐδὲ σιτία ἐμοὶ δοκῶ τὰ αὐτὰ τοῖς τρυφῶσιν ὑμῶν σιτεῖσθαι· προαγρυπνῶν δὲ ὑμῶν οἶδα, ὡς καθεύδειν ἔχοιτε ὑμεῖς. ἀλλὰ ταῦτα γὰρ, ὑμῶν πονούντων καὶ ταλαιπωρουμένων, ἐκτησάμην αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀταλαιπώρως ἐξηγούμενος. καὶ τίς ὑμῶν ἢ πονήσας οἶδεν ἐμοῦ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ὑπὲρ ἐκείνου; ἄγε δὴ καὶ ὅτῳ τραύματα ὑμῶν ἐστι, γυμνώσας αὐτὰ ἐπιδειξάτω, καὶ ἐγὼ τὰ ἐμὰ ἐπιδείξω ἐν μέρει. ὡς ἔμοιγε οὐκ ἔστιν ὅ, τι τοῦ σώματος τῶν γε δὴ ἔμπροσθεν μερῶν ἄτρωτον ὑπολέλειπται· οὐδὲ ὅπλον τι ἔστιν ἢ ἐκ χειρὸς, ἢ τῶν ἀφιεμένων, οὗ γε οὐκ ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω. ἀλλὰ καὶ ξίφει ἐκ χειρὸς τέτρωμαι, καὶ τετόξευμαι ἤδη, καὶ ἀπὸ μηχανῆς βέβλημαι· καὶ λίθοις πολλαχῇ καὶ ξύλοις παιόμενος ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας δόξης, καὶ τοῦ ὑμετέρου πλούτου, νικῶντας ὑμᾶς ἄγω διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ πάντων ποταμῶν καὶ ὀρῶν, καὶ πεδίων πάντων. γάμους τε ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γεγάμηκα, καὶ πολλῶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς. ἔτι τε ὅτῳ χρέα ἦν, οὐ πολυπραγμονήσας, ἐφ᾽ ὅτῳ ἐγένετο, τοσαῦτα μὲν μισθοφορούντων, τοσαῦτα δὲ ἁρπαζόντων, ὁπότε ἐκ πολιορκίας ἁρπαγὴ γίγνοιτο, διαλέλυμαι ταῦτα. στέφανοί τε χρυσοῖ τοῖς πλείστοις ὑμῶν εἰσιν, μνημεῖα τῆς τε ἀρετῆς τῆς ὑμετέρας καὶ τῆς ἐξ ἐμοῦ τιμῆς ἀθάνατα. ὅστις δὲ δὴ καὶ ἀπέθανεν, εὐκλεὴς μὲν αὐτῷ ἡ τελευτὴ ἐγένετο, περιφανὴς δὲ ὁ τάφος, χαλκαῖ δὲ αἱ εἰκόνες τῶν πλείστων οἴκοι ἑστᾶσιν, οἱ γονεῖς δ᾽ ἔντιμοί εἰσι, λειτουργίας τε ξυμπάσης καὶ εἰσφορᾶς ἀπηλλαγμένοι. οὐ γάρ τις φεύγων ὑμῶν ἐτελεύτα, ἐμοῦ ἄγοντος. καὶ νῦν τοὺς ἀπολέμους ὑμῶν, ζηλωτοὺς τοῖς οἴκοι, ἀποπέμψειν ἔμελλον. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πάντες ἀπιέναι βούλεσθε, ἄπιτε πάντες, καὶ ἀπελθόντες οἴκοι ἀπαγγείλατε, ὅτι τὸν βασιλέα ὑμῶν Ἀλέξανδρον, νικῶντα μὲν Πέρσας καὶ Μήδους καὶ Βακτρίους, καὶ Σάκας, καταστρεψάμενον δὲ Οὐξίους τε καὶ Ἀραχώτας καὶ Δράγγας, κεκτημένον δὲ καὶ Παρθυαίους καὶ Χορασμίους καὶ Ὑρκανίους, ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Κασπίαν, ὑπερβάντα δὲ τὸν Καύκασον ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, καὶ περάσαντα Ὄξον τε τὸν ποταμὸν καὶ Τάναϊν, ἔτι δὲ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Διονύσῳ περαθέντα, καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ τὸν Ἀκεσίνην, καὶ τὸν Ὑδραώτην, καὶ τὸν Ὕφασιν διαπεράσαντα ἄν, εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀπωκνήσατε,

τὰ εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν, κατ' ἀμφότερα τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἐμβαλόντα, καὶ διὰ τῆς Γεδρωσίας τῆς ἐρήμου ἐλθόντα, ᾗ οὐδείς πω πρόσθεν ξὺν στρατιᾷ ἦλθε· καὶ Καρμανίαν ἐν παρόδῳ προσκτησάμενον, καὶ τὴν Ὠρειτῶν γῆν· περιπεπλευκότος δὲ ἤδη αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ τὴν ἀπ' Ἰνδῶν γῆς εἰς Πέρσας θάλασσαν, ὡς εἰς Σοῦσα ἐπανηγάγετε, ἀπολιπόντες οἴχεσθε, παραδόντες φυλάσσειν τοῖς νενικημένοις βαρβάροις. ταῦτα ὑμῖν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἴσως εὐκλεᾶ, καὶ πρὸς θεῶν ὅσια δήπου ἔσται ἀπαγγελθέντα. ἄπιτε.

EADEM LATINE,

Francisco Porto interprete.

NOn sum facturus verba, Macedones, vt vos ab isto studio reditus deterream, (licet enim vobis per me iam abire quocunque lubet) sed vt doceam quis ego erga vos fui, & quam vos mihi vicem reddétes ita disceditis. Atque vt à Philippo patre, sicuti par est, ordiar, ille vos nactus vagos & errantes, inopes, & pastores plerosque pellibus amictos, exiguas in montibus pascentes oues, eásque à vi Illyriorum, Triballorum, & Thracum finitimorum ægrè tuentes, chlamydas vobis pro pellibus gestandas dedit, & ex montibus in planitiem deduxit, atque ita pares fecit finitimis barbaris, vt non amplius locorum potius munitione freti quàm virtute vestra, vosipsos & fortunas vestras tueremini: præterea in vrbes vos induxit, & institutis optimis ornauit: & barbaros ipsos, à quibus vehementer antea infestabamini, & à quibus vestræ fortunæ agebantur atque ferebãtur, eos parêre vobis, qui paulo antè serui eratis, imperióque alterius parebatis, armis & vi coegit, & magnam Thraciæ partem imperio Macedonum adiecit: occupatis etiam oppidis, quæ opportunissima in ora maritima videbantur, negotiandi potestatem vobis fecit cum exteris nationibus, & argenteas secturas atque aureas vt liberè ac sine metu accolarum effoderetis, perfecit. Thessalos præterea quos olim horrebatis, vestro imperio subiecit: gente Phocẽsium afflicta, aditum in Græciam amplum & expeditũ pro angusto & difficili vobis patefecit. Atheniẽses verò & Thebanos, qui vobis insidiabantur, sic afflixit, nobis iam secũ vnà militantibus, vt quum antea vectigal Atheniensibus penderemus, Thebanis pareremus, iam vice versa vtrãque illam ciuitatem in fide ac tutela nostra habeamus. In Peloponnesum etiam ingressus, res illas constituit. Imperator denique totius Græciæ designatus, vt bellũ aduersus Persas susciperet, gloriam eius rei non sibi magis quàm genti & nomini Macedonum adiecit. Atque hæc sunt patris mei erga vos beneficia, magna illa quidem, si cum aliis non compararentur: parua, si cum nostris conferantur. Nam ego patri succedens, aurea quædam pauca argenteáque pocula nactus in patriis thesauris, talenta verò ne sexaginta quidem, quanquam ære alieno pressus, quod mihi pater ad quingenta circiter talenta reliquerat, tamen contracto nouo ære alieno talentûm octingẽtorum, ex Macedonia, quæ vos vix alere poterat, castra moui: ac protinus fretum Hellesponti vobis patefeci, Persis, qui tum imperium maris tenebant, superatis: deuictis deinde Darii ducibus equestri prælio, totam Ioniam, AEoliam, vtranque Phrygiam, Lydiam quoque imperio Macedonum adieci, Miletum obsidione cepi: cæteras gentes & nationes, quæ voluntariam fecerunt deditionem, vobis subieci, stipendiariásque feci. AEgypti Cyrenésque opes, quibus potiti sumus sine vi, eæ quoque ad vos accesserunt: Syria cœle, Palæstina, Mesopotamia, possessiones vestræ sunt: Babylon, Bactra, Susa, in vestra potestate sunt: opes Lydorum vestræ sunt, thesauri Persarum, opes Indorum, vester denique Oceanus est: vos satrapæ, vos duces, vos ordinum principes & ductores. Nam mihi ipsi ex tot laboribus quid aliud superest quàm ista purpura, & istud diadema? priuatim enim nihil habeo: neque est qui meos demõstrare possit thesauros, præter ea quę vos tenetis, vel quæ seruantur vestri causa. quandoquidem non habeo ad quid eos reseruem in priuatum vsum, quippe qui iisdem vtor cibis atque vos, & ęquè somnum capio atque vos. Quin vilioribus etiam cibis vtor quàm vos, quicunque viuitis delicio sius: ac pro vobis vigilare me certò scio, vt ipsi nimirum placidè quietéque dormiatis. Sed fortasse hæc omnia, vobis labores & pericula subeuntibus, ipse vester imperator laborum & periculorum omnium immunis adeptus sum. Et quisnam vestrum ausit dicere se plures pro me labores, quàm me pro illo subiisse? Age etiam quicunque ve-

strûm

ſtrûm habet vulnera, denudet corpus, oſtendat cicatrices: oſtendam ipſe quoque viciſſim meas. Nam nulla eſt aduerſa corporis pars quæ cicatrice careat: neque vllum ſanè teli genus eſt, quod cõminus tractetur, vel eminus iaciatur, cuius in meo corpore aliqua veſtigia non extent. ſed & gladio cõminus ſauciatus ſum, & ſagittis vulneratus, & catapultis malè habitus. Quanquam verò & lapidibus & lignis paſſim pro vobis, veſtráque gloria & opibus, fuerim appetitus, tamen vos duco victores per omnes terras, omniáque maria, per flumina, per mõtes, per loca plana. Nuptias etiam perinde atque vos celebraui, vt liberi bonæ partis veſtrûm futuri ſint cognati meis liberis. Præterea æs alienum, quo quis veſtrûm premebatur, non curioſius exquirẽs qua de re fuerit contractum, ipſe diſſolui: quanuis & ſtipendium militare ingens perſoluerem, & vos ex vrbium direptione quæſtus ingentes faceretis. Adde quòd pleroſque veſtrûm coronis aureis donaui, quæ veſtræ virtutis, & honorum quos vobis tribui, æterna monumenta futuræ eſſent. Quòd ſi cui fortiter pugnanti contigit occumbere, is præter mortis honeſtatem & gloriam quam adeptus eſt, monumento inſigni decoratus eſt: pleriſque domi æneæ ſtatuæ ſunt erectæ: parentibus eorum honores tributi ſunt, & immunitas à publicis muneribus atque tributis conceſſa. nam nemo adhuc veſtrûm ſub meis auſpiciis fugiens cecidit: iámque mecum cõſtitueram domum remittere quicunque veſtrûm militiæ oneribus ſuſtinendis pares non ſunt, honoribus & præmiis ita decoratos vt ſui ciues eos fortunatos & beatos eſſent exiſtimaturi. Sed poſteaquam idem abeundi animus omnibus eſt, abite omnes, ac domum renuntiate vos regem veſtrũ Alexandrum, qui Perſas, Medos, Bactrianos vicit, qui Vxios, Arachotas, & Dracas ſubegit, qui tenet Parthos, Choraſmios, Hyrcanos, ad mare vſque Caſpiũ, qui Caucaſum montem ſuperauit, portáſque Caſpias, qui Oxum flumen Tanaínque tranſmiſit, Indum etiam à nullo antea niſi à Dionyſo ſuperatum: qui etiam Hydaſpen, Aceſinen, Hydraoten Hyphaſínque traieciſſet, ni per vos ſtetiſſet, qui eum ſequi noluiſtis: qui denique in Oceanum per vtrunque Indi oſtium ingreſſus, per ſolitudines, & fines Gedroſiorum (quò nemo ante eũ cum exercitu venit) iter habuit, & Carmaniã ex itinere atque Oritas ſubegit: quem claſſe iam eius circunuecta ex finibus Indorũ in mare Perſicum, victorem Suſa reduxiſtis: eum (inquam) ciuibus veſtris renuntiate vos deſeruiſſe, atque diſceſſiſſe, & fidei barbarorum qui ab eo ſunt deuicti, cõmiſiſſe. Hęc ſcilicet renuntiata gloriam apud homines, opinionem pietatis apud deos ſunt vobis adiunctura. iam itaque abite.

CALLINIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Stomachãs Alexander (vt modò expoſitum fuit) domo ſe continebat, à ſe omnes arcebat Macedones, Perſas autem intromittebat. Acti pœnitentia Macedones Callinem hunc deprecatum ad Alexandrum allegarunt. In eam ſententiam hac ille oratiuncula eſt vſus.

Ὦ Βασιλεῦ, τὰ λυποῦντά ἐστι Μακεδόνας, ὅτι σὺ Περσῶν μέν τινας ἤδη πεποίησαι σαυτῷ συγγενεῖς, καὶ καλοῦνται Πέρσαι συγγενεῖς Ἀλεξάνδρου, καὶ φιλοῦσί σε· Μακεδόνων δὲ οὔπω τις γεύεται ταύτης τῆς τιμῆς. ἔνθα δὴ ὑπολαβὼν Ἀλέξανδρος· Ἀλλ᾽ ὑμᾶς τε, ἔφη, ξύμπαντας ἐμαυτῷ τίθεμαι συγγενεῖς, καὶ τό γε ἀπὸ τούτου, οὕτω καλέσω.

EADEM LATINE,

Franciſco Porto interprete.

QVAE Macedones offendunt ô rex, illa nimirum ſunt: quòd Perſarũ nonnullos tibi cognatos effeciſti, quòd Perſas appellas conſanguineos, quòd eoſdem oſcularis: quod genus honoris nemini adhuc noſtrûm conceſſiſti. *Quibus verbis exceptis, Alexander,* Ego verò vos, *inquit,* omnes facio meos cognatos, atque hinc deinde cognatos appellabo.

Orationes seu cõciones ex Herodiano excerptæ.

Ex libro primo.

MARCI ANTONINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Marcus Antoninus Imp. quum ex graui morbo decumberet, nec se procul à vitæ exitu abesse intelligeret, amicos conuocauit: ad eos, quum conuenissent, hac oratione est vsus, iisque, quum lubricas adolescentiæ vias & in ea ætate periculi plenam esse potentiam ostendisset, filium commendauit.

Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν. φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς, τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα οἶκτον προσκαλεῖται μείζονα· ἐμοὶ δέ τι καὶ πλέον ὑπάρχειν παρ' ὑμῶν οἴομαι. ἐκ γὰρ ὧν αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως ἤλπικα. νῦν δὲ καιρὸς εὔκαιρος ἐμοί τε αἰσθέσθαι μὴ μάτην πρὸς ὑμᾶς τοσούτου χρόνου τιμήν τε καὶ σπουδὴν κατατεθεῖσθαι, ὑμῖν τε ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐτύχετε, οὐκ ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δή μοι τὸν υἱόν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψατε, ἄρτι τῆς μειρακίων ἡλικίας ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον, ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, τῶν κυβερνησόντων· μή ποι φερόμενος ὑπ' ἀτελοῦς τῆς τῶν δεόντων ἐμπειρίας εἰς φαῦλα ἐπιτηδεύματα προσαραχθῇ. γένεσθε δὴ οὖν αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ πατέρες πολλοί, περιέποντές τε καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες. οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὑτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν, οὐδέ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τοῦτο ἀχθῶσι. χαλεπὸν δὲ μετρῆσαί τε καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας. τοιαῦτα δὲ συμβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ὧν ἀκούει παρὼν ὑπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα· οὕτω τε μόνως ἀΐδιον αὐτὴν ποιῆσαι δυνήσεσθε.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

DOlere vos atque angi, quum ita me affectum contemplamini, minimè mirandum. Quippe humanum est humanis casibus ingemiscere, multóque magis misericordiam prouocant quæ oculis vsurpamus. Cæterùm peculiaris vobiscum nostra ratio est. Nam de mei erga vos animi conscientia mutuam spero à vobis quasi meo iure beneuolentiam. Nunc autem illud incidit, quum & mihi sit iudicium faciundum, frustráne vobis honorẽ tandiu habuerim studiúmque omne meum lubens detulerim: & vobis referenda gratia ostendendum, non esse eorum quæ acceperitis immemores. Videtis filium quem ipsimet educastis, primas nunc adolescentiæ metas ingredientem, quasique in salo atque in fluctu vitæ gubernatoribus indigentem, ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablatus, malis artibus impingat. este igitur vos illi pro me vno multi parentes, excolendo scilicet atque optima suggerendo. Neque enim aut pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere, aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi illi ipsi quos regas, animum imperanti beneuolentiámque accommodent. Quippe ii demum diu tutóque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed amorem ex bonitate ciuium suorum animis instillant. Neque enim quos seruire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quenque voluntas adegit, ii sunt in agendo patiendóque à suspicione omni assentationéque vacui: nunquámque imperia detrectant, nisi violenter contumelioséque sint habiti. Est autem difficile in maxima licentia moderari sibi, quasique frænos imponere cupiditatibus. Quòd si bene viuendi autores illi fueritis, & quæ nunc coràm audit, identidem admonueritis, vna opera & ipsum vobis reliquísque omnibus optimum principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini, quam scilicet immortalem hac vna ratione poteritis efficere.

COMMODI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Commodus Marci Imp. filius, quum paternam imperii hæreditatem cerneret, de consilio amicorum sese in castra contulit, vt quum militem donatiuo & blanda oratione sibi conciliasset, ab eo imperator appellaretur. Eò quum venisset, hanc concionem apud milites habuit, commemoratoque patris in se & in eos studio, diuturnáque sua cum illis consuetudine, quantæ sibi coniunctionis & necessitudinis causæ cum iis intercederent ostendit, hortatúsque est vt sibi in suscipiendo & amplificando imperio adesse vellent.

Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν, ἐμαυτὸν ἀκριβῶς πέπεικα. οὐδὲ γὰρ περιόντος μοι τοῦ πατρὸς, πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίουν. ἐκεῖνος γὰρ πάντας ἡμᾶς ὡς ἕνα ἠγάπα. ἔχαιρεν οὖν μᾶλλον συστρατιώτην με ἢ υἱὸν καλῶν. τὴν μὲν γὰρ, προσηγορίαν ἡγεῖτο φύσεως, τὴν δὲ, ἀρετῆς κοινωνίαν. φέρων τέ με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείρισε πίστεσι. διόπερ καὶ ῥᾷστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν παρ' ὑμῶν ἤλπικα· τῶν μὲν πρεσβυτέρων, τροφεῖά μοι ταῦτα ὀφειλόντων· τοὺς δὲ ἡλικιώτας, εἰκότως ἂν καὶ συμφοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην. πάντας γὰρ ἡμᾶς ὡς ἕνα ὁ πατὴρ ἐφίλει τε καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπαίδευεν. ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη, οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ, προσκτήτῳ σεμνυνόμενον ἀρχῇ, ἀλλὰ μόνος τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην· καὶ μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, βασίλειος ὑπεδέξατο πορφύρα· ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. εἰκότως ἂν οὖν ταῦτα λογιζόμενοι, στέργοιτε οὐ δοθέντα ὑμῖν ἀλλὰ γεννηθέντα αὐτοκράτορα. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς, ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρός ἐστι θεῶν. ἡμῖν δὲ χρὴ μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς διοικεῖν· κατορθοῦν δὲ αὐτὰ καὶ βεβαιοῦν, ὑμέτερον ἔργον, εἴ τά τε τοῦ πολέμου λείψανα μετὰ πάσης ἀνδρείας ἀπαλείψοιτε, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μέχρις Ὠκεανοῦ προαγάγοιτε. ὑμῖν τε γὰρ ταῦτα δόξαν οἴσει, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ πατρὸς μνήμην χάρισιν ἀξίαις οὕτως ἀμείψεσθε. ὃν ἐπακούειν τε τῶν λεγομένων, καὶ τὰ πραττόμενα ἐφορᾶν ἡγεῖσθε· εὐδαιμονείημεν δ' ἂν τὰ δέοντα πράττοντες ὑπὸ τοιούτῳ μάρτυρι. καὶ τὰ μὲν πρότερον ὑμῖν ἀνδρείως κατορθωθέντα, εἰς τὴν ἐκείνου σοφίαν τε καὶ στρατηγίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει· ὅσα δ' ἂν σὺν ἐμοὶ βασιλεῖ νέῳ προθύμως ἐπιδείξησθε, τούτων τὴν δόξαν πίστεώς τε ἀγαθῆς καὶ ἀνδρείας ἀποίσεσθε. τό, τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότητος πληρώσετε τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ· τό, τε βάρβαρον ἐν ἀρχῇ νέας ἡγεμονίας κολουθὲν, οὔτε εἰς τὸ παρὸν καταθαρσήσει τῆς ἡλικίας καταφρονῆσαν, τά τε μέλλοντα φοβήσεται δέει τῶν πεπειραμένων.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

COmmunem mihi esse vobiscum huius mœrorem calamitatis, neque vos aliter quàm meipsum affectos esse, planissimè persuasum habeo. Neque enim ego, superstite parente ipso meo, superiorem me vobis vnquam gessi. Nam ille ita nos vniuersos, vt vnum aliquem, diligebat, lubentiúsque me commilitonem quàm filium vocitabat: quippe hãc, naturæ appellationem, illam verò, virtutis communicationem existimabat. Quin infantem sæpe me in vlnis gestans, vobis dabat in manus, quasique vestræ mandabat fidei. Quapropter minimè dubito quin mihi omnem sitis beneuolentiam exhibituri: quum pro alumno me maiores natu habere debeant, ipsos autem æquales, condiscipulos armorum iure appellauerim. siquidem ita nos vniuersos vt vnum aliquem pater diligebat, omníque virtutum studio ac bonis artibus curabat instituendos. Nunc me post illum vobis fortuna principem dedit, non quidẽ ascititium, quales ante me fuerunt, neque velut acquisito imperio gloriantem. Quippe vnus ego vobis natus educatúsque in aula: priuatísque intactum cunabulis, statim me, vt ex aluo prodieram, imperatoria purpura suscepit: simúlque sol hominem me vidit & principem. Hæc cũ animis vestris reputantes, iure principẽ colite non datum vobis sed natum. Nam pater quidem iam in cælum euectus, consors est consessórque deorum: nobis autem orbis terrarum gubernacula rerúmque humanarum cura incumbit. Quæ quos successus quãtásque habituræ sint vires, in vestra manu est. Si enim belli reliquias fortiter deleueritis, & imperii Romani terminos ad Oceanũ vsque promoueritis, cum ipsi vobis ingentem gloriam cõparabitis, tum communis parentis memoriæ debitam gratiam referetis. Atque eum quidẽ exaudire quæ dicimus, & intueri præsentem quæ gerimus, credite: nos autem felicissimos, qui benefactorum nostrorũ teste eiusmodi simus habituri. Quæ igitur ad hãc diẽ fortissimè prosperriméque gessistis, illius scilicet sapiẽtiæ gubernationíque tribuũtur: quæ autẽ mecũ, hoc est cũ iuuene imperatore vestro, præclarè feceritis, ea sunt vobis ipsis quasi peculiarẽ cũ fidei tũ virtutis claritudinẽ paritura. Quocirca & ætati meæ reubs strenuè gerẽdis autoritatẽ concilia-

bitis, & barbara gens initio noui principatus repressa, neque in præsens contemptu ætatis nostræ se efferet audacius, & suis nunc edocta periculis, metu deinceps perpetuo coercebitur.

LAETI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Mortuo Commodo nihil fuit Romanis antiquius quàm vt primo quoque tempore subrogarent Pertinacem, hominem illis probatissimum. Itaque maturarunt, ducibus Læto & Electo, vt in exercitum Pertinax commendandi eius causa duceretur, atque ei ibi ipsi suffragarentur. Eò ventum quum esset, ita apud exercitum concionatus est Lætus, vt ei Commodi mortem, Pertinacis laudes, studiáque in eum populi Romani exponeret.

Κόμμοδος μὲν ἡμῖν ὁ βασιλεὺς τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ· αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτου θανάτου οὐκ ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ. συμβουλεύουσι γὰρ ἡμῖν ἀεὶ τὰ ἄριστα καὶ σωτήρια, οἷς μὴ πειθόμενος, βιοῖς δὲ ὡς οὐκ ἀγνοεῖτε, ὑπὸ πλήθους ἀποπνιγεὶς διεφθάρη. τὸν μὲν οὖν κατέλαβε τέλος τὸ πεπρωμένον. οὐδὲ γὰρ μία οὐδ' ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου αἰτία· διάφοροι δὲ οὖσαι, εἰς ἓν τέρμα βίου συντελοῦσιν. ἀλλ' ἀντ' ἐκείνου γὰρ ὑμῖν ἄγομεν ἡμεῖς τε καὶ ὁ δῆμος Ῥωμαίων ἄνδρα τὴν μὲν ἡλικίαν σεμνόν, τὸν δὲ βίον σώφρονα, ἀρετῆς δὲ τῆς ἐν ἔργοις ἔμπειρον. ὧν οἱ μὲν πρεσβύτεροι, καὶ τῶν στρατιωτικῶν αὐτοῦ παρατάξεων ἐπειράθητε, οἱ δὲ λοιποὶ τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων ἐτῶν ἀεὶ διὰ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔχετε. δίδωσί τε ὑμῖν ἡ τύχη οὐ βασιλέα μόνον, ἀλλὰ καὶ πατέρα χρηστόν. εὐφρανεῖ τε ἡ τοῦδε ἀρχὴ οὐ μόνον ὑμᾶς τοὺς ἐνταῦθοι δορυφοροῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἱδρυμένους, οἳ τὴν πεῖραν αὐτοῦ τῶν ἔργων φέρουσι διὰ μνήμης. τό, τε γὰρ βάρβαρον οὐ χρήμασιν ἔτι θεραπεύσομεν, πεῖρα δὲ ὧν πρὸς αὐτοῦ πεπόνθασι στρατηγοῦντος, φόβῳ ὑποτάξονται.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

Commodus, imperator vester, apoplexiæ morbo interiit. Causa mortis nemo alius, sed est ipsemet sibi. nam quū frustrà nos optima atque salubria subiiceremus, gerens ille se quemadmodū omnes nostis, cibo potúque nimio suffocatus est. Atque is quidem suo sibi fato extinctus periit. quippe non vna eadémque cunctis hominibus mortis causa, sed aliæ aliis, cunctæque tamen ad eundem tendentes vitæ finem. Verùm pro illo adducimus vobis ipsi ac Romanus populus virum ætate grauem, vita moderatum, militaris disciplinæ peritissimum: cuius bellicam virtutem vos quidem veterani sæpenumero experti, cæteri tot annos vrbi præfectum non honore solùm sed etiam admiratione dignissimum iudicastis. Igitur fortuna non principem solùm vobis dat, sed parentem quoque optimum. cuius principatus non vobis modò, qui eum præsentes tuemini, sed iis etiam iucundissimus futurus est qui ripas fluuiorum ac Romani terminos imperii defensant, videlicet res eius præclarè gestas memoria retinentibus. Neque verò iam barbaros nobis pretio conciliabimus: sed eorum memores quæ hoc duce perpessi sunt, metu potius subigentur.

PERTINACIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

Ælius Pertinax, quum ad eum non minor consensus senatus imperatoriam dignitatem deferret, quàm quo antea à plebe nominatus fuerat imperator, oneris autem grauitatem animo ponderaret, hac in senatu oratione est vsus: qua quum tanti muneris difficultatem, populi expectationem in mutatis imperiis, dissonáque hominum vota in rebus nouis ostendisset, patres de imperio suo bene sperare iussit.

Τὸ μὲν πάνυ δεξιὸν ὑμῶν τῆς πρός με τιμῆς, καὶ τὸ τῆς σπουδῆς ὑπερβάλλον, ἐπίλεκτόν τε εἰς πρόκρισιν τοσαύτης παρ' ὑμῶν εὐγενείας, οὐκ ἔχον κολακείας ὑποψίαν, ἀλλὰ δεῖξιν καὶ πίστιν εὐνοίας, ἄλλῳ μὲν ἄν τῳ θάρσος καὶ προθυμίαν ἐνέβαλεν εἰς τὸ ἑτοίμως δέξασθαι τὰ ἐγκεχειρισμένα, ἐλπίδα τε ῥᾳστώνης ὑπέφηνεν ἄν, ὡς εὐμαρῶς τὴν ἀρχὴν διοίσοντα ἐν ἀρχομένοις οὕτως εὐνοοῦσιν· ἐμοὶ δὲ ταῦτα μεγάλα ὄντα καὶ ἐξαίρετα, τιμῆς τε αἴσθησιν ἐκπλήξει, δέος τε καὶ ἀγῶνα οὐ μικρὸν ἐμποιεῖ. μεγάλων γὰρ εὐεργεσιῶν προϋπαρχουσῶν, τὸ ἰσότιμον δυσέφικτον. ἔν γε ταῖς ἀμοιβαῖς, καὶ μικρὰ μὲν λαβοῦσιν ἀποδοῦναι μεῖζον, οὐχ οὕτως εὐμαρὲς ὡς εὐχάριστον δοκεῖν· ὁπηνίκα δ' ἂν ὁ πρότερός τι δράσας ἀγαθὸν, ἀνυπέρβλητον καταθῆται χάριν, τὸ μὴ κατ' ἀξίαν ἀποδοθὲν οὐχ οὕτω δυσπέριστον, ὡς ἀναίσθητον ἅμα καὶ ἀχάριστον ὀνομάζεται. ὁρῶ δὴ οὐ τὸν τυχόντα μοι ἐπηρτημένον ἀγῶνα πρὸς τὸ ἀ-

ξιον ἐμαυτὸν παρασχεῖν τῆς τοσαύτης παρ' ὑμῶν τιμῆς. οὐ γὰρ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἡ προεδρία, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις, εἴ τις αὐτὴν μὴ καταισχύνοι. ὅσῳ δὲ τὰ γενόμενα ὡς φαῦλα μισεῖται, τοσούτῳ τὰ μέλλοντα ὡς ἀγαθὰ μεγάλως ἐλπίζεται. καὶ τὰ μὲν δεινὰ τῶν ἔργων ἀεὶ μνημονεύεται (τὸ γὰρ λυπῆσαν, δυσεξάλειπτον) τὰ δὲ χρηστὰ, ἅμα τῇ ἀπολαύσει καὶ τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην συναναλίσκει. ἐπεὶ μὴ ὁμοίως εὐφραίνει ἐλευθερία, ὡς λυπεῖ δουλεία. οὐδέ τις ἀδεῶς τὰ ἑαυτοῦ ἔχων, ἐν χάριτος μοίρᾳ τίθεται, τὰ ἴδια καρποῦσθαι νομίζων· ὁ δὲ τῶν οἰκείων στερηθεὶς, αἰώνιον ἔχων τὴν μνήμην τοῦ λελυπηκότος, οὐδ' εἴ τις εἰς τὸ κοινὸν χρηστὴ γένοιτο μεταβολὴ, αὐτός τε τι πλέον νομίζοι καρποῦσθαι. ἐπεὶ τοῦ μὲν δημωφελοῦς καὶ κοινῇ διαφέροντος ὀλίγοις καθ' ἕνα φροντίς· τὸ δὲ καθ' αὑτὸν ἕκαστος εἰ μὴ κατὰ γνώμην προχωροίη, οὐδέν τι μέγα ὠφελεῖσθαι νομίζει. οἵ τε εἰθισμένοι ταῖς τῆς τυραννίδος ἀκρίτοις καὶ ἀφειδέσι μεγαλοδωρεαῖς ἐντρυφᾶν, τὴν εἰς τὸ σωφρονέστερον καὶ μεμετρημένον, διὰ σπάνιν χρημάτων, μεταβολὴν, οὐ φιλοσώφρονα, οὐδὲ σύμμετρον καὶ κεκριμένην διοίκησιν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ μικρολογίαν καὶ ἀθλιότητα βίου ὀνειδίζουσιν· οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ μὲν μεγάλα καὶ ὡς ἔτυχε χαρίζεσθαι, οὐκ ἂν περιγένοιτο εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἁρπάζειν καὶ βιάζεσθαι· τὸ δὲ λογισμῷ πάντα καὶ κατ' ἀξίαν ἑκάστου νέμειν, ἄνευ τοῦ δεινόν τι δρᾶσαι, μὴ παρέχον ἄδικον ἀπειλὴν χρημάτων, διδάσκει φειδὼ σώφρονα τῶν καλῶς πελαθέντων. ταῦτα δὴ ὑμᾶς ἐγνωκότας χρὴ συναίρεσθαι, καὶ κοινὴν τῆς ἀρχῆς τὴν διοίκησιν νομίζοντας, ἀριστοκρατίαν τε ἀλλ' οὐ τυραννίδα ὑπομενοῦντας, αὐτούς τε ἀγαθὰς ἔχειν ἐλπίδας, καὶ πᾶσι τοῖς ἀρχομένοις ταῦτα ὑπισχνεῖσθαι.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

CONsensus hic vester, studiúmque eximium vni mihi plurimum in tanta ista nobilitate deferendi, quum omni adulationis suspicione vacet, argumentúmque beneuolentiæ fidémque præferat, alium fortassis audaciorem atque alacriorem redderet ad ea quæ traderentur suscipienda, sperantem facili se gubernatione vsurum, qui tantam in vobis beneuolentiam animaduerteret. Me autem contrà, magna ista scilicet atque egregia sicut honoris sensu obstupefaciunt, ita metu quodam curáque solicitāt. Siquidem arduum imprimis est, magnis acceptis beneficiis paria referre. nam in beneficiorum vicissitudine, si magnam gratiam referat qui paruam debuerit, non tam facilitas remunerandi expenditur quàm in ipso argumentum grati animi commendatur. Sed quum prior quispiam eximia in te quædam contulerit, tum si illum parum amplè demerearis, non tam deesse quod reponas, quàm ipse inops sensuum ac planè ingratissimus videare. Cerno igitur iam animo quàm mihi arduum sit propositum certamen, ne tanto à vobis accepto honore, parum me fortasse dignum exhibeā: quippe non in sella ipsa fastigium dignitatis, sed in operibus situm, quæ illam minimè dedecorent. Nam quantum præterita odimus, tantum de futuris bene speramus. Et vt tenax est iniuriarum memoria, (quod enim offendit, nunquam obliteratur) sic beneficia in ipso excidunt vsu. Siquidem non tam delectat libertas, quàm seruitus offendit. neque habendam quisquam gratiam putat quòd rebus suis pro arbitrio vtatur, quippe id sibi deberi iure autumat: qui verò suis exuitur bonis, nunquam sanè iniuriarum obliuiscitur. Neque quisquam lucro apponit quod vtilitatem in cōmune pariat: quæ enim publicè prosunt, parum cuique curæ sunt. Sin quæ propria cuiusq; sunt, minus ex sententia ceciderint, tum nemo satis secum benignè agi putat. Adhæc, quicunque enormibus tyrannorum atque immensis largitionibus insuerunt, ii, si frugalius paulo aut continentius ex pecuniæ inopia agere instituas, non tam id moderatæ cuidam dispensationi prudentíque attribuunt, quàm auaritiam continuò tibi & sordes exprobrant: neque autem cogitant, neminem posse magna cuiuis dilargiri qui se à vi atque à rapinis abstineat. Qui autem rectè ac pro cuiusque dignitate dispensat, non modò nihil cuiquam iniustè eripit, sed & cæteros frugi esse docet, & parcere parto. Hæc igitur cum animis vestris reputantes, adnitimini vos quoque mecum, patres, communémque hanc imperii administrationem existimate. quippe in Rep. optimatium, non autem sub tyrannide victuri, cum ipsi optimam habere spem, tum reliquis etiam debetis polliceri.

ALIA PERTINACIS ORATIO.

ARGVMENTVM.

In Pertinacem facta erat coniuratio, missique qui eum opprimerent. hi quum in regiam irruissent, Pertinax ad eos processit, &, vt à cogitato facinore auerteret, hac oratione est vsus.

ΤΟ μὲν ἐμὲ πρὸς ὑμῶν ἀναιρεθῆναι, οὐδέν τι μέγα ἢ βαρὺ πρεσβύτῃ εἰς μακρὸν γῆρας ἐνδόξως ἐλάσαντι. πᾶσι γὰρ ἀνθρώπων βίῳ ἀνάγκη τέλος ἐπιτεθῆναι· τὸ δὲ ὑμᾶς, φύλακας καὶ φρουροὺς δοκοῦντας βασιλέως, καὶ τοὺς ἔξωθεν κινδύνους ἀπείργοντας, αὐτοὺς γενέσθαι φονέας, καὶ μὴ μόνον ἐμφυλίῳ ἀλλὰ καὶ βασιλείῳ μιᾶναι τὰς δεξιὰς αἵματι, ὁρᾶτε μὴ πρὸς τὸ νῦν ἀνόσιον, καὶ ὕστερον ὑμῖν ἐπικίνδυνον ᾖ. οὐ γάρ τι ἐμαυτῷ σύνοιδα λυπήσαντι ὑμᾶς. εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ Κομμόδου τελευτῇ δυσχεραίνετε, οὐδὲν παράδοξον ἄνθρωπον ὄντα εἰ τελευτὴ κατέλαβεν· εἰ δὲ τοῦτο ἐξ ἐπιβουλῆς οἴεσθε γεγενῆσθαι, οὐκ ἐμὸν τὸ ἁμάρτημα. ἴστε γὰρ ἔξω πάσης ὄντα με ὑποψίας, καὶ οὐδὲν ἧττον ὑμῶν ἀγνοοῦντα τὰ τότε πεπραγμένα· ὡς, εἴ τι ὑποπτεύετε, ἑτέροις ὑποφέρειν τὸ ἔγκλημα. ἀλλ' ὅμως τελευτήσαντος κἀκείνου, οὐδὲν ὑμῖν τῶν εὐπρεπῶς καὶ κατ' ἀξίαν, καὶ ἄνευ τοῦ βιάζεσθαί με ἢ ἁρπάζειν, ἐνδεήσει.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

ME quidem, ô milites, si occiditis, neque ipsi rem magnam facitis, neque mihi sanè grauem, homini videlicet huius ætatis & gloriæ. Siquidem humanæ vitæ finis certè est aliquis necessarius. Vos autem principis curæ custodiæque, & propulsandis aliunde periculis adhibitos, cædem ipsos facere primos, neque ciuili tantùm sed imperatorio quoque sanguine polluere dextras, id verò videte ne vel in præsens flagitiosum sit vobis, vel in posterum periculosum. Neque enim ego vlla vos iniuria affeci. Si enim Commodi doletis interitu, nihil profectò nouum fuit mori, qui homo natus fuerat: sin dolo necatum putatis, non meum sanè id crimen, quippe quem ipsi scitis ab omni etiam suspicione procul abesse. Quæ enim tunc acta sunt, vos primi cognita habuistis, vt etiam si quid obortum suspicionis est, id vtique alios attigerit. Cæterùm ne illo quidem extincto, quicquam vobis defieri patiemur quod modestè atque ex dignitate vestra, non autem per vim & rapinas, concupiueritis.

NIGRI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Tædebat Romanos imperii Iuliani, inclinatique erant animi in Pescennium Nigrum, Syriæ præsidem. ad quem quum eius rei fama peruenisset, occasione vtendum ratus, conciliare sibi sui quoque exercitus studia hac concione est conatus.

ΤΗΣ μὲν ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶον, καὶ πρὸς τὰ μεγάλα τῶν τετολμημένων εὐλαβές, ἴσως ἐστὶν ὑμῖν πάλαι γνώριμον· οὐδ' ἂν νῦν εἰς ὑμᾶς ἦλθον ταῦτα δημηγορήσων, εἰ ἐκ μόνης προαιρέσεως ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου ἐλπίδος, ἢ μείζονος ἐλπίδος ἐπιθυμίας ἀνεπειθόμην. ἀλλ' ἐμὲ καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ συνεχῶς βοῶντες ἐπείγουσιν ὀρέξαι τε χεῖρα σωτήριον, καὶ οὕτω τὴν ἔνδοξον καὶ ἐκ προγόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν αἰσχρῶς ἐρριμμένην. ὥσπερ δὲ τὸ τοῖς τηλικούτοις ἐπιτολμᾶν, οὐκ οὔσης εὐλόγου προφάσεως, προπετὲς καὶ θρασύ· οὕτω καὶ τὸ πρὸς καλοῦντας καὶ δεομένους ὀκνηρόν, ἀνανδρείας ἅμα καὶ προδοσίας φέρει διαβολήν. διὸ παρῆλθον πευσόμενος ὑμῶν τίνα γνώμην ἔχοιτε, καὶ τί πρακτέον ἡγεῖσθε· συμβούλοις τε ὑμῖν καὶ κοινωνοῖς χρησόμενος περὶ τῶν καθεστώτων. τὸ γὰρ ἀποβησόμενον εἰ εὐτυχηθείη, κοινὴν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὴν ἀπόλαυσιν παρέξει. οὐ φαῦλαι δὲ οὐδὲ κοῦφαι καλοῦσιν ἐλπίδες, ἀλλ' ὅ, τε Ῥωμαίων δῆμος, ᾧ τὴν δεσποτείαν τῶν ἁπάντων ἔνειμαν θεοὶ καὶ τὴν βασιλείαν, ἥ τε ἀρχὴ σαλεύουσα καὶ παρὰ μηδενί πω βεβαίως ἱδρυμένη. ὅθεν ἡμῖν καὶ τὸ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀσφαλές, ἔκ τε τῆς τῶν καλούντων γνώμης, καὶ ἐκ τοῦ μηδένα εἶναι τὸν ἀνθεστῶτα μηδὲ κωλύοντα, ὑπάρξει. καὶ γὰρ οἱ τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλοντες, φασὶ μηδὲ τοὺς στρατιώτας, οἳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, πιστοὺς εἶναι φρουροὺς ὑπηρέτας, μηδὲ πληρώσαντος ἐκείνου ἃ ὑπέσχετο. τίνα τοίνυν ἔχετε γνώμην δηλώσατε.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

QVàm mite ingenium quantáque in rebus maioribus aggrediendis nostra cautio sit, forsitan ipsi quoque iampridem cognouistis. Neque ego nunc apud vos processissem verba facturus, si vel priuato consilio, vel incerta spe, aut spem superante cupiditate adducerer. Sed me vocant Romani, & assiduè clamantes fatigant vt eis manum porrigam salutarem, neque patiar tam excellens támque gloriosum relictum à maioribus imperium iacere abiectum turpiter. Vt autem citra occasionem aliquam res aggredi tantas, audax sanè temerariúmque sit, ita si implorantibus ac rogantibus opem deneges, timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo

consilio ad vos huc prodii vt scitarer quid facto opus esse duceretis: vobísque vterer quasi totius negotii huius consultoribus. Quod si ex sententia successerit, communis mihi inde vobiscum erit vtilitas. Neque scilicet tenues opes aut leues sunt quæ nos solicitant, sed ipse Romanus populus, cui rerum omnium potestatem superi tribuerunt, ipsum Romanum imperium fluctuans adhuc, neque apud quenquam certa sede residens. Sed neque parum tuta inimus cōsilia, his implorantium animis, nullo ad prohibendum resistendúmque parato. Nam qui illinc veniunt, ne ipsos quidem milites, vnde imperium emptitauerit, satis ei fidos fore affirmant, quoniam promissa nō soluerit. Quæ sit igitur vestra mens ostendite.

SEVERI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Nutabat Romana respub. certo duce certóque imperio destituta. Commodo enim qui successerat imperator Pertinax, oppressus scelere quorundam fuerat. Eo mortuo emptum imperium Iulianus occuparat. Arcessebatur è Syria Niger: sed is satis cunctāter rem gerebat. In ea rerum perturbatione Alexāder Seuerus, Pæoniæ præses, homo ingenio & rerum vsu præstās, tentandum sibi quoque imperium est arbitratus. Itaque ad sui exercitus demerenda studia, hac apud eum oratione est vsus: qua & laboranti imperio succurrere oportere, & id Pæonico exercitui perfacile esse, si se ducem habere velit, ostendit.

Τὸ πιστὸν ὑμῶν, καὶ πρός τε θεοὺς σεβάσμιον οὓς ὄμνυτε, πρός τε βασιλέας τίμιον οὓς αἰδεῖσθε, δεδηλώκατε δι' ὧν ἀγανακτεῖτε ἐφ' οἷς οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην στρατιῶται πομπῆς μᾶλλον ἢ ἀνδρείας ὑπηρέται ἐτόλμησαν. κἀμοὶ δὲ δι' εὐχῆς ἐστι, πρότερον μὲν οὐδ' ἄλλοτε ἀντιποιησαμένῳ τοιαύτης ἐλπίδος, (ἴστε γάρ μου τὸ πρὸς τοὺς βασιλεύσαντας πειθήνιον) νῦν δὲ ἐπὶ τέλος τε ἀγαγεῖν, καὶ ἀνύσαι ταῦτα ἅπερ ἐστὶν ὑμῖν κεχαρισμένα· τήν τε Ῥωμαίων ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν ἐρριμμένην, ἣ πρότερον μὲν, μέχρι Μάρκου σεμνοπρεπῶς διῳκουμένη, σεβάσμιος ἐφαίνετο· εἰς Κόμμοδον δὲ μεταπεσοῦσα, εἰ καί τινα ὑπ' ἐκείνου διὰ νεότητα ἐπλημμελεῖτο, ἀλλ' οὖν τῇ εὐγενείᾳ καὶ τῇ τοῦ πατρὸς μνήμῃ ἐπεσκιάζετο· καὶ πλέον ἦν ἐν αὐτῷ τὸ ἐλεούμενον ἐφ' οἷς ἐσφάλλετο, ἢ τὸ μισούμενον. ἐπεὶ τὰ πλεῖστα τῶν γινομένων οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἀνεφέρομεν, ἀλλ' εἰς τοὺς περὶ αὐτὸν κόλακάς τε καὶ οὐ πρεπόντων ἔργων ὁμοῦ συμβούλους τε καὶ ὑπηρέτας. ἐπεὶ δὲ εἰς σεμνὸν πρεσβύτην, οὗ τῆς ἀνδρείας τε καὶ χρηστότητος ἔτι ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν μνήμη ἐνέστακται, περιῆλθεν ἡ ἀρχή, οἱ δὲ οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλὰ τοιοῦτον ἄνδρα φόνῳ ἀπεσκευάσαντο. τὴν δὲ γῆς καὶ θαλάττης τοσαύτην ἀρχὴν ὠνησάμενός τις αἰσχρῶς πρός τε τοῦ δήμου, ὡς ἀκούετε, μεμίσηται, πρός τε τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἐπιστεύεται. ὧν, εἰ καὶ ἔμελλον ὑπὲρ αὐτοῦ παρατάξασθαι μετ' εὐνοίας, καὶ πλήθει σύμπαντες, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἐν ἀνδρείᾳ προὔχετε. ἄσκησίς τε πολεμικῶν ἐγγεγύμνασθε· ὑμεῖς μὲν ἀεὶ βαρβάροις ἀντιπαττόμενοι, καὶ φέρειν πόνους παντας πειρώμενοι, κρύους τε καὶ θάλπους καταφρονεῖν, ποταμούς τε πηγνυμένους πατεῖν, καὶ πίνειν ὀρυττόμενον ἀλλ' οὐκ ἀρυόμενον ὕδωρ εἰθισμένοι· θήραις τε ἐγγεγύμνασθε. καὶ πάντως ὑμῖν εἰς ἀνδρείαν ὑπάρχει γενναῖα ἐφόδια, ὡς μηδέ, εἰ βουληθείη τις, δύνασθαι ὑμῖν ἀντιστῆναι. δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν, κάματος, ἀλλ' οὐ τρυφή, ὑφ' ἧς ἐκεῖνοι ἐγκραιπαλῶντές τε καὶ ἐναυξηθέντες, οὐδ' ἂν τῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης. εἰ δέ τινες τὰ κατὰ Συρίαν ὑποπτεύοιεν πράγματα, ἐντεῦθεν ἂν τεκμήραιντο ἀσθενῆ τε ὄντα καὶ φαύλας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας, ὅπου μηδὲ προελθεῖν τῆς αὐτῶν χώρας ἐτόλμησαν, μηδέ τι περὶ τῆς εἰς Ῥώμην ἀφόδου βουλεύσασθαι ἐθάρρησαν· ἀγαπητῶς ἐκεῖ μένοντες, καὶ ἐφήμερον τρυφήν, κέρδος τῆς οὔπω βεβαίας ἀρχῆς νομίζουσι. ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ χαριέντως καὶ μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες φασὶ περὶ τὸν Νίγρον ἐσπουδακέναι· τὰ δ' ἄλλα ἔθνη καὶ αἱ ἄλλαι πόλεις, μέχρι νῦν, τῷ μηδένα εὑρίσκεσθαι τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς ἐσόμενον, ἀσπάσει τοῦ μετὰ ἀνδρείας καὶ σώφρονος διοικήσεως ἄρξοντος, ἐκείνῳ δηλονότι προσποιοῦνται ὑπακούειν. εἰ δὲ τήν τε Ἰλλυρικὴν δύναμιν ἅμα χειροτονήσασαν μάθοιεν, τό, τε ἡμέτερον ὄνομα πύθοιντο, (οὐκ ἄγνωστον οὐδ' ἄσημον παρ' αὐτοῖς ὑπάρχον, ἐξ ὧν ἡγεμονεύσαντες ἐκεῖσε διῳκήσαμεν) εὖ ἴστε, οὔτε ἐμοῦ ῥᾳθυμίαν ἢ ἀδρανίαν καταγνώσονται, οὔτε τὸ ὑμέτερον γενναῖον καὶ πρὸς τὰς μάχας ἐμβριθὲς ὑποστῆναι αἱρήσονται, καὶ σωμάτων μεγέθεσι καὶ πόνων ἀσκήσεσι, καὶ ἐν τῇ συσταδὴν μάχῃ, πολὺ ὑμῶν ἀπολιπόντες. φθάσωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκαταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασίλειός ἐστιν ἑστία. κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ ῥᾳδίως διοικήσωμεν, θείαις τε προρρήσεσι πιστεύοντες, καὶ τῇ τῶν ὑμετέρων ἀνδρείᾳ ὅπλων τε καὶ σωμάτων.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

QVantum vel fidei vel religionis erga deos, per quos iurati estis, quantúmque honoris imperatoribus exhibeatis, quos adeo veneramini, facilè ostenditis milites, quum tātopere indignamini cohortes vrbanas, pompæ magis quàm virtutis administras, adeo fœdum facinus perpetrasse. Ac mihi quidem in votis est, nunc primùm tantam spem auspicanti, (nam profectò scitis quàm semper audiens dicto principibus fuerim) perducere ad exitū atque explicare quæ vobis cordi sunt. Neque

Romanum imperium abiectum pati, quod quidem apud maiores summa semper au toritate gestum, venerandum omnibus videbatur. Postea verò quàm ad Commodum recidit, etsi ob illius adolescentiam sæpenumero impegit, attamen omne vitium cum ipsius principis nobilitate, tum sanctissimi parentis memoria obumbrabatur. Neque tam errata illius odium quàm misericordiam emerebantur. quippe non tam ipsi quæ gerebantur quàm assentatoribus imputabamus, cæterísque malarum artium consultoribus atque ministris: donec ad sanctissimum illum senem, cuius adhuc virtutis & probitatis nostris mētibus memoria residet, delatum fuit imperium. Quem tamen tātum abest vt tolerare illi potuerint, vt cæde etiam nefaria talem virum è medio sustulerint. Post hunc autem terræ marísque imperium nescio quis turpissimè au ctionatus, & populo (quemadmodū auditis) inuisus est, & milites ipsos, quibus imposuit, parum fidos habet. Qui tamen si etiam defensuri illum forent, attamen neque nu mero vniuersi, neque virtute singuli conferendi sunt vobis: adhæc, bellica vos negotia exercuerunt. Nam & cum barbaris pedem conferre, & labores omnes perferre, & algores æstúsque despicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effossos latices, nō haustos, & venatu inuigilare consueuistis. omnia denique ad virtutem adepti viatica, sic vt nemini facile sit vestris obsistere viribus. Etenim labore miles probatur, nō mol litudine: qua illi exsaturati atque enutriti, ne vocem quidē vestram, nedum pugnam, poterunt sustinere. Quòd sicui Syriæ res formidabiles videntur, is vel ex eo cogitet quàm imbecillæ sint quámque tenui spe nitantur, quòd neque adhuc progredi quoquam, neque de vrbe petenda deliberare ausi, sedésque illas boni consulentes, delicias in diem quæsitas lucrum esse ambiguę potestatis arbitrantur. Est autem ad ioca & cauilla imprimis factum Syrorum genus: tum qui Antiochiam colunt, ii studere Nigro potissimùm creduntur. Nam gentes reliquæ & ciuitates, quum adhuc neminem imperio dignum aspiciant, quíque sit Remp. fortiter moderatéque gesturus, ei scilicet obe dire se tandem simulant. Quòd si ab Illyrico exercitu ducem creatum cognouerint, simúlque nostrum nomen inaudierint, non obscurum sanè apud ipsos neque ignoratum, (quippe illic etiam cum imperio præfuimus) neque me profectò desidiæ aut torporis arguerint, neque vestrum exceptare impetum, aut bellicam virtutem volēt experiri: præsertim quum & corporum proceritatibus, & armorum exercitationibus, & conferēda manu, longè vobis impares habeantur. Quare occupemus quamprimum Romam, larem ipsum imperii: reliqua dein facilè expedituri, cum deorum oraculis, tum armorum corporúmque vestrorum viribus confidentes.

ALIA SEVERI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Seuerus imperio potitus, quum in exercitum qui à Iuliano steterat, pòst illo oppresso Seuero cesserat, vellet animaduertere, quòd eius cōiuratione Pertinax fuisset interemptus, Iuliano verò imperium ab eo addictum, operam dedit vt is inermis conueniret, ad eúmque ita verba fecit: perpetrati sceleris indignitatem exaggerauit, eóque nomine relegauit.

Ὅτι μὲν ὑμῶν καὶ σοφίᾳ κρείττους ἐσμὲν, καὶ δυνάμει στρατοῦ, καὶ συμμάχων πλήθει, ἔργῳ ὁρᾶτε. εἴληφθε γοῦν ῥαδίως, καὶ ἀκονιτί γε ἑαλώκατε. ἐστὶ δὲ ἐμοὶ, ὅ, τι πότ' ἂν ὑμᾶς δρᾶσαι θελήσω, καὶ πρόκεισθε ἤδη θύματα τῆς ἡμετέρας ἐξουσίας. εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς πρὸς τὰ τετολμημένα τιμωρίαν ζητεῖτε, οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν δίκην τὴν ἐπὶ τεθνησομένην ἀξίαν τῶν πεπραγμένων. σεμνὸν πρεσβύτην καὶ βασιλέα χρηστὸν, ὃν ἐχρῆν σώζειν καὶ δορυφορεῖν, ἐφονεύσατε· τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἔνδοξον οὖσαν ἀεὶ, ἣν καὶ οἱ πρόγονοι ἢ δι' ἀνδρείας ἐναρέτου ἐκτήσαντο, ἢ δι' εὐγένειαν διεδέξαντο, ταύτην αἰσχρῶς καὶ ἀτίμως, ὥσπερ τι τῶν ἰδιωτικῶν κειμηλίων, ἐπ' ἀργυρίῳ κατηλλάξασθε. ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν, ὃν οὕτως ἄρχοντα εἵλεσθε, φυλάξαι ἢ σῶσαι ἠδυνήθητε, ἀνάνδρως δὲ προὐδώκατε. ἐπὶ τηλικούτοις δὴ ἁμαρτήμασί τε καὶ τολμήμασι μυρίων ἄξιοι θανάτων (ἥν τις ὁρίσαι θέλοι τὴν ἀξίαν τιμωρίαν) ἐστέ. ἀλλὰ τί μὲν χρὴ παθεῖν ὑμᾶς, ὁρᾶτε· ἐγὼ δὲ φείσομαι μὲν ὑμῶν ὡς μὴ φονεῦσαι, οὔτε τὰς ὑμετέρας χεῖρας μιμήσομαι· (ἐπειδὴ μήτε ὅσιον, μήτε δίκαιον, ἔτι βασιλέα ὑμᾶς δορυφορεῖν, καὶ εἰς τὸν ὅρκον ἀσεβήσαντας, καὶ ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι τὰς δεξιὰς μιάναντας, τήν τε πίστιν καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς φρουρᾶς προδόντας) τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, δῶρον τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας ἕξετε. τοῖς τε περιειληφόσιν ὑμᾶς στρατιώταις κελεύω ἀποζῶσαί τε ὑμᾶς, καὶ ἀποδύσαντας εἴ τινας περίκεισθε ἐσθῆτας στρατιωτικὰς, γυμνοὺς ἀποπέμπειν. παραγγέλλω τε ὑμῖν ἀπιέναι ὡς πορρωτάτω τῆς Ῥώμης· ἀπειλῶ καὶ διόμνυμαι καὶ προαγορεύω κολασθήσεσθαι κεφαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκατοστοῦ σημείου ἀπὸ τῆς Ῥώμης φανείη.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

SVperari vos à nobis vel ſapientia, vel viribus, vel etiam numero, re ipſa videtis. Capti eſtis quamfacillimè, ac nullo fermè negotio tenemini. Quid futurum de vobis ſit, in mea manu eſt. Iam ſcilicet victimæ hîc ſtatis obnoxiæ noſtro imperio. ſi ſceleri veſtro debitum quæratis ſupplicium, nũquam ſanè inuenietis: ſanctiſſimum illum ſenem, imperatorémque optimum, ſeruandum tuendúmque vobis, ipſi occidiſtis: Romanum imperium perpetua clarum gloria, quod maiores noſtri aut virtutis aut nobilitatis nomine ſuſcipiebant, hoc vos turpiter fœdéque, velut aliquid ex priuatorum inſtrumento, quaſi ſectores vendidiſtis. Ac ne eum quidem ipſum quem ſic ad imperiũ produxeratis, ſeruare ſaltẽ ac defenſare auſi, homines timidiſſimi prodidiſtis. Ob hæc igitur crimina ac facinora veſtra mille vobis debentur maiores, ſiquis par noxæ ſupplicium ſtudeat petere. Proinde quid vos ęquum pati ſit, ſanè videtis. Ego tamẽ ſanguine abſtinebo, neque veſtras imitabor manus. Sed quoniam ius fáſque negat ſtipari à vobis iam principem, violato iureiurando, ac manibus ciuili & imperatorio ſanguine pollutis, proditáque fide cuſtodiáque, animas quidem & corpora vobis noſtra largietur humanitas. porro militibus meis ita præcipio, recingant vos, ac veſtimentis exutos militaribus nudóſque dimittant. Vobis autem ſic impero, diſcedatis quamlongiſſimè: edico item iuróque ac denuntio capite pœnas daturum ſiquis veſtrûm poſthac intra centeſimum ab vrbe lapidem conſpicietur.

Ex libro tertio.

ALIA SEVERI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Eodem tempore reſp. Romana tribus factionibus iactabatur, Syriaca, Illyrica & Gallicana: Syriacæ dux Niger, Illyricæ Seuerus, Gallicanæ Albinus. Sed repentè à Seuero Niger oppreſſus eſt, vt ſuprà memorauimus: Albino autem ſtudebãt complures è patribus. Seuerus hũc æmulum primùm fraude, & quia illa non ſucceſſerat, vi eſt adortus. Immiſſos ab eo percuſſores tormentis excruciatos necarat Albinus. hinc Seuerus apud ſuos grauiter eſt in Albinum hac oratione inuectus, quòd ab eo ius & fidem violatam diceret: eóſque ad pœnas perſequendas animauit: indignitatem iniuriæ, & vires, quibus ad vlciſcendum polleant, oſtendit.

ΜΉτε κουφότητά τις ἡμετέραν οἷον ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἡμῖν ἐγκαλείτω, μήτ' ἄπιστον καὶ ἀγνώμονα πρὸς τὸν νομισθέντα φίλον ἡγείσθω. τὰ μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν πάντα ὑπῆρξεν αὐτῷ βεβαίας βασιλείας κοινωνία, πράγματος οὐ μόλις τις καὶ ἀδελφοῖς γνησίοις μεταδίδωσιν· ὃ δὲ ἐμοὶ μόνῳ ὑμεῖς ἐχειροτονήσατε, τοῦτ' ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην. μεγάλων τέ μοι κατατεθεισῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, ἀχαρίστους τὰς ἀμοιβὰς Ἀλβῖνος ἀποδίδωσιν. ὅπλα καὶ στρατὸν ἐφ' ἡμᾶς συσκευάζεται, καταφρονήσας μὲν τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας, ἀμελήσας δὲ τῆς πρός με πίστεως· ἀπλήστῳ τε ἐπιθυμίᾳ βουλόμενος λαβεῖν μετὰ κινδύνων, οὗ τὸ μέρος εἶχεν ἄνευ πολέμου καὶ μάχης· οὔτε θεοὺς αἰδεσθείς, οὓς πολλάκις ὤμοσεν, οὔτε τῶν ὑμετέρων καμάτων φεισάμενος, οὓς μετὰ τοσαύτης δόξης τε καὶ ἀρετῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἐκάμετε. ἐν γὰρ οἷς κατωρθώσατε, κἀκεῖνος τὸ μέρος ἐκαρποῦτο. ἔσχε δ' ἄν τι καὶ μεῖζον εἰ καὶ τὸ πιστὸν ἐτήρει τῆς ἀμφοτέροις ἡμῖν παρ' ὑμῶν μεμερισμένης τιμῆς. ὥσπερ δὲ ἄδικον τὸ ἄρχειν ἔργων πονηρῶν, οὕτως ἄνανδρον τὸ μὴ ἀμύνεσθαι πρὸς ἀδικούμενον. καὶ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες, οὐχ οὕτως εὐλόγους εἴχομεν αἰτίας ἔχθρας, ὡς ἀναγκαίας. οὐ γὰρ παρ' ἡμῖν προϋπάρχουσαν ἀρχὴν ὑφαρπάζων μεμίσητο, ἐν μέσῳ δὲ ἐρριμμένην καὶ ἀμφήριστον οὖσαν, ἑκάτερος ἡμῶν ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὑτὸν ἀνθεῖλκεν. Ἀλβῖνος δὴ σπονδῶν καὶ ὅρκων καταφρονήσας, καὶ τούτου παρ' ἐμοῦ τυχὼν οὗ μόνῳ τις υἱῷ γνησίῳ μεταδίδωσιν, ἐχθρὸς μὲν ἀντὶ φίλου, πολέμιος δὲ ἀντὶ οἰκείου γενέσθαι προῄρηται. ὥσπερ δὲ αὐτὸν εὐεργετοῦντες πρότερον τιμῇ καὶ δόξῃ ἐτιμήσαμέν τε ἐκοσμήσαμεν, οὕτω καὶ νῦν αὐτοῦ τὸ ἄπιστον καὶ ἄνανδρον τοῖς ὅπλοις ἐλέγξωμεν. οὐδὲ γὰρ ὑπομενεῖ ὁ ἐκείνου στρατός, ὀλίγος ὢν καὶ νησιώτης, τὴν ὑμετέραν δύναμιν. εἰ γὰρ μόνοι καὶ καθ' αὑτοὺς προθυμίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ τοσαύτας μάχας ἐνικήσατε, καὶ πᾶσαν ἀνατολὴν ὑπετάξατε, πῶς οὐχὶ νῦν, καὶ προσελθούσης ὑμῖν τοσαύτης συμμάχου δυνάμεως, σχεδόν τε παντὸς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἐνταῦθα ὄντος, ῥᾷστα κρατήσετε ὀλίγων τε ὄντων καὶ μηδὲ ὑπὸ γενναίῳ καὶ νήφοντι ἀνδρὶ στρατηγουμένων; τίς γὰρ αὐτοῦ τὸ ἁβροδίαιτον οὐκ οἶδεν, ὡς χοίροις αὐτοῦ μᾶλλον ἁρμόζειν τὸν βίον ἢ φάλαγξιν; ἴωμεν οὖν, τῇ συνήθει χρώμενοι προθυμίᾳ τε καὶ ἀνδρείᾳ, γενναίως ἐπ' αὐτόν· θεούς τε ἔχοντες βοηθούς, εἰς οὓς ἐπιορκήσας ἠσέβησε, τρόπαιά τε ἃ πολλάκις ἠγειράμεθα, ὧν ἐκεῖνος κατεφρόνησε.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

NEque leuitatis me quisquã ob anteacta insimulet, neque infidum aut ingratum putet aduersus eum quem pro amico habuerim. Omnia nos quidem præstitimus, etiam in partem principatus, & quidem stabilissimi, recepto: quod ne geminis quidem fratribus facilè quisquã indulserit. quod enim vos mihi vni detulistis, id ego cum illo communicaui. Tantis enim beneficiis nostris pessimam videlicet gratiam retulit Albinus, contempta virtute nostra, suæque immemor fidei, ardénsque inexhausta cupiditate id vniuersum periculose præripiendi, cuius particeps esse citra bellum ac dimicationem vllam potuisset. Neque deos reueretur, per quos toties iuratus: neque vestris parcit laboribus, quos tanta cum gloria virtutéque pro nobis pertulistis. quippe successuum vestrorum nec ipse fructu carebat, imò autem si fidem seruasset, maior illi portio contigisset. Vt autem si ipse autor malorum sis, iniustus videare: ita si non vlciscare acceptas iniurias, ignauus. Nam quum bellum aduersus Nigrum gessimus, non ita sanè speciosas inimicitiarum causas habebamus: non enim quasi raptorem occupati à nobis principatus oderamus, sed positum eum in medio atque adhuc in disceptatione versantem, pari vterque ambitu ad se trahebat. Verùm Albinus despecto fœdere ac iureiurando, quum sit nostro munere adeptus quæ tantùm legitimis liberis tribuuntur, hostis esse mauult nobis quàm familiaris. Vt igitur pridem beneficio affectum, honore gloriáque cohonestauimus, ita nunc perfidiosum atque imbellem ipsius animum coarguamus armis. Neque enim sustinere ille exercitus poterit exiguus atque insularis vires nostras. Nam quum vos propemodũ soli alacritate quadam & virtute vestra tam multis præliis peruiceritis, totúmque vobis orientem subegeritis, quis dubitet quin nunc quoque tantarum accessione virium (quippe hîc totus penè Romanus exercitus) facilè profligaturi paucos sitis, ne sub viro quidem sobrio, nedum sub forti duce militantes? Quis enim luxuriam illius ignorat, vitámque hominis subulcorum potius gregibus quàm militum legionibus congruentem? Proinde eamus audacter in illum qua solemus alacritate animi atque virtute, diis freti autoribus ab eodem impiè peieratis, simul memores excitatorũ sæpe à nobis trophæorum, quæ scilicet ab ipso despecta sunt.

Ex libro quarto.

ANTONINI CARACALLAE ORATIO.

ARGVMENTVM.

Antoninus Cæsar, cognomento Caracalla, Seueri filius, Septimium Getam, ex nouerca fratrem, consortem imperii testamento patris relictum, ex insidiis necandum curarat, vt de medio sublato æmulo, solus imperio potiretur. Cædem eam in senatu purgare est conatus, & in eam sententiam hæc ab eo fuit habita oratio, qua insidiatorem esse à se interfectum contendit, patrésque ad concordiam hortatur.

ΟΥκ ἀγνοῶ μὲν ὅτι πᾶς οἰκείου φόνος ἀηδῶς ἀκουσθεὶς μεμίσηται, τό, τε ὄνομα ταῖς ἀκοαῖς ἅμα τῷ προσπεσεῖν, εὐθὺς φέρει χαλεπὴν διαβολήν. τοῖς μὲν γὰρ δυστυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ. καὶ τὸ μὲν ἡττηθὲν, τοῖς τοιούτοις ἀδικεῖσθαι, τὸ δὲ νικῆσαν, ἀδικεῖν δοκεῖ. πλὴν εἴ τις ὀρθῇ κρίσει, καὶ μὴ διαθέσει τῇ πρὸς τὸν πεσόντα τὸ πεπραγμένον λογίζοιτο, τήν τε αἰτίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάζοι, εὕροι ἂν ὁμοῦ καὶ εὔλογον καὶ ἀναγκαῖον, τὸν μέλλοντα πείσεσθαι δεινὸν, ἀμύνασθαι μᾶλλον ἢ ὑπομεῖναι. τῇ μὲν γὰρ συμφορᾷ τοῦ πεσόντος καὶ ἀνανδρίας ψόγος παρακολουθεῖ· ὁ δὲ κρατήσας, ἅμα τῷ σεσῶσθαι, καὶ δόξαν ἀνδρείας ἀπενήνεκται. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὅσα διὰ δηλητηρίων φαρμάκων καὶ διὰ πάσης ἐνέδρας ἐπεβούλευσέ μοι, ἔνεστιν ὑμῖν καὶ διὰ βασάνων χωρήσαντι μαθεῖν. καὶ γὰρ διὰ τοῦτο τοὺς ἐκείνου ἐν τοῖς ὑπηρέταις ἐκέλευσα παρεῖναι, ὅπως εὕρητε τὴν ἀλήθειαν. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ ἤδη ἐξετασθέντες, ὧν τῆς ἐξετάσεως ἐπακοῦσαι δύνασθε. τὸ δ' οὖν τελευταῖον ἐπῆλθέ μοι παρὰ τῇ μητρὶ ὄντι, ξιφήρεις ἔχων τινὰς ἐς τοῦτο παρεσκευασμένους. ὅτε ἐγὼ προμηθείᾳ πολλῇ καὶ ἀγχινοίᾳ συνεὶς, ἠμυνάμην ὡς πολέμιον· ἐπεὶ μήτε γνώμην ἔτι μήτε ὁρμὴν ἔφερεν ἀδελφοῦ. ἀμύνεσθαί τε αὐτοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐ μόνον δίκαιον ἀλλὰ καὶ σύνηθες. αὐτός γοῦν ὁ τῆσδε τῆς πόλεως κτίστης Ῥωμύλος οὐκ ἤνεγκεν ἀδελφὸν ὑβρίσαντα μόνον εἰς τὰ ἐκείνου ἔργα. σιγῶ Γερμανικὸν τὸν Νέρωνος, καὶ Τίτον τὸν Δομετιανοῦ. Μάρκος αὐτὸς, φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος, Λουκίου τὴν ὕβριν οὐκ ἤνεγκεν ὄντος γαμβροῦ, ἀλλ' ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἀπεσείσατο. ἐγὼ δὲ, δηλητηρίων παρεσκευασμένων, ξίφους ἐπηωρημένου, τὸν ἐχθρὸν ἠμυνάμην. τοῦτο γὰρ αὐ-

τῷ τοὔνομα ἐδίδου τὰ ἔργα. ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν θεοῖς εἰδέναι χάριν ὅτι κἂν τὸν ἕτερον ὑμῖν τῶν βασιλέων ἔσωσε· παύσασθαι δὲ ἤδη τὰς ψυχὰς καὶ τὰς γνώμας διῃρημένους, εἰς ἕνα δὲ βλέποντας, ἀμερίμνως βιοῦν. βασιλείαν δὲ ὁ Ζεὺς, ὥσπερ αὐτὸς ἔχει μόνος θεῶν, οὕτω καὶ ἀνθρώπων ἑνὶ δίδωσι.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

NON me quidem fugit, omnem domesticorum cædem, statim atque auribus inciderit, odiosam videri: noménque ipsum, vt primùm audiatur, afferre grauem calumniam. quippe infelices misericordia, potentes inuidia sequitur: ac victus accepisse, victor attulisse iniuriam videtur. Cæterùm siquis vero magis iudicio, quàm studio erga defunctum aliquo, rem ipsam expendat, causámque eius & consilium exquirat, facilè scilicet inueniet rectum esse & necessariũ, vindicare magis quàm accipere iniuriam. Quippe ad occisi calamitatem, etiam infamia timiditatis accedit: victor, præterquam quòd incolumis est, etiam gloriam retulit fortitudinis. Ac cætera quidem quæ sæpe in me cum veneficiis tum omni genere insidiarum intendit, facilè vobis est exquirere tormentis. quippe idcirco adesse omnes illius ministros imperaui vt verum deprehendatis. Sunt autem nonnulli quoque ex his iam torti, quorum exaudire confessionem possitis. Postremò autem quum ego apud matrem forem, venit ille in me, quosdam secum adducens gladiis accinctos: sed ego re præcognita, vltus hostem sum. Neque enim iam aut fratris mentem gerebat, aut fraterna moliebatur. Vlcisci autem illum qui prior insidietur, vt iustum est, ita vsu quoque iam receptũ. quippe ne ipse quidem vrbis huius conditor Romulus germanum pertulit, suis tantùm operibus illudentem. Taceo Germanicũ Neronis ac Titum Domitiani, fratres. Marcus ipse philosophiæ simulator ac mansuetudinis, Lucii generi sui contumeliam non pertulit. Ego verò venenis comparatis in me, gladióque impendente, vltus hostem: quippe hoc illi sua opera nomen imponebant. Vos autem diis gratias agite quòd alterum vobis principem seruauerint: neque mentes vestras in diuersa partiti, sed vnum tantùm spectantes imperatorem, vitã securi traducite. Imperium autem Iupiter sicut ipse inter deos solus possidet, ita etiam vni tantùm mortalium adiudicat.

MACRINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Exercitus Caracallæ induciarum pacisque tempore, Asiaticorum cædes fecerat. Mortuo Caracalla Artabanus Parthorum rex eas iniurias persequi parabat: cuius aduentu prætorianus miles conterritus Macrinum imperatorem appellat, & remp. defendere iubet. Is imperio & bello ingruente suscepto, exercitum ad concionem vocat, & hac oratione lenire eis Caracallæ desiderium, eósque confirmare aduersus tantum terrorem conatur.

Ἀλγεῖν μὲν ὑμᾶς πάντας ἐπὶ τοιούτου βασιλέως, ἢ (ἵνα τἀληθῆ λέγοιμι) στρατιώτου ἀποβολῇ, θαυμαστὸν οὐδέν. φέρειν δὲ τὰς συμφορὰς, καὶ τὰ προσπίπτοντα μετρίως ὑποφέρειν, ἀνθρώπων ἔργον σωφρονούντων. ἡ μὲν γὰρ ἐκείνου μνήμη ἔν τε ταῖς ἡμετέροις στέρνοις ἐγκείσεται, ταῖς τε εἰς ὕστερον παραδοθήσεται, καὶ δόξαν ἀΐδιον φέρουσα, μεγάλων τε καὶ γενναίων ἔργων ὧν ἔδρασε, φίλτρων τε καὶ εὐνοίας, καμάτων τε κοινωνίας τῆς πρὸς ὑμᾶς. νῦν δὲ καιρὸς τιμήσαντας ὡς χρὴ τὴν μνήμην τοῦ τετελευτηκότος, ἀφοσιωσαμένους τε τὰ πρὸς ἐκεῖνον, ἔχεσθαι τῶν ἐπειγόντων. ὁρᾶτε τὸν βάρβαρον ἐφεστῶτα σὺν παντὶ τῷ τῆς ἀνατολῆς πλήθει, καὶ δοκοῦντα πρόφασιν εὔλογον ἔχειν ἔχθρας. ἡμεῖς γὰρ αὐτὸν προυκαλεσάμεθα παρασπονδήσαντες, καὶ ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ πόλεμον ἤρξαμεν. ἤρτηται δὲ νῦν πᾶσα ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ὑμετέρας ἀνδρείας τε καὶ πίστεως. οὐ γὰρ περὶ ὅρων γῆς οὐδὲ ῥείθρων ποταμῶν ἡ φιλονεικία, περὶ τοῦ παντὸς δὲ, πρὸς μέγαν βασιλέα, ὑπὲρ παίδων καὶ συγγενῶν, οὓς ἐκεῖνος ἀδίκως καὶ παρὰ τοὺς ὅρκους οἴεται ἀνῃρῆσθαι. τά τε οὖν ὅπλα λαμβάνωμεν, καὶ τῇ συνήθει Ῥωμαίοις εὐκοσμίᾳ ταττώμεθα. ἐν γὰρ ταῖς παρατάξεσι, τὸ μὲν τῶν βαρβάρων ἄτακτον πλῆθος καὶ προσκαίρως ὠθισμένον, αὐτὸ ἑαυτῷ ἴσως γένοιτ' ἂν ἐναντίον· τὸ δὲ ὑμέτερον, εὔτακτόν τε ὂν καὶ συγκεκροτημένον, μετά τε ἐμπειρίας μαχόμενον, ἡμῖν τε ἔσται σωτήριον, κἀκείνοις ὀλέθριον. μετ' ἀγαθῆς οὖν τῆς ἐλπίδος ἀγωνίζεσθε, ὡς Ῥωμαίοις πρέπει καὶ σύνηθες. οὕτω γὰρ τούς τε βαρβάρους ἀπώσεσθε ὑμεῖς, καὶ δόξης κλέος ἀράμενοι μέγα, Ῥωμαίοις τε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις δείξετε τήν τε προτέραν νίκην πιστώσεσθε, ὡς μὴ δόλῳ καὶ ἀπάτῃ παρασπονδήσαντες ἠδικήσατε, ἀλλὰ δι' ὅπλων νικήσαντες ἐκρατήσατε.

EADEM

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

DOlere vos omnes principis huiuſcemodi, vel (vt verius loquar) commilitonis interitu, minimè mirandum: ſed calamitates caſúſque humanos modicè ferre, id verò eſt prudentium. Cæterùm illius memoria veſtris æternùm præcordiis inſidebit, atque ad poſteritatem propagabitur, rerum fortiter ac magnificè geſtarũ: præterea amoris beneuolentiæque & communicatorum vobiſcum laborum laudem ſecum deferens ſempiternam. Nunc autem poſtulat tempus, honore habito illius memoriæ, iuſtíſque omnibus perſolutis, occurrere imminenti periculo. Videtis barbarũ inſtantem cum totius orientis multitudine, ac iuſtas (vt videtur) belli cauſas præferentem: ſiquidem nos illum priores laceſſiuimus violato fœdere, atque in altiſſima pace bellum excitauimus. Nunc omne Romanum imperium in virtutem veſtrã recumbit & fidem. Neque enim de finibus imperii aut de fluminibus dimicatio nobis aduerſus magnum regem, ſed de omnibus fortunis eſt: quum ſcilicet liberos, conſanguineos ſuos vltum veniat, quos iniuſtè à nobis contráque fœdera occiſos arbitratur. Igitur arma capiamus, atque (vt mos Romano eſt) ordines in prælio ſeruemus. quippe in acie barbarorum incompoſita multitudo ac tumultuaria, ipſa ſe fortaſſe impediet. Veſter autem ordo atque conſenſus, pugnandíque peritia, ſicuti vobis ſalutẽ, ita hoſtibus perniciẽ attulerit. Quapropter ſic velim benè ſperantes dimicetis vt Romanos decet, vtque hactenus conſueſtis. Ita enim & barbaros ipſos fuderitis, & gloriam inſignẽ adepti, fidem Romanis cæteríſque omnibus feceritis, non dolo aut fraude vlla, ſed virtute & armis ſuperiorem victoriam à vobis partam.

ALEXAND. MAMMAEAE FILII ORATIO.

ARGVMENTVM.

Artaxerxes, Perſarum dux, interfecti Artabani, & recuperandi Perſici imperii autor, Romanis quoque bellum inferebat. Obtinebat tum imperium Romanum Alexander Mammææ filius, conſobrinus Heliogabali imperatoris, homo ad ſummum otium pacatus, & toto imperio pace vſus. Is bellũ illud monẽdo primùm & hortãdo propulſare eſt conatus, deinde, quum ille non flecteretur, bellum parauit, militémque hac concione ad Rempub. fortiter defendendam eſt cohortatus.

Ἐβουλόμην μὲν ὦ ἄνδρες συστρατιῶται, τοὺς συνήθεις πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι λόγους, δι' ὧν αὐτός τε ἐκοσμούμην δημηγορῶν, ὑμᾶς τε ἀκούοντας εὔφραινον. εἰρήνης γὰρ πολυετοῦς ἀπολαύσαντες, εἴ τι καινὸν νῦν ἀκούοιτε, ἴσως ἂν ὡς παρ' ἐλπίδα λεχθέντι ἐκπλαγείητε. χρὴ δὲ ἄνδρας γενναίους τε καὶ σώφρονας εὔχεσθαι μὲν ὑπάρχειν τὰ βέλτιστα, φέρειν δὲ τὰ προσπίπτοντα. τῶν μὲν γὰρ δι' ἡδονῆς πραττομένων ἡ ἀπόλαυσις γλυκεῖα· τῶν δὲ ἐξ ἀνάγκης κατορθουμένων, ἔνδοξος ἡ ἀνδρεία. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων, οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν· τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαρραλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνασθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι. Ἀρταξέρξης ἀνὴρ Πέρσης, τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, τήν τε ἀρχὴν εἰς Πέρσας μεταστήσας, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑμετέρων ὅπλων καταθαρρήσας, καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης καταφρονήσας, πειρᾶται κατατρέχειν καὶ λυμαίνεσθαι τὰ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς κτήματα. τοῦτον ἐπειράθην, τὸ μὲν πρῶτον γράμμασι καὶ πειθοῖ παῦσαι τῆς ἀπλήστου μανίας καὶ τῆς ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας· ὁ δὲ βαρβάρῳ φερόμενος ἀλαζονείᾳ, οὔτε μένειν οἴκοι βούλεται, προσκαλεῖταί τε ἡμᾶς εἰς μάχην. μὴ δὴ μέλλωμεν, μηδὲ ὀκνῶμεν. ἀλλ' οἱ μὲν πρεσβύτεροι ὑμῶν ὑπομνήσατε ἑαυτοὺς τροπαίων ἃ μετὰ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐμοῦ πατρὸς ἠγείρατε πολλάκις κατὰ βαρβάρων· οἱ δὲ ἐν ἀκμῇ ὄντες, δόξης καὶ κλέους ἐπιθυμήσατε, δείξαντες ὅτι ἄρα καὶ εἰρήνην ἄγειν πράως καὶ μετ' αἰδοῦς ἐπίστασθε, καὶ τὰ πολεμικά, τῆς χρείας ἀπαιτούσης, γενναίως κατορθοῦτε. τὸ δὲ βάρβαρον πρὸς μὲν τὰ ὑπείκοντα καὶ ὀκνοῦντα θαρσύνεται, τῷ δ' ἀντιπίπτοντι οὐκέθ' ὁμοίως ἀντέχει. ἐπεὶ μὴ ἐκ συστάσεως αὐτοῖς ἡ μάχη κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὑπισχνεῖται τὸ εὔελπι, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἢ φυγῆς κερδαίνειν νομίζουσιν ὅσα ἂν σχῶσι δι' ἁρπαγῆς. ἡμῖν τε καὶ τὸ εὔτακτον ἅμα τῷ κοσμίῳ ὑπάρχει, καὶ νικᾶν αὐτοὺς ἀεὶ δεδιδάγμεθα.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

CVperem, commilitones, eiuſcemodi habere orationem apud vos, quæ & dicenti mihi (vt conſueuerat) ornamentum, & vobis audiẽtibus lætitiã conciliaret. Nam quum multos annos pacem agitauerimus, ſiquid noui nunc audieritis, fortaſſe quaſi præter ſpem acciderit, expaueſcetis. Decet autem viros fortes atque moderatos optima quidem optare, ſed ferre quæcunque incidant. Vt enim quæ cum voluptate

agimus, dulcia: ita quæ cum virtute, gloriosa sunt. Atque vt is qui prior lacessit, ipse sibi iniurius videtur: ita qui propulsat iniuriam, confidentior ex conscientia fit, atque ex iustitia spem bonam mutuatur. Artaxerxes vir Persa, posteaquam Artabanum dominum suum interfecit, atque ad Persas imperium transtulit, etiam nostra arma lacessere, despecta maiestate Romana, & iam incursare ac vastare nostras prouincias aggreditur. Huic ego per literas à principio studui persuadere vt inexplebilem illam vecordiam omitteret, néue aliena concupisceret. At ille barbara insolentia prouectus, neque se continere suis sedibus iam vult, & nos ad pugnam prouocat. Ne cunctemur igitur, néue prælium detrectemus: sed quicunque seniores hîc adestis, admonete quamprimum illum trophæorum, quæ plurima aduersus barbaros, Seuero atque Antonino parente meo ducibus, excitastis. quibus autem ætas integra est, laudem hanc imprimis ac gloriam concupiscite, vt intelligant omnes scire vos non solùm pacem mansuetè ac reuerenter colere, verumetiam quum res postulat, fortissimè præliari. Quippe barbari vt cedentibus detrectantibúsque acriter instant, ita repugnantibus minimè resistunt. Neque enim illis collata acies spem victoriæ pollicetur, sed excursibus fugáque vtentes, lucrari se demum putant, quæ scilicet rapuerunt: at nos quum omnia composita ordinatáque habeamus, tum illos vincere ac profligare semper didicimus.

MAXIMINI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Iuuisus erat senatui populóque Romano propter crudelitatem Imperator Maximinus: proinde inita in eum absentem cõiuratio est in vrbe. Desciuit ab eo vrbs, missique qui ad defectionem prouincias sollicitarent. hic nuntius quum ad Maximinum peruenisset, primùm eo consternatus ille fuit, deinde ira exarsit, atque expeditionem in vrbem pronuntiari iussit, simulque concionem conuocauit. Ibi multa in Romanos debacchatus, suos ad illius defectionis vindictam incitauit. Atque hæc illius est côcio habita de scripto.

Ἄπιστα μὲν οἶδα καὶ παράδοξα λέξων πρὸς ὑμᾶς, ὡς δὲ ἐγὼ οἴομαι, οὐ θαύματος, ἀλλὰ χλεύης καὶ γέλωτος ἄξια. ὅπλα ἐφ' ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ἀνδρείαν οὐ Γερμανοὶ αἴρουσιν, οὓς πολλάκις ἐνικήσαμεν· οὐ Σαυρομάται, οἱ περὶ εἰρήνης ἑκάστοτε ἱκετεύοντες· Πέρσαι τε, οἱ πάλαι Μεσοποταμίαν κατατρέχοντες, νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν, δόξης τε τῆς ὑμετέρας ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀρετῆς τε πείρᾳ τῶν ἐμῶν πράξεων, ἃς ἔγνωσαν ὅτε τῶν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατοπέδων ἡγούμην, ἀνεχούσης αὐτῆς. ἀλλὰ γὰρ (μή τι ἄρα καὶ καταγέλαστον εἰπεῖν) Καρχηδόνιοι μεμήνασι, καὶ πρεσβύτην ἄθλιον ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ παραφρονοῦντα πείσαντες ἢ βιασάμενοι, ὡς περ ἐν πομπαῖς παίζουσι βασιλείαν. τίνι θαρροῦντες στρατῷ, καὶ παρ' οἷς εἰς τὴν τοῦ ἡγουμένου ὑπηρεσίαν ἀρκοῦσι ῥαβδοῦχοι; ποῖα φέροντες ὅπλα; παρ' οἷς οὐδὲν πλέον δορατίων οἷς πρὸς θηρία μονομαχοῦσι. τὰ πολεμικὰ αὐτοῖς γυμνάσια, χοροὶ καὶ σκώμματα καὶ ῥυθμοί. μηδένα ὑμῶν ἐκπληττέτω τὰ κατὰ Ῥώμην ἀγγελθέντα. Βιταλιανὸς μὲν αἱρέθη, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ ληφθείς. τοῦ δὲ Ῥωμαίων δήμου τὸ κοῦφον καὶ εὐμετάβολον οὐκ ἀγνοεῖτε καὶ μέχρι βοῆς θρασύ· εἰ δύο ἢ τρεῖς ὁπλίτας ἴδοιεν μόνον, ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοί τε καὶ πατούμενοι, φεύγει ἕκαστος τὸν ἴδιον κίνδυνον, τοῦ κοινοῦ ἀμελῶς ἔχει. εἰ δὲ καὶ τὰ τῆς συγκλήτου τις ὑμῖν διήγγειλε, μὴ θαυμάζετε εἰ τὸ μὲν ἡμέτερον σῶφρον, τραχὺ αὐτοῖς δοκεῖ· τὸ δ' ὁμότροπον ἐν ἀκολάστῳ βίῳ ἐκείνου προτιμᾶται. καὶ τὰ μὲν ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων, φοβερὰ προσαγορεύουσι, τὰ δ' ἀνειμένα καὶ ἐκβεβακχευμένα, ὡς ἥμερα δι' ἡδονῆς ἔχουσι. διὸ καὶ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχήν, οὖσαν ἐπιστρεφῆ καὶ κόσμιον, ἀλλοτρίως διάκεινται, ἥσθησαν δὲ τῷ Γορδιανοῦ ὀνόματι, οὗ τὸν διαβεβλημένον βίον οὐκ ἀγνοεῖτε. πρὸς τούτους καὶ τοιούτους ἡμῖν ὁ πόλεμος, εἴ τις οὕτως αὐτὸν καλεῖν βούλοιτο. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι, ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ σχεδὸν πάντες, εἰ μόνον Ἰταλίας ἐπιβαίημεν, ἱκετηρίας θαλλοὺς καὶ τέκνα προτείναντες, ὑποστρώσουσιν αὐτοὺς τοῖς ἡμετέροις ποσίν· οἱ δὲ λοιποὶ διὰ δειλίαν καὶ φαυλότητα φεύξονται, ὡς ὑπάρξαι ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὰ ἐκείνων πάντα δοῦναι, ὑμῖν τε ἀδεῶς λαβοῦσι καρποῦσθαι.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

Scio me vobis incredibilia nouáque dicturũ, sed (vt ego existimo) nõ tam admiratione quàm risu digna. Arma vobis vestræque virtuti non Germani inferunt, sæpe deuicti, non Sarmatæ, qui de pace nobis quotidie supplicant: Persæ item qui olim Mesopotamiam peruagabantur, nunc suas intra sedes quiescere boni consulunt, cum gloria in armis vestra, tum rerum à me gestarum periculo edocti, quæ iam tum illis innotuerunt quum tuenti ripas exercitui præfuimus. Verùm (nequid magis ridiculum dixerim) Carthaginienses insaniunt, atque sene infelicissimo &

extremo iam ætatis delirante, dubium ſuaſu an coactu, quaſi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti exercitu, quum apud eos procõſulis miniſterio lictores ſatisfaciant? Quibus porrò vſuri armis, vbi præter lanceas exiguas ad feras excipiendas, nihil ſit telorum, próque bellicis exercitationibus chori tantùm dictáque procacia, & numeri quidã vſurpentur? Neque verò vos perterreſecerint quæ facta in vrbe nuntiantur: nempe Vitalianus per dolum fraudémque occiſus eſt. Quàm autem leue inſtabiléque ſit Romani populi ingenium, quàm prompta clamorum tenus audacia, notiſſimum ſcilicet vobis eſt. Si duos modò tréſve armatos conſpexerint, trudentes alter alterum, & proculcantes, ac ſuum quiſque periculum fugitantes, publicum neglectui habent. Quòd ſi quis vobis etiam quæ acta in ſenatu ſunt, renuntiauit, non eſt profectò quòd miremini noſtram illis continentiam duriorem videri, atque ob id morum congruentiam vitámque illius luxurioſam nobis anteferri: quippe apud illos fortiſſima quæque ac grauiſſima pro aſperrimis, diſſoluta atque ebacchantia pro mitibus voluptariiſque habentur. Quocirca noſtrum quidem imperium, quoniam induſtrium atque moderatum, reformidant, Gordiani delectãtur nomine, cuius infamia vitæ non vos præterit. Igitur aduerſus hos atque huiuſcemodi homines bellum vobis eſt milites, ſi tamen id bellum appellandum. Nam vt mihi quidem atque adeo cæteris omnibus videtur, non prius Italiam attigerimus, quàm illorum maxima pars ramos ſupplices liberóſque ſuos præferentes, noſtris ſe pedibus aduoluent, aut formidine degeneri fugam facient, vt mihi liberum ſit bona illorum vobis contribuere, quibus in perpetuum perfruamini.

MAXIMI ORATIO.

ARGVMENTVM.

Maximinus hoſtis ab Romanis iudicatus, tamen ſe ad imperium retinendum Romanóſque vlciſcendos comparabat. Commiſſa in eo metu fuerat Reſpub. à Romanis Maximo & Balbino Impp. Sed opportuna cædes Maximini bellum hoc naſcẽs ſopiuit: ac rerum potiti ſunt creati Impp. Maximus & Balbinus. quæ res ſumma cũ lætitia ciuitatum & municipiorũ accepta eſt. Acceſſit hortator pacis & concordiæ Maximus, qui, Aquileiæ concione hac habita, hortatus eſt exercitus vt in gratiam penitus redirent, & ad Reipub. ſalutem conſentirent.

Ὅσον μὲν ὑμᾶς ὤνησε μεταγνόντας τε καὶ τὰ Ῥωμαίων φρονήσαντας, πείρᾳ μεμαθήκατε, ἀντὶ πολέμου μὲν εἰρήνην ἔχοντες πρὸς θεοὺς οὓς ὀμωμόκατε· καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον. χρὴ δὲ ὑμᾶς καὶ τοῦ λοιποῦ διὰ παντὸς τούτων ἀπολαύειν, τὰ πιστὰ τηροῦντας Ῥωμαίοις τε καὶ συγκλήτῳ καὶ αὐτοκράτορσιν ἡμῖν· οὓς ἐξ εὐγενείας καὶ πολλῶν πράξεων, καὶ μακρᾶς διαδοχῆς, ὥσπερ κατ᾽ ἀκολουθίαν ἐπὶ τοῦτο ἀναβάντας, κρίναντες ὁ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος ἐπελέξατο. οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχή, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς σὺν ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα. ταῦτα δὲ μετ᾽ εὐταξίας τε καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος, αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὑμῖν μὲν εὐδαίμονα καὶ πάντων ἀνενδεῆ παρέξει βίον, τοῖς δ᾽ ἄλλοις πᾶσιν ἀνθρώποις κατά τε ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις εἰρήνην, καὶ πρὸς τοὺς ἡγουμένους πειθώ· βιώσεσθέ τε καὶ κατὰ γνώμην ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες· ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν. δύο μὲν γὰρ ὄντων βασιλέων, ἀμαρέστερον καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ διοικήσεται, καὶ εἴ τι ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἐπείγοι, πρὸς τὴν χρείαν ἀεὶ τοῦ πρὸς τὰ καλοῦντα ῥᾳδίως παρόντος. μηδὲ τις ὑμῶν οἰέσθω τῶν πεπραγμένων εἶναι μνήμην, εἴτε ὑφ᾽ ἡμῶν (ἐκελεύεσθε γὰρ) εἴτε ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οἳ ἀδικούμενοι ἀπέστησαν. ἀλλὰ γὰρ ἔστω πάντων ἀμνησία, καὶ σπονδαὶ φιλίας βεβαίου, εὐνοίας τε καὶ εὐκοσμίας πίστις αἰώνιος.

EADEM LATINE,

Angelo Politiano interprete.

QVàm fuerit ex vſu vobis pœnitentia & reconciliata cum Romanis gratia, re ipſa didiciſtis, pacem videlicet pro bello agitantes, ſeruato etiam militari iureiurãdo,

quod eſt vnum Romani principatus myſterium ſanctiſſimum. Quare debetis etiam deinceps huiuſcemodi commodis frui,fidem populo ſeruātes ſenatuíque Rom.& nobis imperatoribus,quos à nobilitate & rebus geſtis, longáque ſerie generis, quaſi per gradus quoſdam prouectos,pari iudicio S.P.Q.R.elegerunt.Neque enim vnius tātùm hominis peculiaris poſſeſſio principatus eſt,ſed communis antiquitus totius Romani pop.Siquidem in illa vrbe ſita eſt imperii fortuna,nobis autem diſpenſatio tantùm atque adminiſtratio principatus vnà vobiſcum demandata eſt. Qui ſi ordinem,quē decet,ac modeſtiam retinebitis,ſi debitùm principibus honorem ac reuerentiam exhibebitis,cum ipſi beatam vitam boniſque omnibus affluentem adipiſcemini,tum nationes ac ciuitates vniuerſæ pacem colentes in officio permanebunt. Viuetis autem cuncti ex animi veſtri ſententia domi ſuæ quiſque,neque in externis regionibus cōflictabimini.Vt autem barbaræ gentes pacem quietémque tueantur, nobiſcum erit hic labor.Nam quum duo ſint imperatores,facilius vrbanæ res adminiſtrabuntur atque externæ,præſtò ſcilicet futuro alterutro,quocunque vſus vocauerit. Neque verò ſuſpicemini rerum ſuperiorum memoriā vllam ſuperfore aut in nobis,(quippe nihil nō iuſſi feciſtis)aut in Rom. pop.nationibúſque aliis quæcūq; ob acceptas iniurias deſciuerūt. Sit omnium obliuio,ſit fœdus conſtantis amicitiæ,fidéſque beneuolentiæ ac moderationis ſempiterna.

INDEX ORATIONVM SEV CONCIONUM ex historicis Græcis excerptarum, complectens nomina eorum à quibus habitæ sunt, ordine alphabetico digesta.

INDEX ORATIONVM SEV CONcionum ex historicis Latinis excerptarum,complectens nomina eorum à quibus habitæ sunt, ordine alphabetico digesta.

FINIS.



